# www.e-rara.ch

# Tomus secundus

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

# TOMVS SECVN
# DVS

IN CVIVS
PRIMA PARTE REPERIES
ERVDITA QVAEDAM,
SED HACTENVS
FALSO INSCRI
PTA HIERO
NYMO.
IN
SECVNDA, ALIENA, SED SVIS
QVAEQVE TITVLIS AV-
THOREM TESTAN
TIA.
IN
TERTIA, LECTV PRORSVS IN-
DIGNA, ET IMPVDENTER
ATTRIBVTA DOCTIS
VIRIS.
QVAE TAMEN ADIVNXIMVS, NE
QVID AMPVTASSE VIDE
REMVR AEDITIONI
IAM RECEP-
TAE.

BASILEAE.
M. D. XVI.

AD LECTOREM.

HAbes in hoc tomo lector optime, primum ea quæ tametsi docta sunt, tamen hactenus falso inscripta fuerunt Hieronymo. Deinde uaria opuscula prius admixta libris Hieronymianis, sed tamen suis titulis indicãtia cuius authoris sint. Tertio loco, permulta meo iudicio non admodum digna, in quibus pius & eruditus lector ocium aut negocium suum collocet, & tamen hactenus impudentissime Hieronymo, Augustino, Cyrillo, Eusebioq; inscripta. Quod si quis non accedit nostro in hac re iudicio, nihil est quod obturbet, habet oñia quæcũq; prodita fuerãt in superioribus æditionibus, nonnullis etiam adiectis, & habet eadẽ tum nitidius excusa, tum emendatius, cq; uncq; antehac fuerint.

Fruatur suo quisq; iudicio.

Admoniti sunt, qui quæ rũt elegantiora, nõ læsi sunt q uetere gustu ma lunt esse cõten ti.

BENE VALE.

# ERASMVS ROTERODAMVS DIVINARVM LITTERARVM STVDIOSIS OMNIBVS S. D.

SVperiore Tomo παραινετικὰ, quæq; ad uitæ ptinẽt institutionẽ, quo licuit ordine digessimus, simul uelut eodem fasce complexi, ἐγκωμιαστικὰ, παραμυθητικὰ, νουθετητικὰ, καὶ ἱστορικὰ, hoc est, quæ ad laudem, consolationem, obiurgationem pertinent, & rei gestæ narrationem habent, intermixtis & familiaribus aliquot epistolis: quibus omnibus ideo dedimus idem uolumen, quod hæc ita commiscuit ipse Hieronymus, ut non queant diuelli commode, & idem pariter agit in omnibus, in hoc laudatiuncu lis illectans, quo p̃cepta ceu pharmaca per se subamara, melle prælita libẽtius hauriantur. Sic consolans, ut instituat: sic obiurgans, ut reddat meliorem: sic narrans, ut pietatis imaginẽ uelut expressam in tabula, subiiciat oculis, denicq; sic confabulans, nõnunq; & iocãs cum amicis, ut interim adhortetur ad pietatem. In hoc proximũ uolumen coniecimus aliena, propter argumentorum affinitatem. Atq; ea quidem in treis distinximus classes. In prima collocauimus ψευδεπίγραφα, hoc est, falso quidem inscripta diuo Hieronymo: sed tamen erudita, nec indigna lectu. In secunda posuimus ea, quæ non dubijs titulis, a quibus authoribus profecta sint testãtur. In tertiam congessimus ea, quæ non solum falsa, uerum etiam impudentissima inscriptione, Hieronymum authorẽ mentiũtur, uirum omnium longe tum eruditissimũ, tum æloquentissimum: cum adeo sint & inerudita & infantia, ut nec umbrã ullam Hieronymiani pectoris referãt. Id quod suo loco plane demonstrabimus. Neq; uero cẽsoriã hancce uirgulã, καὶ ταύτην λεοντῆν ipsi nobis arrogãter sumpsimus, ut p̃ libidine animi nostri, de rebus hisce pronunciaremus: sed solo iuuandi studio commoti, quod re diligenter expensa, multis simul & probabilibus argumentis nobis deprehendisse uidebamur, indicauimus. Quod si quis erit, qui hoc quoq; negocium existimet ad ecclesiæ cognitionem pertinere, quod titulos uel ab indoctis, uel a negociatoribus, uel ab impostoribus additos sustulerim, homo, ne quid dicã insolẽtius, in hoc certe genere, nec indiligẽs, nec inexercitatus, clarissima uoce testor, clamo, p̃fiteorq;, me nec hic, nec usq; alibi, uel culmũ, quod aiũt, latum ab ecclesiæ placitis uelle digredi, nec mihi in animo esse, uel unũ apicem cõuellere, in his quæ sint illius authoritate comprobata. Tãtum ne quicquid quocũq; modo in uulgi usum irrepserit, id protinus ab ecclesiæ profectum oraculo putemus. Nos hoc quicquid est laboris, neq; gloriæ, neq; quæstus gratia sumpsim⁹, sed in hoc dũtaxat, quo nostra industria, ueteris illius theologiæ candidatis consuleremus, quam ego sane solam esse iudicarim Theologiam, nisi uererer, tot agmina diuersa sentientium. Certe non dubitem hanc pronunciare, longe magis conducibilem, uel ad Christianam eruditionem, uel ad uitæ pietatem, ea quæ nunc passim tractatur in scholis, sic Aristotelicis differta decretis, sic sophisticis nugis, ne dicam somnijs contaminata, sic inanium quæstiuncularum inuoluta labirynthis, ut si ipse reuiuiscat Hieronymus, aut etiam Paulus, inter istos nihil Theologiæ scire uideretur. Quæ tamen ipsa, si quibus impense placet, per nos sane q̃tumlibet eam deamet, exosculetur, amplectatur, fruatur licebit. Sit suum cuiq; pulchrum, nec obsto quo minus Balbinum delectet polypus Agnæ. Nos iuxta Pauli sententiã, degustatis omnibus, quod optimũ censemus sequi malumus, aut certe, quod nostro ingenio magis accommodum. Nec ab his sacris authoribus, in quibus tam abstrusam diuinarum litterarum scientiam comperimus, tam admirabilẽ æloquentiam, tantam Christiani spiritus fragrantiã auelli possumus, nisi contingant meliora. Neq; emi me magnopere mouet turba dissentientium, cũ hoc ethnicis quoq; sit & animaduersum & litteris proditum, nunq; tam bene fuisse actum cũ rebus humanis, ut optima plurimis placuerint. Atq; utinam faxit deus optimus maximus, ut quo quicq; melius fuerit, hoc pluribus arrideat. Quod si numero suffragiorũ magis q̃ pondere cõmoueremur, nec ipse placeret Christus, quo sine controuersia nihil est melius: quem, heu facinus indignum, plures mortalium rident, q̃ sequuntur. Atq; ipse adeo suos pusillum appellat gregem. Tum in hac ipsa paucitate Christum profitentiũ, q̃ rari sunt, qui quod cerimonijs ac titulo præ se ferunt, uere moribus exprimant. Socrates apud Platonem, quicquid admodum placeat multitudini, uel ob id ipsum suspectum habendum esse docet, quod placuit. Et Plinius Cecilius, etiam in scholis hanc legem p̃scripsit, ut sciamus eum pessime dixisse, cui maxime sit applausum. Tantũ abest, ut ullius rei precium, turba probantium oporteat æstimare. Quãq; nihil addubito, quin meo sint accessuri iudicio, quotquot in euoluendis authoribus huius modi fuerint diligenter uersati, modo accesserint eis instructi litteris, sine quibus, nec intelligi possunt. Cæterum in optimo Theologiæ genere, primas tenet diuus Hieronymus, de latinis loquor: & ita primas tenet, ut omneis post se longo relinquat interuallo: & adeo neminẽ habemus, quem ullo pacto, cũ hoc conferre possimus, ut inter tam innumerabiles Theologos, uix quẽq; habeat & ipsa docta Græcia, qui nostrum æquet Hieronymum, si modo non unam aliquam laudem, sed uniuersas eius dotes simul expendas. Tantum uno in homine reperias sæcularium, ut uocant litterarum cognitionem: tantã omis antiquitatis peritiam, tot linguarũ absolutam scientiam, tam admirandam locorum & historiarum omnium noticiam, tam non uulgarem mysticorũ uoluminũ eruditionẽ, tantũ inimitabilis æloquentiæ, tam exactũ ubiq; iudiciũ, tam sacrũ afflati pectoris ardorẽ, rerũ adeo diuersarũ, tam digestam ac præsentem memoriã, tam felicẽ iuxta ac diuitem mixturã, denicq; tanto lepore conditã seueritatẽ, ut quẽadmodũ per se facundi, si cũ Cicerone conferant, protinus uidentur obmutescere: ita cæteri doctores, quos citra collationem suspicimus, cũ Hieronymo cõpositi, uix sapere, uix loqui, uix uiuere uideantur. Atq; id quidẽ haud in illorũ cõtemptũ, sed in Hieronymi gloriã dictũ uideri uelim, qui suarum excellentia uirtutum, aliorũ laudem nõ minuit, sed admotus obscurat. Reliquos ut limpidos riuos admireris, hic ceu di

ues quoddam & aureũ flumen, uniuersas opes secum uoluit ac defert. Verũ quoniã intelligebam com/
plureis ab huius uere diui doctoris abhorrere lectione, nõ perinde ob id, quod minus ꝓbarent (Quis
eñ hunc nõ probet, nisi qui sit unus omniũ insulsissimus, nec minus tamen insulsus ꝙ impius) ꝙ quod
crebris obscuritatibus, ceu salebris occurrentibus offenderentur. Et minus placeat oportet, quod nõ in/
telligas. Proinde pio, sicut opinor, studio, laborem hunc, non mediocrem profecto suscepimus: nõ hoc
agentes, ut de dogmatis digladiãtes, argutiam ostentaremus ingenij, sed ut pio lectori, docilique magis
ꝙ docto, submotis obstaculis, uernãtissimos Hieronymiarũ lucubrationũ campos aperiremus, in qbus
summa cum animi uoluptate liberius iam & inoffensius spatiaretur: id quod primũ diligentissima casti/
gatione, deinde argumentis & scholijs in loco additis conati sumus efficere. Nec hoc contenti, cũ uide
remus tam sacrum uirũ, non solum deprauatissimũ, uerũetiam alienorũ intermixtione librorum, ita cõ/
taminatũ, ut propemodum plus esset alieni, quicquid nothũ ac supposititium deprehendimus, nõ amo
uimus quidem, ne quid omnino desyderaret auidus lector: sed tamen semouimus, & in suum redegi/
mus locum. Idq; fecimus non præcipiti temerarioq; iudicio, qui plærisq; mos est, sed omnia coniectu/
rarum uestigia, quãta maxima potuimus sagacitate subodorati: sic ut plane confidam, citra cõtationem
omneis qui mediocriter bonas didicere litteras, aut qui uel degustarunt, modo candido & integro sint
ingenio, nostræ subscripturos sentẽtiæ. Quod si quis super hisce reb⁹ uelit odiosius digladiari, me certe
cõcertatorẽ nõ est habiturus. Ego quid sentiã simpliciter indicaui, libenter caniturus palinodiam, & in
diuersam iturus sententiam, si quis docuerit rectiora. Porro si quis cum id non possit, tamen odiosius
obstrepit, ac studio ꝙ iudicio duci mauult (ut nihil est pertinacius insciti a, præsertim si scientiæ persua/
sio accesserit) ne cum hoc quidẽ unꝙ tria uerba cõmutauerim. Cui solus placet Hieronymus, huic de
dimus, ne imprudens incideret in aliena, cui quiduis placet, citraq; delectum omnia deuorat, huic nihil
omisimus, imo nonnihil adiecimus. Titulos tantum detraximus, quos qui uolet, uel initialibus, ut uo/
cant, litteris in suo sibi reponat codice. Rescindant nostram censurã, quibus usum fuerit, & suo fruañ
iudicio, profiteãtur absolutam eruditionẽ, & oraculũ uideri postulent, quicquid dixerint. Nos humiles
homunculi, nec ignari mediocritatis nostræ, iuuandi studio, quod possumus præstamus, & qualecũq; ta
lentulũ, quod nobis dñs credidit, pro nostra uirili in cõmunẽ conferimus utilitatẽ, quo uidelicet usurã
exigenti qui sortem cõmisit, si nihil aliud, certe conatũ & sædulitatẽ uice fœnoris exhibere ualeamus.

CApud eruditos quidem & candidos hæc quæ diximus abunde satis erant. Cæterum quo cumulatius
etiam satisfaciamus omnibus, doctis pariter & indoctis, modestis & immodestis, haud grauabor altius
repetito sermone, consilij mei reddere rationẽ, primũ ostensurus, quibus ex causis acciderint huiusmo/
di ψευδεπιγραφίαι. Deinde quibus notis quibusq; coniecturis, tituli falsitatem deprehendere liceat. Prin
cipio non sum exacturus, ut quisq; mihi credat id in Hieronymianis accidisse monumentis, nisi compe
rerit nullũ unꝙ, nec apud Græcos, nec apud latinos fuisse magni nominis authorẽ, in quo non idem usu
uenerit. Apud Græcos nihil antiquius Homero, cuius poesim tamen repurgauit Aristarchus, insignes
uersus ceu γνησίους germanos ac palam Homero parente dignos ἀστερίσκοις illustrans, Contra, nothos
& suppositicios ὀβελίσκοις iugulans. De hymnis & Batrachomyomachia docti addubitant. Nam hym
nos qui Orphei titulo feruntur, Aristoteles illius esse negat. Apologos Aesopi nomine celebres, Quin
tilianus Hesiodo mauult asserere. Notãtur ab eruditis aliquot Aristophanis, & Euripidis fabulæ. Sunt
poemata, quæ in nõnullis exemplaribus Theocrito, in alijs Moscho reperies inscripta. Sunt aliquot in/
ter Platonicos dialogos, quos nemo nõ sentit suppositicios esse, nisi qui nihil omnino sentit animo. Idẽ
parcius quidem accidit in Aristotele. Verũ ut nihil interim dicam de ambiguis, propemodũ cõuenit
librũ περὶ τῶν θαυμασίων ἀκουσμάτων alterius esse. Tũ negari nõ potest in problematis, quædã ab alijs ad/
mixta fuisse, cum alijs argumentis, tum illo potissimũ, quod eadẽ toties occurrunt. Inter Plutarchi com/
mentarios ipsi deprehendimus aliquot, quos non uereamur ꝙ tũuis sancte deierare, ab ipso nũq; fuisse
conscriptos. Idem in Luciani Dialogis factũ & ipsa res indicat, & testantur eruditi. At ijdem e diuerso
Phalaridis noie celebratas epistolas, huic uindicant. Veniã ad latinos. Inter tam multas comœdias quæ
Plautini nois habebant inscriptionẽ, unam tãtum & uiginti, ueluti germanas & originis indubitatæ, re
cipit. M. Varro, uir undecũq; doctissimus, quas ob eã rem Varronianas fuisse uocatas, testis est Aulus
Gellius. Præcepta rhetorices ad Herenniũ, tot iam sæculis Ciceronis titulo leguntur, & a magnis citañ
authoribus, quod tamen opus alterius cuiuspiam esse, nõ solũ arguit stilus, sed alijs item argumẽtis nõ
ambiguis deprehenditur. Tum medijs huius actionibus, quædã orationes admixtæ sunt, stilo reclaman
te, Ciceronem authorem inscriptione mentientes. Quibus haud ita pridẽ unam adiecit Philippus Be/
roaldus, homo sane non indoctus, sed studij maioris ꝙ iudicij, quæ usq; adeo non exhibet inimitabilem
illam Ciceronis æloquentiam, ut ne Latini quidẽ hominis esse uideatur. Iam ꝙ multa Vergilij nomẽ oc
cuparunt, quæ certissimis argumentis deprehensum est, ab alijs esse profecta. Declamationes Quinti/
liani titulo publicatas, docti negãt illius esse cuius credũtur. Prouerbia quædam Senecæ titulo legũtur,
in quibus cõplureis reperies mimos, Publij mimographi nomine citatos apud idoneos authores, ut de
cæteris interim sileam, de quibus ambigi possit. Circũferuntur epistolæ Pauli ad Senecam, & Senecæ
ad Paulum, in quibus nihil omnino reperias, neq; Paulo, neq; Seneca dignũ. Opus de disciplina schola/
riũ Seuerini Boetij nomine circũfertur, quod bubulci citius dixeris, ꝙ illius eximij philosophi. Paucos
aliquot, sed maxime celebres dũtaxat exempli gratia recensuimus, cum alioqui nullus sit omnino scri/
ptor, cui nõ aliquid falso fuerit inscriptum. Pergamus igitur ad nostrateis, hoc est sacros authores. He/
bræi quædam uolumina nõ recipiunt, nec in his quæ receperũt de authore cõsensus est. Ipse diuus Hie
ronymus, in Daniele multa iugulat obelis. Tertium & quartum Esdre libros uelut apocryphos in totũ
reijcit,

reiecit,admonens ne somnijs illorũ delectemur,haud facturus opinor,ni falso putaret Esdræ inscriptos. Deludith,Hester,Thobiæ,Sapientiæ libris,a multis est diu dubitatum. Viuo etiamnum Hieronymo, Romani nõ recipiebãt epistolam ad Hebræos,nec Iohãnis Apocalypsim Græci,quod in ea nomẽ Iohãnis præter illius morẽ tam identidem inculcetur: deinde quod negarent illic esse quicq̃ dignum apostolica grauitate,sed frigidam potius imitationẽ sermo resiperet, Postremo,quod ibi quædam deprehenderentur de numero annorũ,quæ dogma quorundam hæreticorũ olere uiderẽtur. Siquidem epistolam quæ Pauli nomine fertur ad Laodicenses,quis non sentiat imitaticiam esse,uerbis aliquot hinc & illinc ex alijs eiusdem epistolis consarcinatis. Iacobi epistolã, ueteres ab alio quopiam illius nomine æditam affirmabant,licet paulatim progressu temporis obtinuerit authoritatẽ. Alteram diui Petri epistolam,a Petro ꝓfectam negabant plæriq̃,quibus alicubi diuus Hieronymus assentitur, q̃q̃ alias uarians, stili diuersitatem hinc esse putat, quod alio fuerit usus interprete. Leguntur & hodie passim Iohannis apostoli nomine, passimq̃ citantur epistolæ tres, cum Hieronymus palam testetur primam dũtaxat illius esse. Quãq̃ in his quæ ad canonẽ pertinent,quicquid ecclesiastica pronunciarit authoritas,simpliciter ut Christiano dignũ est,amplectimur. De his quæ extra canonem sunt agamus. De libris Origenis ingens olim cõcertatio fuit inter eruditos. Quin magis ne singulos enumerans,lectori sim molestus,euoluat qui uolet,Hieronymi catalogum de scriptoribus ecclesiasticis,euoluat alios qui cõsimile tractant argumẽtum,& reperiet hoc genus falsas librorum inscriptiones apud Christianos fuisse,tum crebriores, tunc impudentiores,q̃ fuerint apud ethnicos. Quo minus mirandum est,si uidemus Ambrosianas & Augustini lucubrationes tot suppositicijs libris esse permixtas. Verũ id quod dico fiet multo credibilius,si causas & occasiones explicuero,quibus hæc inscriptionum impostura uideatur accidisse. Atq̃ in summa,duplici potissimũ occasione uidetur euenisse,partim per errorem & imprudentiam,partim arte dataq̃ opera,sed utrũq̃ diuersis modis. Nam aliquoties usu uenit,ut idem aut certe confine plurium uocabulum, erroris ansam præbeat, uelut olim complureis fabulas falso fuisse inscriptas Plauto,narrat Aulus Gellius,cum essent a Plautio Plautianæ,nõ a Plauto Plautinæ. Cõsimili errore,duas epistolas posteriores apostolo Iohanni tributas,tradidit Hieronymus,quod alius eiusdem esset nominis Iohannes presbyter,a quo scriptas affirmant. Et Hierarchiarum libros, Dionysio tribuimus Areopagitæ,& eundẽ putamus esse,quem iuxta Lutetiam Parisiorum urbem,martyrio coronatũ accepimus,e tribus ni fallor Dionysijs unum facientes. Ea res in historijs quoq̃ magnos sæpenumero gignit errores. Quod genus,si quis Aristophanis grãmatici librum in Aristophanem poetam conferat,& quicquid de Scipionibus ab historiographis sit proditum, id ab Africano gestum existimet. Rursum fit interdũ,ut librarius aut studiosus aliquis, ob argumenti similitudinem,diuersorum authorũ opuscula,eodẽ copulet uolumine: deinde parum attentus lector,aut non reperiens asscriptos titulos aut oblitteratos offendens,eius esse putat omnia,cuius nomen in frontispicio uoluminis conspexerit. Aliquoties si forte desit inscriptio,lector cõiectura fallitur,& nomen asscribit,nõ cuius est,sed cuius esse suspicatur,uel quod de re consimili,uel quod ad eosdem, uel quod simili stilo scripserit alius. His occasionibus dubium non est,quin permulta Hieronymo tributa fuerint,quæ sunt aliena. Scripsit argumenta in diuinæ scripturæ libros diuus Hieronymus: deinde parum eruditus,aut etiam tumultuarius lector, quodcunq̃ illic offenderit argumentũ absq̃ titulo,siue illud sit Isidori,siue Gilberti,siue alterius cuiuspiam,Hieronymianũ facit. Et librum cuius initium est, Cogitis me o Paula & Eustochiũ,ob id ab Hieronymo scriptũ esse putant,quod earũ nomẽ præferat,ad quas sæpenumero scripsit Hieronymus. In nõnullis exemplaribus reperies Anselmo data, quæ rursum in alijs Augustini titulum præ se ferant,quod character,nõ omnino discrepet utriusq̃. Sunt qui fugiẽtes inuidiam libros ædant ἀνωνύμους καὶ ἀδέσποτους καὶ ἀνεπιγράφους, hoc est subtracto titulo. Deinde leui quapiam cõiectura ductus aliquis,huius aut illius titulum asscribit, quisquis forte occurrerit. Fit nõnũq̃,ut in declamatorijs argumẽtis,quæ græci μελέτας appellant,titulũ non serio asscriptũ,hoc est nõ authoris, sed eius cuius pson̄ conatur effingere is qui sese exercet,uerũ ac seriũ esse putẽt. Nã hoc uidem⁹ olim in scholis solẽne fuisse genus exercitationis. Quo de genere sunt epistolæ Phalaridis,epistolæ Bruti ad diuersos,epistolæ Pauli ad Senecam,& ad hunc illius. Sic Portius latro tractauit argumẽtum Ciceronis in Catilinã,nimirũ personam agens Ciceronis,& quoties incidit,sese Tullium appellãs, non Portium. Hinc error eorum,qui rem fictam seriam esse credunt. Ad hæc nõ raro fieri uidem⁹ & hodie,ut bibliopolæ de industria,scriptorũ illustrium nominibus ad suũ quæstũ abutantur. Alij quo uel nugas suas,uel pestifera dogmata,lectori cõmendent,gratiosa prætexunt nomina, siue quo magis aliena fruantur stulticia,siue quo dogmatũ uirus sub magni nominis umbra,celerius latiusq̃ serpat in uulgus. Hinc uidelicet inscriptiones illæ impudentissimæ, Epistola Iesu ad Abigarũ,Euãgeliũ Petri,Euangeliũ Nicodemi,aliæq̃ id genus innumeræ,quarũ plæraq̃ nominatim ecclesiastica damnauit authoritas,in decretis pontificijs. Ipse plurimis & manifestis argumentis deprehendi,quendam fuisse,cui præcipuũ studiũ fuerit,ut coccycis in morem,suas nænias alienis operib⁹ insereret,potissimũ Ambrosij,Augustini,& Hieronymi. Nam stilus palam arguit eundẽ fuisse. Huic prodigiosa quædã fuit libido, uel insania potius,omneis Hieronymianas lucubrationes modis oibus cõspurcare,adeo ut nõ cõtentus fuerit epistolas suas & libros huius libris adiungere,ueluti,si quis putres pannos insigni assuat purpuræ,ueꝝ & medijs psalmorũ & ꝓphetarũ interpretationib⁹,nænias suas admiscuit,quasi si generosum uinũ lotio uities aut aceto, ne quis mederi queat. De quo q̃dẽ impostore cõpertiora dicemus,cũ ad tertium huius uoluminis ordinẽ uentũ erit, in quẽ indoctas & ineptas illius nugas cõiecimus. Habes quot modis depraeuẽtur inscriptiões, & uides rem adeo neq̃ raram esse,neq̃ nouam,ut in nullo fere scriptore non cõtigerit,frequentius aũt in præclaris,& gratiosis. Reliquũ est,ut ostendamus,q̃bus modis hic fucus dephendi coarguiq̃ possit, præsertim in diui Hieronymi scriptis, cuius in præsentia negociũ agimus. Etenim

cui ſatis eſt quocũq; pacto ꝓnotatũ authoris nomen, is ꝓ quatuor, quatuordecim oꝑinor leget euãgelia. Quid aũt facili⁹ eſt, ꝙ nomẽ qd' cũq; libuerit libro ꝓfigere? Certe nõ obſtitit antiqs illis ꝓhib⁹ ꝙtũuis magnificus titulus, quo min⁹ tot apocryphas ineptias reꝛcerẽt, nimirũ rem magis ſpectãtes ꝙ inſcriptionẽ. Alioqui ſi clauſis, quod dici ſolet, oculis accipiem⁹, qcquid ꝓbati uiri titulũ ꝓ ſe feret, cui nõ ꝓcliue ſit orbi imponere, ꝓſertim hiſce tẽporib⁹, quib⁹ qcquid ſcriptũ fuerit, ꝓtinus bis mille ꝓpagatũ exẽplaribus, ꝓ oẽs terras diſſipaẽ? Nõ tibi ſatis eſt titulus, quẽ habẽt pyxides medicorũ, ſed olfacis, tractas, deguſtas, nec ꝓtin⁹ opobalſamũ eſſe credis, ſi balſami titulũ habeãt myrothecia. Sed modis oĩb⁹ exploras, ne forte decept⁹ inſcriptiõe, uenenũ accipias ꝓ remedio, lutũ ꝓ unguẽto. Nomiſma ꝓbas, nõ cõtent⁹ inſcriptiõe, pãnũ experiris haud credẽs ſymbolo. Aurũ affricas coticulæ, diffiſus colori. Habem⁹ notas qbus natiuã gẽmã a facticia diſcernamus, nec ſatis eſt, ſi qs mõ Smaragdũ appellet, aut Lyncuriũ, & in ſolis libris recipiẽdis, qd' cũq; nomẽ temere aſſcriptũ ſatis erit? At dixerit aliquis. Quid tãtopẽ refert, cui⁹ titulũ habeat liber, modo bonus? Id fortaſſis in Plautinis fabulis, nõ ita magni referat. Cæteꝙ in ſacris uiris & eccleſiæ colũnis, unde põtifices ac Theologi uelut ab oraculis ſua, de bello, de ſacramentis, decq; grauiſſimis reb⁹ ſumũt decreta, plurimũ opinor referet. Alioqui futurũ eſt, ut impoſtoris alicui⁹ dictũ imo ſomniũ, Pauli, aut Hieronymi noie ꝓductũ, cogat me uel tacere, uel ſeq qd' rectũ nõ eſt. Id qd' cotidie uidem⁹ in Theologicis diſputatiõib⁹ factitari, magno cũ riſu bonas callẽtiũ litteras. Ac lõge qdẽ ꝓcliuius eſt, deꝑhẽdere nõ eſſe illius cui inſcribiꝫ, ꝙ ꝓnũciare cuius ſit opus. Qꝛꝙ hoc quoq; nõnũq; a ſagacibus & emũctæ nariſ ingenijs deprehẽdi põt. At qbus tãdẽ notis, hoc licebit aſſequi? Permulta qdẽ ſunt alia, quæ cõiecturã ꝓ beãt, ſi nõ cõuenit tẽpus, ſi nõ cõſentiũt dogmata. Verũ hæc & id gen⁹ alia, facile imitatur, q ſtudeat imposturã facere. Certiſſimus index, & uere lydius, ut aiũt, lapis eſt, character oratiõis & habit⁹. Vt ſua cuiq; facies, ut ſua cuiq; uox, ut ſu⁹ cuiq; mos & genius, ita ſuus cuiq; ſtilus. Nec ꝓinde relucet in ſpeculo corporis imago, ꝙ in oratiõe mẽtis habitus apparet. Hãc normã ſecut⁹ eſt Varro in penſitãdis Plauti fabulis, nõ indices Helij, nec Claudij, nec Aurelij, nec Accij, nec Manilij, hoc eſt librariorũ titulos, quẽadmodũ ait Gellius. Hãc ſecutus eſt Ariſtarchus, hãc ipſe diuus Hieronymus, etiã inter diſertos. Nã inter infantẽ & æloquentẽ manifeſtius diſcrimẽ eſt, ꝙ inter hoiem & ſimiã, inter ſilicẽ & gẽmã. In Apologetico aduerſus Ruffinũ, Nouatiano librũ aſſerẽs, quẽ ille Tertulliani dicebat, Et authoris, inqt, æloquiũ ſtili ꝓprietas demõſtrat. Rurſum eodẽ argumẽto Pãphilo ſuũ uindicat opus. Vñ inquiẽs ſciã, qd' Pamphili ſit? Videlicet ſtilus & ſaliua docere me poterũt. Et diui Auguſtini librũ, cũ qdã negarẽt illius eẽ, ex epicherematis ait agnouiſſe ſeſe. Secũdã Petri epiſtolã ſtili dũtaxat indicio putat alterius eſſe. Tũ eã quæ ferẽ ad Hebræos, uerecũde ſignificat Clementis uideri poſſe, qd' ſtilus multã haberet affinitatẽ cũ illius epiſtola, quã ſub noie Romanæ eccleſiæ ſcripſit ad Corinthios. Ac ne lõgior æquo fiã, in catalogo ſcriptorũ illuſtriũ, ſæpenũero libros alijs adimẽs, alijs aſſerit, nihil ſecutus ꝓter ſermonis guſtũ, ſtiliq;, quẽadmodũ ille loqtur, ſaliuã. Sed hæc rideri ſolent a pinguibus iſtis, & arguti, ſi muſis placet, uideri uolũt, cũ reſpõdent eiuſdẽ authoris nõ ſemꝑ eũdẽ eſſe ſtilũ, & hæc nobis potiſſimũ obgãniũt illi, q prorſum, nec qd ſit ſtilus ignorãt, nec ullos bonos euoluũt authores. Quaſi uero neſciam⁹ uel ꝓ ætate, uel ꝓ argumẽti natura, uel ſtudio, uel ꝓfectu, uel ꝓ animi habitu nõnihil uariari dictionẽ. Nec eñ eadẽ eſt oratio Ciceronis in Philippicis, quas ſenex ſcripſit, & in Verrinis actionib⁹, quas iuuenis. Et alio dicẽdi genere patrocinaꝫ Miloni, ꝙ quo diſſeruit de officijs. Nec ipſe nũc eodẽ oratiõis genere hæc diſputo, quo olim Philippũ principẽ laudauim⁹, qd' ſciã aliter encomiũ ſcribi, aliter ſcholia. Et Tulli⁹ æloquẽti⁹ tractat oratorẽ ſuũ, ꝙ ꝓceperat de inuentiõe rhetorica. Nõnũq; data opa ſtilũ uariamus, ſiue quod libet experiri diuerſa, & nũc hũc, nunc illũ ſtudemus exprimere, ſiue qd' hoc tribuimus ijs ad quos ſcribimus. Iã accreſcente ꝓ aſſiduã meditationẽ oratiõis facultate, nõnihil nouẽ oportet. Poſtremo quẽadmodũ ali⁹ eſt ſermo cõmoti, ali⁹ ſedati, aut alacris: ita diuerſus eſt ſtilus, aliter affecti. Et hæc expẽdat oportet q de phraſi uelit ferre ſentẽtiã. Alius eſt uultus irati, ꝙ ꝓpitij, alius triſtis ꝙ alacris: & tñ ea res nõ obſtat, quo minus agnoſcaſ hois tibi noti faciẽ. Quẽ iuuenẽ noueras, ſenẽ agnoſcis cũ oia mutet ætas. Fratrũ aut ſoroꝝ inter ſe ſimilitudo, nõ impedit, quo minus Paridem dignoſcas ab Nectore, Caſſandrã a Polyxena. Atq; adeo haud ſcio an unq; inter ullos gemínos tã indiſcreta fuerit formæ ſimilitudo, quin a familiarib⁹ certe quiuerint internoſci. Quinetiã uehemẽter attẽtis, ouũ ab ouo, ficũ a ficu licet diſcernere, uel refragrãtib⁹ puerbijs tantũ abeſt ut ſtilus a ſtilo diſcerni nõ queat: cũ nõ alia in re maior ſit uarietas, ſtilus modo ſit ullus: & accedat artifex, qꝓnũciet. Nec eñ Tartareti dictionẽ facile ſecernas, ab oratiõe Bricot, nõ hercle magis ꝙ ab Occam Scoti, aut ab Hugonis carrarij, Lyræ, aut ſcopas a ſcopis, aut rudera rudere. At Auguſtinũ ab Hieronymo, nihil negocij ſit dignoſcere, ni prorſus ignores qd ſit oratio. Nũq; ita ſe deijcit Hieronym⁹ quin diuo Thoma ſit cultior, etiã cũ ille rhetoricaꝫ maxime. ſed ut mõ dixi, artifex de artifice certiſſime ꝓnũciat. Sculptor ſculptoris, pictor pictoris manũ ꝓtin⁹ agnoſcit. Muſices peritus, cantiõis authorẽ ex harmonijs intelligit. Protogenes Appellẽ nõ añ uiſum e linea ducta incõtãter deprehendit, ſed artifex artificẽ, cũ bubulc⁹ interim aliqs nec Fului, aut Rutubæ manũ ab Appellis, aut Xeuſidis manu ſit diſcreturus. Qꝛꝙ ingenue fateor accidere poſſe, ut in nõnullis tãta ſit dictiõis ſimilitudo, ut modeſtius ſit ambigere ꝙ ꝓnunciare. Qꝛꝙ cũ ſtilũ dico, nõ ſolũ ſũmã illã orationiſ, quaſi cutẽ aut bracteã intelligo uerborũ & figurarũ in uerbis ſitarũ: ut ubicũq; qnq; Hieronymiana uerba deꝑhendero, ꝓtinus Hieronymũ ſcripſiſſe cõfirmẽ, aut q ſubinde clauſulã oratiõis ad hũc modũ finiat, eſſe uideaꝫ, eũ ſtatim Ciceronẽ ꝓnunciẽ, Apud quẽ aliquoties repperero, interim ꝓ interdũ, ſtatim Quintilianũ putẽ, Apud quẽ legero tãq; ꝓ uelut, aut infulcire ꝓ inculcare, mox Senecã eſſe credã, Vbi uidero ſane ꝙ & oppido ꝙ, ꝓ ualde poſitũ, extẽplo Gelliũ arbitrer ſcripſiſſe, Vbi nupturire, uerbigerari, aut aliud ſimile ỹbũ occurrerit, iã Apuleiũ exiſtimẽ loq, Aut q ὁμοιοτελεύτοις & ὁμοιοπτώτοις frequẽtius utaꝫ, hũc cõtinuo credã Auguſtinũ eẽ. Qui ue crebris periodis in lõgũ ꝓducat ſententiã, hũc ſlico putẽ eſſe Gregoriũ. Plurimas res pariter cõplectiꝫ ſtili uocabulũ, ſermonis habitũ, & dictiõis quaſi filũ, figuras, cõſiliũ, iudiciũ, argumẽtatiõis ge-

nus, inuẽtionẽ, tractationẽ, affectus, & ἦθη quæ græci uocãt, atq; in singulis hoꝝ mille discrimina, nempe, nõ pauciora q̃ sunt ingeniorũ, quoꝝ ꝓfecto totidẽ differẽtiæ sunt, quot ipsi sũt hoies. Ali⁹ iucũdior est, alius exactior, alius simplicior, alius picturatior, ali⁹ lenior, alius acrior, hic seuerior est, ille festiuior, hic fusior, ille densior, hic eruditior, ille sanctior, hic copiosior, ille neruosior, deniq; ne rem infinitã perse/quar, totius animi simulachrũ semel exhibet oratio. Neq; secus q̃ in corporũ ꝓpagatiõe, parentũ habi/tus in liberis repsentat: ita quoties ingeniũ exertis uiribus gignit aliquid, omneis mẽtis notas illic licet agnoscere, maxime si qs nõ imperitus animũ aduerterit. Q̃q̃ in nullis iudiciũ certius q̃ in his, quos in/genij uis, doctrinæ magnitudo, æloquẽtia singularis, aliæq; dotes eximiæ reddũt inimitabiles. Nam ut de mediocribus sit aliqua dubitatio, certe Apellis ἀναδυομένην uel procul statim agnoscet artifex. Si quis affectet ut pro Cicerone legat, nihil agat, qd̃ felicissimã illius facilitatẽ, & iucũdissimã subtilitatẽ nemo possit assequi, Is in epistolis ait, sese sua dicta talibus insignisse notis, ut nõ difficile foret ab aliorũ dictis internoscere. Nã huic aliena quædã in hoc genere tribuebant. At in Hieronymo nostro tã multæ sunt dotes, tam eximiæ, ut una quælibet haꝝ ad discrimẽ abunde sufficiat. Earũ aliquot sic habet cũ alijs cõ/munes, ut multis ꝑcurrat parasangis, adeoq; uincat, ut huic admoti, qd̃ habẽt nõ habere uideant. Acce/dũt quædã peculiaria, quæ nemo Christianoꝝ, nec habuit nec affectauit. Ingenij diuina quædã uis, mira fœcũditas, ardor incõparabilis, æloquentia, sanctimonia, diuinarũ litteraꝝ cognitio, studiorum feruor, aliaq; id genus sic eminẽt in hoc, ut inter omneis ipsa dignosci possit excellẽtia. Cæterũ peculiaria sũt, fe/lix illa reꝝ omniũ mixtura, qua qcqd est in ullo uel authoꝝ, uel disciplinarum genere, uel apud Græcos, uel apud Hebræos, uel apud Latinos, siue priscũ sit, siue neotericũ, miro quodã artificio sic infulcit, inte/xit, cõcinnat, ut mireris e tã diuersis unũ qddã posse cõflari. Nemo dẽsius, nemo felici⁹ mysticæ scriptu/ræ testimonia inculcat, quas uelut in nũerato habebat, & quãtũ equidẽ conijcio, locis certis, quos in hoc parauerat digestas, ꝓ quos effecerat, ut qcqd usq; eẽt abstrusum in bonis authoribus, id ꝓtinus ad manũ eẽt. Ex occultis ueteris instrumẽti mysterijs, ex recõditis ꝓphetarũ ænigmatis libẽter aliqd depromit, uelut ostentans opes suas, quo magis inflãmet lectorẽ, ad sanctarũ studia scripturaꝝ. Tũ uidere est in eo ppetuã quãdã festiuitatẽ, quã eruditi mirant in. M. Tullio. Nã in reb⁹ etiã maxime serijs, tamẽ dictu mirũ est, quãtũ habeat salis, quãtũ iucũditatis. Dephẽdas in eodẽ ingeniũ uersatile, ac pene dixerim ua/friũ. Dilẽmatis & epiphonematis impẽdio delectat⁹ est. Singularis q̃dã in insectãdis ac depingẽdis ho/minũ uitijs libertas. Qua sic utit̃ aduersus hæreticos & calũniatores, ut aliquoties, dicã em̃ ingenue, mo destiã in eo cogar desyderare. Ad hæc, nullũ scripsit opus, qd̃ nõ ipse locis aliquot citet, Id agẽs opinor ne uel intercideret lucubratiões illius, uel alienis noibus occuparent, cũ nihil horũ q̃ reiecimus usq; ad ducat, aut uel leuiter meminerit. Vt ne dicã interim, qd̃ quædã hoꝝ quæ nos separauimus, in puetustis exẽplarib⁹, aut oino nõ habebãt, aut alioꝝ ꝑferebãt noia. Et in nõnullis impostor ille qsq; fuit, sic nomẽ inculcat suũ, ut hoc ipm faciat suspitionẽ captatæ iposturæ. Sũt & aliæ notæ quas ne sim ꝓlixior omitto. In sũma est peculiaris qdã pectoris & ingenij gust⁹, quẽ sentire licet magis q̃ explicare. Quib⁹ oib⁹ diligẽ/ter obseruatis, quæ uere diuinũ uirũ referebãt, ea illi⁹ noi reddidim⁹, alienis falsum titulũ detraxim⁹, non tã ingenio nostro freti, qd̃ q̃ nobis mediocre cõtigerit, nõ ignoram⁹: nec eruditiõe, quã nobis nõ uindi/cam⁹, sed partim familiaritate, quã frequẽti lectiõe ueluti cõfabulatiõe cũ Hieronymo cõtraxim⁹ (Nam & olim adolescẽtes hui⁹ scriptis unice sum⁹ delectati, Et nũc hoc magis capimur, quo plus accessit erudi/tiõis), ptim diligẽtia studioq;, quo puestigatis oib⁹, mihi uideor qd̃ ueꝝ est, nõ dubijs argumẽtis deph̃ disse. Iã quãtũ meo iudicio tribuẽdũ sit, alioꝝ facio iudiciũ. Nec em̃ agnosco laudẽ, quã mihi tribuũt hac in re quidã eruditissimi qdẽ illi, sed amici. Cæteꝝ in cẽsendo dictiõis genere, quãdoqdem in ea palestra tot iã ãnos sum exercitat⁹, si qd mihi sumo, uideor id nõ oino arrogãter facere, ꝑsertim ad utrũq; parat⁹, ut uel mutẽ sentẽtiã, si qs adducat cõptiora: uel cõcedã, si qs digladiari malit, q̃ discere. Nã ijs q̃ cauilla/bũt, q̃dã a nobis adempta Hieronymo: quæ tñ hui⁹ titulo citant in decretis, & in ecclesijs publice legũt, abũde satisfaciem⁹, cũ ad extremã hui⁹ tomi ptẽ ueniem⁹, in quã ea relegauimus, q̃ uelut ab impudẽtissi/mo impostore subdita ꝓsũ indigna duxim⁹, ut in his studiosi bonas horas collocarẽt. In pñtia tãtũ illud admonuisse sufficerit, ꝓmulta quõdã in ecclesijs publice solere legi, q̃ postea sint explosa per episcopos uel eruditiores, uel attẽtiores, quẽadmodũ in catalogo scriptoꝝ testat̃ diu⁹ Hieronym⁹. Imo in his ipis, q̃ reijcit & carbone notat in decretis põtificia cẽsura, plæraq; fuerant olim publico Christianorũ usu rece/pta. Nec uerit⁹ est Hieronym⁹ receptissimã ꝓ uniuersum orbẽ canonicorũ uoluminũ æditioñ, sua uel in terp̃tatiõe, uel emẽdatiõe mutare. Qd̃ si q reclamẽt, eas põtificũ esse ptes, haud mei similiũ: nihil eqdẽ repugno. Sane fateor põtificũ est sup hisce reb⁹ statuere, p̃sertim si qd ad fidei Christianæ rẽ ptinet, mei tñ similib⁹ fas ẽ admonere. Q̃q̃ eruditi negãt illã Gratiani nescio cui⁹ cõgeriẽ, ulla unq̃ publica ecclesiæ authoritate cõprobatã fuisse, magisq; scholasticoꝝ usurpatiõe paulatim inualuisse, q̃ iudicio Synodali, cũ inter hos ipos hodie uideam⁹ illi⁹ opis testimoniũ nõ temere recipi, nisi si qd fuerit cõmodũ ad nostrũ negociũ: si qd officiat, reijci uelut ãtiquatũ iã & obsoletũ. Sed donem⁹ ualere, magni certe refert, qd quo animo cõprobet ecclesia. Neq; em̃ parẽ authoritatẽ tribuit Hebræoꝝ uoluminibus, & quatuor euãgelijs: nec idẽ uult eẽ põdus Iudith, Hester, Thobiæ, & Sapiæ libris, qd̃ Moysi pentateucho. Paulũ recipit, sed ut apostolũ, Augustinũ recipit, sed ut interp̃tem, nec alia lege recipit, q̃ ipse q scripsit, suos libros legi cu pit. Recipit canonicã scripturã, ut de cui⁹ fide nolit ambigi. Recipit hũanas de sctis historias, nõ ut p oia certas, sed quæ cũ fructu moꝝ legi possint. Nõnulla cõdonat iã receptæ cõsuetudini, ac multitudinis affe/ctib⁹, si mõ senserit eiusmodi, ut citra religiõis uitæq; pnicie legi possint. Nisi qs forte, qd̃ in decretis lege rit, Sedulij pascale opus insigni laude p̃ferim⁹, cõtinuo postulet, ut Sedulij uersiculos, actis apl̃orũ æque mus. Postremo nõ illic agit̃ de titulo, sed de re. Alioq; qd futuꝝ est, cũ ea q̃ publice canunt̃ in tẽplis alio atq; alio titulo ꝓponi uidemus, id qd̃ in multis usu uenire, certũ est: Sup oia si q̃dã sua dogmata mutauit ecclesia, de reb⁹ grauissimis, ueluti de Synaxi, de matrimonio, nimiꝝ diligẽti⁹ pẽsitato negocio, qd magni

Si qd in his mutet, quæ aut nõ ptinẽt ad Christianã fidẽ, aut certe multo leuius ptinẽt. Neq; em̃ opinor pernitius hæreticus sit, si qs Euãgeliũ qd̃ Marci noie legit, Petri titulo legẽdũ existimet. Verũ hisce de rebus plura iã pene diximus, q̃ decretũ erat, quæ suo loco copiosius reddẽtur. Nũc ne lectorẽ nimis lõga ꝓfatiõe defatigẽ, & priusq̃ ad rem ueniat, ꝑmissis breuib⁹ in singulas cẽsuris, ipas epistolas subiiciemus.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

RUdita prorsus & æloquens epistola, sed quã, ut nihil aliud accedat, uel stilus palam arguat nõ esse Hieronymi. Præterea consentaneũ nõ est, Hieronymũ ad eandem uirginem ijsdem de rebus bis scripsisse. Diuus Augustinus nõ nihil suspicari uidetur ab hæretico Pelagiano cõscriptam, quod insint in ea nõnulla, quæ Pelagianorũ dogmata resipiant, ꝑsertim, cum is Pelagius in epistola quadã testet sese ad Demetriadẽ scripsisse. Beda putat esse Iuliani hæretici. Cæterꝝ error inscriptionis hinc natus est, qd̃ Hieronym⁹ quoq; scripserit ad hãc uirginẽ argumẽto nõ dissimili.

## AD DEMETRIADEM VIRGINEM.

SI summo ingenio pariq; fretus sciẽtia, officiũ scribẽdi facile me implere posse crederem: tamen tã arduũ hoc opus ingredi, sine magno difficultatis timore nõ possum. Scribendũ tamẽ est ad Demetriadẽ uirginẽ Christi, uirginẽ nobilẽ, uirginẽ diuitẽ, & quod his maius est, ardore fidei, nobilitatẽ diuitiasq; calcantem. Quam utiq; pro tam insigni admiratiõe uirtutis: ut laudare oibus facile, ita docere difficile est. Cui em̃ oratio deesse possit in eius laude celebrãda: quæ summo loco nata, in summis opibus delitijsq; nutrita: tantis tãq; uarijs huius uitæ blandimẽtis, uelut tenacissimis quibusdã irretita uinculis, subito eruperit: cũctaq; simul corporis bona, animi uirtute mutauerit? Quæ florẽ adhuc ipm ineuntis ætatis: quodã fidei gladio, id est, uolũtate succiderit? Et crucifigens cũ Christo carnem suã uiuã, sanctãq; hostiã sacrauerit deo: ac nobilissimi sanguinis posteritatẽ, uirginitatis amore cõtempserit? Prona autẽ & facilis dicendi uia est: quæ ipsa ubertate materiæ cursum orationis accendit: sed nobis alio magis itinere pergendũ est, qbus propositum est, institutionem uirginis nõ laudẽ scribere: nec tam paratas iam uirtutes eius exprimere q̃ parandas: magisq; reliquam ordinare uitam, q̃ ornare præteritam. Est autem difficillimum cum eius persona facere, in qua cupiditas tanta discendi est, tantusq; perfectionis ardor, ut ei quãlibet perfecta doctrina par esse uix possit. Meminit em̃ recteq; meminit, quas mundi opes gloriamq; respuerit, qui
D bus uoluptatibus renunciauerit, quas deniq; contempserit uitæ præsentis illecebras. Et ideo cõtenta non est cõmuni hoc mediocriq; genere uiuendi: & quod facile ipsa multorum societate uilescat. Nouũ aliquid & inusitatum requirit: præcipuum ac singulare quoddam flagitat: non minus conuersationem suam q̃ cõuersionem cupit esse mirabilem. In sæculo nobilis, apud deũ cupit esse nobilior. Tam preciosa requirit in moribus, q̃ contẽpsit in rebus. Hunc utiq; tam de uotæ mentis ardorem: hanc tantæ perfectionis sitim, quod unq̃ satiabit flumen ingenij? Quæ uis aliquando orationis, quæ copia tantum uerbis exprimere poterit, quantũ parata est uirgo rebus implere? Nobis uero donanda est uenia, qui ad ornandum dñi tabernaculum, secundũ uires nostras munus offerimus. Nec uereamur ne temere scribẽdo, ad tantæ nobilitatis uirginẽ, ultro nos morsibus tradam⁹ inuidiæ. Scribimus em̃ petente sancta matre eius, imo iubẽte, idq; a nobis trãsmarinis litteris, miro cũ desyderio animi flagitante: quæ facile ostendit: quo studio quãtaq; cura in filia germen cœleste plãtauerit: dũ illud tã sollicite cupit ab alijs irrigari. Remoti igit a temeritate: & ab ambitiõe liberi, ꝓposito insudemus operi. Nec de mediocritate diffidimus ingenij, quod credimus, & fide matris, & merito uirginis adiuuari. Quotiens mihi de institutione morũ & sanctæ uitæ cõuersatiõe dicẽdũ est, soleo prius humanæ naturæ uim qualitatẽq; mõstrare: & quid efficere possit ostendere: ac iã inde audiẽtis animũ ad species incitare uirtutum: ne nihil prosit ad ea uocari, quæ forte sibi impossibilia esse præsumpserit. Nequaq̃ enim uirtutum uiam ualemus ingredi, nisi spe ducamur comite. Siquidem appetendi omnis conatus perit consequendi desperatione. Quẽ ego exhortationis ordinem, cum in alijs quoq; opusculis tenuerim, tum hic maxime obseruandum puto: ubi eo plenius naturæ bonum declarari debet, quo instituẽda est uita ꝓfectior, ne tãto remissior sit ad uirtutẽ anim⁹ ac tardior, quãto min⁹ se posse credat: & dũ qd̃ inesse sibi ignorat, id se existimat nõ habere. Proferenda semp in noticiã ea res est, cui⁹ usus desyderat, & explicandũ est qcqd bonũ natura potest, cũ qcqd posse ꝓbat, implendũ est. Hæc igit prima sanctæ ac spiritalis uitæ fundamẽta iaciant: ut uires suas uirgo agnoscat: q̃s demũ bene exercere poterit cũ eas se habere didicerit. Optima em̃ animi incitamẽta sunt, cũ docet aliqs posse qd̃ cupiat. Nã & in bello ea exhortatio maxia est: eaq; pluri-

mum

A mum authoritatis habet:quæ pugnatorem de uiribus ſuis admonet. Primum itaq; debes naturæ humanæ bonum de eius authore metiri(deo ſcilicet),qui cum uniuerſa mundi, & quæ intra mundum ſunt, opera bona, & ualde bona feciſſe referatur: quanto putas præſtantiorem ipſum hominẽ fecit:ꝓpter quẽ omnia etiã intelligitur illa cõdidiſſe? Quẽ dũ ad imaginem & ſimilitudinem ſuã facere diſponit,anteq; faciat,qualẽ ſit facturus oſtendit. Deinde cũ ſubiecit ei uniuerſa animalia:eũq; etiã conſtituit eorum dñm,quæ uel mole corporis,uel uiriũ magnitudine,uel armis dentiũ,multo ualentiora homine fecerit:ſatis declarat, quanto pulchrius ſit homo ipſe cõditus:quẽ uel ex hoc uoluit naturæ ſuæ intelligere dignitatẽ,dũ fortia ſibi ſubiecta miratur animalia. Neq; em̃ nudũ illum ac ſine præſidio reliquit:nec diuerſis periculis uelut expoſuit infirmum. Sed quẽ inermẽ extrinſecus fecerat,melius intus armauit:ratiõe ſcilicet atq; prudentia:ut per intellectum uigoremq; mẽtis,quo cæteris præſtabat animalibus,factorem omnium ſolus agnoſceret:& inde ſeruiret deo,unde alĩs dñabatur. Quẽ tamen iuſticiæ dñs uoluntariũ eſſe uoluit,non coactum. Et ideo reliquit eũ in manu cõſilĩ ſui. Poſuitq; ante eũ uitã & mortẽ, bonum & malum:& quod placuerit ei,dabitur illi. Vnde etiã in Deuteronomio legimus: Vitã & mortẽ dedi ante faciem tuã,benedictionẽ & maledictionẽ,elige tibi uitã ut uiuas. Hinc iam prouidendũ eſt:ne forte illud remordeat te,in quo temere imperitum uulgus offendit. Et ideo non uere bonũ factũ hominẽ putes:quia is facere malũ poteſt. Nec ipe naturæ uiolentia aſtringatur ad immutabilis boni neceſſitatem. Nam ſi diligẽter retractes:& ad ſubtiliorem intellectũ cogas animũ:hinc tibi melior ſtatus hominis, ac ſuperior apparebit,unde putatur inferior. In hoc em̃ gemini itineris diſcrimine:in hac utriuſq; libertate,partis rationabilis animæ decus poſitum eſt. Hinc inquam totus naturæ noſtræ honor conſiſtit:hinc dignitas:hinc deniq; optimi quiq; laudem merentur,hinc præmiũ. Nec eſſet omnino uirtus ulla in bono perſeuerantis: ſi is ad malum tranſire non potuiſſet. Volens nãq; deus rationabilem creaturam uoluntarij boni
B munire,& liberi arbitrij poteſtate donare:utriuſq; partis poſſibilitatem homini inſerendo,proprium eius fecit eſſe quod uelit:ut boni ac mali capax,naturaliter utrũq; poſſet: & ad alterutrũ uoluntatem deflecteret. Neq; em̃ aliter ſpontaneum habere poterat bonum: niſi æque etiam malum habere potuiſſet. Vtrũq; nos poſſe uoluit optimus creator,ſed unum facere,bonum ſcilicet,quod & imperauit:maliq; facultatem ad hoc tantum dedit:ut uoluntatem eius ex noſtra uoluntate faceremus. Quod cum ita ſit,hoc quoq; ipſum quod etiã mala facere poſſumus, bonum eſt. Bonum inquã:quia boni partem meliorem facit. Facit em̃ ipſam uoluntariam ſui iuris:non neceſſitate deuinctam,ſed iudicio liberã. Licet quippe nobis eligere,refutare,probare,reſpuere. Nec eſt quo magis rationabilis creatura cæteris præferatur,niſi quod cũ omnia alia conditionis tantum ac neceſſitatis bonum habeant:hæc ſola habeat etiam uolũtatis. Sed plæriq; impie:non minus q̃ imperite cum ſuper ſtatu hominis quæritur(uereor dicere)quaſi reprehẽdentes opus domini:talem illum aiunt debuiſſe fieri:qui omnino facere non poſſet malũ. Dicit itaq; figmentum ei qui ſe finxit: Quid me feciſti ſic? Et improbiſſimi hominũ,dum diſſimulant idipſum bene adminiſtrare quod facti ſunt:aliter ſe factos fuiſſe malunt:ut qui uitam ſuã emendare nolunt,uideantur emendare uelle naturam. Cuius bonum ita generaliter cunctis inſtitutum eſt,ut in gentilibus quoq; hominibus qui ſine ullo cultu dei ſunt, ſe nonnunq̃ oſtendat ac proferat. Quã multos em̃ philoſophorum & audiuimus & legimus: & ipſi uidimus caſtos,patientes,modeſtos,liberales,abſtinentes,benignos,& honores mundi ſimul,& delitias reſpuentes,& amatores iuſticiæ nõ minus q̃ ſcientiæ. Vnde quæſo hominibus alienis a deo iſta, quæ deo placent? Vnde aũt illis bona niſi de naturæ bono? Et cũ iſta quæ dixi,uel oĩa in uno, uel ſingula in ſingulis haberi uideamus: cũ omniũ natura una ſit, exemplo ſuo inuicem ſibi oſtendunt oĩa in oĩbus eſſe poſſe:quæ uel oĩa in oĩbus,uel ſingula in ſingulis inueniant. Quod ſi etiam ſine deo homines oſtendũt, quales a deo facti ſunt,uide qd Chriſtiani facere poſſũt: quorũ in melius per Chriſtum natura & uita inſtructa eſt:& q diuinæ quoq; gratiæ iuuãtur auxilio. Age iam ad animæ noſtræ ſecreta ueniamus. Seipſum unuſquiſq; attẽtius reſpiciat. Interrogemus qd de hoc ſentiant ꝓpriæ cogitatiões. Ferat ſentẽtiã de naturæ bono ipſa cõſciẽtia:inſtruamur domeſtico magiſterio animi:& mẽtis bona nõ aliũde magis,quæq;,q̃ ab ipſa mente diſcamus.

C discamus. Quid illud obsecro est, quod ad oẽ peccatũ aut erubescimus, aut timemus: & culpam facti, nunc rubore uultus, nunc pallore monstramus: ac trepidante animo, etiam in minimis delictis testem effugimus, conscientia remordemur: ediuerso autem in omni bono læti, cõstantes, intrepidi sumus: idq; si occultum est, palam etiam fieri cupimus & uolumus, nisi quod testimonio sibi est ipsa natura: quæ hocipso declarat bonum suum, quo ei malum displicet: & dum in bono tãtum opere cõfidit: quid solum eam deceat ostẽdit? Ninc est illud quod frequẽter carnifice occulto, in authorem sceleris, conscientiæ tormenta deseuiunt: & latentem reum, secreta mentis pœna persequitur. Nec ullus post culpam impunitati locus est, cum sit reatus ipse supplicium. Ninc est quod econtrario innocens etiam inter ipsa tormenta fruitur conscientiæ securitate: & cum de pœna metuat, de innocentia gloriatur. Est eñ inquam in animis nostris naturalis quædam (ut ita dixerim) sanctitas: quæ uelut in arce animi præsidẽs, exercet mali boniq; iudicium: Et ut honestis rectisq; actibus fauet: ita sinistra opera condemnat: atq; ad conscientiæ testimonium, diuersas partes domestica quadam lege dijudicat. Nec ullo prorsus ingenio, aut fucato aliquo argumentorum colore decipit: ipsis nos cogitationibus fidelissimis & integerrimis sane testibus, aut arguit, aut defendit. Nuius legis scribens ad Romanos meminit Aposto lus: quã omnibus hominibus insitam, uelut in quibusdam tabulis cordis scriptam esse testat. Cum enim (inquit) gentes quæ legem non habent: naturaliter quæ legis sunt faciũt: huiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: testimonium reddente eis conscientia eorum: & inter se inuicem accusantium cogitationũ: aut etiam defendentiũ. Nac lege usi sunt omnes quos inter Adam atq; Moysen sancte uixisse, atq; placuisse deo scriptura commemorat. Quorum tibi exempli causa, aliqui proponendi sunt: ut facile intelligas quantũ sit naturæ bonum, cũ eam legis uice docuisse iusticiã probaueris. Abel primus hanc magistram secutus, ita dominum promeruit: ut dum ei offerret hostiam, tam grate sacrificium eius acceptum deo fuerit: ut fratrem in inuidiam concitaret. Quem iustum in euan
D gelio dominus ipse commemorans: breuiter perfectionem eius exposuit. Omnis eñ uirtutum species, uno iusticiæ nomine continetur. Beatum Enoch ita placuisse deo legimus: ut eum e medio mortalium raperet: & in mundo consummatum, de mundi habitatione trãsferret. Noe iustus in generatiõe sua & perfectus asseritur: cuiꝰ sanctitas eo magis est admirabilis: quod toto prorsus a iusticia declinãte mũdo, solus iustus inuẽtus est: nec ab alio sanctitatis quæsiuit exemplũ, sed ipse præbuit. Et ideo totius orbis imminente naufragio: solus ex oibus meruit audire: Intra tu & domus tua in arcam: quia te uidi iustum in generatione ista coram me. Ante deum autem ille iustus probatur, qui corpore sanctus est & corde. Melchisedec sacerdos dei legitur: cuius meritum facile ex hoc intelligi potest: quod multo post futurum domini sacramẽtum: ante signauit: ac sacrificio panis & uini, mysterium corporis & sanguinis expressit: ac sacerdotij sui typo, Christi sacerdotium figurauit: cui a patre dicitur: Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchisedec. Nam & quod benedicit Abraham principẽ patriarcharũ, qui per circũcisionem, pater Iudæorum, per fidem gentium: illius signatissime ostendit figurã: qui per fidem suã & Iudæis donauit benedictionem & gentibus. Lot quoq; sancti Noe uirtutem secutus: inter tot peccantium exempla, iusticiam non reliquit. Et ut illum totius mundi exemplũ nõ uicit: ita hic tota illa in qua habitabat, regione peccante, contra multitudinis uitia tenuit sanctitatẽ. Qui (ut beatus Petrus ait) uisu & auditu iustus erat: & inter pessimos positus, mala eorum & oculis auersabatur & auribus: atq; ideo simili exẽplo: ut ille diluuio, ita hic est ereptus incẽdio. Quid Abraham amicum dei, quid Isaac & Iacob memorem? Quã perfecte impleuerint domini uoluntatem, uel hinc possumus æstimare, quod familiari quadam & præcipua dignitate: eorum se deum uoluit nominari. Ego sum (inquit) deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Noc nomẽ meum sempiternum & memoriale in generationes generationũ. Ioseph fidelis domini famulus a puero, tribulatiõibus magis iustus & perfectus ostẽditur: qui primũ a fratribus Nismaelitis in seruum addictus est, ab eisq; uenditus, a quibus se uiderat adorandũ. Deinde Aegyptio domino traditus: semper tamen ingenuam animæ tenuit dignitatem: docuitq; exemplo suo & seruos & liberos in peccando, non conditionem cuiq; obesse, sed mentem. Nic quæso re-

morare

A morare pauliſper: & caſtū animū, ſollicite uirgo conſydera. Cōcupiſcit a domina Ioſeph adoleſcens: nec ad concupiſcentiam prouocatur: rogatur & fugit. Vna hac in re & blanditur & ſupplicat, quæ in cæteris imperabat. Amor dei, mulieris amore non uincit. Caſtum animū, nec ætas adoleſcētiæ permouet, nec diligētis authoritas. Contempta frequēter dña, propiores adoleſcenti inſidias tendit. In ſecreto ac ſine teſtibus, manu impudēs apphendit: ac procacioribus uerbis hortat ad crimen. Ne hic quidē uincitur, ſed ut uerba uerbis: ita res rebus refert. Nam q frequēter rogatus negauerat: nūc cōprehenſus aufugit: & antecp illud euangelicū diceret: Qui uiderit mulierē ad cōcupiſcendū eam: iam mœchatus eſt eā in corde ſuo: ille non aſpectu ſolū, ſed ipſo pene cōplexu prouocatus a fœmina, fœminā non cōcupiuit. Caſtitatis uirtutem hucuſq; mirata es: nūc reſpice benignitatē. Prius cp ppheta diceret: Vnuſquiſq; malicia proximi ſui nō reminiſcatur in corde ſuo: ille pro odio reddidit charitatem: & cū uideret fratres ſuos, imo inimicos ex fratribus: cū q; ab eis cognoſci uellet, dilectionis affectū pro dolore teſtatus eſt. Deoſculabatur ſingulos, & irriguis fletibus, pauētiū colla pfundens, odiū fratrū, charitatis lachrymis abluebat: quos tā uiuo patre cp mortuo, germano ſemp dilexit amore. Nec recordat eſt illū, in quo ob ne cē fuit deiectus lacū. Nō cogitauit addictā germanitatē pcio, ſed pro malis bonū retribuēs, apoſtolicū præceptū ſub naturæ adhuc lege compleuit. ¶ Quid de beato Iob dicā famoſiſſimo illo athleta dei: q poſt direptas opes, & funditus deleta patrimonia: poſt filioꝝ ac filiarꝝ unū ſubito interitū, ad ultimū pprio cōtra diabolū corpore dimicauit? Auferebant oīa quæ extrinſecus poſſidebat: & extranea bona repente decidebāt, ut magis ppria clareſcāt. Oibus prorſus uelut indumētis exuit, ut expeditius ac fortius nudus triūphet: & hoſtē quē ferendo dāna ante ſupauerat, rurſus tolerando ſupplicia deuincat. De quo tale ipſius dñi teſtimoniū eſt: Nunq d conſyderaſti puerꝝ meū Iob? Nō eſt em̄ ſimilis ei quiſcp in terris: homo ſine querela, uerus dei cultor, abſtinēs ſe ab omni malo. Nec immerito. Semp em̄ (ut ipſe ait) tācp tumentes ſup ſe fluctus, timebat dñm, & pſentiæ eius pōdus ferre nō poterat: nec audebat aliquādo contēnere, quē ſemp
B adeſſe credebat, dicebatq;: Securuſ ſum, nō em̄ repḥēdit me cor meū in oīi uita mea. Qui añcp dñs inimicos pciperet eē diligēdos, dicere poterat: Si in malis inimici mei gauiſus ſum: ſi dixi in corde meo, bñfactū eſt. Necdū euāgelicū illud ſonuerat: Oīi petenti te tribue, & iā ille dicebat: Si exire paſſus ſum inopē ianuā meā ſinu uacuo. Nōdū legerat illud apoſtoli: Dñi, qd iuſtū eſt & æquū ſeruis pſtate: & cōfidens clamabat ad dñm: Si ſeruo nocui, ſi ancillā læſi, oia tu ſcis dñe. Priuſcp idē Apoſtolus pciperet, diuitibus nō ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarū: ſic habuit ille diuitias, ut ſe alibi diuitē eſſe monſtraret. In diuitijs, inquit, nō cōfidebam: nec in lapide precioſo. Et hoc non uerbis tantū, ſed ipſis quoq; rebus probauit: qui cū omnia perderet non dolebat, dicebatq; per ſingula: Dñs dedit, dñs abſtulit: ſicut dño placuit, ita factū eſt: ſit nomen dñi benedictum in ſæcula. Nudus exiui de utero matris meæ, nudus redeā illuc. Quo enim affectu poſſideamus aliquid, docemus cum id amittimus: & cupiditatem fruendi, carendi dolor prodit: quē qui in carendo non habuit, in poſſidendo q̄nam modo habuit? O uirum ante euāgelium euangelicum: & apoſtolicū ante apoſtolica pcepta: diſcipulū apoſtolorū: qui aperiens occultas diuitias naturæ, & in mediū proferens: ex ſe quid omnes poſſimus oſtendit: docuitq; quantus ſit ille theſaurus animæ, quē nos ſine uſu poſſidemus: & quod pferre nolumus, nec habere nos credimus. ¶ Poſt multa quæ de natura diximus: etiā ſanctoꝝ exēplis bonū eius oſtendimus ac pbauimus. Et ne ecōtrario ad eius culpā ptinere putet, quod aliqui iniqui fuerint, ſcripturarū utar teſtimonijs: quæ peccātes ubiq; crimine uolūtatis grauant, nō excuſant neceſſitate naturæ. In Geneſi legimus. Simeon & Leui fratres cōſummauerunt iniquitatē ſuam, ex uoluntate ſua. Ad Hieruſalē dñs locutus eſt. Propter quod ipi dimiſerūt uiā meā quā dedi ante faciē eorū: & non exaudierunt uocē meā, ſed abierunt poſt uoluntatē cordis ſui mali. Et rurſus idem p pheta: Et peccaſtis deo: & nō exaudiſtis uocem eius: & in mandatis illius & in legitimis, & in teſtimonijs eius ambulare noluiſtis. Per Eſaiam quoq; prophetam dñs locutus eſt: Si uolueritis & audieritis me: quæ ſunt bona terræ manducabitis. Si autem nolueritis, neq; audieritis me: gladius uos conſumet. Et rurſum. Omnes uos occiſione decidetis: quia uocaui uos, & non exaudiſtis: locutus ſum & neglexiſtis: & feciſtis malum ante conſpectum domini: & quæ nolebam elegiſtis. Ipſe quoq; dominus in euangelio ait: Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis

prophetas

C prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis suis, & noluisti? Vbi uelle uidemus & nolle, eligere & refutare, ibi non uis naturæ, sed libertas intelligitur uoluntatis. Plena sunt utriusq; testamenti uolumina huiuscemodi testimoniis: quibus tam bonum omẽ q̃ malum, uolũtarium semper esse scribitur: quæ nos modo breuitatis causa omittimus: maxime cum sciamus te sacræ lectioni deditam, de ipso uberius fonte potare. Neq; uero nos ita defendimus naturæ bonum, ut eam dicamus malum non posse facere, quam utiq; boni ac mali capacem etiam profitemur: sed ab hac eam tantummodo iniuria uindicamus: ne eius uitio ad malum uideamur impelli: qui nec bonũ sine uoluntate faciamus, nec malum: & quibus liberũ est unum semp ex duobus agere: cum semp utrũq; possimus. Vnde em̃ alij iudicaturi sunt, alij iudicãdi: nisi quod in eadem natura dispar uoluntas est: & quia cum omẽs idẽ possimus, diuersa faciamus? Itaq; ut hoc ipsum clarius lucere possit, aliqua exẽpla sunt proferenda. ¶ Adam de paradiso eijcitur, Enoch de mũdo rapitur. In utroq; dñs libertatẽ arbitrij ostendit. Vt enim placere potuit ille q deliquit: ita potuit peccare iste qui placuit. Non em̃ a iusto deo, aut ille puniri meruisset, aut hic eligi: nisi uterq; utrũq; potuisset. Hoc de Cain & Abel fratribus: hoc etiam de Iacob & Esau geminis intelligendũ est. Ac sciendũ solã uoluntatis causam esse, cum in eadẽ natura merita diuersa sint. Extinctũ peccatis suis diluuio mundũ, Noe iustus redarguit: & Sodomorũ crimina, Lot sanctitas iudicauit. Nec illud est paruum argumentũ ad cõprobandum naturæ bonũ, quod illi primi homines per tot annorũ spacia, absq; ulla admonitione legis fuerũt: nõ utiq; qd deo aliquando creaturæ suæ cura non fuerit: sed quia se talem sciebat hominũ fecisse naturã: ut eis pro lege ad exercendam iusticiam sufficeret. Denicq; q̃diu recentioris adhuc naturæ usus uiguit: nec humanæ rationi uelut quandã caliginem, longus usus peccãdi obduxit, sine lege dimissa est natura: ad quã dñs nimijs iam uitijs obrutam, & quadam ignorantiæ rubigine infectam, limã le-
D gis admouit: ut huius frequenti admonitione expoliretur, & ad suũ posset redire fulgorẽ. Neq; uero alia nobis causa difficultatem benefaciendi facit, q̃ longa consuetudo uitiorum: quæ nos infecit a puero: paulatimq; per multos corrupit annos: & ita postea obligatos sibi & addictos tenet: ut uim quodammodo uideatur habere naturæ. Omne illud tempus quo negligẽter edocti: id est, ad uitia eruditi sumus: quo mali etiam esse studuimus: cum ad incitamenta nequitiæ, innocẽtia pro stulticia duceretur: nunc nobis resistit, cõtraq; nos uenit: & nouam uoluntatẽ impugnat usus uetus: & miramur cur nobis per ocium atq; desidias nescientibus etiam quasi ab alio sanctitas cõferatur: qui nullam consuetudinẽ boni facimus, cũ malũ tãdiu didicerimus? Hæc de naturæ bono cursim, quasi in alio opere dicta sint: quod ideo a nobis faciendum fuit, ut tibi planiorem uiam ad perfectam iusticiã sterneremus, quã eo facilius currere possis: quo in ea nihil asperum, nihil inaccessibile esse cognoueris. Nam si etiã ante legem (ut diximus) & multo ante dñi nostri saluatoris aduentum iuste quidam uixisse & sancte referantur: quãto magis post illustrationem aduentus eius, nos id posse credẽdum est, qui instructi per Christi gratiam, & in meliorem hominem renati sumus: qui sanguine eius expiati atq; mundati: illiusq; exemplo ad perfectam iusticiam incitati: meliores illis esse debemus, qui ante legem fuerunt: meliores etiam q̃ fuerunt sub lege, dicente Apostolo: Peccatũ in uobis iam non dominabit: Non em̃ estis sub lege, sed sub gratia? Et quoniam sufficienter de his (ut puto) diximus: nunc instituamus perfectam uirginem: quæ ex utroq; semper accensa: & naturæ simul & gratiæ bonum, morum sanctitate testetur. ¶ Prima igitur uirginis cura, primũq; studium sit, scire uoluntatem domini sui: & quid ei placeat, quidue displiceat diligẽter inquirere, ut secundum Apostolum rationabile deo reddat obsequium: totumq; uitæ suæ cursum, ex eius possit ordinare sentẽtia. Impossibile est em̃ ei quẽq̃ placere, cui quid placeat ignorat: fieriq; potest, ut etiã obsequendi uoto offendat, cui quõ obsequi debeat, ante nõ didicit. Et ut maius est, uoluntatẽ dñi facere, q̃ nosse: ita prius est nosse, q̃ facere. Illud em̃ merito præcedit: hoc ordine. Vnde ppheta dicit: Et tu Israel noli ignorare. Et beatus Paulus: Qui autẽ ignorat, ignorabit. Idẽq; alibi. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quæ sit uoluntas dñi. Initiũ obedientiæ est quid præcipiat uelle cognoscere: & pars est obsequij, didicisse quid facias. Scito itaq; in scripturis diuinis, per quas solas potes plenam dei intelligere uoluntatẽ prohiberi quædã, p̃cipi quædã, concedi aliqua: non

nulla

A nulla ſuaderi. Prohibentur mala, præcipiuntur bona: conceduntur media, perfecta ſuadẽtur. In duobus illis quæ priori loco ſunt, peccatum omne concluditur: in utroq; eñ dei continetur imperium. Et non ſolum præcipere, ſed & prohibere ipſum, iubentis eſt. Generaliter nãq; omnibus mandatur iuſticia: quam ſaluator in euangelio breuiter quidem, ſed pleniſſime comprehendens, ait: Quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, hæc & uos facite illis: hoc eſt, ut nihil mali inferamus aliꝭs, ſed præſtemus omne quod bonum eſt: quia uolumus hoc ab aliꝭs in nos utrũq; ſeruari. Hæc ſententia, æquo iure præcepti uniuerſos tenet. Nec ulli omnino tranſgredi licet quod omnibus imperatum eſt: apertuſq; contemptus dei eſt, uel facere prohibita, uel iuſſa non facere. Duo uero reliqua quæ ſequuntur: quorum unum cõceditur, & ſuadetur aliud, in noſtra poteſtate dimiſſa ſunt: ut aut cum minori gloria conceſſis utamur: aut ob maius præmium etiam ea quæ nobis permiſſa ſunt, reſpuamus. Conceduntur quidem nuptiæ, carnium uſus & uini: ſed horum omnium abſtinentia, conſilio perfectiore ſuadetur. Ad uirginitatis honorem pertinet licentia nuptiarum: & eſcarum indulgentia, uirtutem abſtinentiæ clariorem facit. Contempſiſti uirgo coniugium licitum tibi, priuſq; contemneretur. Maioris præmij amore flagrãs, uouiſti deo non imperatam, ſed laudatam uirginitatem: & conſilio apoſtoli, legem tuam feciſti latiorem. Certaminis ingreſſa campum: non tam laborem curſus, q; brauium uictoriæ cogitaſti. Legeras credo illud euangelicum de perpetua caſtitate præconium: & ipſius te domini ſermo ad amorem ſeruandæ uirginitatis accenderat, qui Petri ſuper hoc ſententiã, ipſa rei magnitudine ac difficultate laudauit: & uoluntariꝭs ſpadonibus, regnum cœlorũ promittens, ait: Qui poteſt capere, capiat. Rem itaq; tam magnam non impero, non impono, ſed offero. Necq; quẽq; ad hoc cogo, ſed prouoco. Quamq; de uiris tantum ſonare uideatur: non ſolis tamen uiris dicitur, ſed æqualis utroq; ſexui uirginitatis palma promittit. Et Apoſtolus, de uirginibus præceptum quidẽ ſe dicit non habere dei, ſed dat conſiliũ. Dicit itaq;: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Perfectionis igitur ſecuta conſilium: beatitudinem ſpecialis aggreſſa propoſiti, ſerua generale mandatum. Dixi, idemq; nunc repeto. In cauſa iuſticiæ oñes
B unum debemus: uirgo, uidua, nupta, ſummus, medius & imus gradus, æqualiter iubentur implere præcepta. Nec a lege ſoluitur, qui ſupra legem facere proponit. Quinimo nullus magis illicita uitare debet, q; qui reſpuit quæ licebant. Nec quiſq; ita a ſe mandata pollicetur implenda: ut ille qui amore perfectionis ſupra mandata conſcendit. Et dum amplius ſtatuit facere q; præceptum eſt, oſtendit minus ſibi præceptum eſſe q; potuerit. Deinde qui tantæ ſe eſſe obedientiæ profitetur: ut etiam conſilium diuinum libenter audiat, quomodo non debet audire præceptũ? Illa eñ res electionis eſt, iſta neceſſitatis. De uirginitate dicitur: Qui poteſt capere, capiat. De iuſticia non dicitur: Qui poteſt facere faciat, ſed omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidet, & in ignẽ mittet. Conſydera quæſo, quantũ a cõſilio diſtet imperiũ. Ibi aliquos excipit: hic generaliter oñes cõprehendit. Ibi præmiũ proponit, hic pœnã. Ibi inuitat ut facias, hic niſi feceris, cõminatur. Hæc igitur optima ratione diſtinguens, animaduerte quid offeras, animaduerte qd debeas. Imo quia utrũq; iam debes, & uirginitatẽ quã ultro obtuliſti deo, & iuſticiã quã ipe præcepit, integrum utrũq; perſolue. Ille ſeruus domino placet, qui ita aliquid ultro operis exercet: ut tamen etiam imperata perficiat. Qui nõ facit aliud pro alio, ſed utrũq;. Nec mutat, ſed addit obſequium. Nec te earũ exempla decipiant, quæ ſibi in ſola caſtitate plaudẽtes: ut poſt ſuas uoluntates eant, dei uoluntatem abiꝭciunt. Quæ perpetuæ caſtitatis bonum non cum iuſticia, ſed pro iuſticia offerre uolunt, & in cõpenſatione peccatorum, præmiũ uirginitatis annumerãt: atq; pro præmio, impunitatem petunt: uel certe impudentiori uecordia coronandas eſſe ſe putant: & in regno cœlorum cæteris præferendas: quæ ſibi tranſgreſſione mandatorum, aditũ dauſere regni cœlorum. Non omnis (Chriſtus inquit) qui dicit mihi, domine, domine: intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Meminerint ſtultas uirgines a ſponſi ianuis reppellendas: dicendum eis, neſcio uos. Illiſq; iungendas eſſe, de quibus dñs ipſe ait: Multi dicent mihi in illa die, Domine dñe: nõne in nomine tuo dæmonia eiecimus? & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Amen dico uobis, neſcio uos: Diſcedite a me oñes qui operamini iniquitatẽ. Tibi uero

C longe est alia uia ingrediendū: quæ sæculi amore calcato, semper cogitādo quæ dei sunt, apostolicam te exhibere uis uirginem: quæ tam spiritu sancto q̄ corpore, dñi præstolaris aduentum: & animæ tuæ lampadi, sanctorū iugiter operum infundis oleum: & sapiētibus iuncta uirginibus, in sponsi obuiam præpararis. Fugienda tibi lata illa uia est, quam multorum ad mortem euntiū comitatus terit: Et ad uitam æternā, angusti illius itineris quod pauci reperiunt, callis tenendus est. Depositi iam impedimenta uel maxima: & omne quicqd a spiritalis uitæ cursu, uel retardat, uel reuocat, prima statim conuersione uicisti. Respuisti cōiugij uoluptatem, posteritatis curam, illecebras delitiarum, sæculi pompam, diuitiarū cupidinē, & cum Paulo potes dicere: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Cuius tale principiū est, qualis debet esse perfectio? Nāc mihi tu uirtutē: hunc animū etiam in reliqs affer: eaq; ui mentis qua uitiorū occasiones depulisti, uitia nunc ipsa respue. Ornetur morum sanctitate uirginitas, & perfectum gradū, uitæ perfectio subsequatur. Certe si sæcularis uita tibi placuisset: dares operam, ne quis te diuitijs, ne quis corporalibus ornamentis, ne quis rerum omnium pompa & honore præcederet: nunc quoniā diuersum studium, diuersam uitam desyderat, cura ne quis te in bene uiuendo transcendat: ne quis morū sanctitate superet: ne quis tibi in uirtutibus præferatur. Et in illis quæ ante diximus, non erat tuum: ut aut tu omnes uinceres, aut nemo te. Cuncta em̄ illa foris petuntur: & quicqd aliunde speratur, alienū est. Næc uero in tua potestate sunt, & uere ꝓpria, quæ non extrinsecus ueniunt, sed in ipso corde generant. Illa em̄ nec omnis qui quærit inuenit, nec qui inuenerit semper tenet: quia ut ea cōmodare, ita & eripere casus potest. Næc aūt & omnis qui quærit inuenit: & q inuenerit, eripi sibi nūq̄ timet. Ista em̄ sola bona sunt: quæ sine uolūtate, nec inuenimus aliquando, nec perdimus. Nabes ergo & hic per quæ merito præponaris alijs, imo hic magis. Nam corporalis nobilitas atq; opulentia, tuorū intelligūtur esse, non tua. Spiritales uero diuitias, nullus tibi præter te conferre poterit. In his ergo iure laudanda es: in his merito cæteris præferēda es: quæ nisi ex te, & in te esse non possunt. An sola ista uita est, quæ certamen non habeat de pro
D fectu: & in qua unusquisq; hoc tantum debeat permanere quod cœpit: nec ullo augmenti desyderio ad maiora contendat? Et cū in omnibus mundi studijs, profectu non satientur hoies: hic tantum cœpisse sufficiet? Feruentissimi in terrenis, frigidissimi in cœlestibus sumus. Et summam in rebus paruis exhibentes alacritatem, ad maiora torpescimus. Consyderare pudet quantus sit feruor in sæculo, qua cura singula quæq; studia hominū quotidie ad perfectiora nitantur. Litterarum ardor, nulla prorsus ætate extinguitur, imo (ut sæcularis authoris utar sententia) ipsa magis ætate inflāmatur. Diuitiarum amor insatiabilis est, expleri nescit bonorū cupido. Celerē habituræ res finē, sine fine quærunt. Nos diuinā sapientiā, cœlestes diuitias, immortales honores, pigra quadam dissimulatione negligimus: & spiritales diuitias, aut ne attingimus quidē: aut si leuiter degustauerimus, cōtinuo nos putamus esse satiatos. Aliter nos diuina sapientia ad suas inuitat epulas. Qui edit me (inquit) adhuc esuriet: & qui me bibit, adhuc sitiet. Nullus unq̄ talibus expletur epulis: nec aliquādo patitur de satietate fastidium. Tāto unusquisq; capacior, tanto auidior erit, quanto inde plus hauserit. Dñs in euangelio: Beati, ait, qui esuriunt & sitiunt iusticiā: quoniā ipsi saturabuntur. Vult em̄ esurire nos hic semp ac sitire iusticiā: ut in futuro, iusticiæ retributione satiemur. Cōsyderanda uis ipsa uerborū est: & ita nobis desyderanda est iusticia: ut in fame uel siti, cibus desyderatur ac potus. Et hoc omnibus in cōmune est dicendum his, qui immortalis uitæ promissa desyderāt. Iam tuū est æstimare quantū animo præstare debeas: quæ maioris præmij desyderio, plus facere proposuisti, q̄ uel alijs necesse est. Apostolus definiens Christi uirginem: longe eam separauit a nupta: & diuersis studijs, singularitatis meritū coniugijq; diuisit. Innupta (inquit) & uirgo, cogitat quæ dei sunt: quomodo placeat deo: ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ aūt nupta est, cogitat quæ sunt mundi: quomodo placeat uiro suo. Quæ corpore & spiritu sancta est, nec in membris, nec in mente delinquit. Delinquere autē non in causa castitatis tantū esse potest: sed etiam in quacūq; parte iusticiæ. Quāuis em̄ uirgo corpore, uirgo sit spiritu: & nihilominus, aut manibus, aut oculis, aut auribus peccet, aut lingua: quomodo corpore sancta dicenda est? Deinde si uel odio infecta, uel inuidia, uel auaricia, uel iracundia sit: quomodo spiritu obtinet sanctitatem? Etsi nupta quæ amore coniugij, cogitat quo

modo

A modo placeat uiro ſuo: quātū liberis relinquat: quæ uarijs mūdi aſtricta curis, rarius ad uolūtatē dei reſpicit: tamē de peccatis excuſare ſe nō poteſt, quid faciet uirgo, quæ ſoluta ab oīb⁹ hui⁹ mūdi impedimētis ac libera, ſcholā quandā caſtitatis ingreſſa eſt? Si uis itaq; propoſiti tui magnitudinē æquare moribus, & per omnia deo copulari: ſi leue ac ſuaue iugū Chriſti, ſuauius tibi leuiuſq; uis facere: nūc maxime in beata uita curā impende: nunc ſtude, ut calentē recentis fidē cōuerſionis, nouus ſemper ardor accendat: & in tenera adhuc ætate facilius ſanctæ cōuerſatiōis uſus inoleſcat. Quicqd in te primū inſtitueris, hoc manebit: & ad initiorū tuorū regulā, reliqua uita decurret. Finis in ipſo exordio cogitandus eſt. Qualis ad illū ultimū diē ꝓuenire cupis, talis nunc iam eſſe conare. Cōſuetudo eſt, quæ aut uitia, aut uirtutes alit. Quæq; in his plurimū ualet, cū quibus ab ineūte ætate ſimul creuerit. Optimi ſunt ad inſtitutionē morū primi quiq; anni. Habēt em̄ in ſe lentū quiddā & molle, quod facile formari queat: atq; ad arbitriū uolentis trahi: & in cunctis fere rebus citius aſſueſcitur omne quod tenerū eſt. Nouellas adhuc & uix firmæ radicis arbuſculas, dū ad omnē ductū ſequaces ſunt: in quālibet partem flecti facile eſt. Quæ natura plærūq; curuatæ, cito ad arbitriū colentis corrigūtur. Tenera adhuc & primæ ætatis animalia, ſine labore domari ſolent. Quantoq; citius a uagādi libertate diſſueta ſunt: tanto facilius uel colla iugo, uel frenis ora inſueſcūt. Ipa quoq; litterarū ſtudia, teneris melius inſerunt ingenijs. Idq; penitus inhærere ſenſib⁹ ſolet, quod primitus ſederit in mēte. Hoc idem plurimū etiā in bene uiuendi ratione ualet: dum adhuc mobilis eſt ætas: & animus duci facilis: exercenda boni conſuetudo, & iugi meditatione cōfirmanda eſt. Occupandū eſt optimis rebus ingeniū: & ſanctæ conuerſationis uſus altius inſerendus eſt. Tunc uero ad perfectionis faſtigium animus aſcendit: & longæ conſuetudinis beneficio utitur ad bene uiuendi facultatem. Et uirtutes ſuas ipſe etiam miratus ſecum, quodammodo in ſe putabit natum eſſe quod didicit. Reſpice obſecro quantum a te ſanctitatis auia materq; expectant: quæ cum te quaſi nouum & illuſtre quoddā lumen generi ſuo natum eſſe putāt: nunc in te ſolam omnē curam animi tranſtulerūt: & ꝓpoſiti tui curſum, miris ſtudijs ac fauore ſuccendūt. Cūq; ipſe te ad honeſtatē morū ab ineunte ætate formauerint: nunc a te uinci cupiūt: tuāq; uictoriā ſuā laudē eſſe putant: quarū egregia erga deū fides in ꝓfeſſione tua maxime claruit: cū te iam nuptijs ꝓparatā, ſimul atq; aliud uelle didicerūt, mira cōtinuo aſſenſus celeritate, ad id quod elegeras, cohortatæ ſunt. Et trepidā ꝓ ætate ſententiā, uolūtatis ſuæ authoritate firmauerūt: tuūq; uotū cōmune fecerunt: quæ cum multos ſuorū in altiſſimo dignitatis gradu uiderint, de nullo ita ut de te aliquādo lætatæ ſunt. Nihil em̄ tam magnū, nihil tam prædarū in quoq; uiderāt. Sola quippe præſtitiſti generi tuo, quod lōga retro ætate nō habuit. Licet ediderit uirilis ſexus memorabiles cōſulatus: & ampliſſimi ordinis faſtus, illuſtris familiæ nomina frequēs audierit, nihil unq; tamē in genere ueſtro hoc tuo honore fuit præſtātius: qui non corporali aluo: ſed in libro memoriæ immortalis inſertus eſt. Cū exceperint illi theatrales toto orbe plauſus: miraq; acclamandi cōſpiratione inſignia conſulū merita, lætū uulgus expreſſerit: longe tamē tui honoris eſt gloria maior: quæ gaudium in cœlis fecit, angeliſq; læticiā. Per te em̄ nō meretriculæ locupletant, ſed aluntur uirgines Chriſti: nō uenator & auriga ditantur, ſed ſuſtentātur pauperes Chriſti. Ad conſulatū eorū diuerſæ totius orbis ꝓuinciæ ad quas domus ueſtræ potentia extēditur: peregrinas feras & ignota animalia tranſmiſerunt: quæ crudelis arenæ ſolū uel ſuo, uel hominū ſanguine cruentarent. Ad te uero electæ quæq; uirgines mittūtur: quas tu p̄cioſiſſimū munus offeras deo, tuoq; exēplo ad ꝓpetuā ꝓuoces caſtitatē: nō tibi, ſed tecū deo ſeruituras. Hæc ꝓfeſſiōis tuæ gloria rumore celebri uulgata eſt per cūctos: & ita ad cōuerſationē tuā totus exultauit orbis: ut quod præingēti gaudio uix adhuc homines credere poterāt, id ſemp uideant optaſſe. Multum his initijs, multū famæ tuæ odore ſuſpenſi: oēs mirū de te neſcio qd audire deſyderāt. Et q ꝓfeſſionis tuæ cognouere uirtutē: nūc cōuerſationis expectant. In te nunc puta cunctorū ora oculoſq; conuerſos: & ad ſpectaculū uitæ tuæ totū cōſediſſe mundū. Caue ne per te tantorū animi offendant: nec minus in te inueniāt q̄ requirūt. Verū quid ego tecū de hoibus ago: eorūq; de te expectatione ad cohortationē tuā traho? Deꝰ ipſe omniū rector ac dñs: cū oīm angelorū militia certamen tuum ſpectat: tibiq; cōtra diabolū dimicāti parat æternitatis coronā, & cœleſte præmiū incitamentū uictoriæ facit! Huic tanto ſpectaculo uide quē animū, quā debeas afferre uirtutē: &

certaminis magnitudinẽ de expectãtiũ dignitate metire. Hæc itaq; tibi in hoc agone ſubeũdo præcipua cura ſit: hic primus accinctus, internitionis bellũ uirtute deuincere: & aduerſum diaboli caſtra in oĩa p̃cepta dei iurare: nec tantũmodo declinare uetita, ſed iuſſa cõplere. Neq; em̃ tibi ſufficit a malis ocioſam eſſe, ſi ocioſa fueris a bonis: cũ lex dei duplici mandatorũ genere diſtincta ſit: & mala prohibens, bona imperet: atq; ab utraq; parte contemptũ ſui uetet. Non em̃ ſolum ille ſeruus cõtemp ſit dn̄m, qui ꝓhibita fecerit: ſed q & iuſſa nõ fecerit. Dicta a nobis paulo ante ſententia eſt: Omnis arbor quæ nõ facit fructũ bonũ, excidet᷑ & in ignẽ mittet᷑. Et blandimur nobis ſi malis fructibus non grauemur, qui dãnandi ſumus, ſi a bonis ſteriles manſerimus? Iuxta hãc intelligentiã, abſcindet pater oẽm palmitẽ, fructũ nõ ferentẽ in filio. Et qui acceptũ talentũ in ſudario abſcõdit: quaſi inutilis ſeruus, & nequã damnat᷑ a dño. Nec minuiſſe ſolum, ſed & nõ auxiſſe culpabile eſt. Nõ ideo aliqua putes cõtemnenda eſſe mãdata, quia leuiora ſunt. Tam em̃ maxima illa q̃ minima a deo imperata ſunt: & cõtemptus cuiuſcũq; præcepti, p̃cipientis iniuria eſt. Vnde beatus Paulus clamat & docet: Om̃ia facite ſine murmuratiõe & hæſitatione: ut ſitis irreprehenſibiles & ſimplices, ſicut filij dei immaculati, in medio natiõis prauæ & peruerſæ: inter quos lucetis ſicut luminaria in hoc mũdo. Remoremur hic uirgo pauliſper: & p̃cioſiſſimas margaritas quibus exornãda eſt ſponſa Chriſti, per ſingula apoſtoli uerba penſemus. Omnia (inquit) facite. Nõ enim quaſi ad arbitriũ noſtrũ, quædã ex mãdatis dei debemus eligere, ſed generaliter uniuerſa cõplere. Nec aliqua præcepta eius quaſi uilia munuſcula ac parua contemnere: ſed imperantis in oibus maieſtatẽ aſpicere. Nullũ quippe mandatũ dei cõtẽptibile nobis uideri poteſt, ſi eius ſemꝑ cogitemus authorẽ ſine murmuratiõe & hæſitatiõe. Viles & ignobiles dn̄os, palam cõtemni uidemus a ſeruulis: eiſq; ad minima quæq; præcepta in faciẽ reſiſti ſolere. At hoc in ꝓſonas nobiles iã nõ admittit᷑: quãtoq; potẽtiores dn̄i, tãto ſerui ad obedientiã proniores ſunt, cũq; difficiliora præcipiunt, libẽtius audiũtur. Certe ad regis imperiũ, ita oẽs parati ſunt, & in ꝓcinctu obediẽtiæ cõſtituti: ut etiã optent iuberi. Et nõ ſolũ bene merituros eſſe ſe credũt, ſi iuſſa fecerint, ſed tãq; iam meruiſſent quod iuſſi ſunt, ita ꝓ dignitate præ
D cipiẽtis ſeruitiũ beneficij loco ducit᷑. Nobis uero deus ipſe, æterna illa maieſtas ineffabilis atq; inæſtimabilis poteſtas: ſacras litteras & uere adorandos p̃ceptor᷒ ſuorũ apices mittit: & non ſtatim cũ gaudio ac ueneratiõe ſuſcipimus: nec pro magno ducimus beneficio, tãtæ ac tam illuſtris poteſtatis imperiũ: maxime cũ nõ iubentis quæritur cõmodũ, ſed utilitas ſubſequẽtis: uerũ ecõtrario faſtidioſo ac remiſſo animo, ſuperborũ ac nequã ſeruorũ more: in os dn̄i reclamamus & dicimus: Durũ eſt, arduũ eſt, nõ poſſumus, hoies ſumus, fragili carne circũdamur. O cæcam inſaniã. O profanã temeritatẽ. Duplici ignorãtia accuſamus deũ ſcientiæ: ut uideat᷑ neſcire quod fecit, neſcire quod iuſſit: quaſi oblitus fragilitatis humanæ, cuius author ipſe eſt, impoſuerit homini mandata quæ ferre nõ poſſit. Simulq; (proh nefas) aſcribimus iniquitatẽ iuſto, pio crudelitatem: dũ eũ primo impoſſibile aliquid præcepiſſe cõquerimur. Deinde ꝓ his damnandũ putamus hominẽ ab eo quæ uitare nõ potuit: ut (quod etiã ſuſpicari ſacrilegiũ eſt) uideat᷑ deus nõ tam ſalutẽ noſtrã quæſiſſe q̃ pœnã. Itaq; Apoſtolus ſciens a dño iuſticiæ ac maieſtatis nihil impoſſibile eſſe p̃ceptũ: aufert a nobis uitiũ murmurãdi. Quod tũc utiq; naſci ſolet: cũ aut iniqua ſunt quæ iubẽtur, aut iubẽtis minus digna perſona eſt. Quid tergiuerſamur incaſſum, & præcipienti opponimus naturæ fragilitatẽ? Nemo magis nouit menſurã uiriũ noſtrarũ, q̃ qui ipſas uires nobis dedit. Nec quiſq̃ melius quantũ poſſimus intelligit, q̃ qui ip̃am uirtutẽ nobis poſſe donauit. Nec impoſſibile aliquid uoluit imperare, qui iuſtus eſt, nec dãnaturus hominẽ fuit, pro eo quod uitare nõ potuit, qui pius eſt. Sequit᷑: Vt ſitis irreprehẽſibiles & ſimplices ad oẽm morũ perfectionẽ. Vnũ hoc ſufficere uerbũ poteſt: quod etiã in epiſcopo eligendo deus quæri iubet. Quã em̃ circũſpecta uita eſt, q̃ ſancta eſt, quæ nihil reꝑhenſionis incurrit? Quis aũt ſanctior poteſt eſſe, q̃ q ueræ ſimplicitatis uirtutẽ tenens, nũq̃ aliud corde promittit, aliud ore uultuq; mentit᷑. Sicut filij dei immaculati. Nõ eſt exhortatio uehemẽtior, q̃ qua nos ſcriptura diuina filios dei uocat. Quis em̃ nõ erubeſcat, & metuat tãto patre agere aliquid indignũ, ut qui dicitur dei filius, ipſe efficiat᷑ uitij ſeruus? Et idcirco adiũgit, ut ſimus immaculati. Neq; enim conuenit in filijs dei, qa ipſe eſt fons iuſticiæ, peccati maculã reperiri. In medio nationis prauæ & peruerſæ, hoc eſt dicere. Quãuis infinita uos cingat peccantiũ multitudo: & innumera ſint exẽpla

uitiorũ

A uitiorũ:uos tamen ita cœleſtis natiuitatis memores eſſe debetis,ut inter malos uiuẽtes,oñe ma lũ uincatis. Inter quos lucetis ait ſicut luminaria in hoc mũdo. Et rurſum in euangelio legimus: Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorũ. Cõparatur uita præmio,ut q in futuro ſolis fulgore donãdi ſunt,hic iam ſimili iuſticiæ claritate reſplendeant:& infideliũ cæcitatẽ,operibus ſanctitatis illuminẽt. Huic loco ille ſenſus aptandus eſt,quẽ ad Corinthios idẽ Apoſtolus diſſe rens ait:Alia claritas ſolis,alia claritas lunæ,alia claritas ſtellarũ. Stella aũt a ſtella differt in clari/ tate,ſic & reſurrectio mortuoꝝ. Diſpares ſunt in regno cœloꝝ per ſingulorũ merita manſiões. Diuerſitas eñ operũ, diuerſitatẽ facit præmiorũ:quantũcꝫ aliqs hic in ſanctitate fulſerit,tantũ ibi fulgebit in honore. Hũc ergo ad oẽm morũ pfectionẽ mentis aciẽ intende, & ad cœleſte p/ miũ cœleſtẽ uitã para. Reſplẽdeat oibꝰ clariſſimi in modũ ſideris ſanctitas uirginis:& futuri p/ miꝰ magnitudinẽ, de nouitate cõuerſatiõis oſtẽdat. Tibi facilior in bonis curſus eſt,quã maloꝝ animi cõſuetudo nõ retinet. Nec timemꝰ,ne te a uirtutibꝰ uitia retardẽt,& maligna diaboli ſemi na Chriſti frugẽ necent. Nã ſi etiã illi q longo peccandi uſu,bonũ quodãmodo obruere natu/ ræ,inſtaurari p pœnitentiã poſſunt: & mutata uolũtate uiuẽdi,conſuetudinẽ cõſuetudine extin guere,ac optimi quicꝫ de peſſimis fieri:quanto magis tu potes illa ſuperare a quibus ſuperata nõ es:cui nõ tam expellenda ſunt uitia cꝫ refellenda? Quæ uticꝫ non ſuſcipere facilius eſt,cꝫ ſe/ mel ſuſcepta deponere. Nec uero eorũ tãta dulcedo eſt,ut ea debeamus p̃ferre uirtutibꝰ, cũ nec in oibus ſit delectationis illecebra,& a plæriſcꝫ ea etiã quæ uidentur dulciſſima,reſpuantẽ. Duo nãcꝫ ſunt ex oibus uitia, quæ maxime hoies decipiunt ſui uoluptate,gula ſcilicet ac libido:quæ deponere eo difficilius eſt,quo eis uti dulcius eſt:& tamẽ hæc uitia tã moleſta,tãcꝫ delectatione ſui periculoſa:ita a multis calcari uidimꝰ,ut tota ætate uirgines pmanſerint in ſũma abſtinẽtia. Vt de illis taceã,q̃ poſt delitiaꝝ longũ fluxũ, & inueteratũ uſum libidinis,caſtitati ac tẽperan/ tiæ ſe dederint:& utrũcꝫ uitiũ,cõtraria ſibi uirtute mutauerint. Aliorũ uero uitioꝝ eſt longe di uerſa ratio:quæ cũ nihil habeãt iocũditatis,tamẽ multũ amaritudinis habẽt,quæcꝫ cũ ad uitan dum multo ſint faciliora,raro a qbus uitẽtur inuenies. Quid oro te inuide,delectatiõis præſtat
B inuidia:quẽ ſecretis qbuſdã cõſcientiæ ungulis liuor ipſe decerpit,& alienã felicitatẽ tormẽtum eius facit? Quid uero alter ab odio mercedis accipit,niſi horribiles animæ tenebras, & confuſæ mẽtis horroreñ? Qui uultu ſemp animocꝫ mœrente,uoto quo alteri uult nocere,ſeipm cruciat? Quid aũt iracũdo,furor ſuus cõfert:quẽ ſæuiſſimis exagitatũ ſtimulis cõſcientiæ:ita ab oñi cõ/ ſilio ac mẽte deturbat,ut dũ iraſciẽ,inſanire credaẽ? Similiter curre per ſingula, inuenies tot ani/ mæ tormẽta quot uitia,quæ uticꝫ eo facilioꝰ uinci poſſunt quo nulla illiciũt nos uoluptate. Quã to illud difficilius, quanto durius, ut de caſtitatis labore taceã,abſtinere a uino carnibuſcꝫ,ipõ quocꝫ etiã oleo, & uilem ſine his cibũ poſt biduũ interdũ,triduũcꝫ uix capere? Fracta ieiunijs uigilijſcꝫ membra, fomenta balnei contemnere,neceſſarias res negare corpori, & uim quandã inferre naturæ? Da tantũ in cæteris magnitudinẽ animi,& uide quid nõ poſſis efficere. Sed nos (proh pudor)quadã delectatiõe peccati:cũ in qbuſdã oſtẽdimus quandã uim naturæ noſtræ, in alijs omnino torpeſcimus. Et qui uoluptates corpis,uirtutũ amore cõtempſimꝰ,rurſum amo/ re uitioꝝ tormẽta ſuſcipimus. Atcꝫ ita malis noſtris cedimus,ut ea nec putemus poſſe deponi. Quod hoc quæſo conſilium, quæ nã hæc noua uiuẽdi ratio eſt? Res difficiles & laboris plenas ſecurus aggredior,& faciliora nõ poſſe fieri credo. Vinco maxima,uincendus a paruis. Excelſa & ardua indefeſſus exupero,& cũ ueniẽ ad plana deficio. Libenter fugio quod delectat, & nolo uitare quod cruciat. Verũ hæc eorũ ſunt,quæ dei uoluntate contẽpta,id ſolũ petunt, quod lau/ dẽ facilius inuenit, quod cito exit in famã: morum uero bona quæ ſecretiora ſunt negligũt. Tu uero quæ calcaſti mundũ & cõcupiſcẽtias eius:ut calcato eo, gradũ tibi quẽdã aſcendẽdi ad cœ/ lũ faceres,mundi gloriã ne requiras. Illi tantũ placere ſtude:cui ſæpe diſplicet quod hoibus pla/ cet:& qui ipſa hominũ iudicia iudicaturus eſt. Abſtinẽtia tua & ieiunium eo magis deo grata ſunt,quo cũ ſanctis moribꝰ offerũtur:ut quæ in alijs ſunt umbracula uitiorũ,in te ſint ornamẽta uirtutũ. Reſpice obſecro ad ipſam qua apud deũ illuſtrata es dignitatẽ:qua p baptiſmũ in dei filio renata es, rurſumcꝫ p conſecrationẽ uirginitatis,ſponſa Chriſti eſſe cœpiſti. Ex utrocꝫ,hic tuꝰ honor te ad ſollicitudinẽ tui ꝓpoſiti admoneat. At nullus debet eſſe ibi negligẽtiæ locꝰ,ubi tam præclara ſeruãda ſunt. Preciоſior quæcꝫ ueſtis timidius cuſtodiẽ a macula. Multo quæſita

C auro gemma,maiori ſollicitudine poſſidetur:& generaliter grandi cura magna quæq; ſeruantᵉ. Vnde & tu ſi teipſam bene cuſtodire cupis,debes honorē tuū ſemp̄ preciūq; cogitare. Tanto em̄ ſe unuſq ſq; negligentius utitur:quāto ſe exiſtimat uiliorē. Nō ob aliā cauſam magis nobis in ſcripturis diuinis tam frequēter filiorū dei nomē imponiᵗ:ut illud quod dicit̄ per ꝓphetam: Et ego ero uobis in patrē, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dn̄s oīpotens. Et Apoſtolus: Eſtote imitatores dei,ſicut filij chariſſimi. Et beatus Iohānes,inquit,Chariſſimi,nūc filij dei ſumus,& nondū apparuit qd erimus:Scimus quoniā cū apparuerit,ſimiles ei erimus,quoniā uidebimꝰ eū ſicuti eſt:ut q habet hāc ſpem,in eo ſanctificet ſe,ſicut ille ſanctꝰ eſt. Vult nobis cœleſtis doctrinæ dignitatē ꝗua donati ſumus frequēter ingerere,& honorē noſtrū peccādi pudorē facere. Vñ etiā dn̄s ipſe ad ꝓfectam nos benignitatē uocans,ait:Diligite inimicos ueſtros,bene facite his qui oderūt uos:Et,orate pro perſequētibus & calumniantibꝰ uos,ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt. Nō eſt em̄ quod ſic hoīes deo facit amabiles,ut pietas mētis & bonitas,quæ tanta in Chriſtiano eſſe debet,ut etiā in malis abundet:deiq; imitetᵉ beniuolentiā,qui ſolē ſuū oriri facit ſup̄ bonos & malos,& pluit ſup̄ iuſtos & iniuſtos. Hoc itaq; tibi, uel in primis abſit: ut nemini uel in uerbo etiā noceas:ut in oībus qbuſcūq; poteris ꝓdeſſe ſtudeas,& ne uicē quidē mali reddens,pro malis bona(dicēte Apoſtolo)reſtituas. Nūq̄ detractio ex ore uirginis procedat. Viliū ſatis hominū eſt,& ſuā laudē quærentiū,alios uiles facere:quia alterius uituperatiōe ſe laudari putant. Et qui ſuo merito placere nō poſſunt,placere uolūt in cōparatiōe peiorū. Parum diximus,nō ſolū ipſa nō detrahas,ſed ne detrahenti qdem aliquādo credas. Peſſimum eſt hoc uitiū,quod alterū uilē facit uideri. Nō minus auribus q̄ lingua fugias detractionē. Scripturæ memor eſto quæ dicit:Nō eris conſentaneus derogātibus aduerſus proximū tuū,& nō accipies ſup̄ illo peccatū. Et alibi:Sepi aures tuas ſpinis,& noli audire linguā nequā. Accuſator eſt em̄ auditor,qui facit detractatorē:qui ſi auertat aures,& uultū cōtrahat,ac oculos abnuēdo con
D tineat:male loquentē etiā tacens arguit,ut diſcat nō libēter dicere,quod didicerit nō libenter audiri. Sollicitā ſatis ori tuo cuſtodiā pone. Non em̄ eſt qcq̄ in nobis quo facilius peccare poſſimus q̄ lingua. Vnde ſanctus Iacobus illū eſſe ꝓfectum aſſerit:qui nō offendit in uerbo. Et ſcriptura dicit:Mors & uita eſt in manibꝰ linguæ. Mentiri aūt,maledicere atq; iurare,lingua tua neſciat:Quia & os quod mentit̄ occidit animā. Et q maledicunt,regnū dei non poſſidebunt, iuxta Apoſtolū. Et iurare ipſe Chriſtus ꝓhibuit qui dixit: Ego aūt dico uobis,nō iurare oīno. Et rurſum:Sit autē ſermo ueſter,eſt eſt, non nō:quod aūt amplius eſt,a malo eſt. Apoſtolus breuiter oris uitia reſecans ait:Oīs ſermo malus ex ore ueſtro nō ꝓcedat,ſed ſit quis bonus ad ædificationē fidei,ut det gratiā audiētibus. Sit aūt ſermo uirginis prudens,modeſtus & rarus:nec tam æloquētia precioſus q̄ pudore. Mirentᵉ oīes tuā te tacente uerecundiā,te loquēte prudētiam. Mite ac placidū ſemp̄ æloquiū tuū. Ornet mixta cū grauitate ſuauitas,cū pudore ſapientia. Sit certa atq; librata, ſuiq; opportunitate gratiſſima,ſilentij uerbiq; ratio. Nec unq̄ omnino uirginis os loquatᵉ,ut tacuiſſe melius ſit. Cū ingenti cautione debet loqui,cui non ſolū malus,ſed etiā ocioſus ſermo uitandus eſt. Summa tibi ſcientia ſit,noticia ſumma,uitia, uirtuteſq; diſtinguere:quæ q̄q̄ ſemp̄ cōtraria ſibi ſint,aliqua tamē ex eis tanta iunguntᵉ ſimilitudine,ut diſcerni omnino uix poſſint. Quā multi em̄ ſuperbiam libertatis loco ducunt, adulationē pro hūilitate ſuſcipiunt,maliciā prudentiæ amplectūtur uice,& ſtulticiā ſimplicitatis nomini imponunt: atq; fallaci ac peſſima decepti ſimilitudine,uitijs pro uirtutibus gloriantur. Et q̄q̄ hæc oīa ſubtiliſſima intelligentia debeas ſeparare:cunctaſq; uirtutes cum ſuis lineis inſequēdo, nuſq̄ prorſus abſcedere:præcipue tamē fictā humilitatē fugiēs,illā ſectare quæ uera eſt,quā Chriſtus docuit humilitatē,in qua nō ſit ſupbia incluſa. Multi em̄ huius uirtutis umbrā,ueritatē eiꝰ ſequuntur pauci. Perfacile eſt em̄ aliquā ueſtē habere contēptam,ſalutare ſubmiſſius,manus & genua deoſculari,inclinato in terrā capite oculiſq; deiectis,hūilitatē ac manſuetudinē polliceri, lenta uoce tenuiq; ſermones infringere,ſuſpirare crebrius,& ad omne uerbū peccatorē ac miſerū ſe clamare. Et ſi uel leui ſermone offenſus ſit:cōtinuo attollere ſuperciliū,leuare ceruicē,& delicatū illum oris ſonum inſano repente clamore mutare. Aliam nos humilitatē Chriſtus docuit: qui nos ad exemplum ſuū hortatur,dicens:Diſcite a me,quia mitis ſum & humilis corde. Qui cū malediceretur nō maledicebat,cum pateretur non cōminabatur. Quā nobis humilitatē beatus Petrus

A tus Petrus insinuat. Misericordes (inquit) & humiles, non reddentes malũ pro malo, nec male/
dictum pro maledicto. Auferantur omnia figmenta uerborũ, cessent simulati gestus, & ante oc
casionem sermo placidus. Virũ humilẽ patientia ostendit iniuriæ. Nullus ergo unq̃ in mente
tua ullius sit uitij locus. Nihil in te superbum, nihil arrogans, nihil deniq; fastidiosum. Apud
deũ non est quicq̃ humilitate sublimius. Ipse loquit̃ per ꝓphetã: Sup quẽ aliũ requiescam, nisi
sup humilẽ, & quietũ, & trementẽ sermones meos? Et nũq̃ in irã exardescat animus, quod est
seminariũ odij. Tantus mentẽ tuã repleat timor dei, ut indignari omnino nõ audeas: & irã me/
tu uincas. Beatus Apostolus mũdãs animã nostrã, eamq; in habitaculũ dei præparans, clamat
& dicit: Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia auferatur a uobis cum
omni malicia. Adulatores ut inimicos caue: quorũ sermones super oleũ molles, & ipsi sunt iacu
la. Corrũpunt fictis laudibus leues animas, & male credulis mentibus, blandũ uulnus infigunt.
Creuit hoc in nostra ætate uitiũ, & in ultimo fine stetit: nec iã augeri potest. In hãc oẽs nos scho
lã studiũq; dedimus, ut officiũ putemus illudere. Quodq; ipsi ab alijs libenter accipim9: id alijs
quasi quoddã munus offerim9. Et spe recipiendæ laudis, eos a qbus laudari uolumus, ante lau/
damus. Sæpe adulantiũ resistimus uerbis ad faciẽ, & in secreto mẽtis fauemus. Maximũq; fru/
ctũ cœpisse nos ducimus, si uel fictis laudibus prædicamur. Nec cogitamus quod ipsi sumus,
sed quid alteris esse uidemur. Vnde eo perducta res est, ut neglecta ueritate meriti, de sola opi/
nione curemus: qui testimoniũ uitæ nostræ, nõ a conscientia nostra, sed a fama petimus. Beata
mens est quæ perfecte hoc uitiũ uincit, & nec adulatur aliquãdo, nec adulanti credit: quæ nec de
cipit alterũ, nec ipsa decipitur: tantũq; hoc malum nec facit aliquãdo, nec patitur. Nihil unq̃ in
te fictum sit, nihil omnino fucatũ. Cõscientiã tuã quæ certe deo semp patet, in multitudine uer
sari puta. Nũq̃ aliud corde teneas, aliud ore proferas. Quicquid pudet dicere, pudeat etiam co
gitare. Illud uero notum iam oĩbus atq; diuulgatũ est, q̃ utilis, q̃ q; huic proposito necessaria
B est, ieiuniorũ & abstinentiæ uirtus: maxime in his annis, in quibus corpori maior æstus inest.
Non manducare itaq; carnẽ, neq; bibere uinũ, apostolica uoce laudatũ est. Quicquid illud qd̃
inflammare corpus potest, quod fomentũ suggerit uoluptati, castitatis amore fugiendum est.
Nec tamen ita magno huius rei labore grauari te uolumus, ut sub ipo statim onere succumbas,
per quod multi dũ nimio feruore mentis rationẽ suarũ uiriũ non habent, subito conciderunt,
& pene ante debilitatẽ, q̃ sanctitatẽ de ꝓposito suo cõsecuti sunt. Optimus est in omni re mo/
dus, & laudabilis ubiq; mẽsura. Corpus nõ frangendũ, sed regendũ est. Sint ergo moderata &
sancta, simplicia in omni mẽtis humilitate ieiunia: quæ ita attenuent corpus, ne animũ eleuent:
ne res humilitatis gignat superbiã, & uitia de uirtute nascantur. Ego (inquit) cum mihi molesti
essent induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio animã meã. Vestis abiectio, cibi uilitas, ieiunij
lassitudo, extinguere debent nõ nutrire superbiã. Quis rem medicinæ uulnus faciat? & inde sa/
na lædat quæq;, unde iam læsa curanda sunt? Aut quæ supererit spes salutis, si ipsa animæ reme
dia sint uenena? Laborem ieiunij tui, misericordiæ opera commendent: & abstinentia tua; pau
perũ refectione sit gratior. Dñs loquit̃ per ꝓphetã: Misericordiã uolo, & nõ sacrificiũ. In euãge/
lio Christi uerba legimus: Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiã cõsequentur. Sed quæso
hanc curã uice tua auia materq; suscipiant. Illæ has partes pro te agant. Illæ thesaurũ tuũ in cœ/
lũ leuent. Illarũ sit esurientes alere cibo, uestire nudos, uisitare infirmos, peregrinos tecto susci/
pere: & æterni spe præmij, Christo in ꝓauperibus fœnerari, qui dixit: Quodcunq; feceritis uni ex
his fratribus meis minimis, mihi feceritis. Tibi uero maxime dum in proposito matureſcat ani/
mus, ab omnibus occupationibus recedendum est, & oẽ studium omnisq; cura in ornandis
moribus exhibenda. Quibus ita uacare debes, & totam occupare mentem: ut non diuitem te
sentias esse, nec dominam. Nobilitatis ad hoc tantum memineris, ut cum claritate generis, mo/
rum sanctitate contendas: & cum nobilitate corporis, animi uirtute nobilior proficias. Ma/
gisq; illa nobilitate glorieris, quæ filios dei & cohæredes Christi facit. Ad quam si semper inspi
cias: dum credis gaudium te habere quod maius est, desinis de eo quod minus est gloriari.
Omnis ista prædari generis dignitas, & illustre Anitij sanguinis decus, ad animam transferan/
tur. Ille clarus, ille sublimis, ille sit nobilis, ille tunc integram nobilitatem suam seruare se putet,
si dedignetur seruire uitijs, ab eisq; non superari. A quo eñ quis superatur, huius & seruus est.

C Quid em̃ hac ſeruitute animi indignius: quidue turpius, q̃ cum in eo,aut dominatur odium, aut regnat inuidia? q̃ cum eum aut auaricia poſſidet,aut captum ira tenet: uel certe cætera ſibi uitia uendicant? Non eſt quod ſibi aliquis de nobilitate generis blandiatur: ſi ex meliore parte ſit famulus. Multo eſt indignius mente ſeruire q̃ corpore. Superfluũ arbitror te monere, q̃ parca in procedendo debeas eſſe, q̃ rara: cũ te hoc etiam ſæcularis ab infantia honeſtas docuerit,& facile intelligas id tibi multo magis in hac uita eſſe ſeruandũ,quã maxime ſecretũ decet. Illud admoneo,ut ipſis quoq; ſalutatiõib9,quæ tibi in cubiculo tuo exhibẽdæ ſũt,certiſſimũ modũ ponas:nõ ſint nimiæ neq; q̃tidianæ,ne nõ tã officiũ,q̃ inquietudinẽ p̃ſtare uideant. Et q̃q̃ omne uitæ tuæ tẽpus diuino debeas operi cõſecrare:& nullã prorſus horam a ſpiritali profectu uacuã eſſe cõueniat:cũ tibi in lege dñi die ac nocte meditandũ ſit:debet tamẽ aliquis eſſe determinatus & cõſtitutus horarũ numerus,quo plenius deo uaces,& qui te ad ſummã animi intentionẽ,uelut quadã lege cõtineat. Optimũ eſt ergo huic operi matutinũ deputari tempus, id eſt meliorẽ diei partẽ: & uſq; ad horã tertiã animã quotidie in cœleſti agone certantem:hoc uelut ſpiritalis quodã paleſtræ exerceri gymnaſio. His tu per ſingulos dies horis,in ſecretiori domus parte ora,clauſo cubiculo tuo. Adhibe tibi etiã in urbe ſolitudinẽ,& remota pauliſp ab hoib9, ꝓpius deo iungere:aſpectuiq; tuor; reddita,lectionis fructũ & orationis oſtende. Nihil em̃ in hoc ſecreto magis agere debes,q̃ animã diuinis æloquijs paſcere. Et quantũ ei ꝑ totã ſufficere poſſit diẽ,hoc eã ueluti cibo pinguiore ſatiare. Ita ſcripturas ſacras lege,ut ſemp memineris dei illa uerba eſſe,q legẽ ſuã non ſolũ ſciri,ſed etiã impleri iubet. Nihil em̃ ꝓdeſt facienda didiciſſe, & nõ facere. Optime uteris lectiõe diuina,ſi eã tibi adhibeas ſpeculi uice:ut ibi uelut ad imaginẽ ſuã ania reſpiciat:& uel fœda quæq; corrigat,uel pulchra plus ornet. Lectionẽ frequẽter interrũpat oratio,& animã iugiter adhærentẽ deo,grata uiciſſitudo ſancti operis accẽdat. Nũc te igitur ordo inſtruat cœleſtis hiſtoriæ, Nũc ſanctũ Dauid oblectet canticũ, Nunc Salomonis erudiat ſapientia, Nũc ad timorẽ dñi,increpatiões incitent ꝓphetarũ, Nũc euãgelica & apoſtolica perfectio,te Chriſto in omni morũ ſanctitate cõiungat. Quæ parãda ſunt,memoriæ penitus inſere: eaq; iugi meditatiõe cõſerua. Quæ maturanda ſunt,frequẽter reuolue,ut diuinũ hoc ſtudiũ & cœleſtis ſchola & mores ſimul uirginis ornent & ſenſum,tradantq; tibi cũ ſapientia ſanctitatẽ. Vnde ſcriptura dicit: Qui quærũt deũ,inueniũt ſapientiã cũ iuſticia. Sit aũt ipa lectio tẽperata, cui finẽ conſiliũ nõ laſſitudo imponat. Nam ut immoderata ieiunia & ardor abſtinẽtiæ,& enormes inordinatæq; uigiliæ,intẽperantiæ coarguũtur:idq; nimietate ſui pariũt: ut hæc ipſa poſtea,nec mediocriter quidẽ fieri poſſint: ita ſtudiũ lectiõis in reꝑhenſionẽ intẽperans cadit:qd'q; laudabile eſt in tẽpore ſuo,fit de nimietate culpabile. Generaliter quidẽ,ſed breuiter ſtrictimq; dicendũ eſt:in bonis quoq; rebus qcquid modũ exceſſerit,uitiũ eſt. Magna eſt,magna inquã & quæ grandi ſtudio cõſtat,ꝓfectæ uitæ ratio,cõſummatæq; ſapiẽtiæ eſt,ſcire q d quo inſequaris modo,& ad omnẽ actũ p̃ferendo conſiliũ,nihil facere quod feciſſe pœniteat. Intra unius horæ ſpatiũ mutatur habitus,ieiunare,abſtinere,pſallere,uigilare;nõ tam ſtudio opus habent q̃ uoluntate. Quilibet incipiens,ſtatim ut uoluerit,ad iſta ꝓfectus eſt:imo illi hoc facilius facere poſſunt,qui recentis corporis uires de ſæculo ad ꝓpoſitũ afferunt. Mores uero mutare, ſingulaſq; uirtutes animi formare in ſe,atq; perficere,grandis ſtudij eſt,& longæ conſuetudinis. Itaq; multi in hoc ꝓpoſito ſeneſcimus:& ea,ꝑpter quæ ad ipm ꝓpoſitũ uenimus,non habemus. Tua uero cõuerſatio noua eſſe debet,mira grauitas,patiẽtia,manſuetudo,pietas,quicquid ſanctius eſt atq; perfectius, quicquid magis deo te cõmẽdare poteſt,& maiorẽ in cœlo facere:id ſemper ſequere,id ſemp amplectere. Sponſa Chriſti nihil debet eſſe ornatius. Tanto maiore placẽdi ſtudio opus eſt:quãto maior eſt ille cui placendũ eſt. Sæculi uero uirgines,quæ ſe nuptijs præparant,& indulgentiam apoſtoli,q̃ cõſilium ſequi malunt,magiſq; amplectuntur incontinentiæ remediũ,q̃ præmiũ continẽtiæ,ut ſponſis placeant,eoſq; in amorẽ ſui magis incitent: mira ſe ſollicitudine formare ſtudent,& naturalẽ corporis pulchritudinẽ,ornãdi arte cõmendant. Hæc eſt illis per dies ſingulos cura p̃cipua:decẽtibus fucis colorare faciẽ,implicare auro crinẽ,& ardẽtes concharũ lapides,capitis honorẽ facere, ſuſpendere ex auribus patrimonia,brachia ornare monilibus ac latera,& induſas auro gemmas,a collo in pectus demittere. Non minorem ſponſus tuus requirit ornatum, qui cum uniuerſam eccleſiam ſalutaris aquæ lauacro purificatam

D

ſine macula

A sine macula rugaq; reddiderit:quotidie cupit eam fieri pulchriorem: ut semel a uitijs peccatisq; mūdata,semp ornetur decore uirtutū.Et si hoca tota reqrit ecclesia:in qua & uiduæ cōtinent' & nuptæ:quantū putas expectat a uirgine,quæ ex pulcherrimo hoc quodā ecclesiæ prato,uelut augustior qdam flos uidet' electa? Assume ergo omnē illū ornatū,per quē placere Christo potes.Satis pulchrā deo crede faciē tuā,si hoibus pulchra apparere nō studeas. Istud ornamentū serua capitis,quod acquisiuisti chrismatis sacramēto:cū tibi in cœlestis regni mysterium, diadema quoddā regalis unctiōis impositū est.Optima ornamēta sunt auriū,uerba dei. Ad ea sola paratus esse debet auditus uirginis:eaq; præciosissimis lapidibus anteferre.Oīa prorsus membra decorētur operibus sanctitatis: totaq; uirginalis animi pulchritudo,gēmati monilis instar uario uirtutū fulgore resplendeat.Tūc uere cōcupiscet rex decorē tuū,dicetq; tibi:Tota formosa es,pxima mea,& macula nō est in te.Et hæc tibi ornamēta quæ dixi:etiā erunt munimēta maxima:& quæ ipsa te ornare deo,& contra diabolū armare possint,qui per leue interdum quod cūq; uitiū ad animā ingreditur:& si uirtutū ,ppugnacula nō resistant,nostro nos repellit loco, & cōtinuo de hoste fit dns.Propter quod scriptura nos adhortat',& dicit:Si spiritus potestatē habentis ascenderit sup te,locū tuū ne dimiseris.Ab eo iā tpe quo primū per uirginitatis ,pfessionē dño cōsecrata es,aduersarij in te creuit odiū.Et qui aliena lucra pro suis damnis habet: se amisisse ducit,quicquid te possessurā dolet.Grandi tibi opus est uigilantia,grādiq; cura:& tanto sollicitius cauendus est inimicus:quanto apud deū ditior esse cœpisti.Vacuus uiator & nudus,nō timet latronis insidias.Securus a nocturnis furibus dormit pauper,etiā si claustra non muniat.Diuiti uero opes suæ latronis semp imaginant' occursum, & iugi sollicitudine noctiū somnū adimunt.Vnde tuæ quoq; diuitiæ,cœlestis thesaurus,ista cautione indigent atq; custodia.Quāto ditior es,tanto debes esse uigilantior.Qui ēm plus possidet,plus debet timere ne p,dat.Inuidere nō cessat author inuidiæ.Et qui semel a deo ipse proiectus est, tāto maiori liuore torquetur:quāto aliquē apud eū uiderit dariorē.Qui inuidit Euæ paradisum,quāto magis inuidet tibi regnū cœlorū? Cūcta(mihi crede)ille nūc circūit(ut beatus Petrus ait)deuorādi te cupi/
B dus:in modū rugientis leonis ingredit' :uel more dolosi hostis uniuersa perluſtrans,explorat oēs aditus animæ tuæ:an sit aliqd infirmū & minus tutū,per quod possit irrepere. Rimat' nūc ille oīa:& singula quæq; prætētans,quærit uulneri locū:cuius tu insidias sollicite debes ꝓuidere:ut q̄ cū Paulo nō ignores astutias ei9. Qui cū terribiles diaboli potestates principatusq; describat:nos nihilomin9 hortat' ad pugnā,hostiūq; uim pādit,ut augeat sollicitudinē militū.Nō ēm uult nos esse timidos,sed paratos. Deniq; nō fugā suadet,sed arma suggerit.Propterea,inquit,Accipite arma dei:ut possitis resistere in die malo:& in oibus ꝑfecti stare.Ac statim instrumēta singula spiritalis pugnæ tradēs,addidit & dixit:State ergo succincti lūbos uestros in ueritate:& induti loricā iusticiæ,& calciati pedes in ꝓparatiōe euāgelij pacis:in oibus assumētes scutū fidei,in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere: & galeā salutis assumite,& gladiū spiritus q̄d est uerbū dei ꝑ oēm orationē & obsecrationē.Et quoniā de hoc bello licet etiā fœminis triūphare,suscipe hæc arma Pauli,& tāti hortatiōe ducis certā ꝑsume uictoriā.Hæc ēm si tu oīa instrumēta possideas, secura ,pcedes ad preliū spiritale,nec pauebis diabolū cū toto exercitu suo.Cadent ēm a latere tuo mille,& decē milia a dextris tuis: ad te aūt nō appropinquabūt. Beatus quoq; Iacobus ille Christi miles emeritus,nō minore nobis authoritate de hoc bello uictoriā pollicet': Subditi(inquit)estote deo:resistite aūt diabolo & fugiet a uobis.Ostendit quō resistere debeamus diabolo, si utiq; simus subditi deo, eiusq; faciēdo uolūtatē,ut diuinā etiam mereamur gratiā:& facilius nequā spiritui,auxilio sanctiſpūs resistam9.Neq; uero aperta cōtra nos pugnat acie:nec publica nobiscū fronte congredit', sed dolo uincit ac fraude, nostraq; cōtra nos utit' uolūtate.De cōsensu aduersariorū uires accipit,nostroq; nos(ut dici solet)iugulat gladio.Infirmus hostis est q̄ non potest uincere nisi uolentē.Procul a nobis desperatio,ꝓcul oīs ab animo recedat pauor aduersariorū.Nō adiuuemus,sed uincamus aduersarios.Dāt illi qdē cōsiliū,sed nostrū est,uel eligere,uel respuere quod suggerūt.Nō enim cogendo,sed suadēdo nocent.Nō extorquēt a nobis cōsensum,sed expetūt.Vnde etiā Ananiæ dicit': Quare tentauit cor tuū Satanas mētiri te spūi sancto? Quod utiq; illi Apostol9 nūq; imputaret,si id absq; ipsi9 uolūtate diabolus fecisset.Ipa etiā Eua iā cōdēnat' a dño:qa ab eo quē poterat superare,supata est.

Nec ēm

C Nec em̃ meruisset a dño iusticia puniri quæ uicta est, nisi uincere ipsa potuisset. Huius neqssimi hostis est illa, uel prima callidꝫtas, & ars doli plena, fatigare cogitatiõib9 rudes animas: & nouel/lis in pposito mẽtibus, de ip̃a interdũ cõuersatiõe afferre mœrorẽ: ut facile ab hui9 rei, pfectu de terreatur animus, cuius initia amara cognouerit. Itaq; solet tam sordidas nõnũq; & impias co/gitatiões inserere mẽti: ut q tẽtatur, dũ suũ illud putat esse quod cogitat, deteriorẽ se per spiritũ immũdũ, pposito suo arbitret̃ effectum, multo q; puriorẽ animã habuisse se credat, cũ adhuc res sæculi amaret. Vult em̃ his qbus inuidet callidissimus inimicus horrorẽ ppositi ex despera/tiõe facere sanctitatis: ut eos obsidente tristicia, & si a pposito nõ reuocat, certe retineat a profe ctu. Propter quod maxime sanctarũ tibi scripturarũ studiũ diligendũ est: illuminanda diuinis æloquijs anima: & coruscante dei uerbo, diaboli repellendæ sunt tenebræ. Cito em̃ fugit ille ab ea anima quã sermo diuinus illuminat: quæ cœlestibus semp cogitationib9 occupat̃. In qua assi duũ est dei uerbũ, cuius uim nequã spiritus nõ potest ferre. Et idcirco beat9 illud Apostolus spi ritalis belli inter cætera instrumẽta gladio cõparauit. Est aũt tutissimũ atq; pfectũ: ut assuescat animus sollicita semp peruigiliq; custodia discernere cogitatiões suas: & ad primũ animi motũ uel probare, uel reprobare quod cogitat: ut uel bonas cogitatiões alat, uel statim extinguat ma/las. Hinc nãq; fons est boni, & quod origo peccãdi, oisq; ingẽtis delicti in cogitatiõe principiũ est, quæ unũquodq; opus uelut in quadã cordis tabula depingit antecq; faciat. Nam siue ille actus siue sermo sit ut pferatur: ante disponit̃, & cogitationũ cõsilio discernit̃ quod futurũ est. Vides cq; breui interdũ momento quæcq; ista quis cogitet cogitataq; perficiat: nec quiccq; oino, uel lingua, uel manu, cæterisq; membris agit̃, nisi cogitationes ante dictauerint. Vnde & dñs in euangelio dicit: De corde hois pcedunt cogitatiões malæ, adulteriũ, fornicatio, homicidia, fur/ta, falsa testimonia, auaricia, nequitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, sup̃bia, stul ticia. Hæc sunt quæ coinquinãt hoies. Ois ergo sollicitudo tua, omnis intentio debet esse in cu/stodia. Ibi te maxime oportet obseruare peccatũ, ubi nasci solet: statimq; ad primã tẽtatiõis re/pugnare faciẽ: & malũ antecq; crescat extinguere. Nec em̃ expectandũ est augmẽtũ eius rei, quæ
D timeri debet a paruo: & quæ tãto facilius uincit̃, quãto ei citius repugnatur. Ideo clamat scriptu/ra diuina: Omni custodia serua cor tuũ: Ex eo em̃ exitus uitæ. Distinguendũ est aũt inter istas cogitatiões, qbus uolũtas fauet, quas cũ dilectiõe amplectit̃: & inter eas cogitatiões, quæ tenuis umbræ modo p̃teruolare mentẽ solent: sesq; tantũmodo, uel transeũdo monstrare: quas græ/ci Τύπους uocant. Vel certe inter illas quæ repugnãti ac inuito animo suggeruntur, qbus mens cũ horrore quodã renitit̃ ac resistit: qbus ut cõtristat̃ admissis, ita gaudet expulsis. In illis quidem quæ se leuiter mẽti ostendũt, & quasi fugiẽdo demonstrant se: nec peccatũ omnino, nec pugna est. In his aũt cũ qbus aliq;diu anima luctatur, qbus resistit uoluntas, æquale certamen est. Aut em̃ consentimus, & uincimur: aut respuimus, & uicimus, & acquirimus de pugna uictoriam. In illa ergo tantũmodo cogitatiõe peccatũ est: quæ suggestioni cõsensum mẽtis dedit: quæ malum suũ blande fouet, quæ in factũ gestit erumpere. Huiusmodi cogitatio etiã si ex aliquo impedi/ta casu, nõ impleat uoluntatẽ, nihilominus actiõe criminis cõdemnat̃ a dño: ut illud in euange/lio legim9: Qui uiderit (inquit) mulierẽ ad cõcupiscendũ eã: iã mœchat9 est eã in corde suo apud deũ: cui nota sunt oia etiã antecq; fiant. Volũtas pfecta faciendi, reputatur pro opere facti. Qua de re debes (sæpe em̃ repeto quod fieri semel uolo) sanctas scripturas sine intermissiõe medita/ri. Hisq; tuã replere mentẽ: & malis cogitatiõibus locũ auferens, diuinis animũ sensibus occupa re: quãtũq; deũ diligas, ex dilectiõe legis eius ostendere. Vnde scriptura dicit: Qui timẽt dñm, inquirẽt quod beneplacitũ est illi: & q diligũt eũ, replebũtur lege eius. Tunc senties quantũ ad eius amorẽ adiuuet te sapiẽtia: quantũ sit in te diuinæ legis auxiliũ: & dño cũ Dauid læta can/tabis: In corde meo abscõdi æloquia tua, ut nõ peccẽ tibi. Excitandus est em̃ spiritalib9 stimulis semper animus: & maiori quotidie ardore renouandus. Orationis instantia: illuminatio lectio/nis: sollicitudo uigiliarum: & diurna & nocturna eius incitamenta sunt. Nihil enim in hoc pro/posito ocio deterius est: quod non solummodo non acquirit noua, sed etiam parata consu/mit. Sanctæ uitæ ratio processu gaudet & crescit, cessatione torpescit & deficit. Quotidianis ac recentibus uirtutum incrementis mens instauranda est: & uiuendi nobis hoc iter: non de transacto, sed de reliquo metiendum. Quamdiu sumus in hoc corpore, nunc̃ nos ad per/

fectum

A fectum ueniſſe credamus. Sic enim melius peruenitur. Tamdiu non relabimur retro, q̄diu ad priora contendimus. At ubi cœperimus ſtare, deſcendimus: noſtrūq; non progredi, iam reuerti eſt. Ceſſet omnis ignauia, & inutilis de præterito labore ſecuritas. Si uolumus non redire, curren dū eſt. Apoſtolus de die in diē uiuens deo: nō quid ante feciſſet, ſed quid facere deberet ſemper attendens, dicebat: Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe aliquid: unum autē, quæ quidem ſunt retro obliuiſcens: ad ea uero quæ ſunt priora me extendēs: ad deſtinatum perſequor brauium ſupernæ uocationis dei. Si beatus Paulus uas electionis: qui ita Chriſtū indutus erat, ut diceret: Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus: adhuc tamen ſe extendit, adhuc creſcit & proficit: quid nos facere debemus, quibus optandum eſt, ut in fine noſtro, Pauli principio comparemur? Ergo tu hunc imitare qui dixit: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Obliuiſcere omne præteritū: & quotidie inchoare te puta: ne pro præſenti die quo debes ſeruire deo, præteritum imputes. Optime quæſita cuſtodies, ſi ſemper inquiras. Damnum parata ſentient: ſi parare ceſſaueris. Dicas forſitan, Grandis labor eſt. Sed reſpice quod ꝓmiſſum eſt. Omne opus leue fieri ſolet, cum eius precium cogitatur: & ſpes præmij ſolatium eſt laboris. Sic durus agricola, inaratum diu campum, & pinguiores ocio glebas: uiolento uomere ſcidiſſe ſe gaudet, & mirum in modum ipa operis difficultate lætus, ſpem ſegetis, de labore metitur. Sic negociator auidus, maria contemnit: ſpectare auſus fluctuum ſpumas, rabiemq; uentorum. Dumq; in omni labore ac periculo lucrum cogitat: & laſſitudinem ſimul obliuiſcitur & timorem. Conſydera quæſo magnitudinē præmij tui, ſi tamen conſyderari poteſt, quicquid immenſum eſt, poſt abſceſſum animæ, poſt carnis interitū, poſt fauillas & cinerem, in meliorem ſtatū uirgo reparanda es. Mandatum terræ corpus in cœlum eleuandum eſt: & mortale tuū, immortalitatis hono-
B re mutandū eſt. Poſt hæc angelorum es donanda conſortio: regnū acceptura cœlorū: ac in perpetuū manſura cū Chriſto. Quid ergo retribues dño pro omnibus quæ retribuit tibi? Quid tā to remuneratore dignum facies? Aut quē laborem durū putabis, cuius tanta ſunt præmia? Vnde beatus Apoſtolus: Nullæ (inquit) ſunt condignæ paſſiones huius tēporis ad futuram gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Quid em̄ dignum uel facere, uel pati poſſumus in breui hoc tempore uitæ noſtræ: cum id immortalitate ſit compenſandum? Propter quod idem Apoſtolus ait: Id em̄ quod in præſenti ſæculo eſt momentaneum ac leue tribulationis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Reſpuantur honores, deſpiciantur diuitiæ. Ipſa quoq; uita noſtra, martyrij amore contemnatur. Et hæc omnia etiam ſi pro æternitatis præmio non darentur, eſſent tamen quādoq; peritura. Amittunt etiā hoc illi qui ſemper cupiūt poſſidere. Quā multos memoria noſtra retinet in maximis honoribus ac diuitijs conſtitutos, repente de ſummo illo potentiæ faſtigio concidiſſe: & eos qui tumore elati, aliud quiddam q̄q; homines eſſe ſe putabant, exitu tandē ſuo docuiſſe nos quid fuerint. Quid em̄ in hoc mūdo ſtabile? Quid uero firmum eſt? quid porro non breue & incertum, & caſui nō ſeruiens? Quale iſtud bonū eſt, quod ſemper timeas amittere? quod uel auferendū abs te metuas, uel a te relinquendū ſcias? Nā & ſi nullo eripiatur caſu, uel morte certe perdendū eſt. Et ſi uita noſtra tendat per mille annos: & ad extremū illū totius diē ætatis, quotidiana delitiarū uoluptate ueniamus: quale hoc quæſo diu eſt, quod fine deletur? Aut quis illius uoluptatis fructus eſt: qui ſtatim ut ceſſauerit uidebit tibi nō fuiſſe? Age iam trāſactū uitæ tuæ tēpus animo reuolue. Nonne uidebit tibi umbra quædā fuiſſe quod trāſijt: & ad inſtar ſomnij tenuis, incertū eſſe om̄e q̄d uidet? Hoc idē & decrepitus ſenex ſentire poteſt: cui cōuenit dicere cum ꝓpheta: Dies mei ſicut umbra declinauerūt, & ego ſicut fœnū arui. Quod ſi hæc etiam hic poſſumus dicere: ubi q̄uis breuis, tamē quia præſens eſt uita iſta, magni penditur: quid in futuro dicturi ſumus, ubi maiori æternitatis ſcientia, tranſactū omne pro nihilo eſt? Nec tu tecū diligēter reuoluens, & breuitatē uitæ huius æternitatis cōtemplatione deſpiciens: ipm quoq; cōtemptū mūdi, maiori animi uirtute cōtemne: & ad illū tantū diē totā para te, in quo mūdi gloria finiēda eſt. Illū inquā diē quē ſaluator diluuio cōparauit; q multos fallaci ſecuritate deceptos: furtiuo (ut ait Apoſtolus) cōprehendit aduentu. Quem beatus quoq; Petrus deſcribens ait: Adueniet autē dies dñi ſicut fur: in qua cœli magno impetu tranſibunt. Elementa uero a calore reſoluent. Cū hæc omnia diſſoluenda ſint:

/quales

Cquales oportet nos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentu domini dei, in quo cœli ardentes soluentur: & elementa ignis calore tabescent? Recens factum est, & quod ipa audisti, cum ad stridulæ buccinæ sonum Gotthorumq; clamorem, lugubri oppressa metu domina orbis Roma contremuit. Vbi tunc nobilitatis ordo? ubi certi & distincti illius dignitatis gradus? Permixta omnia & timore confusa, omni domui planctus, & æqualis fuit per cunctos pauor. Vnum erat seruus & nobilis. Eadem omnibus imago mortis: nisi quia magis eam timebant illi, quibus fuerat uita iucundior. Si ita mortales timemus hostes & humanam manũ: quid faciemus cum clangore terribili tuba intonare de cœlo cœperit: & ad illam archangeli uocem, omni buccina clariorem, totus simul remugiet mundus? cum uiderimꝰ super nos non manufacta arma concuti, sed & uirtutes cœlorum cõmoueri, sicut propheta dicit: cum uenerit dominus ponere orbem terræ desertum, & peccatores perdere ex eo: quis tũc nobis pauor, quæ caligo, quæ tenebræ, cum nos sæpius ac totiens admonitos: & tamen imparatos dies ille reppererit? Tunc (inquit) plangent super se omnes tribus terræ: & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli cum uirtute multa & maiestate. Tunc dicent montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos: & petris, aperite uos nobis. Verum hæc eorum sint, qui uanis huius mundi detenti curis, de mundi non cogitant fine. Tu uero cui aduentus Christi dierum noctiumq; meditatio est, cui pro conscientiæ puritate, domini est optãda præsentia: quæ cõsummationem sæculi quasi certum præmij tui tempus expectas, exultationem de cœlo capies, nõ timorem. Tunc enim tu sanctorum mixta choris: & sanctis comitata uirginibus, sponso obuiam subuolabis: & dices: Inueni quem quæsiuit anima mea. Nec ullius iam temporis separationem timebis: quæ semel immortalitatis gloria, & incorruptionis splendore donanda es: & cum Christo semper futura es, Apostolo dicente: Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo: & mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus: qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã domino in aera: & ita semper cum Christo erimus. Hæc sit igitur cura tua semper: hoc studium: hæc iugiter uirginis corde uoluantur. In his totius diei uersetur labor. In his nocturnus somnus reponatur. In hoc anima rursus euigilet. Etenim nullus labor durus: nullum tempus longũ uideri debet, quo gloria æternitatis acquiritur.

## AVGVSTINI ET ALIPII AD IVLIANAM DEMETRIADIS VIRGINIS MATREM.

DOminæ debitis in Christo officijs honorandæ & merito illustri filiæ Iulianæ, Alipius & Augustinus in domino salutem. Grate admodum nobis iucundeq; accidit: ut simul nos constitutos apud Hipponem, tuæ reuerentiæ litteræ repperirent: quibus hæc scripta redderemus, uestra incolumitate cognita gaudentes: uicissimq; nostram quam uobis cordi esse confidimus, mutua dilectione nunciantes, domina debitis in Christo officijs honoranda & merito illustris filia. Scire autem uos optime scimus: quantũ uobis debeamus religionis affectu: quantaq; nobis & apud deum & inter homines sit cura de uobis. Licet eñ uos per litteras primũ: deinde etiã præsentia corporali, pia & catholica, hoc est uera membra Christi, exiguitas nostra cognouerit: tamen etiam per ministerium nostrum cum accepisse tis uerbum auditus dei, sicut dicit Apostolus: Accepistis non ut uerbum hominum: sed sicut est uerbum dei. Cuius ministerij nostri, adiuuãte gratia & misericordia saluatoris, in domo uestra tantus fructus exortus est: ut humanis nuptijs iam paratis, sancta Demetrias spiritalem sponsi illius præferret amplexum: cui speciosa præ filijs hominum ad habendam spiritus uberiorem fœcunditatem, nec amittendam carnis integritatem, uirgines nubunt. Nesciremus autem quem admodum nostra illa tunc exhortatio a fideli & nobili uirgine fuisset accepta: nisi nobis profectis cũ post paululũ professa fuisset sanctimoniam uirginalem, hoc ingens dei donũ quod per seruos suos quidem plantat & rigat: sed per seipsum incrementum dat nobis operarijs pueniss se: uestrarum litterarum lætissimo nuncio: & ueraci testimonio disceremus. Quæ cũ ita sint: nemo nos

A mo nos improbos dixerit, si in uobis admonendis: ut contraria gratiæ dei dogmata deuitetis, neceſſitudine ſumus propenſiore ſolliciti. Nam licet nos Apoſtolus, non ſolum opportune: uerumetiam importune prædicando, uerbo inſtare præcipiat: non tamen in eorū hominū numero uos habemus, quibus ſermo uel pagina noſtra importuna uideatur: quando id quod ad ſanam doctrinam non pertinet: uos ut uigilanter euitetis, alloquimur. Hinc ergo eſt, quod admonitionem noſtram tam grato animo ſuſcepiſtis: ut in epiſtola tua ad quā nunc reſcribimus, diceres: Sane quod me hortat' reuerētia ueſtra, ne indulgeam aures his hominib⁹, qui prauis tractatibus uenerandā fidem ſæpe corrumpunt: gratias uberes ago tam piæ admonitioni. Quod itaq; adiungis & dicis: Sed nouerit ſacerdotium ueſtrum, longe me ac domunculam meam ab huiuſmodi perſonis eſſe diſcretam: omniſq; familia noſtra, adeo catholicam ſequitur fidem, ut in nullam hæreſim aliquando deuiauerit, nec unc̄p lapſa ſit: non dico in eas ſectas, quæ uix expiantur: ſed nec in eas, quæ paruos habere uidentur errores: hoc eſt quod nos magis, magiſq; compellit non tacere apud uos, de his qui etiam illa quæ ſana ſunt, uitiare conant'. Domū enim ueſtram non paruam Chriſti eccleſiam deputamus. Nec ſane paruus eſt error illorum, qui putant ex nobiſipſis nos habere, ſi quid iuſticiæ, continentiæ, pietatis, caſtitatis in nobis eſt: eo quod ita nos condiderit deus: ut ultra præter quod nobis reuelat ſcientiam, nihil nos adiuuet: ut ea quæ facienda diſcendo nouimus, etiam diligendo faciamus: naturam ſcilicet atq; doctrinam definientes tantummodo eſſe dei gratiam & adiutorium: ut iuſte rectēq; uiuamus. Ad habendam uero uoluntatem bonam, ubi eſt hoc ipſum quod iuſte uiuimus: & ipſa charitas quæ in omnibus dei donis ita excellit, ut etiam deus dicta ſit: qua una impletur in nobis, ſi quid diuinæ legis & admonitionis implemus, nolunt nos diuinitus adiuuari: ſed noſipſos dicunt arbitrio proprio nobis ad iſta ſufficere. Non uobis uideatur error iſte mediocris, profiteri uelle chriſtianos: nec uelle audire Apoſtolum Chriſti, qui cum dixiſſet: Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris: ne quiſq̄ eam habere non niſi per proprium putaret arbitrium, continuo ſubiunxit: Per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Hanc magnam eſſe gratiam ſaluatoris qui aſcendit in altum, captiuauit captiuitatem, & dedit dona hominibus: quiſquis nondum con-
B fitetur, quantum & q̄ exitiabiliter erret, intelligis. Quomodo ergo a uobis quibus tantam dilectionem debemus admonendis, ut talia caueatis diſſimulare poſſemus, cum legiſſemus librū quem ad ſanctam Demetriadem quiſnam ſcripſerit, uel utrum ad uos peruenerit, ueſtris potius reſcriptis noſſe uolumus. In quo libro (ſi fas eſt) legat uirgo Chriſti, unde credat uirginalem ſuam ſanctitatem, omneſq; ſpiritales diuitias non niſi ex ſeipſa ſibi eſſe. Atq; ita prius q̄ ſit pleniſſime beata, diſcat deo eſſe (quod abſit) ingrata. Verba enim ad illam ſcripta in eodem libro iſta ſunt. Habes ergo & hic (inquit) per quæ merito præponaris alīs, imo hinc magis: nā corporalis nobilitas atq; opulentia tuorum intelligunt', non tua eſſe. Spirituales uero diuitias nullus tibi præter te conferre poterit: in his ergo iure laudanda, in his merito cæteris præferenda es: quæ niſi ex te, & in te eſſe non poſſunt. Cernis nempe quanta in his uerbis ſit cauenda pernities. Nam utiq; quod dictū eſt, non poſſunt eſſe iſta bona niſi in te, optime & ueriſſime dictū eſt, iſte plane cibus eſt. Quod uero ait: Non niſi ex te, hoc omnino uirus eſt. Abſit ut hæc libenter audiat uirgo Chriſti, quæ pie intelligit propriā paupertatē cordis humani: & ideo illic niſi ſponſi ſui donis neſcit ornari. Audiat ergo potius Apoſtolum dicentem: Deſponſaui uos uni uiro uirginē caſtam exhibere Chriſto. Timeo autē ne ſicut ſerpēs Euam ſeduxit in uerſutia ſua: ſic & ueſtræ mentes corrumpantur a caſtitate quæ eſt in Chriſto. Et propterea de his quoq; ſpiritalibus diuitijs non iſtum qui dicit: Nullus eas præter te tibi conferre poteſt: & niſi ex te, & in te eſſe non poſſunt: ſed illum audiat qui dicit: Habemus theſaurū iſtum in uaſis fictilibus, ut eminentia uirtutis dei ſit, & non ex nobis. De ipſa quoq; ſacra continentia uirginali, quod non ſibi ſit ex ſeipſa: ſed ſit donum dei, c̄uis credenti uolenticq; collatum: eundem audiat ueracem piumq; doctorē, qui cum hoc ageret, ait: Vellem omnes eſſe ſicut meipſum. Sed unuſquiſq; proprium donum habet a deo: alius ſic, alius autē ſic. Audiat etiam ipſum non tantum ſuum, ſed uniuerſæ eccleſiæ unicum ſponſum, de tali caſtitate atq; integritate dicentē: Non omnes capiunt uerbum hoc, ſed quibus datum eſt: ut intelligat ex eo quod habeat, tam magnum bonum atq; præda-

C rum: ſe

rum: se potius deo & domino nostro grátias agere debere, cp̃ cuiusc̃p̃ uerba, quod uelut ex se ipsa id habeat, ut non dicamus assentantis adulatoris: ne de occultis hominum temere iudicare uideamur, certe errantis laudatoris audire. Omne quippe datum optimũ, & omne donum perfectum desursum est (sicut etiã dicit apostolus Iacobus) descẽdens a patre luminũ. Hinc ergo & sancta uirginitas, qua te filia uolentẽ gaudentẽq; uicit: natu posterior, actu prior, genere ex te, honore ante te, ætate subsequẽs, sanctitate præcedens: in qua etiam tuum esse cœpit, quod in te esse non potuit. Illa quippe carnaliter non nupsit: ut non tantum sibi, sed etiam tibi ultra te spiritualiter augeretur: quoniam & tu ea compensatione minor illa es, quod ita nupsisti ut nascerétur. Hæc dei dona sunt, & uestra quidem sunt, sed non ex uobis. Habetis enim thesaurũ istum in terrenis corporibus, & adhuc fragilibus tanc̃p̃ in uasis fictilibus: ut eminentia uirtutis sit dei, & non ex uobis. Nec miremini quia dicimus, & uestra esse, & ex uobis non esse. Nam & panem quotidianum dicimus nostrum: sed tamẽ addimus, da nobis, ne putetur esse ex nobis. Proinde sicut scriptũ est: Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Oratis em̃ ut perseueranter & proficienter habeatis. Gratias agitis, quia nõ ex uobis habetis. Quis em̃ uos ab illa ex Adam massa mortis perditionisq; discernit? Nõne ille qui uenit quærere, & saluare quod perierat? An uero qñ Aplo dicẽte audierit homo: Quis em̃ te discernit: respõsurus est: Bona uoluntas mea, fides mea, iusticia mea, & nõ cõtinuo qd̃ sequit̃ auditurus: Quid em̃ habes qd̃ nõ accepisti? Si autẽ & accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Nolumus ergo ut uirgo sacra, cũ audit uel legit: Spiritales diuitias nullus tibi præter te cõferre poterit: in his iure laudanda, in his merito cæteris præferẽda es, quæ nisi ex te, & in te esse nõ possunt: Nolum⁹ prorsus ita glorieť quasi nõ acceperit. Dicat quidẽ: In me sunt deus uota tua, quæ reddã laudes tibi. Sed quia in illa nõ etiã ex illa meminerit etiã dicere: Domine in uoluntate tua, præstitisti decori meo uirtutẽ: quia etsi etiã ex illa propter arbitrium propriũ, sine quo nõ operamur bonũ: non tamẽ sicut iste dixit, nõ nisi ex illa. Proprium quippe arbitrii, nisi dei gratia iuuetur, nec ipsa bona uoluntas esse in homine potest. Deus est em̃ (inquit Apostolus) qui operat̃ in nobis, & uelle, & operari, pro bona uoluntate. Non sicut isti sentiunt tantummodo sciẽtiam reuelando: ut nouerimus quid facere debeamus, sed etiam inspirando charitatẽ: ut ea quæ discendo nouerimus, etiam diligendo faciamus. Nam uticq; nouerat ille c̃p̃ magnum bonum esset continentia, qui dicebat: Et cum scirem, quia nemo esse potest continens nisi deus det. Non solum ergo sciebat quantum esset hoc bonum: & c̃p̃ desyderabiliter esset concupiscendum, uerumetiam quod nisi dante deo esse non posset. Docuerat enim eum sapientia: nam hoc dicit. Et hoc ipsum erat sapientiæ scire, cuius esset hoc donum. Nec tamẽ ei scientia ista suffecit, sed ait: Adĩj dominũ, & precatus sum illum. Non igit̃ tantummodo in hoc nos adiuuat deus, ut sciamus quid agendum sit: uerumetiam ut amando agamus, quod discẽdo iam scimus. Nemo itaq; potest esse nõ solum sciens: uerumetiã cõtinens, nisi deus det. Vnde cum iam ille haberet scientiã, precabat̃ ut haberet continentiã: ut esset in illo quod sciebat, quia nõ esset ex illo. Aut si propter arbitriũ propriũ aliquantulũ ex illo, non tamẽ nisi ex illo: quia nemo potest esse cõtinens, nisi deus det. Iste autẽ de spiritualibus diuitijs, in quibus est uticq; etiã ipsa luminosa, & speciosa cõtinentia, non ait: in te, & ex te esse possunt, sed ait: nisi ex te, in te esse nõ possunt: ut quẽadmodũ nõ ei sunt alibi, nisi in illa: sic ei nõ aliunde, nisi ex illa esse posse credant̃: & ob hoc, quod miserator dominus a corde eius auertat, sic glorieť quasi non acceperit. Et nos quidẽ de sanctæ uirginis disciplina, & humilitate christiana: in qua nutrita & educata est, hoc existimamus: quod illa uerba cum legeret, si tamen legit, ingemuit: & pectus humiliter tutudit, ac fortassis & fleuit: deum q; cui dicata & a q̃ sanctificata est fideliter orauit: ut quomõ illa nõ sunt uerba ipsius, sed uerba alterius: ita non sit talis & fides eius, qua se aliquid habere credat: de quo in se, non in domino glorietur. Nam gloria quidem eius in ipsa est: non in uerbis alienis, sicut Apostolus dicit: Opus autem suum probet unusquisq; : & tunc gloriam habebit in semetipso, & nõ in altero. Sed absit ut gloria sua ipsa sit, & non ille cui dicitur: Gloria mea & exaltans caput meum: ita quippe est in ea salubriter gloria eius: cum deus qui in illa est, ipse est gloria eius, a quo habet omnia bona, quibus est bona. Et habebit omnia quibus melior erit, inquantũ in hac uita melior esse poterit. Et quibus perfecta erit, quando fuerit diuina gratia

non

A non humana laude perfecta. In dño em̃ laudabitur anima eius, qui satiauit in bonis desyderiũ eius: quia & hoc desyderiũ ipse inspirauit, ne uirgo eius sic in aliquo bono glorietur quasi non acceperit. De hoc ergo eius affectu, utrũ nã fallamur, inde nos fac potius rescribendo certiores. Nam illud optime nouimus, cũ omnibus uestris, cultores uos esse & fuisse indiuiduæ trinitatis. Sed nõ hinc solũ error humanus obrepit: ut aliquid secus sentiatur de indiuidua trinitate. Sunt em̃ & alia in quibus pernitiosissime erratur: sicuti hoc est, unde diutius fortasse, quã satis esset uestræ fideli castæq; prudentiæ in hac epistola locuti sum9: q̃q; q̃q; qui bonũ quod ex deo est, negat esse ex deo, nescimus cui faciat iniuriã nisi deo: ac per hoc illi utiq; trinitati, quod malũ absit a uobis, sicut abesse credimus. Absit omnino ut tale aliquid in animo nõ dicimus tuo, uel sacratæ uirginis filiæ tuæ, sed in cuiusq; extremi meriti famuli, uel famulæ uestræ liber iste fecerit: ex quo nonnulla uerba quæ facilius intelligi possent, ponenda credidim9. Si aũt diligẽtius intendatis, etiã illa quæ ibi uident uelut p gratia siue adiutorio dei dicere, sic inuenietis ambigua, ut possint referri, uel ad naturã, uel ad doctrinã, uel ad remissionẽ peccatorũ. Nam & quod cõfiteri coguntur, orare nos debere ne intremus in tentationẽ, possunt ad hoc referre: ut hactenus nos respondeant ad id adiuuari: quatenus orantibus atq; pulsantibus nobis aperiatur intelligentia ueritatis: ubi discamus quid facere debeamus, nõ ut uires accipiat uolũtas nostra, qbus id quod dicimus facimus. Et quod nobis in gratia, uel adiutorio dei dicunt, dominũ Christum bene uiuendi propositum exemplũ: ad eandem doctrinã reuocant, quia scilicet in eius exemplo discimus quemadmodũ uiuere debeamus. Non autem uolunt ad hoc nos iuuari, ut quod discendo cognoscimus, etiam diligendo faciamus. Aut certe in eodem libro inuenite aliquid si potestis, ubi excepta natura, excepto quod ad eãdem naturã pertinet arbitrio uoluntatis, excepta remissione peccatorũ & reuelatione doctrinæ: tale dei adiutorium cõfitetur, quale cõfitetur & ille qui dixit: Cum scirem quia nemo esse potest continẽs nisi deus det. Et hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius etiam esset donum. Adij dominũ & deprecatus sum illum. Neq; em̃ iste aut naturã peccando uolebat accipere, in qua conditus erat, aut de naturali uoluntatis arbitrio satagebat cum

B quo cõditus erat: aut remissionẽ peccatorũ desyderabat: quin potius continentiam, ne peccaret optabat, uel quid faciendum esset scire cupiebat: cum iam se scire fateretur, cuius esset hoc donum. Sed utiq; tantas uoluntatis uires: tantũ dilectionis ardorẽ uolebat accipere spiritu sapientiæ qui sufficeret ad implendã magnitudinẽ continentiæ. Si ergo aliquid tale inuenire potueritis, uberrimas gratias agimus, si rescribendo insinuare dignemini. Satis em̃ dici nõ potest quantum cupiamus in eorum hominũ scriptis, qui propter acrimoniã atq; facundiã leguntur a plurimis apertam confessionem illius gratiæ reperiri: quã uehementer commendat Apostolus, qui etiam mẽsuram fidei, sine qua impossibile est deo placere: ex qua iustus uiuit: quæ per dilectionem operatur: anteq̃ & sine qua omnino nulla cuiusq̃ opera bona existimanda sunt. Quoniã omne quod nõ est ex fide, peccatũ est: deum dicit unicuiq; partitum. Nec sola reuelatione scientiæ nos diuinitus adiuuari: ut pie iusteq; uiuamus in hoc sæculo, quæ sine charitate inflat: uerũetiam inspiratione charitatis ipsius, quæ plenitudo legis est, & quæ cor nostrum ut scientia nõ inflet ædificat. Sed adhuc nusq̃ tale aliquid in eorum litteris potuimus inuenire. Maxime aũt hoc in isto libro esse uellemus, ex quo descripta illa posuimus uerba: ubi uirginẽ Christi, ita laudans tanq̃ spirituales diuitias: nullus ei præter ipsam cõferre possit: & tanq̃ nisi ex ipsa esse nõ possint, nõ uult eam in dño gloriari, sed sic gloriari, quasi non acceperit. In quo libro q̃uis nec ipsius, nec tuæ reuerentiæ nomẽ expresserit: tamen a matre uirginis, ut ad eam scriberet, a se postulatũ esse cõmemorat. In quadam uero epistola sua idem Pelagius, ubi & nomen suum apertissime ponit, nec nomen sacræ uirginis tacet: dicit ad eam se scripsisse: & eiusdem sui operis testimonio probare nititur, se gratiã dei, quã uel tacere, uel negare asseritur, apertissime cõfiteri. Sed utrũ ipse sit liber, in quo de spiritualibus diuitijs illa uerba posuit, uel utrum ad uestram peruenerit sanctitatem, rescriptis uestris petimus nos dignemini facere certiores.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hæc sane nec infans est, nec inerudita, non admodum discrepans a superioris epistolæ stilo, ab Hieronymiano longe lateq; dissidẽs. Verum quod Geruntij meminit titulus, & ad Geruntiam scripsit Hieronymus, hinc opinor errorem tituli natum fuisse.

C

## AD GERVNTII FILIAS DE CONTEMNENDA HAEREDITATE.

CVncti mei ſenſus affectu uobis uacant, etſi interim loco ſegregor: nam & uidere uos mihi uideor & audire: tã me occupatũ habet ueſtra dilectio. Quod ſi uos inuicem faciatis: cũ illud impoſſibile ſit fieri per carnẽ, poſſibile reddit ex ſpiritu, ut fiat duorũ hominũ corpus unũ. Nam ut probẽ etiam ueſtra mecũ uigilare colloquia: accipite quid de hæreditate, quod ſuggeſſiſtis cogitãti altius uideatur, quoniã me etiã in carnaliũ arbitrum per ſpiritalia delegiſtis. Poſſem quidẽ dicere: Quis me cõſtituit iudicem, aut diuiſorẽ inter uos: ſi nõ ad infideles proceſſiſſet iſta ſententia? Iudæorũ em̃ incredulitas hac dñi reſponſiõe repercutitur, nõ feritur. Nam ipſi aliquãdo Iudæi in ipõ Moyſe uiſitationẽ illã dñi nõ uidentes qua Aegyptiũ fratris liberator occiderat: ſequẽtiq; die fratrũ diſcordias rixaſq; uolẽs ſedare, auſi ſunt dicere: Quis te cõſtituit principem, aut iudicem ſuper nos? Ac proinde ſuo illis dñs ore reſpõdit, quo amplius cõfutarentur, ſi proderent falſo ſe quærere quẽ ſpreuiſſent, dicente ipſo: Si credidiſſetis Moyſi, crederetis utiq; & mihi. Sed quoniam & ego ueſter ſum, & uos uere ſcio quæſiſſe iudiciũ eius qui Aegyptium gaudenter occidit: & cũ aduerſario, dũ in uia eſtis, nitimini cito cõfœderare concordiã, apud Iudæos ſibi ſuã ſententiã relinquem⁹ ſup ipſos q eã protulere uenientẽ. Nos humilibus de dñi lenitate dicemus: Vobis datũ eſt ſcire myſteriũ. Ac proinde (ut ad exordiũ diuerticuli reuertamur) hæreditatẽ illam uobis arbitror contemnendã, nec aliquid a iudice ſæculi poſtulandũ. Quomodo em̃ uobis illos licet adire qui etiam ſuo iudicio neſciunt ueritatẽ? Quãdoquidẽ Pilatus ex ipſorum curia, ſic loquitur ad dñm: Quid eſt ueritas? Nempe hic iudex erat, & negocia cauſaſq; litigantiũ libripende iuſticiæ tanto ſtatuto iure ſoluebat: & quid hic ualebat facere: ſi non nouerat ueritatẽ? Certe euangeliſtæ adeo iuſtum fuiſſe Pilatum cõmemorant: ut innocentẽ mallet abſoluere q̃ punire: & tamen ueritatem quaſi
D diſcere cupiat, inquirit. Nam ueritatis ignoratio, interrogationis eſt actio. Quid ergo dicemus? Inanes ſine dubio mortalium curas, & uniformem mundialium rerum prodidit falſitatẽ: ibiq; iudicia uera non eſſe, ubi ſint mentita negocia, ſeq; in rebus carentibus ueritate, carere uero iudicio iudicat. Quid em̃ quaſi noſtrũ apud illa tribunalia repetemus: ſi (p̃ſcribente Apoſtolo) nihil intulimus in hunc mundũ: uerum nec auferre quid poſſumus? Si em̃ nihil intulimus in hũc mundũ ueniendo, & nihil auferre poterimus abeundo. Falſo aliquid noſtrum hic eſſe dicimus, ubi nobis totus pene mundus alienus eſt. De quo nobis quid iudex ſæculi tribuere poterit, ſi nihil natura donauit? Quid Pilatus ueritatis interrogator potius q̃ prolator: quid inquã niſi Barrabã: quẽ ideo Iudæi deo cœli præferũt: quia ad iudicẽ ſæculi conuolarũt? In quo utiq; pfidus populus nõ reũ, ſed reatũ accepit. Sed hæc de iudicio ſint dicta non de negocio. Cæterũ qd ad cauſam ptinet, nõ ſolũ moneo, ſed obteſtor: ut ſi Geruntiũ p Chriſto offẽdiſtis, in ea offenſione duretis. Qui em̃ perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit. Nam ſi cauſa offenſionis eſt Chriſtus, amplexandũ eſt impĩj patris elogium, non dolendũ: ne recedamus a Chriſto, cui nos illa exhæredatio commendat, ſicut ſcriptum eſt: Beati eſtis cum perſecuti uos fuerint, & maledixerint nomini ueſtro tãq; malo, propter filiũ hois: gaudete in illa die & exultate: ecce merces ueſtra multa eſt in cœlo. Hanc mercedem offenſio illa prouidit, cuius pœnitet ueritatis. Quod ſi uocati ad dñm in imagine leuitarũ, ſpiritalib⁹ gladĩjs, corporeos occidiſtis affectus: quẽ patrẽ deſyderatis? Vnus eſt em̃ pater noſter qui in cœlis eſt, ac p̃inde dñs hæreditas ueſtra. In Chriſto em̃ poſſidendũ eſt, quod cũ Chriſto eſt poſſidendũ. Ne reuertamini ad mortuũ qui ſequimini uiuentẽ. Mortui (inquit) ſepeliant mortuos ſuos. At ſi iam pridem dixiſtis: Pater, nõ nouimus te, ut teſtamentũ dñi ſeruaretis: quid adhuc repudiati patris quæritis teſtamentũ? Hic eſt ille gladius qui a dño per terras, patrẽ a filio ſeparaturus immiſſus eſt. Hoc eſt uere circũcidere naturã, qd Iudæi forma & nõ ueritate cuſtodiunt, & circũcidere cultro petrino. Petra autẽ erat Chriſtus. Is utiq; qui dixit: Si quis amauerit patrẽ, aut matrem ſup me, non eſt me dignus. Hoc uos gladio utẽtes, illos imitamini leuitas, ab interiori homine p exterioris ueſtri caſtra currẽtes; obuios affectus pro dñi amore iugulate: iuxta legiſlatoris imperium pertranſeũtes primũ uirtutũ exercitũ cũ reditu: uidelicet ut præterita tranſeuntes, nec ſæculi mirabilibus inhærẽtes: ubi primũ ad eũ qui nos miſit in mundũ cũ fœmorali gladio redeamus, reſiſtentes nobis, remoran

teſq; nos

A teſq; nos,propinquũ,pximum,fratrem q; ne per hos elongetur noſtra peregrinatio, perima/
mus:& hæc a porta faciamus ad portã,id eſt,ne cũ in porta oculi fratrẽ fuero perſecutus, portã
fortaſſe auris obſideat, & per aliã portã prætermiſſus occurrat. Hæ ſiquidem ſunt portæ ani/
mæ noſtræ: p quas ad illã ſæculi blandimẽta deſcendũt: & per quas ſenſus carnis introeũt:per
quas,niſi late ſtrage facta uiam uirtutibus quadã impietate fecerimus, nunc̃ ad regem ueræ
pietatis peruenire poterimus. Quod ubi pro ueſtra deuotione fueritis uiriliter executæ,ſtatim
uobis ab ipo Moyſe talis facti laudatore dicetur,impleſtis hodie manus dño:hoc eſt ſæculum,
qui uobis cõditione carnis & ſubſtantiæ propinquus eſt & proximus:occidentes actus ueſtros,
q manus ſunt,impleſtis dño,cũ nulli præter q̃ dño imperãti ſeruire annuiſtis. Sic Abrahã dño
dexterã ſuã,dum parricidiũ facere nõ recuſat,impleuit. Qui filij ſui,dum illã deo armat, oblit⁹
eſt,& in præcepti reſpiciens maieſtatẽ,atrocitatem operationis nõ dignatus eſt retrectare. Im/
plentur nãq; manus dño,cum dñi occupantur imperijs:cum dñi traditæ uoluntati,nõ hominis
incipiunt eſſe,ſed dei: quãdo nõ affectui carnis obtẽperant,ſed diuinæ ſeruiunt iuſſioni. Sic Iu/
dith ob libertatẽ ciuium uel ſalutẽ,ſe ſub ſpecie fornicationis impleuit deo, & inermis armatũ,
& uirũ mulier occidit. Sic uos dño plenæ carnis affectibus triũphatis,nõ quæratis refugã, qui a
uobis etiã ſi occurreret foret occidendus. Remittite palliũ tunicã detrahẽti. Pecunia eorum cũ
ipſis ſit in interitum, qui Chriſto pecuniam prætulerunt. Exeuntes ſemel de Sodoma, cuncta
relinquamus incẽdijs. Videt Lot uxoris exemplo irã dñi,quæ in iram quia retroſpexit incurrit.
Noluit uobiſcum Geruntius in cœleſtibus habere partẽ:cur uos partẽ ex cenſu eius deſydera/
tis in terris? Quod ſi ille ueſtra glorioſa tantopere contempſit:cur nõ uos illius inhonorata con
temnitis? Ferte oro uos patienter fidei notas,ſtigmata Chriſtiana,eccleſiæ paupertatẽ. Ferte in
quã impudicorũ elogia,uirginitatis hæredes. Viſitatas uos eſſe cognoſcite,& tanta uiſitatione
darificatas,ne partẽ cum infidelibus haberetis. Mundus iſte uos cũ dño ueſtro non agnouit. Si
de ſæculo eſſetis,ſæculũ uos amaret. Reges ſæculi a filijs ſuis tributa nõ poſcunt. In domibus re
gũ ſunt,qui mollibus ueſtiuntur. Zebedeus Iacobũ & Iohannẽ nõ ſequit̃. Sinite Geruntiũ in
B nauicula remanere cum retibus: dummodo cum Apoſtolis Chriſti iaceatis in pectore. Væ diui
tibus,quoniã receperunt conſolationẽ ſuã. Vobis autẽ filiæ in futuro conſolatio ueſtra debeť:
uobis exhæredatio illa, futuræ hæreditatis in cœleſtibus fecit augmẽtum: uobis ſua mũdus ipe
ſubduxit,ubi uos nõ ſuas eſſe cognouit: imo diris diues ardoribus,Laçaro in ſinu patris Abra/
hæ recumbente,torquetur. Et quid mirum ſi pauperculus & peregrinus in terra q̃dem aliena ſe/
pulchrum emit Abraham a filijs Heth? O ueritas nequeo em̃ ſilere quin exclamẽ. O altitudo
ſapientiæ & ſcientiæ dei. Sepulchrũ ſibi patriarcha peregrinus emit? Quid eſt ſepulchrũ. Locus
eſt quietis,ubi iuxta mundi rationẽ defunctorũ corpora collocantur. Vera ergo intelligentia,lo
cum ſibi requietionis pater Abraham fide ſua & cõtemptu pecuniæ comparauit. Iſtud ſibi ſe/
pulchrum & Paulinus noſter nuper ipſe diuitijs cum ſua matrefamilias comparauit,qui conuer
ſatiõe ſæculi morientes,a mundialibus operibus iam quieſcunt, dicẽte Apoſtolo: Mortui enim
eſtis,& uita ueſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in deo. Et iterũ: Si autẽ mortui ſumus cũ Chriſto,
credimus quia ſimul uiuemus cum Chriſto. Hoc eſt illud duplex ſepulchrũ,exterioris hominis
& interioris quies una. Nam ſi homo ex duabus ſubſtantijs conſtat,merito & ſepulchrum du/
plex habere debebit:ut cum alterutra ſubſtantia in ſuam naturã diſſociata remeauerit, requies
utriq; non deſit. Quoniã cum ex corpore & anima homo ſit:tamen nec anima ſine corpore ho
mo dici poteſt,nec corpus ſine anima homo eſt:cum tamen anima & corpus ſit homo. Sed ubi
hoc nomen quod ex duobus nominibus ſuis,proprie tertium duorum cõmixtione perficitur,
eorum diſſidio fuerit uacuatum, ſua ſingulis loca ad requiem cenſentur,quoniam utrũq; uiuit
& morit̃ utrũq;. Nã ſicut præter hanc uitã alia uita eſt beatorũ:ita præter hanc mortẽ mors alia
impiorũ eſt. Sed inter hanc uitam & mortem,atq; illam uitam & mortẽ intereſt hoc,quod iſtæ
naturæ ſunt,illæ ſunt meritorum. Atq; ita duplex ſepulchrũ & naturæ debetur & meritis. Hoc
ſepulchrum ſibi duplex,patreſſamilias iſti,de quibus locuti ſumus prouiderunt,qui ſenatũ,ho/
nores,diuitias relinquendo,mortuis illis uidebantur,quibus nati eſſe uidentur etiam dum ui/

C uunt mortui. Ecce unum ſepulchrum, in quo conuerſatio ueteris hominis cum crepundijs ſuæ nobilitatis abſconditur. Illud erit aliud, cum ipſum corpus quod naturæ lege caducum eſt, diſſolutum reuertetur in terram: de qua ſcriptum eſt: Terra es & in terram ibis, anima tamen in refrigerio requieſcente. Nam qui duplex ſibi ſepulchrum noluerit cõparare, habebit forſitan iuxta conditionem naturæ, ubi corpus mortale condatur, non habebit iuxta meriti legem, ubi anima requieſcat. Quod quidem ita conſtitutum eſt, ut mors iſta quæ per diſſolutionem animæ generatur & corporis, media ſit & duarum uitarum. Bis eñ hominem neceſſe eſt mori: & bis ei uita debetur. Nam & beatus Paulus duas breuiter uitas deſignauit, dicendo: Pietas autẽ ad omnia ualet, promiſſionem habẽs uitæ, & eius quæ nunc eſt & futuræ. Et beatus Iohannes in Apocalypſi duas mortes oſtẽdit, dicendo: In eos mors ſecunda non habet poteſtatẽ. Secundã eñ dixit, quia eſt & prima. Sed illud nobis magna ratiõe tractandũ, & diligẽti circũſpectione prouidẽdum eſt: an ante iſtam mortem, quæ ſeparatione (ut dixi) animæ corporiſq; generatur, mori ſæculo huic (anathematiçatis ſi poteſt dici, omnibus eius uoluptatibus, quæ nobis extra lineam uitalis ſubſtantiæ mundi copijs ſuggeruntur) malimus: an poſt naturalem interitũ qui animã corpuſq; diſcernit. Vnde & interitus dicit̃, quod inter ipa eat, ac mediũ ſe inter duas ſubſtantias quæ hominem ſui coniugatione faciebant, tertium illum gradum perfectæ ſubſtantiæ ſublaturus immergat. Quoniam qui hic mortuus fuerit, mundi uoluptatibus non utendo, & corporis ſtimulos obterendo, conſepultus eſſe uidetur cum Chriſto: & ſi conſepultus, utiq; in ſepulchro, ſine quo eſſe non poteſt ſepultura. Huic & mors alia communis illa debetur, quæ animam a uinculis corporis ſoluit & liberat: cui corpori æque ſuum ſepulchrum, & ſua ſepultura debetur. His duabus mortibus poſt geminum ſepulchrum, beata illa & perpetua uita ſuccedit. Cæterum qui totum mundum hic lucrifecerit, ambiendo, rapiendo: quoniã hic facta carnis mortificare contempſit, poſt iſtam naturalem mortem, quam tranſire non poſſumus, dicit̃ merito uno & ſimplici ſepulchro eſſe conditus, uel potius commendatus: & in ſecundam mortem miſer incurrit, quæ plena eſt & dolorum æternitate & lachrymarũ perpetuitate. Hæc ſunt

D ita q; duo ſepulchra, quæ ſibi & Paulinus uir ſingularis ad imaginem patriarchæ ſollicitiſſimus requiſiuit. Vnum, ubi & ueterem hominem cum actibus ſuis ſpoliatus occuleret: & licet necdũ corpus depoſuiſſet, carnalia non haberet in carne: aliud, ubi corpore ipſo cum uenerit dominus confringere terram eius expoſito, animam collocet in quiete, ut fidei tũc pater ille hæc filijs contemptu (ut diximus) pecuniæ comparauit: in quo diues cum paupere non potuit recubare. Huc omnes peregrinos mũdi, huc egentes, huc etiam exhæredatos pro Chriſto ſæcularibus recipiet teſtamentis. Ideo q; nec ueſtigium habuit in hac terra, quoniã nemo qui eũ ſequereturinuentus eſt. At nunc uos filiæ confidite, quæ ex eo ueſtigium Abrahæ eſtis, ex quo de terra non eſſe cœpiſtis. Obſequimini uoluntati patris ueſtri: cuius corruptelæ obſecutæ non eſtis, qui uobis a filijs Heth ſepulchrum emit: quod ſibi & cæteris ſuis noluit comparare: apud quos utiq; mortuæ eſtis, quando cum eis id quod uiui in mundo poſſederint, non tenetis. Gratiaſq; illi ſemper agite, qui uos hoc fecit ueſtigium non habere: ut ibi cum Lazaro ſinum Abrahæ haberetis. Poſſideat ergo ille pecuniam, uos ſepulchrũ. Ille imagines eſcarum, uos requiem prophetarum.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nõ abhorret a ſtilo Paulini, cuius extant aliquot ad diuũ Auguſtinũ epiſtolæ, ſicuti nec ſuꝑior. Veꝝ ineptũ ſit in tãta ſcriptorũ turba, quos illa ferebat ætas diuinare cui? ſit: præſertim cũ extent pauciſſima. Vt Hieronymo tribueret̃, illud anſam præbuit, qd̃ ad Marcellã ſcripta ſit, ad quã & alias ille ſcripſerat.

## AD MARCELLAM VT ADVERSA TOLLERET EXHORTATIO.

MAgnam humilitati noſtræ fiduciam ſcribendi ad uenerationem tuam Chriſti charitas dedit: quæ te fecit humilem corde pietatis, & diuitem operibus benedictionis. Talis enim de ſanctis fidei tuæ diuitijs fama proceſſit, ut ad nos quoq; in longinquo poſitos penetrauerit, & auditu gratia dei tanꝯ oleo lætitiæ impinguauerit oſſa

A rit ossa nostra. Notum enim factum est nobis bonum tuum, quoniam illuminauit deus uultum suum super te. Segregauit te ex utero cognationis & terræ tuæ: non regione, sed spiritu bonæ uoluntatis: ut de terrenis opibus, fidelem sibi constituat in cœlestibus, earum participem de quibus scriptum est: Mulieres sapientes ædificauerunt sibi domos. Hæc autem audientes de tua felicitate cœlesti, effudimus coram deo corda nostra, & in uoce exultationis epulantis diximus: Dominus mortificat, dominus uiuificat, deducit ad inferos & reducit. Dominus diuites pauperes facit, humiles exaltat, quia calix in manu domini est. Quod etsi ad omne mysterium regni pertinere uidetur: attamen & ad tuam specialiter gratiam referri potest: quæ magno domini miserantis consilio exaltata es ut humiliareris, & humiliata ut exaltareris. Non eñ ignoramus uenerabilis soror & benedicta filia, tuam præteritam in hoc sæculo gloriam. Nam etiam uidimus te in tempore illo: quo domum tuam regalis affinitas ambiebat, eminentem in his honoribus qui destruuntur: quia etsi ipsi quoq; a domino altissimo tribuuntur: quia omnis potestas a domino deo est: attamen caduci & fragiles sunt, qui sub hoc mundo agunt: cuius figura ut umbra præterit. Vnde impensius admiramur gratiam quæ tibi data est, & magnificamus in te dominum: qui te in laboribus hominum posuit, & salutifero paternæ pietatis uerbere uisitauit: ut in paucis uexatam, in multis bene disponeret, teste Apostolo: In hoc mundo corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Vnde & Dauid ait: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum: ita & in Salomone scriptum esse, sine dubio in studijs spiritalibus posita, didicisti. Quoniã dominus quem diligit, corripit & flagellat. Castigat autem omnem filium quem recipere dignat' disponendum ad uitam æternam. De eo & Apostolus non confunditur, nec atteritur: sed magis gloriatur, & potens fit in infirmitatibus suis: qui ut nos suo confortet exemplo, fatetur & prædicat sibijpsi: cui etiam usq; in tertium cœlum patuerat ascensus: & quẽ neq; ignea illa rom-
B phea ab aditu paradisi potuerat excludere: ubi etiam ineffabile omni linguæ audierat arcanum: sed tamen ne extolleretur propter excellentiam reuelationum: ita se ipsius a quo intantum glorificabatur domini moderamine gubernatum refert: ut apposito angelo Satanæ in stimulũ carnis suæ: id est, in tribulatione corporea, deprimeretur salubriter, ne inflaretur inaniter: Propter quod (inquit) ter dominum rogaui, ut recederet a me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: Nam uirtus in infirmitate perficitur. Quamobrem cum tali magistro & authore instructa, ad uirtutem patientiæ & spem gloriæ æternæ: cõfidens esto filia sicut esse cœpisti, & gloriare in præteritis passionibus tuis, recolens & illa eiusdem doctoris eloquia: Fideliter eñ ut conscius arcanorum cœlestium contestatur, non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Tribulatio (inquit) patientiam operatur: patientia autẽ probationem: probatio uero spem: spes autem non confundit: Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris: in qua charitate radicati omnia sustinemus. Propterea & Dauid ait: Diligam te domine uirtus mea. Dilectio enim domini uirtus salutis est: quia deus dilectio est, & qui manet in dilectione, in deo manet. Sciens autem & propheta, quia momentaneum tribulationis in hoc sæculo immensum perennis gloriæ (ut Apostolus ait) pondus operatur: sanctus ille rex in psalmo ut dignus habeatur igniri tentationũ examine, dicit: Proba me domine & tenta me. Vnde & iterum idem psalmographus noster, quasi pœnitens mundi huius gloriæ, confitetur cum dicit: Priusq; humiliarer ego deliqui. Et quia humiliatione curatus sit, statim dicit: Propterea eloquium tuum custodiui. Ob hoc rursus propheta: Da nobis ait auxilium de tribulatione. Et uana salus hominis est. Est enim uana salus hominum, quæ putatur in hac tantum uita mortali esse: de qua homini dicitur: Homo sicut fœnum dies eius. Et quidem tu sancta filia etiam documentis edocta es probare sententiam: quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Aruit fœnum & flos eius decidit: uerbum autem domini & qui fecit illud, manet in æternum. Ob hoc uere dictum est: Vana salus hominis, quia uana omnia sub cœlo. Vnde & in psalmis habes: Vniuersa uanitas omnis homo uiuens. Sed de quo gene-

C re hominũ iſta dicat: in conſequentibus docet:de eis ſcilicet qui uane conturbantur amore di/
uitiarum ſuarum,in quas ſicut beluæ cæcæ inhiant ſine fine cupiendi & congerendi,theſauriçan
tes in terra,& ignorantes cui congregent eas:Relinquent(inquit)alienis diuitias ſuas,& poſtq̃
in uanitate defecerint dies eorum,rapti in infernum omnes, non domini, ſed ſerui diuitiarum
ſuarum:nihil illic inuenient in manibus ſuis,quia nihil præmiſerunt,niſi æternarum merita pœ
narum.Illa autem non eſt uana ſalus hominis de qua dicitur:Domini eſt ſalus, & ſuper popu/
lum tuum benedictio tua. Et iterum: Salus autem iuſtorum a domino eſt. Ideo & ſpes in deo
poſita non confundet,ſicut ſalus uana non eſt quæ ſperatur in Chriſto, & confertur a Chriſto.
Ergo quia accepiſti auxilium de tribulatione,ne concupiſceres humanam diem, & uana ſalute
hominis gauderes: gloriare in domino, & benedic eum, qui tibi tribuit intellectum,ne in uia
peccatorum ſtare perſiſteres, neq; in filiis generationis iſtius permaneres: quibus non eſt ſa/
lus, quia præualeſcunt in uanitate ſua, ueritatis immemores. Quia dum confidunt in mul/
titudine diuitiarum ſuarum,non ponunt deum adiutorem ſuum. Tibi autem facta eſt ſors in
hæreditate Iacob, & illuminati ſunt oculi tui in agnitionem ueritatis:ut intelligeres, quia me/
lius eſt modicum iuſto,ſuper diuitias peccatorum multas. Ideo enim miſericors & miſerator
dominus, quia talibus ſuis præparat adinuentiones ſuas ad uitam hominum propagandam,
permiſit te iſtius ſæculi fluctibus uentiſq; iactari:ut experta naufragium, de cætero ſimiliter
periclitari caueres.Itaq; cuncta quæ paſſa es,ſicut intelligis, uulnera quidem corporis tui, ſed &
animæ remedia fuerunt : in circũciſione cordis fac opera tua:ut gloria tua non eſſet ex homini/
bus, ſed ex deo, qui deponit potentes de ſede,& exaltat humiles:& eſurientes implet bonis,
& diuites dimittit inanes. Deus ſcientiarum dominus, uide quanta gloriam tuam compenſa/
tione mutauit, qui te maluit participem rerũ cœleſtium fieri, q̃ ad finem terreſtrium perma/
nere,ut ab humana dignitate tranſires in regnum dei. Et quidem multis hominibus huius ſæ/
culi uanitate captiuis,ſimilia deus auxilia percipiendæ in æternum ſalutis offerre dignatur: ſed
D plæriſq; ſpernentibus ſana conſilia, ſollicitudinibus diuitiarum ac delectationibus corpo/
rum,nolunt intelligere ut bene agant: & malunt lata uia perditionis ſpatiari cum multis, q̃
anguſtam ſemitam inuenire cum paucis. Vnde & tu beatiſſima,cui donatum eſt non indurari
pia caſtigatione, ſed corrigi: neq; gloriari in diuitiis, ſed ſpem & rem in deo ponere, & a ſorte
diuitum peccatorũ diuidi:quorũ cor ut cœnum eſt,quia & cor ſicut theſaurum ſuũ in terrã de/
mergunt : tranſi ad beatorum pauperũ ſortem:quorũ formã Chriſtus accepit, & factus eſt re/
fugium pauperi.Neq; diuites,ſed pauperes beati:quorum eſſe pronunciat regnum cœlorum.
Tuum eſt ergo nũc in magna gratiarumactione cõfiteri,& pſallere dño:quæ ita ut audiuimus,
& habitu & corde humilitatis ornata es, ut linguæ & menti tuæ dauidica uerba conueniant:Bo
num mihi eſt,quod humiliaſti me,ut diſcerem mandata tua. Adiicere etiam quod ſtatim ſequi/
tur uere poteris:Bonum mihi eſt lex oris tui ſuper milia auri & argenti. Elegiſti enim theſau/
ros tuos ponere in præceptis altiſſimi.Dicimus & nos congratulantes tibi in uerbis prophetæ:
Gaude filia ſion,lætare filia hieruſalem,& obliuiſcere malorum, quæ tibi de huius ſæculi bo/
nis orta ſunt,quæ elegiſti tibi bonam partem,quæ non auferetur tibi. Nemo enim poteſt au/
ferre theſauros repoſitos in ſinu Chriſti,neq; euertere domum in ipſo angulari lapide funda/
tam.Non em̃ ligno putribili,neq; ſtipula fragili,aut fœno areſcente,ſuper infirmã arenã ædifi/
ciũ collocaſti,ſed ſup immobile fundamentũ quod eſt Chriſtus,præter quod aliud fundamen/
tum nemo poteſt ponere in conſummanduma:argento & auro & lapidibus præcioſis extrue/
re cœpiſti in Chriſto.Et quia perficis hoc ædificium(dei enim ædificatio eſt)ille ſapiens archite/
ctus inſiſtit operi tuo:ut doceat te percurrere curſum bonum,obliuiſci quæ retro ſunt, & exten/
di ad brauium ſupernæ uocationis,ut apprehendas in quo apprehenſa es,& accipies coronam
iuſticiæ,& diadema gloriæ de manu domini.Cumq; magna dies illa in igne cœperit reuelari,
non concremetur opus tuum rapientis ignis examine, ſed probetur. Nec extinguatur lumen
tuum, ſed inter ſtellas dariores emicet,inter illos qui fulgebunt ſicut ſol in regno dei, & ſicut

luna

A luna in æternũ perfecta:quos etiam per diem ſol nõ uret:neq; luna per noctem.Erunt enim in hieruſalẽ urbe illa cœleſti permanentes: cui ipſe dñs (ut ſcriptum eſt)erit & nomen & lumẽ.Vi dẽtes ergo & p̃uidentes in ſpũ reuelatiõis,magnã tibi perenniũ gaudior̃ meſſem floreſcere:ex ultamus in dño:& gaudentes fructibus tuis,in uoce exultationis pſalmi canimus: Magna opa dñi : exquiſita inter omnes uoluntates eius: quia multũ abundauit bonitas eius,ſuperabunda re tribulationibus tuis: quandoquidẽ te in eorũ ſorte uocauit perenni lætitia & hæreditate cœ leſti, & in honore regali, & in cõſeſſu ſuperiudiciali. Tolerandæ ſunt in hoc ſæculo humilitates paſſionis,quæ tibi a deo recõpenſabũtur:& tu benedicta ſimiliter interim his uerbis cõſolare:ut & ueterũ dolorũ obliuiſcaris, & in p̃ſenti ꝓpoſito quo ad opera ſalutaria eleuaſti manus tuas corde perfecto firmata :fiducialiter futurorũ bonor̃ tibi perpetuam felicitatem feſtiua medita tione promittas :teq; ipſam in cœlum animo geſtiente præcurras:ut dũ corpore moraris in ter ra,iam ad Chriſtũ mente peruenias: dumq; Chriſtũ conaris imitari,& ueſtigio eius affigeris, depoſitis oneribus,& impedimẽtis atq; cõpedibus,qbus ſæculi huius diuites attinent̃,ſedentes in tenebris & umbra mortis: tu iã liberata & expedita comiteris dñm maieſtatis crucifixũ,cui? imaginẽ non poteſt portare, niſi qui in hoc ſæculo nudũ ſe reddit & mortuũ:ut ſecundũ ipſum dñm dicat: Venit em̃ princeps mundi huius,& in me nihil inuenit. Vel ſecundũ ꝓphetam Da uid:Factus ſum inter uiuẽtes quaſi mortuus:ut ſic inter mortuos libera,poſſis iuxta Apoſtolũ dicere: Viuo autẽ iam nõ ego,uiuit autẽ in me Chriſtus. Gaude quia facta es ſicut glorioſa Iu dith,inter uirtutes pudicitiæ meritis uiduitatis incorruptæ potens:ſicut & Anna uenerabilis in ieiuniorũ caſtimonia orationi inſtans nocte ac die.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hanc non eſſe Hieronymi,ſi parum liqueret e ſtilo,uel illud arguere poterat, quod cum honorifico fauorabilicq; ſit argumento, nullius tamen preferat nomen. Cõcordat & huius ſtilus cum ſuperioribus.

B

## AD VIRGINEM IN EXILIVM MISSAM CONSOLATIO.

Ideus ac dñs noſter Chriſtus Ieſus ſecuritatẽ,pacem,tranquillitatẽ,quietem,pro ſperitatẽ,lætitiã, & quæcũq; alia eſſe iocunditatũ genera poſſunt,ſeruis & cultori bus ſuis,tã in p̃ſenti q̃ in futuro ꝓmitteret:eſſet nobis nõ immerito dolẽdũ atq; flendũ,ſiqua in p̃ſenti uita cõtraria pateremur:eo quod præter inſperatũ dolorẽ, cuius eo iemp acerbior uis eſt,quo magis repẽtinus acciderit:futura quoq; ꝓmiſſio eſſet ambi gua;p̃ſentis ſpei ſollicitatiõe fruſtrata. At uero cũ ecõtrario,ſollicitudines,bella,tempeſtates,in quietudines, miſerias,triſticias,odia,ac alia quæcũq; incõmodorũ atq; erũnarũ genera eſſe cre dũtur,in p̃ſenti nos paſſuros eſſe p̃dixerit;cõtra p̃dictæ cõmutatiõis tediũ:de ꝓmiſſa nõ erit qs ꝓſperitate ſecurus. Si uero cõmonitus fueris,in ipſa cõmonitiõe habebis ſolatiũ. Et q̃uis ex p̃ dicto malo aduerſæ ualetudinis qſpiam acerbiſſime ꝓturbetur : ꝓturbationẽ tamẽ nõ abſq; cõ ſolatiõe ſuſcipiet,qui in ea promiſſæ ſanitatis ſigna eſſe cognoſcit. Pari ratiõe nos quoq; iocun dos eſſe ac lætos,dũ ſpei noſtræ ſigna cõſpicimus,cõprobationẽ eius ſumimus,cũ per mala præ ſentia,futura bona indubitatæ fidei manibus iam tenemus. Siqdem ut dictũ eſt,ſalus noſtra in tẽpore tribulatiõis. Nullã ergo debet generare triſticiã q̃lecunq; illud eſt,qd̃ maximam uideť ſi gnificare læticiã. Eſt enim ille ſuperbus ac inuidus,aut ſui faſtidioſus boni,quem eius probatio reddit triſtiorẽ. Dicit em̃ in euãgelio dñs: Vos lugebitis & flebitis,mũdus aũt gaudebit: uos cõ triſtabimini,ſed triſticia ueſtra uertetur in gaudiũ. Amplectẽda eſt ergo triſticia quæ gaudiũ parit:& nõ eius materia eſt cõſyderanda. Quia ſæpe per dulcedinẽ fructus placet,quod amarũ horruit in radice. Et iterũ ait dñs:Hæc locutus ſum uobis,ut in me pacẽ habeatis:in hoc autem mũdo p̃ſſurã habebitis. Quid hoc eſt qd̃ dicit,ut in me pacẽ habeatis,in hoc mũdo preſſurã ha bebitis?niſi ut tanta in nobis ſit eius credulitas pollicitatiõis, ut cũ mũdi mala patimur, futuræ ſpei fiducia,in ſũma pace nos eſſe credamus: tãtaq; ſit in nobis ſpes futurorum,ut oĩno nõ ſen tiamus nos ſuſtinere illa quæ patimur,ſed ea potiꝰ arbitremur iã obtinere quæ credimus. Siqdẽ dictũ eſt,unde totũ nos in futuro habere cognoſcimus:Spe ſalui facti ſumus. Spes aũt quæ ui deť,nõ eſt ſpes. Ad hoc ergo tantã in nobis fidei ſtabilitatẽ dñs eſſe deſyderat:ut certius eſſe qd̃ credimus,q̃ qd̃ patimur iudicemus:& uerius habeamus ſperãda q̃ ſenſibilia:& p̃ſentes angu

ſtias non

C stias nō ſentiamus: dū in futurā ſpem tota animi intentiōe ꝓtendimur. Ac ſi bellator aliqs dolo
rē uulneris, aut cōtemnat, aut neſciat: dū oīmibus uiuacitatis ſenſibus ſolam uidetur cogitare ui/
ctoriam. Nam & qui tēpore hyemis uadit ab balneas, prius aſperitatē frigoris nudus patien/
ter excipit, quia eum ſecutura calefactio conſolatur: Ita certa ſpes rem uincit inſtantem, ut illud
quodāmodo eſſe incipiat quod futurū eſt, & deſinat eſſe quod præſens eſt. In me (inquit) dñs
pacem habeatis: hoc eſt dicere: Firmius uobis ſit quod in me eſt, qui ſemꝑ ſum, cū ꝙ quod in tem
porali geritur mundo: Quia mūdus tranſibit, & malicia quæcūq; agitur in ipſo finiet: Pax ue/
ro mea, nulla unq; defectione tēporis ſoluetur. Et alibi dicit: Mulier cum parit triſticiam habet,
quoniā uenit dies eius. Cum aūt pepererit puerū, non meminit iam præſſuræ propter gaudiū,
quia natus eſt homo in mundū. Et uos nunc quidē triſticiam habetis, ſed triſticia ueſtra uertet
in gaudiū: Iterū autem uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrū, & gaudiū ueſtrum nemo tollet a uo
bis. Aptiſſimum nāq; ad cōparationem tribulationū præſentiū & futurorū gaudiorū, pregnā/
tis mulieris induxit exemplū: quæ cū ꝙuis cauſam partus, non abſq; ingenti ſciat dolore tranſire:
quia auiditate nimia liberos cupit, doloris tormentū ſpernit, dum quod ſatis diligit cōcupiſcit:
& ante gaudet ex prole, cū ꝙ contriſtetur ex partu: nec recuſat fecunditatis exordia, cū ꝙuis certa ſit
ea non abſq; magnis angoribus euentura: quoniā dum maius gaudiū cogitat, triſticiæ cauſas
amplectitur. Sic & in omnibus pene rebus humanis difficile poteſt eſſe lætitia, niſi triſticia an/
te præceſſerit, & amaritudo præeuntis doloris, cōmendat amplius gaudia ſecutura. Sic quidem
precioſior ſalubritas eſt, quæ poſt languoris recuperat incōmodū: & a qualibet parte, ex maio/
re ſæpe laboris neceſſitate, ad ampliorē ſolet felicitatem ueniri. Sic qui litteræ ſcientiam deſyde/
rat habere, ſi diſcendi non ſuſceperit tedia, peritiæ gaudia adipiſci nō poterit. Nec cuiuſlibet eru
ditionis quiſcū habere poterit gloriam, niſi animi æſtus ante fuerit perpeſſus. Agricola quoq;
de ubertate frugum lætari nō poterit, niſi prius terram multo labore confecerit. Et tanto magis
proſperitatis ſpem cōgerit: quāto ſe amplius deſudaſſe cognouerit: & de labore impenſo ſperat
ubertatis augmentū. Quid quod in creaturis pene oībus ita eſſe cognoſcimus: illic maiorē fru/
D ctū gigni, ubi oneroſæ acerbitatis cauſa præceſſerit? Nam & æſtatis & autumni tēporibus, quæ
tēpora miniſtra ſunt frugum, ſterilitatē nimiā nōnunq; hyemis lenitas intulit, cū fœcunditatē
maximā frigoris ſæpe præſtiterit auſteritas. Et quicquid dæmētia ueris reſoluit, ſpem ubertatis
amiſit. Arbores uero ipſæ tāto numeroſiore grauantur fructu, quāto acerbioris frigoris uiolen
tia reprimūtur. Cū præcoces flores oportuna caſtigatio refrenando ad periculū feſtinare nō pa
titur, utile impedimētū pruinæ: & quod reprimit nō obfocat, ſed includit. At uero ſi paulo dæ/
mentior uis extiterit imbriū: quāto luxuriant prius indiſciplinata feſtinatiōe: tāto poſt fructib⁹
deſerunt, cū futuræ uires importuno tēpore cōſumūtur. Semina quoq; ipſa terræ iacta atq; cō
miſſa, quāto glaciali frigore arcente tardius ſurgūt in frugē, utili radice ꝓficiunt, ac tāto poſtmo/
dū amplioribus fructib⁹ prægrauata curuant. Nauigātibus quoq; ipſis longe ſerenitatis ſpem
pollicetur, nimis ualida & diuturna tēpeſtas. Sic & omniū fere creaturarū ſpem, difficile exulta/
tio aliqua, niſi mœrore ꝑeunte ſuccedit. Quæ cū ita ſint, æquanimiter ferre conuenit: etiā ſi nos
tribulationū ac dolorū aſperioris hyemis ꝓcella cōcuſſerit: tanto ampliorē æſtatis fructū dela/
turi, quāto ꝑſenti frigore uitā habere cōtigerit acrioré. Digerit em̄ auſteritatē quā poterat reſer
uare, quicquid primo impetu erupit in exitū. Nec ulla nos inſurgētis pelagi debet terrere tem/
peſtas, cū uētura noſtra ſit etiā nūq; finiēda trāquillitas. Dñi eſt em̄ uox illa dicentis: Beati eſtis
cū uos maledixerint hoīes, & ꝑſecuti uos fuerint, & dicent omne malū aduerſum uos: gaudete
& exultate, quia merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Quiſq; em̄ mercedis & beatitudinis ſuæ cau
ſas nō cū ingenti gaudio ſuſcipit: certū eſt eū, aut infidelitate, aut imperitia laborare. Optandū
eſt etiā ꝙuis ſit amarū, qđ lucrū parit: & cū lætitia maiore ſumendū, qcquid ampliorū generat
mercedē. Nec cōgeſtio laboris uitanda eſt, quæ eſt augmētatio cōmodorū. Sicq; nāq; negocia/
torū auiditas amplioris q̄ſtus cauſa, nec maria ꝓtimeſcit, nec terrena diſcrimina, q̄ interdū etiā
cauſæ ſolēt eſſe dānorū: & ꝓpter maioris lucri ſpem, nauigatiōis & ꝑegrinatiōis incōmoda libē/
ter aſſumit: qa ꝙuis magnus, facile cōtemnit labor, ubi nō tā laboris quātitas, cū ei⁹ utilitas co/
gitat. Et ſi id fieri ꝓpter tēporalia, & incerta lucra cōſpicimus: qd nobis ꝓpter æterna, & ſine ulla

ambiguitate

A ambiguitate uentura ſit agendum cogitemus. Nam cum illorū lucra, inſidiæ, uel pericula præcedant: ſimiliter noſtra cōmoda diſpendijs cumulantur, & ſub periculo feliciora contingunt. Quæ cōmoda intantū tribulationem non metuunt: ut etiam mors poſſit propter illa contemni. Siquidem precioſa in conſpectu domini mors ſanctorū eius. Sed ego te cur ad tribulationis patientiam, humanis aut præſentis uitæ prouocare conor exemplis: cum nullum pene ſciamus fuiſſe ſanctorū, qui procelloſum huius temporis agonem abſq; tribulationis tempeſtate tranſierit: & tantorum odia inſectationēq; pertulerit, quantos uitæ ſuæ diſſimilitudine caſtigarit? Caſtigare enim alium uidetur, qui ab eius conuerſatione diſſentit. Nonne ſanctus Abel qui in hoc mundo primus innocentiā conſeruaſſe reperitur atq; iuſticiam, cum illibata deo obtuliſſet munera, mox ut munerū reſpectu deo placuit, uſq; ad mortis illationem, humanū, uel quod ſceleratius eſt, fraternū ſtatim inuenit odiū inuidiāq; ſenſiſſe: & fratris eius, qui illi & pro germanitatis neceſſitudine, & p ſolatij cauſa (quia ſoli adhuc præter humani generis principes in uniuerſo mūdo erant) maiorem debebat charitatis affectum? Sed iniuſticia maluit omni conſolatione deſtitui, q̄ iuſti cuiuſpiam ſocietate diſſona confoueri: ſi tamen conſolatio recte dicenda eſt, ubi tantum diſſidet animus, quantū uita diſcordat. O Cain miſerande quid agis? Cur in fraterni & innoxij ſanguinis effuſionem, crudeli ſatis odio furioſoq; prorumpis? Quid tibi ſolitarius commeruit frater, quā uim intulit, quā fecit iniuriā? Sed quæ maior iniuſto iniuria eſſe poteſt, q̄ uita iuſticiæ? In hoc tantum tibi diſplicuit ſolitarius frater, quod deo placere geſtiuit? Fuiſſes & tu deo placens: nunquid & te ille excluſerat? An tam pauperem dei charitatem eſſe cognoueras, ut uos ſimul amare nō poſſet? Sed quando hoc amens ſentit inuidia, quæ contra bonū ſemp laborat & non uidet? Deniq; quod iuſtum eſt, uidendo non paſſa eſt: moriendo, magis accepta uilefacit. Erubeſce o nimis miſerande, liuore teſtaris meliorem te eſſe cui te exhibes nociturum? Quæ igitur hæc tantæ crudelitatis duritia fuit: ut non uel ſolitudinē tuam recogitares? Quo animo poſtmodum parricidali illi campo reuerſus es? qualiter poſtea abſq; unico fratre ſolus in toto mundo uixiſti? non tam in fratre lucrans hæreditatem, q̄ quod duo eratis auxilium ſoli-
B tudinis perdens. Quid em̄ intra cogitationis tuæ ſecreta uoluebas: quādo tecum illū, quē ſolū familiarē, quē ſolū ſociū, quē ſolū collegā habere cōſueueras nō uidebas? Num ſanius fuerat ſi ita te furor inuidiæ cōpuliſſet: ut ipſe in te ſceleratas uerteres manus, & arma parricidalia, tua q̄ fratris uita ſenſiſſet? Nullus tam crudelis homicida eſt, q̄ qui ita erga alterum ſæuit, ut non parcat ſibi. Quid miſer facinus tuum interroganti deo negas: & dum excuſare credis, accuſas: ut nulla tibi, nec confeſſionis, nec mendacij poſſit ratio ſubuenire? Nam niſi ſciuiſſes malum eſſe parricidium, non negaſſes. Sed hæc conſuetudo peccantis eſt, ut malum ſemper uelit negando geminare, & dicere ſe, aut non feciſſe quod fecit, aut bono operatum eſſe çelo, quod eum conſtat malo geſſiſſe liuore. Et putas miſer, quod illum facinus latuerit tuū: quē indigni muneris tui cauſa non latuit. Non ergo quia illū quicq̄ lateat, interrogat, ſed ne tibi ignorantiæ excuſationē relinquat. Nam cū fratrē negas te ſcire, quid geſſeris confiteris: & aſperitatē criminis, ſuppreſſa confeſſione cōfirmas. Hæc ideo paulo latius executi ſumus: ut tam inuidiæ malū, cuius æſtimari crudelitas nō poteſt, q̄ in præſenti uita cōditionē iuſticiæ panderemus: quæ ſtatim cū odio ſui cœpit. Quæ ne tunc quidē abſq; multa perſecutiōe eſſe potuit, cū unū tantū haberet inimicū. Et ſi tam grāde odiū ab uno hoſte perpeſſa eſt, ut uſq; ad uitæ interēptionē ueniret, non homo qcū q̄, ſed frater, quid ex ea tūc ſuſtinere poſſe credendū eſt eū, qui hoſtes tot extraneos habet: & niſi per molem auctæ prauitatis a multis poteſt audire ſociorū quiſq; iuſticiæ cultorū: Venite circūueniamus iuſtū, quoniā inutilis & cōtrarius eſt operibus noſtris? Sed dicet aliquis: Quiſquis uitare inuidiā cupit, timeat pluribus innoteſcere uel placere. Ecce iuſtus Abel nullos habuit qbus innoteſceret uel placeret: & tamen inuidiæ odium uitare non potuit. Errat enim quicū q; abſq; hominum amicitijs contrahi non poſſe opinatur inuidiam: cum illa non tam humanas amicitias, q̄ ſolam dei amicitiā perſequatur. Vnde ne ille quidem abſq; inuidiæ infeſtatione eſſe potuit, qui uel ſoli deo placere geſtierit. Sufficit em̄ ad inuidiæ ſtimulos incitādos, ſi te illi placere cognouerit, ultra quem alius eſſe non poteſt. Sed nec ſanctum Noe in præſenti uita inconcuſſæ ſecuritatis quietem habuiſſe cognouimus: dum iniquis exiſtentibus cunctis, ſolus in uniuerſo

orbe nitiē

C orbe nititur cuſtodire iuſticiam: dum arcam fabricat, reparandi orbis ſemina continentem: dum ſe futuro diluuio præparat, & fidem uenturæ inundationis, ſedula cura denunciat: dum tam ſibi q̄ ſuis, q̄ q̄ cunctis animātibus alimenta cōquirit iuſticiæ merito, uitam mortis tempore reſeruaturus: dum poſt tantam hominū numeroſitatem, ſolum ſe cum ſuis remanſiſſe ſuperſtitem dolet. Sed ſolatiū non perdit deſolata iuſticia: cui conſortiū deus eſt, omni celebritate feſtiuior. Ecce & ille rem paſſus exilij, perempta hominum frequentia: & ſi nō omni ſolatio deſtitutus patris: tamen pene ſolus relictus, agnouit ſe domino ualde ſeruire. Vnde non magnopere exquirebat uanam hominum conſolandi gratiam, qui iocundiorem ac pleniorem habebat in deo fiduciam. Sanctus quoq; Abraham, quæ uel quanta perpeſſus eſt: dum fidem ſolus inter cunctos ſeruat incredulos: dum patriam & propinquos deſerit: dum uxoris ſterilitatem dolet: dum ꝓpter eſcæ inopiā, modo in Aegypto, modo in terra Geraris peregrinationis ſentit iniurias: dū mori propter uxoris pulchritudinem timet: dum ſibi ereptam mœret: dum proferre eam non metuit, quod æquiſſimi iudicis dei nō eſt paſſa iuſticia: dum corpori uulnus iubet circūciſionis inferre: dum filium cum matre eīcit: dum in Iſaac dilecto tentatur: dū religioſus patricida eſſe præcipitur. Sed facile ad omnem iacturam conſentit fidelis: cui magis, ac magis ac maxima ſuccreſcunt: quandoquidem etiam centuplum receptura promittitur. Ipſe uero Iſaac quibus tentationum generibus quatitur: dum eſcæ inopiam patitur: dum peregrinationis experitur labores: dum propter uxoris ſpeciem nimiam, ipſe metuit: qui anxietate conficitur: & eoipſo quo oblectabatur affligitur: cum illi forma coniugis, quæ in ſecuritate placuerat, in formidine diſplicebat: dum regis æmulationem patitur: dum eam quidem poſſidere illi abſq; inuidia non licet. Sanctus quoq; Iacob q̄ multa patitur. Primum cum fratris ſui Eſau, propter collatam ſibi benedictionem, mortiferam ſibi inuidiam contrahit: dum eius odium, indignationēq; declinans, ad Laban ſolus pergit: cum propter uxorem ſeruit, cum dilectæ ſponſæ ſoror non amata ſupponitur: cū prioris amoris damno, matrimonia illi fraude geminantur: & rurſum pro nō optato connubio, ſeptenni ſeruitio ſubiugatur: cum fraudem patitur de mercede: cum poſt uiginti

D annorū mercēnariam ſeruitutem, occulta magis fuga, q̄ libera proficiſcendi expeditione diſcedit: cum Laban perſecutionem timet: cum fratris ſui formidat occurſum: cum deluſam filiam ſuam Dinā perhorreſcit: cum dilectiſſimæ uxoris Rachel funus deflet: cum dilectiſſimū filium Ioſeph acerbo funere conſumptum a beſtijs dolet, ſine ſolatio ſepulturæ: cum Beniamin quem etiam conſumptū odioſe putabat, contulerat charitatem: & quem ſe non amplius eſſe uiſurum metuebat. Defeſſus iam tam annis q̄ laboribus ſenex, & pater iuſtiſſimus ingemiſcit. Sanctiſſimus etiam Ioſeph de tentationum generibus conflictatur & quatitur: cui ac ſi tribulationū ſemina ſpecies uidentur fuiſſe iuſticiæ. Nam quotiens aliquid ſancte uel pie geſſit, totiens intollerabilium tentationum diſcrimina ſubire compulſus eſt, iuſticiæ conſentiens, & ſpe confortante perdurans: ut laborandum nobis ſit: quid in eo laudando, primū debeamus aſſumere: iuſticiæ ſanctitatiſq; perſeuerantiam, an patientiæ æquanimitatiſq; uirtutē. Nam cum fraterna dilectione ſomniū, ut frater fratribus indicaret, inuidiam eorū odiumq; contraxit: quaſi aut ipſe ſe ſomniaſſe finxiſſet, aut uiſionem illam ad ſubiugandorum ac terrendorum indiciū nunciaſſet: Inde cum ad ipſos cognoſcendæ ſalutis eorum cauſa fuiſſet a patre directus, iniunctum ſibi iter feſtinus aggreſſus eſt: quo celerius eorum poſſet odia ſaturare.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hæc longius etiam abeſt ab Hieronymiana dictione, q̄ ſuperiores, non abhorrens a ſtilo Tertulliani; quantum ex illius fragmentis licet odorari: eſt enim affectatior & duriuſculus, etiam ſi grauibus ſentētijs. Ne hæc quidem ullius nomen præferebat, aut meminit, quod nuſq; ſolet facere Hieronymus.

## AD AMICVM EGROTVM.

QVanq̄ certiſſime nouerim experientiam tuam, alieni conſolāminis leuaminibus atq; remigijs non indigere: cum languores erumnaſq; languidi corporis, ſtuporemq; membrorum rigentium, uigentis calentiſq; animi felicitate ipſe cōfoueas, ac medica ratione cures atq; componas: tamen inter aduerſa præſidiū: inter morbos remediū

A bos remedium,inter curas solatium,in fluctibus alienæ manus remigium semper quæritur & optatur.Pars est enim proculdubio maximarum medelarum fraterni consolaminis fructus:& fomes dictorum,dulcedine consolantium,leuamen fessis animis introducit.Et si non corporeis in membris:recessibus animi tamen & abditis,spiritali studio componit hominem,& inserit ut medicus sospitatem:iuuatq; conamina exhaustarum uirium,sub longarum sarcina pressurarū: maxime cum scriptum sit:Frater fratrem adiuuans exaltabitur.Ob hoc igitur quoniā domini carum rerum religiosa necessitas,ita me tenet occupatū:ut frequētatu corporalis accessus, erum nas tuas illustrare non detur facultas:placuit sicut petisti,ut qualicūq; solatio litterarum lenirē tam longa tentamenta uirtutis,imo potius salutis cōmodum uisitarem:& animum Christiana uirtute fundatum,in robur maximum promouerē.Qui regnorū cœlestium prædam cēsumq; muneris sempiterni contendimus occupare,esse non possumus sine aliqua congressione uicto/ res.Nunq; em̄ delicata ac ignara certaminis uirtus,uictoriæ palmiferum culmen ascendit: aut præmium de subactis aduersis accipit,qui uictoria chariorem uilissimam iudicat sui corporis uitam.Nec mortis em̄ concutitur metu,cui de morte uita nascitur.Precios̄um est illi & sanguinē fundere:felicitatis est cum infelicitate pugnare. Summæ sanitatis est acerba uulnera sustinere: iacturam quoq; ferre membrorum,opinatur maximū lucrum.Et quod est ultimū dicam, præ/ clarum est illi in ipso certamine,palmiferam creditori animam reuocare.Melius em̄ est sicut ra/ tio determinat, si quod naturæ debetur, uirtute soluatur. Ferenda sunt frater,ferenda sunt igi tur cuncta per quæ te dn̄s afflictione longissima uoluit experiri:& in magna præmia destinare. INFIR.Quis animus nō iā submissis uiribus ferat istos ineuitabiles casus & pnitiosæ calamita tis incursus,atq; morbos infestos: quantū uideo iam cū ipso corpore morituros? HIERO.Cū periculis iam necesse est congrediatur & certet,quem tēpestas inter fluctus inuenit.Et q̄uis ne/ mo libens periculum patiatur aut ferat:tamen sub pondere periculi cogente necessitate durat. INFIR. Sed alia mihi anxietas accedit, quæ mœroribus duplicatis, meos sensus inuoluat, & mordacibus curis,inexplicabiles curas imponat.Mouet em̄ me,quod cū talibus tentamentis,&
B cum tam obstinati morbi certamine mihi soli contigerit dimicare: cum alios nouerim & mi/ tioribus plagis esse correctos,& compendioso luctamine extitisse uictores. Cur mihi dn̄s non cū cæteris certamē indixit? Cur me nō sicut cæteros castigauit? HIERO.Primo em̄ nō debes in tam arduo certamine constitutus de humilibus cogitare. Inferiora sunt enim præmia infe/ rioribus pugnis. Vbi deniq; fortia fortibus imperātur,fortiorem fortior muneris sequitur cen/ sus:& ideo ignominiā iudicat,fortis cum inferiore componi.Magnus est enim qui uicerit ma/ gna:deuotiōis est maximæ,maxima sustinere:ingentis uirtutis est,ingentia superare.Nāq; me/ ritis eminentioribus excellit cæteros apud regem, quem plurimum turbauerit cauma bello/ rum,& reddiderint superata uictorem.Adest deniq; præda, in ipso conflictu congruens qua/ litati certaminis merito destinata uictoris. Numero castrensi pondera pro uiribus reges impo/ nunt:medici pro causis medelas impendunt.Qui curandus est,non dicit medico qua lege cure/ tur.Nec miles eligit quo mittatur:nec seruus quo uerbere castigetur.Quod em̄ ex maioris pen/ det arbitrio,non est in potestate subiecti.Ergo qui superna regimur potestate, & inter mundi miserias multiformes corrigendi uersamur : nec nostrum est de potestate domini, aut plagas eligere,aut alia certamina quæ ferendo uincamus:sicut nec seruorū est eligere de dominis gene/ ra flagellorū. Nunq; em̄ ex arbitrio pendentis,pendet licentia uerberantis.Potestatis est emen dare,conditionis est subiacere.Regis est onus imponere,& militis est sustinere.Quippe cum & ab ipso rege nihil geratur iniustum, qui suis legionibus pro uirium qualitate bellicos sudores imponens,fortes mittit ad fortia,inferioribus competentia iubet: ut nec inferior contra ꝓprias uires certamine potentioris arceatur:nec potentior inferioris certamine degradatis meritis hu/ milietur.Et dum hoc agitur,ut nullus in alieno minoretur,aut certe succūbat,omnes cupit esse ui ctores.Nec inimicus est medicus qui ferit,ut periculum tollat, & uulnere uulnus excludat. Nec aduersatur paternus affectus,si liberos doceat amplexibus flagellorum.Paterna enim flagella exercitia sunt innoxiæ pietatis.Ergo quoniam castigatio corrigentis, amoris est causa, cum de pietate descendat:ama medicum percussorem cuius plaga mater est medicinæ.Nihil em̄ impiū

Cpietas parit:ut uirtutibus amplexis,fructū pietatis ſpiritaliter curatus includat.Ego(inquit dominus)necabo:& uiuere faciam,percutiam & ego ſanabo.INFIR. Sed aiſti, Ergo ferit pietas:HIERO. Ferit utiq;,ne impietas iudicetur,ſi non corrigat delinquentem. Cum eñ nō deſit in homine quod curetur,ferit ut curet:ut ſunt manus medici,quæ multa lædendo,cōferunt ſanitatem,non ſine murmure patientis.Hoc modo & nos ſub cura ictus medentis,inter ipſas mœroris anguſtias,ſic in dñm murmuramus:ut in medicū uulnerati, qui curantur & dolent. Aggredere igitur frater, aggredere ſuſtinentiæ remedium , quo ualeas grauidam tentationibus ſarcinam leuigare, & pericula dum pateris ſuperare. Iacentia membra animus rigidus conſolet̃ur & curet.Regnum teneat uirtus intra corpus anxietatibus captiuatum:ut anima incluſa periculis uigeat ipſius libertate uirtutis, quæ in cōflictu tentationis,uarie legalibus tubis iamdudū iuſſa eſt præparari:& in ipſo ueſtibulo dñicæ ſeruitutis,contra infeſtas calamitates armari. Fili(inquit)accedens ad ſeruitutem dei,ſta in iuſticia & timore,& præpara animā tuam ad tentationem.Ergo cum tentatio noſtris utilitatibus proregetur,non eſt mirandum ſi nobis eius ardor accidat: ſicut beatiſſimus Petrus in epiſtola ſua monet,ac dicit:Nolite mirari ardorem accidentem uobis, qui ad tentationem ueſtram fit, ne excidatis inter uarios ſæculi fluctus. Frequentibus procellis Chriſtiana uita quatitur atq; tentatur, & præſſuris innumeris lætatur & creſcit. Quod Solomon beatiſſimus propheta & ſatis illuſtris teſtatur & probat: Coniungere(inquit) domino & ſuſtine:ut creſcat in nouiſſimo uita tua.Nauigiū uitæ noſtræ agitationibus gaudet, ſola tranquillitate turbatur. Stupet enim curſus,ceſſantibus uentis,periclitatur ſi periculis non probetur.Incertū eſt eñ utrum ad dñm pertineat,quem præſſura mater gloriæ uentilando nō purgat,præmendo non nutrit,caſtigando nōn probat,cædendo non curat. Nam cum uerbera nobis atq; uaria tentamenta amor diuinus impendat,ac ſicut medicus conferat remedium de contrarijs,& torquendo ſuccurrat: non ſe probat ad amorem pertinere domini,qui plagis me
Ddicinalibus nō meruit ſubiacere. Sed forſitan dicis:Si meus eſt amator deus,cur me igitur amatoris mei flagella graui laceratione mœſtificant,& lædendo conturbant:Si me amplexibus flagellorum torquet qui amat,iam partes odij falſus amor exercet: iam malo oderit,ne torqueat, imo caue ne oderit:roga ut amare dignetur.Amor eñ emendat,odium uero ſupplicium cōminatur.Amor diſciplinā conſueuit impendere,odiū uero dictante ſentētia reatū recitare. Quod odium natiuitate humani generis ex deo in hominem propagatur.Et ideo eſt hominis quod odit,aut iraſcitur deus:odit dum offenditur,iraſcitur dum non rogatur offenſus. In odium eñ ſui prouocat dñm,qui factus odibilibus ſe odibilē facit,& offenſum rogare cōtemnit. Cæterū amat deus hominē,ut artifex fabricam:ſed odit mala opera, quibus fabrica urgetur in lapſum, & cogitur in labinam.Et qui mala opera odit,malorum operū nō poteſt amare factorem, ſicut Solomon ſanctiſſimus protulit. Odio ſunt(inquit)deo impius & impietas eius. Ergo melius eſt in hoc mūdo annis uergētibus perituro,cuius ſenectutē premit ac ſorbet occaſus,ex amore dñi medicinalia ſuſtinere uerbera:cp̃ ex odio expectare inſanabilē plagā:& ſub fulmine ſententiæ ducere damnabilem uitā.Melius eſt inter manus medici, tranſiturū ac modicum ſuſtinere tormentū,cp̃ renunciare medico,& incurrere ſupplicium æternis tortoribus uexaturum. Aut ſi adhuc miraris amatoris noſtri medicinā,per flagella conſtare.Illud quoq; debes mirari, quod torqueant remedia quos medicus amat,qui nocendo quod nocet excludit. Vtiq; qui nocentia quærit excludere,non poteſt nō nocere:& ideo nocendo curat,ut charior ſit ſanitas præparata mœroribus. Si eñ medicina nō laceraret ſanandū, meritū ſanitatis ire ſemper delectaret inuoluntariū uulnus. Si nō mordacibus adiumentis nocentiū medelarū cura precioſa conſtaret: curandū cauſa non cogeret in mœrorem.Et ideo remedijs nocentibus cura perficitur: ut mœroris precio redempta ſanitas,charior habeatur & grata.Ergo qui amandus eſt, quolibet examine non poteſt non emendari: qui corrigendus eſt,nō poteſt nō flagellari amatoris uerbere:qui curandus eſt,medentis mordacitate non poteſt nō noceri. Quid miraculo ſtupes: de periculis expectat auxiliū,quem curat ignis & ferrū.Multa ſunt eñ quæ nō niſi percuſſa ſanantur.Multi ſunt quos medici ſine ferro curare nō poſſunt.Qui ſanitatē diuerſa per tormenta rogati concedūt,amariſſima pocula exigente morbo;remedij cauſa nō ſitientibus ſæpe propinat, quæ nō

A sine frontis rugositate sorbentur. Nam si uultū bibētis attendas, tristis & anxius bibit, ut lætus & incolumis uiuat. O rationabilis & incōmodis commoda satis peruersitas medicinæ. Vrgetʼ homo bibere quod nō sitit: cui remedium est aliquādo quod sitit. Nam quia interdū ciborū abstinentiā præcipiūt: indicta ieiunitate corpus exonerant, ut de ipsa lassitudine refectū atq; fortissimū reddant. Repentina uulnera quæ casus in castris aduexit, fouent, ligant, farciunt, curant, mœstificando lætificant, fatigando cōfortant, lædendo medentur. Nam dū patulo uulneri cōtinuata partium cute quibusdā fibulis inferunt sanitatē, uitā consolando pollicentur, quam curando cōponunt. Sed leuiora sunt ista quæ diximus: apud quos est remediū nō sine scalpello demere putredines eneruatas: & amputare de homine uiuo mortuas partes: licet unū membrorū nō sine sensu totius corporis amputetʼ: homo tamē suis damnis cōsentit ut uiuat. Apud illos aliquotiens detractis cutibus & ipsa ossa radūtur, ne totus homo periēs eradatur. Apud ipsos nōnunq; collectio uerminans & æstuans tumor, medicinali ferro sulcatur. Apud ipsos ignis urit ut refrigeret, mordet & lacerat puluis ut sanet. Quid plura? Sub medica pietate homo plurimū torquetʼ, ut plurimū uiuat. Ecce necessariū periculū, in quo beneficiū est fidele tormētū. Periclitatʼ, p certo quē medicus curat, sed perit & decipitur cui renunciat. Huic emī, licet sub tormēto, uita promittitur, alij uiuēdi spes denegatʼ. Ergo ubi necessitas exigit, periclitari melius est q̄ perire. Incōmodis nocere cū fructu cōmodius puto, q̄ negatis incōmodis interire: id est satius est remedio sibi noceri, q̄ nō posse curari. Hoc secūdū cœlestē medicū loquor: & ad curā magis refero spiritalē, nō ad illā solā quæ arte moritura, mortalib⁹ uersatʼ in mēbris. Nobis est ergo melius a dño redargui, castigari, & sub eius plaga curari, q̄ ab eius medicina incurabiles remoueri.

C Arcet emī a suis uultibus deus, quos uiderit incurabilis morbi iniquitate uexatos: & sicut puluerem aut paleam impetu turbinis per uitia dissipatos atq; dispersos: sicut ipse in sua uoce loquitur, dicēs: Recedant a me iniqui, uias emī illorum scire nolo, quoniā lucerna eorum extincta est, & gemitū habebunt in uita sua: Erunt emī sicuti paleæ quæ a uento uolant: & sicut puluis qui a tempestatibus tollitur. Eorum uias non uult scire, qui uiā omnino nolunt tenere perducentem

B ad sublimia. Ad unum enim dominū, una uia in Christo tenenda est, quæ angustantibus tentamentis in spatio longæ securitatis inducat. Huic soli uiæ patet palatiū cœli. Cæteræ uero, uoluptatum anfractibus tortuosæ, regionem flammiferam petunt. De quibus Solomon sic propria uoce testatur & dicit: Sunt uiæ quæ uidētur hominibus iustæ, & in fine illarū tristicia & dolor. Et per has uias illi præcipites gradiuntur, quibus cursus inimicæ uitæ, blandimentis fallacibus adulatur: quos fallit surdum tēpus & decipit, recipit interitus & includit. Quos sicut in scopulos perituram nauem tempestas impellit: sic infelix felicitas in interitum pronos & labiles ducit. Et sicuti aliquem securis incessibus gradientē, repentino casu, aut marmoris lenitas, aut labina pauimēti subuersa pedū tutela contorsit: ita quos infeliciter ducit secundarū rerū iter incertū uitaq; male iocunda, necesse est in irreuocabilem lapsum subitaneus casus impingat: sicuti Solomon sanctissimus testatur, & clamat: Sicuti (inquit) qui in pauimento cadit, sic casus malorum festinanter ueniet. Hi sunt proculdubio qui non merentur alicuius miseriæ uentilatis flagitationibus agitari, quibus æterna egritudo nutritur, nec uerberari cum sanctis domino castigante: cum quo post flagella regnetur: quorum Dauid hoc carmine flagitat mentionem: In cogitationibus hominū non sunt: & cum hominibus non flagellabūtur, ideo tenuit eos superbia eorum. Cernis igitur medicinali flagello immeritos despici, & meritos amicabiliter castigari. Parens emī omnium deus, ut est medicus fidelis erga susceptos, & genitor circa liberos suos, quos amat: sic ferit ut corrigat, nō ut occidat. Ergo felix est qui uapulat, ubi amoris est plaga. Beatus quem superni uerberis remedium curat, corrigit, emendat, atq; cōponit: cū Dauid beatus propheta & satis illustris sic concionetur & clamitet, dicens: Felix quē tu emendaueris domine, & de lege tua docueris eum. Ergo quoniā ex diuino permissu, diuersæ mordacitatis languoribus subiacemus, ac longa calamitate curandam gerimus uitam, in examen nostræ uirtutis, prædictas olim miserias æquanimiter perferamus. Infelices ac multiplices casus, anxietates & fletus quos incurrimus nati, mentis felicitate portemus. Nec mirandum est emī, quod malorū frequētium stragibus uarijs sic mortalium uita populetur in mundo, in quo nemo nascitur ridens, in

C quo nemo lumen uitæ niſi cum lachrymis auſpicatur. Cum nos deniq; maternæ uuluæ tento/
rium oſtenderet mundo, flentes didicimus mundum: ut quaſi malorum primitias in primis la/
chrymis guſtaremus. Solomon propheta hac pronunciatione teſtatur: Ego (inquit) natus acce/
pi cõmunem ætatem, & in ſimiliter factam decidi terram: primã uocem ſimilem omnibus emi/
ſi plorans. In inuolumẽtis nutritus ſum & curis magnis. Nemo em̃ ex regibus aliud habuit na/
tiuitatis initium. Vnus eſt ergo omnibus introitus ad uitam, & ſimilis exitus. Neceſſe eſt enim
ut qui uenerit tranſeat, ubi uitam gerit peregrinam: maxime cũ ita Solomon proteſtetur: Vnus
(inquit) introitus ad uitam, & ſimilis exitus. Quid ergo proſperitatis, aut læticiæ poteſt nobis
occurrere: ubi primo diſcitur flere: & inter ipſa cunabula naſcentis infantiæ, & in ipſo uitæ ueſti
bulo, nihil aliud noui de mũdo q̃ fletus occurrit. Limina mũdi cũ fletu calcauim⁹, flebim⁹ equi/
dem tranſituri. O anguſtum & ſatis anxium tempus uitæ mortalis, ubi cum initio nominatur
& finis, initium noſtrum cum fine ſuſcipimus. Iam captus eſt morte qui natus eſt. Teſtes ſunt
mortui, cum non negant ſe morituri. Ergo quoniam ituri uenimus, pregrinantium more quod
acciderit intra mũdi hoſpitiũ, quaſi tranſeũtes ferendo uincam⁹: mala impoſita, bona deuotio
ne portata uincunt. Peius em̃ nocet malum, ſi male portetur: lædunt & ipſa bona, ſi male por/
tentur. Ibi profecto ſolamen uirtutis opus eſt (ſub cõtemplatione ſcilicet ſupernæ mercedis) ubi
ſic deſyderatur finis & exitus uitæ, ſicut in pelago tutela portuenſis optatur. Quis em̃ inter an/
xietates uagantis ſæculi erumnaſq; morborum lædentium, non magis mortem deſyderet, q̃
longam ſatis & languidam uitam, dicẽte Solomone: Melior eſt mors, q̃ uita amara: & requies
æterna, q̃ languor perſeuerans. Et alibi: Melius eſt tibi mori q̃ uiuere. Mors em̃ omni homini
dat requiem. Pro certo inter mala graſſantia neceſſario exitus ſitienter optatur. Sed ſicut nec
noſtrum fuerat naſci: ita nec poteſtatis noſtræ eſt mori. Alioquin ſi in noſtra poteſtate mori cõ
ſiſteret, eſſet in poteſtate non mori. Ad hoc inter noſtras anguſtias mortis requiẽ flagitamus,
quia inter mala de bono ſolamen eſt non tacere: nauigantium more, quibus refrigeriũ eſt in/
ter infeſtos atq; ſollicitos curſus loqui de ſecuritate portuenſi, ad quã etſi non liceat quantũ ani
D mus cupit celerius peruenire: iuuat tamen & ſatis pulchrũ eſt, meliores partes optare. Sed quo/
niam nec noſtræ poteſtatis eſt potiri melioribus, quæ de morte naſcũtur, expectantes meliora,
bonũ interim geramus inter mala certamen. Bonum autẽ certamen eſt, malis nõ cedere, ſed ma
la uirtutis bono portare, per quæ in meliora de morte naſcẽtia, morbis atq; morte carentia ſub
limati portemur. Sine ducatu em̃ atq; morſu infelicitatis, in triumphos immortalis gloriæ non
peruenitur, quia per diſcrimina cõficitur curſus in portu. Primo triumphator nõ poteſt dici, niſi
cui uictoriam uirtus inuenit: quæ omne quod timetur, ſub ſe cernit eliſum, trahitq; inuicta ca/
ptiuum. Eſt interea ſæculum, ut eſt mare impatiens natura, & ſine uentis inflatum, erigens ſcili/
cet in ipſa tranquillitate minaces atq; terribiles fluctus, quod licet ſeſſores non noceat ſuos: ha/
bet tamen aliquid formidinis etiam innoxia magnitudo, nec nauigantibus deſunt formidines
frequenter & ictus undarum. Nunq̃ deniq; gubernator totos ſinus ſecurus explicuit. Et in hoc
mundo qui fragoſum uitæ huius, & turbidũ quærimus curſum, malorũ tãgimur minis frequẽ/
ter & cauſis: maxime quos intra regia caſtra militia cœleſtis ſignatos incluſit. Iam diximus ſæcu
lum pelago comparari, in quo rara ſunt proſpera, denſa ſunt turbulenta, expaueſcitur, timetur,
morbi quoq; non deſunt: ſolus exitus ſecuritatis eſt portus. Hinc atq; illinc ingruunt calamita/
tis incurſus infeſtæ: ſed uſq; ad portũ, id eſt ad exitũ uirtutis eſt tolerare. Inter pericula guber/
nator nauem tuetur & ſeruat. Inter calamitates animus rector hominem gubernat & regit, q̃/
uis aliquis periculis paululum temperatis nauigium tractabile ducat: ſed potius illa expe/
ctatur, atq; triumphis maioribus excipitur nauis, quæ turbido flumine coactos in uerticem
fluctus potenter excuſſit. Hanc excipit profundo cum gaudio turba portuenſis. Hanc excipit ſe
curitas triumphalis. Specioſus eſt miles in exercitu conſtitutus armorum: ſqualet uero defor/
mi uirtute ſegnis & uacuus, qui in campo, nec ſibi eſt cognitus, nec alteri notus. Caret enim lau
dibus, caret & præmijs. Et ideo nociuum nõ debet eſſe periculũ, ubi naſcitur præmiũ. Nec debet
miles reuocari, aut pati formidinem: ubi ſequitur palma uictoriæ. Sua enim felicitate miſer eſt,
qui cum infelicitatibus, quibus gloria gignitur, nunq̃ meruit habere conflictum. Nec ſuam

uirtutem

A uirtutem didicit,quem calamitas non excussit.Semper deniq; inertibus membris,suarum uirium iacet miles ignarus & ignotus sibi,qui nunc̄q; bellorum calentium glorioſis æstibus anhelauit,nunc̄q; sudoribus triumphos inuenit.Nec eum sequitur felicitas præmiorum, qui sarcinā gestare nō uult armorum.Et ideo in usu debet esse quod præmium generat, & optabile quod gloriam parit.Ergo quoniam cum diuersis tentationum iaculis dimicandum est nobis:si quid emerserit quod uires examinet, quod membra concutiat,quod animā probet:quasi occasionē muneris arripiam⁹amplexu uirtutis.Ita debet esse animi immobilis uirtus,atq; mētis incōcussæ robur inuictū:ut est petra in mari, quā inter fluctus natura fundauit,quæ undarum tumentium collisione frequenti uapulat nec mouetur.Itaq; ubi hominem aduersa in prelium prouocant:& in certamē calamitas urget & cogit,animus felix uirtutis clypeo producat armatum,præstetq; inter pericula tutum & securum,inter infelicia ostendat felicem, inter angores exhibeat lætum, inter morbidas egritudines sanum:efficiatq; sustinentiæ iaculo,uicta calamitate uictorem.Superatur em̄ morbus in corpore,si discat animus sustinere:& ideo ubi corpus iacet infirmum,in recessibus maior alenda est uirtus,parandumq; quod nec lassitudo decutiat, aut ætas inclinet.Tene igitur frater, tene fidei robur inuictum,tene munimen immobile Christianū,superni uigoris firmitate fundatū:inter languentia membra satisq; rigentia,incolumem ualidūq; gere fidei animæq; scutum, & pigrum uiceris morbū pernitiosumq; languorem.Arietantibus malis, obicibus occurre uirtutis.Vince dū uapulas,sic em̄ potētia Christiana alitur incōmodis, malis,pmouet aduersis.Militiæ cōuenit Christianæ excuti calamitatibus & probari.Ipsius est sub infelicitatibus & angustijs feliciter ampliari,sub pressuris adolescere,& pressuras pubescendo calcare.Ipsius est exercitationibus crebris proprium nutrire munimen,& cum periculis habere certamen.Ipsius est ad portum perpetuæ felicitatis per furentia mundi discrimina nauigare:& sub ictibus disciplinæ medicinalis,potenter ipsa necessitate regnare.Nostrum est inquam calamitatis exercitio in gloriæ fastigiū sublimari, & malis præmentibus,in bona præmia promoueri.Apud nos infirmitas uel quælibet pressura,argumētum est potentiæ, & mater pro certo palmatæ uirtutis:

B Sicuti beatissimus apostolus Paulus: inter uarios ictus diuersaq; uerbera & impetus procellosos in morborum prelio cōstitutus,ut cœlestis armiger in infirmitatibus potens, gloriat̄ & dicit: Libētissime itaq; magis gloriabor in infirmitatibus,ut inhabitet in me uirtus Christi:propter quod libet mihi gloriari,in infirmitatibus, in cōtumelijs,in necessitatib⁹, in persecutionibus,in angustijs propter Christum:Cum em̄ infirmor,tunc potens sum.Et iterū: Quotiens (inquit)infirmor,tunc uerius probor: & placeo mihi in infirmitatibus meis.Et iterū cū a se stimulū carnis rogaret auferri,didicit in infirmitate uirtutē posse nutriri:Datus est(inqt) mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ qui me collaphiçet, ut non extollar:propter quod ter dn̄m rogaui, ut discederet a me.Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea:nam uirtus in infirmitate perficitur.Nunquā igitur uirtus documentis eruditur mollioribus, cum perierint maximarū exempla uirtutū.Nauigium nostrum agitationibus gaudet,cū in turbinibus erigit̄, cum insanis fluctibus uerberatur,cum hoc iter aduersis emergentibus confragosum non parcit,in assiduum certamen deuotam lacessendo uirtutem.Secus em̄ apud dn̄m haud possumus esse felices,nisi contigerit infelicitatibus & terreno squalore purgari.Ille porro iudicādus est miser & eger,qui uoluptatibus marcidus per illecebras uolutatur & iacet.Ille se nouerit infelicem, qui uagatur inter oblectamenta uitiorum eneruata felicitate confossus.Miser & infelix est, qui non fuerit in felicitate tentatus.Caret em̄ munere qui caret & certamine.Qui tela formidauit aduersi certaminis,nunc̄q; meruit nomen sortiri uictoris.Proculdubio iacentis est animi formidolosa timere:humilis & inertis est tuta sectari.Imperfectum ac languidū bonum est in ociū sine certamine proiecta uirtus.Iacet em̄ uigor eneruatus ac debilis,iacet animus æger,iacet candor obscurus:& ideo a fortissimo milite semper in acie standum est:& quærēda occasio qua uirtus enitescat excussa.Amatori em̄ preliorum ornamenta sunt uulnera.Ergo ad contemnendos labores,& ad uirtutis noticiam,experimenti opus est usu,eligendarū scilicet uiriū nutritore.Solidum enim corpus est,molesq; robusta membrorum,quam frequens usus agitauerit. Agricolis deniq; frequenti opere lacertosæ sunt uires,tritæ sunt manus:dum inter sentes ac tribulos,cur

Cuato corpore ſudoribus quæritur fructus. Ars nautica, cuius nauigium ſæpe procella contorſit: dū inter pericula tendit in portū, didicit fluctus tranſmittere, & cū tempeſtate pugnare. Ad excutienda tela laceratus exercitus ualet: & uictorias inter uulnera quærit, regi proprio placiturus. Agilia ſunt membra curſoribus, & hos uſus magiſter docuit & inſtruxit. Quid pluribus? Nemo nō acceſſione tentationū perfectiores partes aſcendit, & premium uictor inuaſit. Itaq; nos dum primū exigua ſuſtinemus & mediocria: neceſſe eſt ut ampliora, uel maxima perferre diſcamus. Noſtræ em̄ militiæ ſpecimen eſt, lucidū per ardua cōponere gradū, per dura uectari, & miſeriarū durā duris uiribus p̄ferre cenſurā. Ad cœlū nobis per aſpera, per anguſta, per duros anfractus & loca ſita eſt uia, quā uiam nō tenuit qui tentari noluit. Ad cœlū deus fortiſſimū militem uocat, quē comitantibus gloriis preſſuræ deducunt, premiaq; uictorē ſuſcipiūt regnaturū. Nunquid nobis interea aliquid imponit abruptū, quod excedat librati ponderis qualitatem? Nūquid ingerit quod exceſſu tranſcendat idoneitatē noſtræ uirtutis? Fideliſſimus moderator ſarcinam pro uiribus iubet imponi. Hoc Pauli præconium teſtatur & probat: Fidelis (inquit) deus, qui nō uos patietur tentari ſupra id quod poteſtis ſufferre. Ita nos a dño agi, regiq; creda mus, ut a p̄ceptoribꝰ ludorū regunt̄ diſcipuli: eis plurimū laboris ingerūt & imponūt, q̄s uiderint ſollertibꝰ ingenijs cæteris eminere: & nos animalibꝰ dominio noſtro ſubiectis, onus p q̄lita te uiriū tēperamus: imponimus fortioribꝰ fortia, & exilibus parua, quibus uſus nutritor ille uirtutis, in iuuentutis maximū robur erigat & promoueat uires. Hoc modo noſtra rudimenta leuibus uerberātur, ut exinde grauioribus, ex amore ſcilicet diuinæ uirtutis, uſitatas præparēt uires. Quæ ratio, cuius diuinis redundet pluribus documentis: tamē aliquo & de mundanis utamur exemplo: nō em̄ nocet alienis uti ea parte qua noſtra ſunt. Nunq̄d tu inuiſos eſſe lacedæmonijs liberos, p̄prios opinaris: quorq; indoles & artus teneros, adhuc ſcilicet laboris ignaros experiuntur, & admotis uerberibus publicis, ipſa illos paterna pietas adhortatur, ut ictus flagel-
D lorū fortiter ferant: & laceratos & ſemianimes deprecātur & rogāt, ut perſeuerent uulnera præbere uulneribus. Quid mirū: ſi te deus & generoſos liberos, p̄priāq; familiā ob nitorē alendæ uirtutis, dure tentari permittat: regna perpetua uictoribus collaturus? qui ſic laboris precia cōtra quæcūq; mala pollicetur & dicit: Qui perſeuerauerit uſq; in finē, hic ſaluus erit. Et iterū: Venite ad me oīes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego uobis requiem dabo. Exiguū tēporis periturī æternitatis eſt precium. Deuotio tribulationis reddetur, ſempiternis fructibus fœcundata: Apud nos fœcunda captiuitate regnū quæriť, ſecuritas periculis emitur, ſudoribus requies cōparatur. Nam uirtus (inquit Apoſtolus) in infirmitate p̄ficiť. Cōmodius eſt profecto affectibꝰ languidis carnaliter agitari, cū ſanis artubus ſupplicio cæco conſcientiā portare uexatā. Plæriq; em̄ peccatis egrotant ex ipſa inanitate membrorū. Dum em̄ ab infirmitatibus uacant, morbida laxitate fluat neceſſe eſt corpus, atq; lœtali morbo ſoluať, hominēq; per uitia ac ſyluas errorum nequiter ſanū præcipitem ducat. Liberos tu iudicas aut a morbis alienos, quos uoluptates barbare deuinxerunt. Non habent catenam, ſed eos luxuria ferali mordacitate in uinculis tenet. Ita inciderūt in laqueos feraliū uoluptatū, ſicut aues aucupali fraude captiuæ: quæ quo magis conātur euadere, eo innumeris ſe nexibus illigant, & in profundiores ſinus demergunt. Profecto illi ſani ſunt, quos morbus inuoluit atq; iactat inſanus. Incolumis uero eſt quē quolibet uerbere corrigit deus, qui ſe hominis amatorē caſtigādo teſtať. Quos diligo (inquit dñs) redarguo & caſtigo. Et ideo ſe ſanum non iudicet, qui aut morbis, aut ſordibus caret, nec infirmitatis remedio confouetur. Illi uero ſunt miſeri qui nimiæ felicitatis inerti trāquillitate torpeſcunt: quibus fucata ſanitas ut fallat & decipiat, adulatur: quos uidelicet æterna tenebit egritudo, æterno tortore totum hominem poſtmodum uexatura. His tantæ ſunt uiæ, quantæ ſuccurrerint uoluptates. His iter eſt, quod comes libido periculis dictauerit peritura. Arrepti em̄ anfractibus uitiorum trahentiū, uario lapſu rotantur in interitū miſeri, in certiſſimā uiā non redituri: in exteriora tendūt animū more riuulorū, quorū nunq̄ regreſſus eſt in propriū fontē. Siq̄dē hāc uitā cui finis eſt comes, ut ipſi opinantur, proſperis curſibus ducunt: ſed gradus in ultimis male omnino finiť dū dure in nouiſſimo ſtať. Et qd prodeſt per diſcrimina p̄ſpere cucurriſſe, ſi poſt curſum cōtigerit interire? Fruſtra deniq; nauis per ſuperbū pelagus & inſanū, amicis fluctibus cō-

moda

A moda ꝓsperitate cucurrit in portū,si cū naufragio ꝓuenit, & peritura portus acceperit. Cōmo/
dius igit̃ est cuiuslibet ducatu p̄ssuræ ad portū gloriæ ꝓuenire,cꝫ delicato nauigio,morbidæ la/
xitatis peracto cursu in pœnas exire. Sæpe itacꝫ potior est paupertas opib9,deformitas forma,
cōtumelia laudibus,seruitus potestate,imbecillitas uiribus,libertate captiuitas,hūilitas dignita
te. Dauid illustris ꝓpheta huiusmodi carmen expressit:Bonū est(inquit)mihi dñe,quia humi/
liasti me,ut cognoscam iustificationes tuas. Ergo melius est supernæ disciplinæ iudicio humilia
ri, cꝫ cum mundo dānari, dicente Apostolo:Cū iudicamur a dño corripimur, ne cū hoc mun/
do dānemur. Ergo qd̃ ex amore dñi nostris utilitatibus prærogatur,sine murmure sufferamus.
Impendit̃ em̄ ut a medico remedium,a dño disciplina. Artis est medicinæ aliquotiens ignibus
& ferro curare. Quid mirū si dñs nostrarꝫ medicus animarū,turbinibus excutiat,morbis exami
net,calamitatib9 purget? Fortitudinis est nostræ quasi per ignes & flāmas,uasorū more purga
ri:qd̃ scriptura diuina testat̃ & probat. Vasa(inquit)figuli probat fornax,& hoīes iustos tenta/
tio tribulatiōis. Et alibi inqt:Aurū & argentū & ferrū & plumbū,& om̄e qd̃ per ignē transierit
emūdabit̃: Nūqd uasa dicūt figulo, cur nos arbitrio flāmarū examinas & incendijs coquētib9
uris & probas? quæ nisi arbiter ignis iudicio suo aptissima pronunciauerit,in usu esse non pos
sunt. Nos quocꝫ nisi tentationū purgauerit iudiciū uel examen,nostrorū figulo membrorū in/
utiles inuenimur,q nos urit ut curet,tentat ut liberet,uexat ut saluet. Nihil em̄ tam inquinatū,
tam sordidū,quod nō a uitijs purgatiōibus expiet̃. Sæpe denicꝫ uidimus sordidatos imprope
rio,uenisse in candorē, ferrūcꝫ situ obductū,in antiquā faciē splēdescere. Vidim9 aurū argētūcꝫ
flāmæ disciplina purgari, & arbores truncatas cultu lætissimo reuiuiscere,amœniscꝫ uirgultis or
nari. Vidimus in fœcunditatē sterilia reuocari,& exhausto stipite exire radicem,& frugem ma/
ximā comitari. Ita quocꝫ in nobis, quod forte peccatis p̄mentib9 æstuabat,quicqd macula squa
lētis uetustatis obstabat, hoc egritudinis luce exclusum est. Et ideo te sanū frater medica reddi
B dit ægritudo mēbrorꝫ. Sola in te materia carnis indiget uiriū sanitatis:ac ne te forte uexaret,uti
li modo uexat̃ & morbo. Hæc est quā in oībus ꝓcutit canicula senectutis,& sicut fœnū arescit,
florē ꝓpriū perditura,sicut scriptū est:Omnis caro fœnū,& oīs claritas eius ut flos fœni. Aruit
fœnū & cecidit flos:uerbū autē dñi manet in æternū. Aequanimiter igit̃ ꝓferamus,si corp9 qd̃ si
cut fœnū legim9,casuris florib9 perituꝝ,ledētib9 malis iactet̃ exhaustū: cui9 sanitas,aniæ mor/
bū cōsueuit inferre:& cōtra cōmoda spūalia,ferales ac barbaras eligere uoluptates. Sæpe denicꝫ
caro milites castitatis effrenata discinxit. Pro nobis est igit̃ si lōgis flagellis & mordacib9 castige
mur:cui9 tamē castitate impugnamur. Amam9 carnē stolidi:haud dolemus animæ carcerē & se
pulturā. Thesaurū itacꝫ ipsius carnis fragilitate cōtempta,quod acciderit,deuotiōis amplexib9
rapiamus. Meticulosum est em̄ Christianū militē uelle lætantiū modo in tranquillo cōsistere.
Deiectæ mētis est turbinē formidare,cōtrariū uero inter contraria nō trepidare. Infelicitatis est
aduersa nescire:felicitatis est cū aduersis nosse cōgredi & scire pugnare. Nā cū oēs ict9 (ut iā dixi
mus)qbus quatimur diuino gignant̃ ex munere:exterū se nouerit ab amore dei,qui nescit ten
tatiōibus uectitari: cum legalis tuba multiplici carmine auditui nostro inculcet & dicat: Tentat
(inquit)dñs deus uester uos, ut sciat si diligatis eū ex toto corde uestro,& ex tota ania uestra. Et
alibi:Fili(inquit)ne neglexeris disciplinā dei,& ne defeceris ab eo correptus. Quem em̄ diligit
deus,corripit. Et iterū:Correptionem(inquit)dñi noli contemnere. Ipse em̄ dat dolorem,& ipe
refrigeria. Percutit,& manus eius sanitatē præstant. Sed forsitan dicis. INFIR. Vtinā ut cæte/
ris, sub spe sanitatis daret̃ per interualla tentari. Vtinā sospitatē intercapedine qualiscūcꝫ suc/
cessus liceret paululū degustare. Quid hoc est,ut morbus in mēbris ita uerset̃,& degat inclusus
ut excluserit sanitatē nō rediturā? Vt pernitiosus comes usqꝫ ad terminū uitæ cōcussa mēbra de
ducat:deducat̃ quocꝫ ipse morte cū membris excludēdus? Quid est hoc,ut sanitatis sensu per
omne spatium uitæ frustrari sint artus? inducto frigore uenarū calidus uigor euanuit in algo/
rem. Incessus quos natura dederat,torpor inclusus excusit. Non denicꝫ ad exercitium tabidi
corporis iter, uel paululum degustatur. Non genua, solitas flectuntur in preces. Digitorum
impar ordo interno stupore turbatus, arcetur solita contrectare. Quid pluribus? Omne of/
ficium corporis stationibus quondam solitum neruorum adesse, sic alget inclusum. Proh
dolor solus sic debui castigari. Solus tam pernitiosis ictibus subiacere, & diuturnis malis

C inuolui. HIERO. Quæso te frater, ut hæc murmura patientiæ frenis arceas, & silentio querulas uoces includas: cum te solamen propheticum, sic alloquatur & dicat: Cõiungere (inquit) deo & sustine, ut crescat in nouissimo uita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam igne probatur aurũ & argentũ: homines uero receptibiles in camino humiliationis. Cum legalia iura atq; carmina recenseo prophetarum, authoritatis quoq; mundanæ egregias sententias concipit auditus, ni fallor diuinæ legis furtiuas, quæ necesse est præceptis legalibus inserant. Non em̃ nocet alienis uti ea parte qua nostra sunt. Hæc prima sentẽtia est. Aurũ (inquit) probat ignis, & miseria bonos uiros. Et alibi: Nihil (inquit) eo uidetur infelicius: cui nihil unq̃ euenit aduersi. Non licuit illi se experiri, ubi omnia illi ex uoto fluxerunt. Et alibi: Miserum (inquit) te iudico, quod nõ fuisti miser, transisti sine aduersario uitam: nemo sciet quid potueris, nec tu quidem: Opus est em̃ ad noticiam sui experimento. Quid quisq; possit, nisi tentatus non didicit. Et alias: Diu em̃ esse felicem, & sine morbo animi trãsire uitam, ignorare est rerum naturæ alteram partem. Ergo miserias emergentes, quibus ignota discuntur & felicitas nascitur, uirtus quoq; excussa purgatur, felici animo perferamus: siue quia pati nos oportebat, siue quia captiui iam detinemur. Auro nisi addiderit flamma fulgorem, uilitatẽ patitur purgamentis obscurum: ita qui non fuerit miseriarum tentamentis excussus, iacet partiũ felicitatis ac suæ uirtutis ignarus. Merito Solomon hac uoce testatur: Qui tentatus in aliquo non est, nescit qualis sit. Benedic ergo dñm tẽpore tribulationis, quẽ laudasti tempore sanitatis. Vtere carminibus uocis propheticæ: Benedicã (inquit) dñm in oñi tẽpore, semp laus eius in ore meo. Vox illa q̃ maxime beati Iob, ex te constanti præconio de promat, qua defectæ uires ingenti nutrimẽto lactãtur, & in nouella talia reparatæ cõsurgũt. Si bona suscepimus de manu dñi: quare mala non sustineamus? Dominus dedit, dñs recepit: ut dño uisum est, ita factum est: sit nomẽ dñi benedictũ. Aduersum igitur satisq; contrarium est, probationis tẽpore in dñm murmurare: qui aut uitæ nostræ pestiferam labem, erumnarum iactatione uexat ut liberet, aut iusticia uentilat, ut coronet, ac uexatiõe membrorũ, aut delictum
D uapulat, aut iusticia ꝓbatur ut uincat. Nãq; ut ad solamen passionũ tuarũ ꝓbationis antiquæ palmæ tuũ meritũ reuoluamus, iustissimis utamur exemplis. Quãq̃ notũ sit personarũ merita, longis gradibus discrepare: nõ est iniquum, si hominis Christiani certamen, uictricis iusticiæ congressionibus comparemus: Mediocria sunt quæ uideris in hoc mudo perferre: si recensueris quid Iob familiaris dñi quiuerit ꝓmittẽte dño sustinere: Temperauit deus, ut congrueret atq; competeret uiribus tuis. Primo ne posses, qui impar es iusticiæ titulis, esse succedentibus æqualis? Minus autem uiro iusto quateris, sed grauius a cæteris uulneraris: illius sunt magna, sed nec minora sunt tua. Nãq; ipse magnus es qui sequeris magnũ. Vnus hic fuit Iob patriarcha maiestatis cultor inuictus, æqualitatis censibus opulentus & diues, cuius illustriũ meritorum præco extitit dñs, cum inimicæ factionis instrumẽta feralia, laudis præconio p̃ueniret. Animaduertisti puerũ meũ Iob, quia nõ est ei similis quisq̃ in terris, homo sine querela, uerus dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua, & in simplicitate cordis. Igitur cum ex diuino permissu hostilibus iaculis quateret, eũ q; frequens latronis insinuatio truculenta pulsaret, emergentes ictus, patiẽtiæ clypeo debellauit, malorumq; ingruentiũ syluã feralẽ, sagittis atq; crucibus plenam, obicibus iusticiæ robustus occurrit: Ille inimico turbine, adẽptis opibus, nõ sentit aliquot damnũ, qui lucrũ in damnis inuenit, q dñm pectoris finibus portabat inclusum: Ille cũ ædificium concussis angulis uis repentina torqueret in lapsum, liberis subductis orbat, & fide stabilis & immobilis perdurabat. Cuius innoxia mẽbra atq; dño plena, cũ bestiarũ legionibus uerminarẽt, & plagatũ infestis ictibus corpus, & uermiũ globus per cuniculos cõ fossæ carnis pernitiosus erraret, intra uulnera iustus incolumis militabat. Et quẽ pestilẽtibus plagis rabies infesta carpebat, hostiles turbines tranquillitate mentis, ut cederent ꝓferebat: Iustus uapulando uicit, inimicus cædendo defecit. Huic suorũ negat seruitiũ famulorũ: circa te tui fungunt seruitijs ministrorꝝ. Te amici frequenti accessu cõsolãtur & dolent, ut si natura ꝓmitteret, hoc onus tecum forte portarent. Vna est frater, una est animi uirtus, quæ nos ex huius uitæ turbinibus, quasi de pelago eruens, in portum tranquillitatis inducat. En dies pronis lapsibus accelerat in occasum. Ecce mundus immundus sordibus senectutis rotatur in lapsum. Ecce

nos

A nos ſuffragio mortis uictores ſuſcipit cœlum. Cuncta nobis euadentibus pereunt, & occaſu iam finitimo non reditura ſorbentur. Apud nos poſt perditum mundũ, poſt corporis mortem ſanata ſunt omnia: lætabimur incolumitate membrorum, ubi uita nullo morbo uexabit: Ideo in te frater officia corporis impedita, præſtantiſſimus animus illuſtri ducatu, ita gubernet & regat: ut hæc calamitas corporis, ſit occaſio uotiua uirtutis. Non em̃ eſt arbor ſolida nec robuſta, niſi quæ aſſidui turbinis incurſione, ſtipitibus cõcuſſis huc atq; illuc inclinata tentat, aut in quã ſæpe uentorum turbinum flamen incurrat: ipſis em̃ uexationibus conſtringitur, premitur, fixiſq; radicibus certius roborat: Ita nos mordacib⁹ flagellis malorũ frequentiũ munimur extẽſi, corrigimur uerberati, cõſtringimur cæſi: caremuſq; ſqualoribus, dũ longis caſib⁹ uentilamur. Ergo inter dolores crebeſcentes, immanibuſq; miſerijs affectos artus, regnet cœleſti uigore robuſta atq; incolumis uirtus: qua ferantur contraria, & illa cõmoda quæ uocantur aduerſa. Inter ipſas anguſtias ſapiens adminiculo ſolaminis pari lætatur & pubeſcit, & ambitioſa ratione ampliatur & uiuit. Ignorat deniq; quæ patit, qui memor eſt inuictæ uirtutis, qui ducatu rationis, plærosq; comperit fuiſſe malis oppreſſos, & malo ſuo magiſtra ratiõe auctos atq; nutritos. Ergo tibi patent ſolatia rationis: ut iam pro cõmodis habeatur calamitas corporis, quæq; iacet totius corporis maſſa captiua. Sed ueniet reſurrectio, te incolumem redditura, quæq; tota in te membra ſunt occupata. Sed lingua in laudes dñi quotidiano nutriatur augmento, copiam laudis in regnis cœleſtibus narratura. Dñs te medicina cœleſti cõfoueat, & ſub tali pondere inflexibili uirtute durare permittat.

## ¶ CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Eloquentis quidem & eruditi hominis fuit hæc epiſtola, ac diligenter elaborata, ſed ita diſcrepans a phraſi Hieronymiana, ut nec hic illius dictionem potuerit imitari ſi uoluiſſet, nec huius ille. Quod ſi diuinare licet, nulli potius tribuerim q̃ Tertulliano. In plæriſq; codicibus, nullũ præferebat nomen, in quibuſdam Cteſiphontis erat additũ. Nec in ipſa epiſtola fit ulla mentio eius ad quem ſcripta eſt.

B

## ¶ AD AMICVM EGROTVM DE VIRO PERFECTO.

Ece iterum ad te ſcribo, & nihil dignum quod prudentiam tuam legere deceat inuenio: & quid mirũ ſi te abſente uelut a ſole deſtitutum, frigidi cordis alget ingenium, & mens a lumine peregrina, ſtulticiæ nubilo ſuffocata torpeſcit, ac tanto minus ſapio, quanto a te latius ſeparor? Quod ſi in præſentiarũ quid tibi in meo ſermone placuerit, tuis mihi orationibus præſtabitur. Deniq; ut omnem ſtulticiam meam diligẽtius recognoſcas: etiam ſtomachum meum poſt illud ſuſceptum ceratũ tuum te abſente curaui, a quo peius mereor pati: cui poſt ſanctum miniſterium tuum & angelicam ſeruitutem manus intuli medicorum, quaſi propheta non eſſet in iſrael: ut mihi ſiquid paterer facilius eſſe deberit ad te reuerti, q̃ gentiliter cogitare: & melius uel difficillimi itineris laborem perpeti, q̃ cõſpectus tui tam præcioſa uiſiõe fraudari: ut quæuis potius compenſatio ſequeretur, q̃ ad muſcam religionis accaron deuenirẽ. Hæc mihi te abſente mundus iſte ſuggeſſit, qui te præſente in me non habebat conſiliũ. Tu me enim curiam feceras prophetarum, non conuenticulum ſirenarum. At nunc in me ad deſtructionem ſancti contra me operis tui omnis ſtulticiæ ſenatus ingrediens, quadruplici forma mecũ agit. Nam fœnus de abſente exigit, quod te præſente non præſumpſit: ut intelligas ſi quid apud te iuxta deum ſapui, tuum fuiſſe quod ſapui. Sic abſente Moyſe populus iſraeliticus fornicatur: ſic in naui dño dormiente, apoſtoli tẽpeſtate turbantur: Sic in Bethſaidæ porticibus hominẽ nõ habentẽ aquã piſcinæ ſalutaris ignorat. Quã q̃ & hic aliud genus culpæ aduertam. Corpuſculum curaui, cum anima langueret: exteriorem hominẽ foui, cum interior ægrotaret: humanis ſubueni, cum diuina laborarent, uitio publicæ conſuetudinis inclinatus, quo omnes ſumus in minimis cauti, & in maximis negligentes. Hoc q̃ ideo fit, quia ubi uera uita ſit ignoramus. Fallit nos uidelicet ſol iſte, decipit dies iſta, tract⁹ nos iſte circũuenit. Mundus inducit, dum & ſole amplius eſſe nil putamus: & lucẽ arbitremur eſſe quã oculis uidemus: & hominem iudicamus eſſe, quem cernimus: & mundum credimus facere cum uita, ignorantes ubi ſit homo, & quid ſit homo, & quæ eius hoĩs uita ſit: quod ſi intelligeremus, nõ aliud generati aliud uiueremus. Ita uitæ origine deſerta, uiuendi quoq; perdidimus rationem.

Ac primũ

C Ac primum ubi homo ſit iſte,de quo loquimur,audiamus:Quoniam diſputationem quandã nobis ipſa diuiſio generauit,quẽ intra hoc corpus quod dei artificis manu limo terræ formatũ eſt,uelut quodam uaſculo intellige contineri,dicente Apoſtolo:Habemus theſaurum iſtum in uaſis fictilibus:qui ubiq; per hoc corpus infuſus,uitalem ſenſum qui ſibi non deficit,cum carne mutuatus eſt. Regit ipſe,non regitur,& habet potius q̃ habetur:ut uitam nõ accipiat,ſed miniſtret.Nam cum terrenam iſtam pigramq; materiam in uſum miniſterij ſumptam ſpiritus liquidus animaret,fit dominus corporis,non homo ſub corpore.Deniq; hoc quod dixi uaſculũ ipſo uiuit præſente,& ipſo moritur abeunte.Hic ergo & uiſibilis & caducus,illius interioris,uel habitatio,uel miniſter,uel uagina eſt.Ipſe uero qui uere eſt homo,quoniam ſic ſecundus factæ diuiſionis eſt locus,ut ipſe inuiſibilis:ita omnia eius inuiſibilia ſint neceſſe eſt.Non ad illum ſi ægrotat manus ualet peruenire medicorum,non herbarum ſuccis ſi deficit reparatur. Nihil adeum corporeũ intrare poteſt:ſubſtantiæ tantum ſuæ illi ſimilitudo deſcendit,uerbo curatur,obediẽtia cõualeſcit.Deniq; cum ſibi in eccleſia Laodicenſi,& beatus, & diues,& bene oculatus,& bene ueſtitus ſecundũ exteriorem hominẽ uideretur,increpatur a domino,diciturq; illi:Neſcis qa tu es miſer & miſerabilis,& pauper,& cæcus,& nudus. Qui utiq; ut dixi,nec ſine ueſte,nec ſine oculis,nec ſine diuitijs habebatur.Sed ille inuiſibilis deus noſter,illũ inuiſibilem hominem in paupertate,in cæcitate,in nuditate eſſe cernebat:cui etiam ſuadere dignatur, ut ab ipſo aurum mercetur ignitũ, & ueſtem albam qua glorioſiſſime ueſtiatur, & collyrium quo recipiat uiſum. Habet ergo & ſuos oculos p̃ter iſtos carnales, quos poteſt uel amittere uel curare: & eſt iuxta ſe nudus, adeo ut egeat ueſtimento: ſed miro modo ad mendicũ:ut ipſe ait dñs loquitur,& iubet illum a ſe diuitias comparare.Quibus mercibus ſi & nudus & pauper eſt, uel illam ueſtem nobiliſſimam,uel illud aurum purgatũ iam igne mercabitur? Vnde cõmercij talis poterit eſſe impenſa? Videlicet ſi aut exterioris hominis emolumenta tranſfoueat,aut ipſis quibus ipſe diues forinſecus uidebatur,non utendo diteſcat:oculoſq; corporis quibus mundialium rapiebat

D ardore,deſpectu corruptæ uniuerſitatis obcæcet.Ita ille inuiſibilis homo, qui uere ut diximus homo eſt,& in contẽptu huius exterioris attollitur,& nuditate ueſtitur,& cæcitate illuminatur. Sic Iacob,Ephraim,& manaſſen,nepotum ſuorũ,non ſolum loca:uerumetiam merita,incorporea cæcitate cernebat.Nam cum illũ Ioſeph filius ſuus,qui ſupradictos paruulos offerebat,nec ante pedes ſuos cernere iudicaret,ſenſit in parentis reſpõſione illa etiã quæ eſſent futura,proſpicere.Sed ut ille interior homo exteriorem iſtum facit ſua uita uiuentem,& de fonte naturæ ſuæ animat irrigando:ſic rurſum exterior per corruptelam mortiferæ materiei ſuæ,illum ſi cupiditatibus illicitis alligarit,occidit.Et cum alter naturæ uideatur alterius,trãſit in uictoris unuſquiſq; ſubſtantiam:ut aut carnalem quoq; ſpiritalis ſpiritalem ſuis uirtutibus præſtet, aut carnalem animam caro uictrix eius efficiat.Deniq; cum dñs diluuio delere humanũ genus cogitaret iratus: Nõ permanebit(inquit)ſpiritus meus in hominibus,quoniam caro ſunt. Et quia utiq; omnes carne ueſtimur,& ſine dubio in carne non ſumus,qui non ſecundum carnem ambulamus, hinc etiam gignitur,ut non ſemper homo iſto appellationis nomine cenſeatur. Nam pro uirtutibus ſuis aut uitijs,& formas ſumit & nomina. Deniq; ait propheta:Nolite fieri ſicut equus & mulus.Sunt ergo homines qui apud dominũ ſunt equi & muli.Et dominus ait:Nolite proijcere margaritas ueſtras ante porcos.Sunt ergo homines & porci.Et iterum ipſe dominus:Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporum.Sunt ergo homines & lupi,& econtrario homines ſunt & oues.Et ait adhuc dominus Petro:Paſce oues meas:& ipſe prius;ueni poſt me,& faciã te piſcatorem hominũ.Sunt ergo homines & piſces.Sed hæ formæ actuum uidẽtur eſſe, non corporũ. Nã corporis noſtri certus eſt ſtatus, ut omniũ animantiũ:ſed quoniã apud deũ non de ſtatu corporis noſtri,ſed de uitæ meritis iudicamur:apparet omnem hominem mente ſua ſibijpſi ſtatum nomenq; formare.Quod utiq; ex illius quem deſcribimus inuiſibilis hominis,aut culpa aut uirtute præſtatur:Ipſius ſiquidem uitium eſt, ſi ſubiectus paſſus ſit eſſe ſubiectus:ſi contra diuinam diſpoſitionem fit in dominatu ſeruitus,& in ſeruitute dominatus. Sed ne uidear(quoniã paululũ deiecto uelut pariete ad illum inuiſibilẽ hominem diſputatiõe perueni) corpus omnino deſtruere, quod adeo magni eſt ſacramenti: ut in hoc ipſo: id eſt,

in noſtro

A in noſtro fragili & infirmo dominus uenerit, non hoc egi, aut hoc ago: ſed illud oſtendere tentaui, huius exterioris uitam, illius interioris uita conſiſtere: iterum, interioris mortem deſcendere huius de morte: ubi propinatū uenenū per uitia fuerit, nihil habere iſtum de uita: niſi ab illo irrigatus fuerit, nihil tenere: alterūq; in naturā alterius ut dixi aut infectū uitijs, aut deterſū uirtute tranſire. Igitur quoniā iam & ubi ſit homo, & quid ſit homo breuiter licet oſtendi, quæ nunc eius hois uita ſit uideamus. Si em̄ iſta certe mundialis uita, quæ mala pro bonis habet, & bona pro malis, quā totus orbis ſequitur & colit, non hæc in affluentia diuitiarū eſt, nō in faſtigio potentiæ, nō in iuriſditionis aſtu, nō in pompoſitate facundiæ, nō in uiribus per prelia glorioſis, non in mercibus, prouinciarū mutatione & ſui peregrinatione creſcentibus, non in lenocinio formarū, non in ambitu munerū, non in his eſt deniq; omnibus quæ uidemus, quoniam cūcta hæc occidūt, & ſine iſtis beate, etiam iuxta ſæculum, uiui ſolet. Sed illa eſt uita uera, uita ueneranda, deū noſſe, timere eius potentiā, amare pietatē, mundū in opifice mirari, interpellatorem cōtemnere, eſſe uictu modico pro naturæ neceſſitate contentū, ueſte uili uel pro pudoris ratione, uel pro temporis iniuria cōmunitū. Sic reliquā creaturā, nō ex ſui copia, uel pro uitali ratione, ſed pro adiumento huius lucis attingere: Quicquid em̄ amplius eſt, a malo eſt: omnē hominē amare quaſi fratrē, nullū lædere, ſeruire omnibus, formā ſerui ſuſtinere cū dño, qui nobis præter miniſteriū, quod interius cōtinetur, quotidie ſeruit in mūdo, producēdo ſolem, emittendo lucem, pluuias infundendo, tempora uariando, fruges uel gignendo, uel maturando. Nobis em̄ in totius creaturæ facie, uel ubertate deſeruit, quoniā pro nobis cuncta generauit. Sed ut ad hominis officia reuertamur, nudū tegere, alere eſurientē, ſitientē potare, infirmos uiſitare, triſtibus cōdolere, mortuos ſepelire, nihil apud ſe habere quaſi ſuum, ſed omnia ſua cū omnibus iudicare cōmunia, ac tunc magis ſibi uiuere, cū uiuere æſtimatur alijs, ſibiq; recōdere cum alijs creditur erogare. Et hæc tamen adhuc exterioris hominis liniamenta cōtingunt. Cæterum illa in-

B terioris hominis uita, in diuinarū rerum cognitione cōſiſtit: non qua cœlū terræ parte uoluat, non an cōtrario curſu ſydera rapiantur, non an oceano generet plenitudo lunaris augmentū, non an orbem mundi rotunditas ipſa ſuſpendat, an quadriforma angulis prominentioribus aſtringat, an unus ipſe mūdus ſit, an plures ſint. Nam hæc ad animæ non tendunt utilitatem, & apud deū ſtulta iudicātur: ſed in illis ſanis cogitationibus, ſi quādo uerſatur, tunc uiuit & paſcitur. Quæ ſunt autem iſtæ ſanæ cogitationes? Ille ſine dubio cū mens noſtra ſui recordatur authoris, cum illud uelut per quandam reſipiſcentiam ſui, opificem ſuum ueneratur ac contuetur: cūm eius opera ipſum in eius operibus uiſura miratur, dicente beato Paulo: Inuiſibilia em̄ eius a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta cōſpiciuntur, & ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas: id eſt cum ex immēſis uiſibilib⁹ creaturæ, ad uniuerſitatē inuiſibilis creatoris extendimur, & illū per hæc dū inæſtimabilē diſcimus æſtimamus: cum eius altitudinem per donum ſpirituſſancti euoluentes (quoniam ipſe ſolus nos in ipſum qui ex ipſo eſt intromittit omnia principia creaturæ ſurgentis) quaſi facti ab ipſo anteriores aſpicimus: & cum ea quæ deus fecit quaſi faciat adhuc intuemur: mundiq; totam originem tranſcurrētes, ſeu antiquiores efficimur q̄ ſumus ætate. Et cū uniuerſa prius q̄ nos eſſemus effecta ſint, naturam tamē omniū, quaſi p nos genitā, dum authori inſerimur reputamus: in quam nō ut ſeruiremus, ſed ut dñaremur intrauimus. Separati itaq; a ſapientia mūdiali, quæ uniuerſa, aut fortuitis, aut atomis aſſcribit, diuinis meditationibus ſublimati: & ab illis qui aut materiā ſemp fuiſſe dixerunt, deumq; tantū artificem rerum uoluerunt, ſeparati per ipſius adiutoriū: aut qui hæc ipſa pro dijs elementa coluerunt: aut qui familias deorū per ſexus, per ætates, per partes, uelut per plæbem aliquam ſubiectam ſenſibus introduxerunt, diſcreti per ſpiritūſanctum, & in altiora ſubducti uera uita uiuentes: hoc eſt ueram ſapientiam ſapientes, qua ſtultitia iſta caret: recordemur quod mūdus ex nihilo a deo factus eſt: & quod cūcta animalia per deum uerbo opifice uocata uenerūt, quæ a natura nō fuerūt: qm̄ ſoli ipſi fas eſt uocare quæ nō ſunt tāq̄ ea quæ ſunt, quod ip̄m hominē cui tāta poſſeſſio parabat ad imaginē ſuā nō aliqs Prometheus ex fabula, ſed ille cōditor uniuerſitatis manu quoq; ſua: ne qua pars ei⁹uacaret in nobis, de limo terræ facere dignat⁹eſt: quæ cogitatio ut dixi uita eſt animæ, quoniā hæc prima eſt ratio uiuendi: ut cui ſe debeat anima nō

ignoret:

C ignoret:ne aliũ præter hunc decepta ueneretur,ne uitæ ſuæ miniſteria uelut uitæ authores ado ret:ne intantum elementa miretur,ut non digna iudicet quæ facta credantur: cum ille magis ſit admirandus, qui tam miranda produxit. O c̃p angusta eſt hæc diuina cogitatio,& c̃p uitæ plena eſt. O c̃ptum ipſum hominem ad omne ſtudium probitatis accendit. O quantũ illi maie ſtatem ſui cõmendat authoris:cum aliud ille nihil in creatura omni præter ſe manu dei forma/ tum eſſe conſyderat: non terram, non maria,non cœlum,non deniq; ſydera,tam munda, tam pura,tam lucida:hominẽ ſolum cuiuſdam limi & grauioris & ſordidioris elemẽti, illa formatũ eſſe dextera,cuius dexteræ palmus cœlum menſurat in menſura:cuius pugillus terræ ſpatia tam infinita iacentis includit,tanti fuit illũ fuiſſe olim. Videamus tamẽ quantũ illi præterea applau dat benignitas creatoris, quæ non illum de ſyderibus effecit: quoniam ſi eſſet inde creatus, de materiæ potius claritate,c̃p de artificis dignatione polleret:cum minor ipſe ſui corporis origine uideretur. Si de cœleſtibus factus ad terrarũ cultum deduceretur ad terras: cui eſſet gloriosius mox futurũ de humo excitatum ſyderib⁹ imponi. Suũ inquã deus noſter, ſuũ proprie uoluit eſſe quod ſumus,nihil materiæ,nihil elementis,nihil quibuſlibet principijs,uel magnis uel mini mis nos debere. Quæ cuncta ſi retractet,& in ſe mens conuerſa conſyderet,ex noſtris fiunt mo deratiora & anguſtiora primordijs. At ubi per contactum formati manus dei deſiuimus eſſe quod fuimus:& in nouam materiæ qualitatem ſubiacens,opifici ſuo per elementi cõuerſionem clarificata natura eſt,nouumq; corporis noſtri inter elementa(ſi fas eſt dici)eſſe cœpit elemen/ tũ:ſtatim oĩbus mũdi corporibus ſublimiores ſumus effecti,non naturæ ſubſtantia,ſed poten/ tia cõditoris:per quã de ſubiacẽti cæteris creatura ortũ eſt,quod creaturis oĩbus imperaret. De niq; ſi metallum noſtræ carnis & corporis intuearis, nihil humilius, nihil uilius, nihil inuenies omni iniuriæ paſſioni q; ſubiectius. Sola terra elementorum cæterorum uidetur ancilla: ſola in ſe cunctorũ potentias non ſine detrimento ſui ſentit,uel dum uentis puluerulenta diſpergitur, uel dum fluctibus humefacta abſorbetur,uel dum ſyderũ ignibus cocta deuoratur: ut homo ex ea ſe eſſe,non modo gloriari nõ queat:ſed etiam poſſit erubeſcere. At uero ſi ſtatum noſtrũ
D contemplemur, quoniam præſtantior eſt cæteris animãtibus,dum ad ſuum imaginem deus informatum inducit,inuenies terram ipſam,ſemen eſſe noſtri corporis. Si quis in ea ſenſus eſt, gaudere potuiſſet,quod ꝓpter nos,in quibus imaginem & ſimilitudinem creatoris accepit,feli/ cior facta ſit,demutata,c̃p ſit orta:manus em̃ dei contigit eam,cuius contactũ ſui cauſa dum fie/ ret,ipſa nõ meruit. Quid em̃ hoc ſtatu prædarius? quid poterimus noſſe ſublimius? Quid tam diligenter in membra digeſtum? quid tam decore per articulos inflexum? quid tam ſublimiter in ora & oculos erectum? quid tam uocaliter in uerba modulatũ? quid in corde tam uiuaciter animatũ? quid in ſenſu ditius? quid in cogitatione ſecretius? quid in ſermone effuſius? quid in ingenio fortius? quid in diſpoſitione inſtructius? quid in memoria tenacius? quid in affectu blandius? quid in cogitatu ſubtilius? Vt euidenter appareat quod illũ protoplaſtum,iam cum omnibus dignitatibus uenuſtatũ,imo ſtatum filij ſui dei noſtri ad finem ſæculorũ pro redem/ ptione noſtra uenturi in hoc corpus ornarit:cui paradiſum etiam illo tempore uelut amœniſſi/ mum prædium & urbanis cõuenuſtatum,& ruſticis conſitũ,ſub lege donatum,mortis ille præ/ ſeminator inuidit:uenenumq; ſuum decipiendo primorum hominum credulam nouitatem in corpora noſtra latenter immerſit:& ex duabus ſubſtantijs, unicam hominis perfectamq; natu ram quadam diuiſionis diſcordia diſſecauit: ut cum nobis una mens eſſet, id eſt illa, quam germanitas animæ,& corporis gignebat:aliam uoluntatem per uitiatam naturam contra ani/ mam parturiret. Deniq; & Apoſtolus ait: Video aliã legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ:& captiuantem me in lege peccati,quæ eſt in membris meis. Et alibi: Caro concu/ piſcit aduerſus ſpiritũ,ſpiritus autẽ aduerſus carnem. Hæc inuicem aduerſant ſibi:ut non quæ/ cũq; uultis illa faciatis. Hinc etiã iſte noſter cõditor,qui uel nos nobis,uel mũdũ pro nobis fece rat,a primis illis hoĩbus offenſus,maledicta ſup ſingulos prout criminis quãtitas exigebat,effu dit. Et c̃p uis iratus, mox tamen myſteriũ noſtræ ſalutis,ut pius pater oſtendit. Neq; æquum fue rat alio tempore de ſalutis noſtræ remedio cogitare, niſi eo quo mors eſſet inuenta. Sic a pru/ dentioribus prima fronte morbi adhibetur medicus: ut capite ualetudinis deprehenſo,facilius

remediũ

A remedium ſalutare ſuccurrat. Non ergo tũc tantum dominus ac ſaluator noſter promiſſus eſt, cum clamat Eſaias: Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium: & tunc cum ad Abraham dictum eſt: Ad hoc tempus ueniam & erit Sare filius: Nam hoc erat pene iam ſero, & tanta milia patriarcharum ſine ſpe mortua uidebantur: quibus utiq; uita eſſe non potuit, ſi dñm non ſperauerũt eſſe uenturũ, dicente Apoſtolo: Spe em̃ ſalui facti ſumus. Spes em̃ quæ uidetur nõ eſt ſpes, ſed quæ ſperatur. Et qualiter ſpes eſſe potuit, ſi nõ fuit repromiſſa? Imo ut primo homini illa ſapientior omnibus beſtijs beſtia, mortem ſapuit: ita oportuit illum dominum noſtrum ueram ſapientiam, iam tum illo tempore ſuffragium ſapere uitale, quod & fecit. Neq; deſtitit publicare, ne tanta eius factura uno inimici ariete propulſata, ſine præſidio alicuius lapſui potius, q̃ decori generata uideretur: ſimul ne & is ualidior haberetur, qui tantum opus alienæ uirtutis obruere potuiſſet, q̃ ille ſi opus ſuum quod ſuper omnes creaturas ineffabiliter fecit, aut ſeruare non potuiſſet, aut reparare noluiſſet. Defendit inquã ille ſe hac inuidia. Defendit ille noſter conditor & redẽptor: pariterq; ſe & poſſe & uelle monſtrauit, quoniã nec uirtus potẽtiæ defuit nec dignatio pietati. Hæc nobis magis adoranda, quod ſub ipſa erroris noſtri tempeſtate non ſubſtitit: maiorq; etiam dum exacerbatur erupit, dum ubi pœnã merebamur, ſpes redemptionis oſtẽditur, & dũ in naufragij acerbo diſcrimine portus ſalutis aperit: ut nouo more quæ materia fuerat iracundiæ, eſſe cœpit origo clæmentiæ. Sic arcana operatione manifeſtans, quod infirmitatem noſtram argumentum ſuæ uoluerit eſſe uirtutis: quantũq; nos amaret, dũ in ipſum peccauimus, oſtenderet: quorum obliuiſci etiam poſt errata non poſſet: imo quos præcioſius redimerat q̃ feciſſet. Quærat nũc humana crudelitas, criminoſis, uel priuata ergaſcula, uel publicos carceres, cum manicis ferreis & duris rigida trabe cõpedibus irata ſuſpiret, & in pœnas multi modas adinuentionum laxet ingenia: omniſq; iudex ſurrecti capitis, caſtitatem propriæ mẽtis diſcrimine probet alieno: hoc magis amicus atrocitati, quo magis alienus eſt crimini. Ipſi em̃ ſolent truculentiores eſſe in reos, qui ſunt a reatu puriores. Hi ſtudioſius malefici, uel criminoſorum contagia perſequentes, quo minus ac negligentius facinorum uitauere cõſortia. O miſeros
B & omni præditos cæcitate, qui bonum exornant malo, qui continentiam ſub geſtu crudelitatis attollunt, & crudelitatem propriam aliena infelicitate commendant: quando uirtutibus ſuis miſerorum aſtipulantur exitio, & innocentiæ iudicantis noxiorum cruciamenta ſupplaudunt. Deus autem noſter contra omnem ſpem, cõtra omnẽ pene fidẽ, ex diuitijs miſericordiæ ſuæ in malo bonum nactus, in iracundia generans confirmanſq; pietatem, peccandi ſemen, in fructũ uoluit euadere miſerandi: & qui nos propter tranſgreſſionem perdere debuiſſet, propter ſuam miſericordiam reparaturũ ſe eſſe promiſit. Et illo tempore quo ſupplicia merebamur, argumentum ſaluationis oſtendit: ut intelligere poſſemus, quantũ ualeret præſtare non læſus, qui tantũ donaret iratus. In primo ego hoie, ut loquebatur, ſtatim nobis iudiciariũ ſpopondit auxiliũ, ſtatim de bono theſauro bona produxit, ſtatim ignotum ipſis angelis ſacramentũ, quod implendum eſſet in nouiſſimo tempore, publicauit: & terreno Adæ, Adam promiſit e cœlo. Nam cũ ſerpentẽ pro merito ſuo maledicto fulminaret, iubet eum terram pro cibo habere, ſupra uentrem repere: & quoniã mortem illam ipſe feciſſet addidit, dicens: Et ponam inimicitias inter te & mulierem, & inter ſemen tuum & ſemen mulieris: Ipſa calcabit caput tuum, & tu eius obſeruabis calcaneum. Nonne conſyderas: nonne conſpicis: quod eidem tunc minabatur in Chriſto? Aliud em̃ ſemen mulieris nullum prorſus accipio, niſi illud quod Apoſtolus ait: Factũ ex muliere, factũ ex carne. Illud quod, ut euangeliſta ait, Ioſeph filius putabat eſſe, ſed non erat: illud utiq; quod uerbum caro factum eſt. Nam ſi generandi publicam iſtam & naturalem circũſpicimus rationem: ſemina non habent mulieres: deniq; nulla concipit ſine uiro: ac per hoc quoniã iã tunc in Adam ſemen humanæ generationis eſſet tranſgreſſiõe uitiatũ, ſemen cœleſte promittitur: ut Apoſtolus ſentit, non ex corruptione uiri, ſed ex deo: Quod cum caro fieret in muliere: etiam elementa illa corporeæ ſubſtantiæ: id eſt humoris & ſanguinis, in ipõ ſibi uaſculo, in quo ipſa elementa ſita ſunt naturaliter aptaret. Mater itaq; domini noſtri Ieſu Chriſti, in illa iam tunc muliere promiſſa eſt. Hæc inimicitijs oppoſita eſt ſerpentis. Ponam (inquit) inimicitias inter te & mulierem: non certe pono dicit: ne ad Euam hoc pertinere uideretur. Verbum promiſ-

 ſionis eſt:

C sionis est, quod transmittitur in futura. Ponam(inquit)inimicitias inter te & mulierem. Illam utiq; mulierem,quæ saluatorem parturiat,non quæ generet fratricidam. Ponam(inquit)inimicitias inter te & mulierem:id est suscitabo mulierem,quæ repudiata facilitate credendi: non solum te nõ audiat,si aut suauitatem pomorũ pro adapertione monstraueris oculorũ,aut dñs similem esse promiseris:sed etiam ipso Gabriele deferente uerbum, rationem de promissionis exigat nouitate,dicendo:Quemadmodum erit istud,quoniam uirum nõ cognoui? Illam utiq; quam ad uisionem angeli pudor aureus tremefecit: fidei tamen ardor & constantia,labi nescíam,ad inquirẽdam rationẽ reddidit audacem: & quæ aduenienti præstitit de pudore,quod tacuerit,hæc promittenti de admiratione non cessit. Nam & sollicita de eo quod ãnunciabatur exquisiuit. Deniq; & angelus nõ infidelitatem redarguit,ut in Zacharia:sed instituit de diuinæ operationis nouitate,dicens: Spiritussanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ecce istud semen mulieris,quod non per traducem genitalium ministeriorum,cõmixtione sexus utriusq; infunderetur in uterum, sed clausro clauso indefloratæ uirginis inueniretur in utero. Deniq; rem nouam plenamq; miraculi, nouo uerbo propheta dum promittit,exequitur:Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium. Quotidie certe de procreandi necessitate mulierum conceptus & cernimus & audimus:de nulla tamen dicitur:In utero cõcepit:quoniã substantia futuri hominis, fusa per uirum coalescit in fœmina: uteruſq; mulieris, non principium est nascituri hominis,sed depositi nutrimentum. Maria autem non tam prima q̃ sola in utero cõcepit:cuius pudoris illibatio,conceptũ uteri sine damno uirginitatis expressit: quæ sola nobis peperit,quod non accepit ex nobis,dicente domino: Vos de inferioribus estis, ego de superioribus sum. Quæ sola mater est filio, cum uirgo sit marito:cuius conceptionem ignorante uirginitate partus agnouit: quæ sola mulier dicta est, non concipiendo,sed pariendo. Ex hac ergo semen promissum est mulieris,quod secũdum hominem dñs deus noster est:qui non infusus est in utero,sed inuentus,euangelista confirmante,cũ dicit de Maria:Inuenta est in utero habens. Ecce & ab ipso præcedente prophetæ sermone, non deuiat quod fuerat nunciatum: Virgo in
D utero concipiet,sed in mysterij nouitate,sermonis etiam parilitate concordat:eoq; stilo facti historia designatur, quo faciendũ denũciat. Et propheta ait Esaias: Virgo in utero cõcipiet. Matthæus refert,inuenta est in utero habens. Verbo ipso promissionis respondet effectus, quod non aliter loquitur euangelista q̃ uates:nec ad exprimendam operis nouitatẽ inuentæ elocutionis difficultate confunditur. Vbi sunt grammatici? Vbi consiliarij? Quæ istos ut extra consuetudinem loquantur schola produxit? Quæ tam aperte signatæ nouitatem mõstrauit doctrinæ? Nõ indicant humano sensu,quoniam non opus humanum est quod loquuntur. Et tamẽ rem nouam nec antea factam sic notant:ut intelligas cum mirabili opere,& mirabilem natum esse sermonem. Repetamus deniq; sanctas fœminas patriarcharum,uideamusq; si sic de aliqua scriptum est. Legimus de Sara: Et dominus uisitauit Saram sicut dixit. Et,fecit deus Saræ sicut locutus est ei,& concepit & peperit Abrahæ filium. In Isaac diuina beneuolentia monstratur his uerbis:Et exaudiuit illum deus, & concepit Rebecca uxor eius. Deniq; & de Iacob uxoribus sic ponitur:Et concepit Lia, & peperit filium Iacob &c. De nulla certe harum scriptũ est,in utero concepit:quæ tamen quicquid concipiebant,extra uterum concipere non poterant: sed quoniam de conuentu uirili concipere se nouerant,quibus non proueniebat salua uirginitate conceptus. Sola uero Maria in utero concepit,cum irreserato aditu seminali, clauso utero cõcepit. Ad huius cõceptionis semen si recte ratiocinabimur & interius diuina tractauerimus: præcessit in figura ꝓ tẽpore illa sentẽtia, quæ primogenita benedictiõibus, uel obligationibus obligauit, dicente domino: Omne masculinum quod aperit uuluam,sanctum domino uocabitur. Quod est istud masculinum,quod aperit uuluam:cum omnium fœminarũ uuluas aperiat,non puerperij necessitas,sed maritalis agnitio? Deniq; nulla uirgo dicitur post maritum, quod nomen clausis uidetur futuris mysterijs conuenire. Et superius de Rachel scripturam habere monstrauimus:Et exaudiuit illam deus,& aperuit eius uuluam,& cõcepit. Certe non prius dixit,concepit,& post aperuit eius uuluam:sed prius aperuit:uidelicet,ut maritus apertis uuluæ ianuis,uelut feminaturus agrũ paratum seminibus intraret. Deniq; subiungit,& concepit. Non

itaq;

A itaq; partu, sed conceptione: imo conceptio patefacta est: nec illam parturiendus dum nasci/
tur, sed qui paturiendum seminaturus fuerat, designauit. Et si iam ante cõceptum, quippe ut cõ/
ciperet reserata est, nõ eam certe ille qui natus est diu post poterat reserare, dũ dicit, nasciturus:
qui etiam concipi, dum esset illa clausa nõ potuit. Omne masculinũ (inquit) quod aperit uuluã,
sanctum domino uocabitur. Quæ est ista ratio: quæ nec secundum sensum uidetur impleta? Ia
cob primi locũ fratris fraudulẽter inuadit, nec nascendi ordine prohibetur, nec dolositate dãna
tur. Ioseph filij per auum præpostera secundũ nascendi gradum benedictione signãtur, nec cæ/
citas errat futura prospicientis, nec monitor filius dexteram parẽtis, quæ pinguioris benedictio
nis succo minorẽ irrigabat, inflexit. Quæ utiq; omnia sunt cõtraria, si putamus de his dictum
esse: Omne masculinum, quod aperit uuluam, qui de uirili semine primi nascũtur ex fœminis.
Sed quoniam aliud interius habet illa sentẽtia: ideo istiusmodi primitiui cedunt & benedictio
nes perdunt. Iesse filius Dauid, non primus, aut secundus, aut tertius, sed omnium ultimus
ungitur a propheta, & despicabilior cunctis eligitur in regem. Nec illi primo aut secundo con/
tra Dauid, sententia legis de primitiuis promulgata blanditur, quia iudicasset utiq; maximos,
si ab his matrum uuluas meminisset aperiri: quando hoc utiq; aut in qua dicimus impletum,
quod utiq; non poterat non impleri. Quæ est ista, cuius uuluam fœtus reserat, non maritus?
quæ uirgo concipit, quæ non ut conciperet, uirgo esse desijt? Non certe illa de qua scriptura di/
cit: Cognouit Adam uxorem suam, & peperit ei filium: sed illa de qua euangelista signat: Et
non cognouit eam Ioseph, donec peperit filium. Igitur in Maria hoc sine dubitatione perfe/
ctum est, cuius uuluam non deflorator uirginitatis aperuit: sed partus effusus, quæ uirgo pe/
perit, quæ uirgo concepit, quæ prius mater facta est, q̃ maritata. De hac istud masculinum,
quod uere sanctum uocandum esset exijt: quiq; uuluam secundum promissionem partus
editus, non secundum consuetudinem naturamq; communem, dum concipitur uiri semine re
B serauit. Sed quoniam diuites dei sensus uelociter explicare non possumus, tantis se scriptura/
rum molibus ad unam speciem opponentibus, ut lassari sit facilius q̃ euadi, quando omnis
scriptura cunctorum sensuum unus trames sit, quem humano sermone decurrere quis uale/
bit, nec si angelicas pennas mortalium linguis spiritus asscribat: redire ad propositũ conuenit,
& paruo nauigio non in altum uela configere, ne in periculum currat audacia: sed pro infirmita
tis solatio in cõspectu littoris nauigare: ut siquid formidinis oriatur, uel spes sit facile teneri pos/
se quod cernitur. Dicebamus semen mulieris dominum sanctum, quia secundum carnem pa/
trem hominem non haberet: eũq; iam infestum esse serpenti, quem in utero uirginis dei spi/
ritus, nõ materialis generasset humor. Deniq; quod sequitur, maiorem ab homine uirginis pro
mittit effectum dicendo: Ipsa tuum calcabit caput: quis ambigit, quod præter dominum no/
strum caput serpentis nemo calcauit? Ipse enim solus super dracones & scorpiones ambulauit:
ipse captiuam duxit captiuitatẽ. Nam quod subditur: Et tu eius obseruabis calcaneum, ad quẽ
alium credimus pertinere? Calcaneus quidem pars extrema uestigij est. Et dominus post Iohã
nis baptismum, post dierum quadraginta ieiunium, cum ab eodem serpente tentatur, tertiæ il/
lius dolositatis iam uictor, exclamat: Vade retro post me Satana. Quid aliud nisi a tergo posi/
tum uel relictum, iubet suum obseruare calcaneum? Hæc supra dixi, & inde ad hoc nos ipsa de
duxit oratio, quod homo ille interior cum cogitat, non in hoc mundo, sed supra ipsum mun/
dum, cum illo opifice rerum ac suo uiuere uidetur, dicente Dauid: Beati qui scrutantur testimo/
nia eius: ut pene hoc sit (si fas est dici) deum fieri, diuina meditari: illum dominum nostrum sa/
lutis nostræ iam tunc prodidisse mysterium. Vnde & in psalmis ait: In capite libri scriptum est
de me. Caput libri est geneseos principiũ, quoniã ois scriptura unus est liber: & unus de quo scri
ptus est de⁹, & istã ꝑmissionẽ de ipso esse uidem⁹ in capite, & caput uitæ nostræ spes est: & ideo
caput libri uitalis spes facta per deum. Illum inquam ut sæpe diximus conditorem, senescen/
te iam mundo, quod in prima mundi ætate promiserat, præstitisse. Vnde propheta ait: Virga
tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga mater est domini, ex qua baculus iste, fesso
iam per ætatem mundo, qui eum sustentaret exijt. Illum ergo in uirginis uterum delapsum: ut

C redemptionis noſtræ totam hiſtoriam retexamus, partu effectũ hominem, ſe exhibuiſſe pro homine, & creaturam ſuam ſe de creatore feciſſe. Illum formam ſerui accepiſſe, ſed ſe exinaniſſe poteſtatis uoluntate, non natura deitatis, per quam non poterat non eſſe quod fuerat. Illũ maledicta pro ſalutaribus meruiſſe miraculis. Illum ſputa, illum palmas, illum coronam ſpineam, illum poſtremo crucem fuiſſe perpeſſum, illum inferna penetraſſe, illum tertia die reſurrexiſſe in id corpus quod cruci fuerat affixum: illum hominem poſt mortem deum uiuum cœlum petiſſe uictorem, ſedere ad dexteram dei, uenturum ſuo tempore ad iudicium faciendum: illum ſpiritu dei per ſanctorum ſuorum ora quotidie celebrari. Hæc cogitaſſe uixiſſe eſt, hæc cogitatio paſtus animæ eſt: in hæc relabi uel recurrere, cum domino iungi eſt: & cum ipſo per hæc humiliari, eſt cum ipſo pati, cum ipſo mori, & cum ipſo etiam ſuſcitari. Quid dicam de ipſa reſurrectione, in qua cum rideamur a gentibus, non ſeparamur a Chriſto: licet & multi qui ſe Chriſtianos dicunt reſurrectionem carnis excludant. Sed ſic ſint illi ſine corpore, quibus forte cõceditur (ſi fas eſt dici) aliter repreſentari domino, cũ dominus remeauit ad patrem, nos ut credimus & loquamur. Quid inquã hac cogitatione latius? Quid hac ſpe eſſe poterit erectius? fixumq; magis in noſtris animis inhærere debet, nos aliquando cum hinc exierimus ad corpora noſtra eſſe redituros, & animæ interim & corporis diuortium, non id agere ut nihil ſimus omnino, ſed ut meliores per dei ſpiritum reformemur: quoniam iam hic dominum id pignus nobis promiſiſſe, accepimus. Et hoc corpus quod in ſui natura caducum eſt, & merito priſtinæ tranſgreſſionis grauatũ, ut maledictione diuina fertur, ad terram ibit: id rurſum poſt multa tempora: id eſt in fine ſæculorum, cum minima pars fauillæ ſit, aut forte iam nulla, ab eadem terra, quæ illud corrumpit in nihilum: quoniam ipſa liberanda eſt a ſeruitute corruptionis, in integram membrorum ſuorum ſoliditatem, & in ſtatum pulchritudinis decoremq; renouandũ. Quem talis cogitatio nõ cum admiratione delectet? Reliquias inquam corporum noſtrorum, aut nullas aut minimas certe, & quantulaſcunq;: attamen ſordidas & animi nunc̃p ſine horrore inſpectas, in ſuum iterum hominem, non ut Pythagoras mentiens & delyrans de Euphorbo eſſe
D credatur, ſed in proprium ſuum corpus & nomen, per oſſa, per neruos, per uenas, per cuncta uitalia, non modo artuatum: uerũetiam articulatum recõpaginandum. Hoc autem nõ eſt anguſtum, cum omnium uel frugum, uel ſtirpiũ ſemina, maiora & pulchriora in graminibus redeãt, c̃p in terra, uel ab hominibus ſata ſunt, uel ſua ſponte ceciderunt. Quis non ſeminari ſe in terra (ut ita dixerim) lætetur, quæ nos meliores c̃p acceperat reddet: dicente Apoſtolo: Reſurrectio mortuorum ſeminatur in corruptione, ſurget autẽ in incorruptione? Quæ poſſeſſio præſentiũ huic ſpei poterit comparari? Aut quid erit aliud quod ad contemptum mortis attollat, c̃p hæc meditatio diuinis promiſſionibus & prophetarũ uocibus excitata? Quid tale Cleombrotus Ambraciota in Platonis libro diſputante didicerat, qui homicida ſui eſſe non timuit, ac ſe altiſſimo præcipitauit e muro, dum & nullum poſt mortem autumaret eſſe iudicium: & ſine diſcrimine meritorum aliquo, omnes animas poſt corpora æqualiter ferri arbitraretur ad cœlum. Quod adeo omnes pro uero tenuerunt, & ſic omnes illos ſæculi ſapientes una nebula huius erroris inuoluit: ut & ipſe tam laudabilis ut putant doctor Socrates, homicidam ipſum ſe priuatim, ne publice occideretur occiderit. Aliud longe beatus Apoſtolus præmeditatum habebat & cognitum: qui nõ ab hominibus, ſed per reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti, quod docebat acceperat, nec academiæ nemoroſæ obſcuris tectus umbraculis, ſed cœleſti illuſtratus lumine: nec in ludo aliquo litteratorio inter puerulos oſcitantes, ſed in tertio cœlo inter angelos coruſcantes imbutus, in cõtemptũ uitæ præſentis exclamat: Mihi uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Non certe murum de quo ſe præcipitet ad mortem, ſed Chriſtum dominum, per quẽ hoc mortale ab immortalitate abſorbeatur inquirit. Etenim intelligit ei lucrum eſſe mori cũ ſit uita futura cum Chriſto. Sine domino autem nihil prodeſt, etiam ſi totum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum eſſe paſſurũ. Credebat igitur uir ille uas electionis, ſe per Chriſtum dominum noſtrum de hac terra, quæ nunc̃p ſine uſura reddit quod accipit, ſed alia minore, alia plærũq; maiore cum fœnore: ut triceſimũ & ſexageſimũ & centeſimum domino ipſo in

euangelio

A euangelio germina quæ plantauerat sic legente: de qua terra, etiam ueritas quam Pilatus ignorabat: quam nemo utiq; principum huius sæculi uidit: Si ẽ cognouissent, nunc̃q; dominũ gloriæ crucifixissent: de ipsa inquam se Apostolus transformatum corpori claritatis domini in lucentia membra rediturum ait: per Solomonẽ quoq; istud sapientia promittente, cum dicit: Fulgebunt iusti, & tanc̃q; scintillæ in arundineto discurrent. Et ideo in hanc uocẽ: Mihi uiuere Christus est, secur⁹ erupit: in qua utiq; quæ fuerũt merita uictura sunt: qui aũt longe, ut ignorauerũt, ita & ignorabunt. Nũc si uidetur quid sentẽtia illa Solomonica promiserit inquiramus: Fulgebunt iusti, & tanc̃q; scintillæ in arundineto discurrent. Quid est ut quibus flãmarum claritas condonatur, his tam humilis locus ubi discurrant & abiectus offertur: ut loci despectu decrescere uideantur, qui corporum luce creuerunt? Quid est inquã quod astris per arundineta comparati uolitabũt: & in syderĩ forma fulgoris, stirpes terrarum miserrimas permeabũt: cum longe incõgrue misceantur, uel fulgores arundinetis, uel arundineta fulgoribus? Animaduerte oro te diuini uerba mysterĩ: cui ut non de bobus, ita nec de arundineto cura est: aut in resurrectione arundineta quid faciunt, nisi quod nos per omniũ formas, uel pecudum, uel stirpium laborat ostendere: ac per hoc, ut Apostolus ait, pro nobis cuncta scripta sunt. Intellige per arundineti imagines, infideles homines & incredulos demonstrari: Eorumq; corpora, superficie grata & interius cassa uirtutibus, quæ ubi primum spiritus uanitatis inflarit, sibila serpentis imitentur, & sanos partus, uiperarum progenies obsequantur. Scintillæ (inquit) in arundineto. Sancti ergo inter peccatores, quoniam non omnis caro eadem caro. In arundineto ait, id est, uacua luce corpora, & alienis arsura fulgoribus, quibus sanctorũ claritas futura pro pœna est, quoniam deus ignis consumens est, & iusti in imaginem deitatis aduenient. Fecit enim deus hominem ad imaginem suam sicut illum: & Apostolus testatur credere se, quod illi similis sit futurus necessarie. Si enim similis deo fuit cum factus est, & similis futurus est cum resurget: quoniam quicquid nunc in nobis dissimile uidetur authori, id omne uitio transgressionis impressum est: & uiuam ueritatis formam, artifex mendaciorum, strumosis actibus deformauit: suamq; pra-
B uitatem, nostris etiam membris, dum mentes corrupit, inscripsit: quæ per resurrectionis gloriam male adiecta, aut imminuta diluentur: & id solum quod authorem rerum tanc̃q; in speculo reddat emicabit, ut interpolator opus suum se doleat perdidisse, & homo tandem se integrum esse glorietur. Non tamen hoc omnes ut iam diximus: sed iusti tantum in luce erimus: quoniam omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: discretionem ẽ faciet personarum, diuersitas meritorum. Nam etsi inter ipsos sanctos erit aliqua de operatione distãtia, dicente Apostolo: Stellam a stella differre in claritate: quam diuersitatẽ, uel de impijs, uel de peccatoribus sentiemus: quorum alĩ in iudicio, alĩ in sanctorum cõcilio resurgunt. Qui etsi resurrectionis ipsius tempore segregantur, quid de habitu formaq; dicemus? Quæ ut mihi uidetur non uestе aliqua textili, neq; mulierum elaborata pensis, sed suis meritis & orationibus erit inuenta: beato Iohãne hoc in reuelatiõe monstrante, qui sanctos ait, indutos byssinum se uidisse. Et ne forte subtegmina byssini aut stamina quærerem⁹, & materiale, uel corruptibile ac fluxum aliquid exerceri in cœlestibus opinaremur, subdidit, Byssinum autẽ iustificationes sanctorum sunt. Tunc ergo ut intelligo in superficie corporis nostri uenient, quæ nunc sunt tecta sub corpore. Tunc unicuic̃q;, miserum me, conscientia sua uestis fiet, Tunc ea quæ de fundamento illo, quale aliud non potest poni ab uno quoq; superædificata sunt præminebũt: ut aut mercedem accipiat qui mansura constituit, aut detrimentũ patiatur qui arsura cõstruxit. Iam quid illa commemorem quæ sequuntur: quæ tota sanctorum sunt, carnẽ sine terra, corpus sine doloris sensu, animam sine metu, uitam sine fine, ætatem sine tẽpore, lucem sine nocte, beatitudinem sine fine. Video hominem, & in homine deum, quoniam deus omnia in omnibus est. Totum quicquid nunc impossibile homini cernitur: id tum fieri per munificentiam perpetui regis uelare & reuelare, liquescere ac resolidare, eumq; fieri quem & intrare ad discipulos concreta & corporea parietũ ualuarũq; non senserunt: & discipuli tamen stare omnes ante se intus cõspexerunt: & omnia quæ sine hoc corpore dei spiritus fouebat, corpus cum dei spiritu esse fa-

C cturum. Satiari delectatione harum cogitationum Christianitas non potest. Hæc illi requies, hoc oblectamentum est, hæc uoluptas, hæ delitiæ ire mente in sedem dei, ibiq; sibi locum & partem sedis, non sua præsumptione, sed diuinitatis pollicitatione usurpare. Nec hoc illi arduum uidetur, postq; iam ibi in Christo domino suum esse hominem cognoscit. Vendicat sibi æquum ius de cognatione per deum carnis assumptæ, quoniam de carne eius sumus, & de ossibus eius. Ipse enim est caput corporis ecclesiæ, ipse principium omnis principatus & potestatum, euangeliçante sic Apostolo. Ex quo totum corpus sic cõpactum & productũ per coniunctionem & copulatum, crescit in augmentum dei. Quid ergo uenturum iudicium, & diem domini, prijs optabilem & impijs fugiendum? quid illud igneum diluuium non aquarum, fumante terra, fugiente mari, cœlo in libri speciem complicato loquar? Tristia hæc sunt diuitibus sæculi, sed expectanda pauperibus Christi, pro quibus in psalmo dominus suspirat, dicens: Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam. Quid tribunal illud ex maiestate iudicantis immẽsum, & duodecim sedibus adorandum: tantãq; datã a filio potestatẽ: ut in iudicando habeãt etiam angelorum substantias, quasi eorum creator addictas, dicente Apostolo: Nescitis quoniam & angelos iudicabimus? Et quid erit quod nõ mancipandum illis esse credatur: quibus & spiritalis illa nequitiarũ natura subijcenda est? Quid ergo tũc facient qui nunc in honoribus gloriantur: qui per terribiles præfecturas, & fasces, & æternos, ut existimant, cõsulatus: deo se comparare nituntur rapina non natura? Quid faciet qui coniungit domum ad domum? qui perturbata ciuitate, & cunctis quibus stringebatur hincinde limitibus fractis, montes, flumina, mariaq; trãsiliens, quantũ ad ipsum pertinet, unam uult possessionem esse, quæ cõmunis omniũ terra est, & insatiabili cupiditate latitudinem immensi orbis excedens, in Alexandri macedonis anxietatem, & innumerabiles Epicureorum mũdos diffunditur: acquisitisq; per auiditatem mundi huius angustijs, in alium credulus non æstimata proprij corporis possibilitate accenditur, autumans passurum se damnum esse de iure, si fidem non adhibuerit de furore? Quid hi facient, qui tanq; correptores morum, domini familiam attentius castigatiusq; uiuen

D tem, aut in uestibus humili colore, aut in cibi arida parcitate, aut in uigiliarum nõ ociosa sobrietate, uelut aut indumentis mollioribus delicatam, aut epulis copiosioribus saginatam, aut thoris calidioribus oscitantem diuellunt ac uexant, nescientes quod in sanctis dei martyribus confessoribusq; oculi eius pupilla feriatur? Peribunt sine dubio, peribunt in illa die omnes cogitatiões eorũ: nec eos apud tribunal illud, aut Lucius Crassus defendet, aut. M. Antonius, aut istis eloquentior Tullius: quoniam omnis tũc sæculi lingua obmutescet, & sola erit in rusticulis suis facunda iusticia: quæ infantium fecit ora diserta, & mutorum linguas nouum soluit in canticũ, cœlestemq; sibi harmoniam per sui misericordiam de suis ouiculis acquisiuit. Ad cuius gloriam celebrandam, etiam si hominum studia cessauerint, in confusionem generis humani, lapides daturi monstrantur. Sed quo ego a materia proposita, uelut mortalium improbitatem increpaturus excessi? & uniformis mali, tanq; publicus accusator, mundanis uitijs, dum me aliquorũ miseret, non peperci: cum etsi iudicandi tempus esset, lapidem tamen mittere super adulteram non auderem: etsi ad innocentis iudicium purioris conscientiæ me armaret authoritas, tempus tamen expectare debebam, docente Apostolo: qui sanctis non iudiciũ sustulit, sed distulit. Ait enim: Nolite iudicare ante tempus. Illud nempe resurrectionis tempus innuens expectandum, quo per incorruptionis gloriam rediuiua caro miranda assistet iudici: de æternitate iam manente constantia, cum absistet formido de lapsu: non trepidabit tunc in alium ferre sententiam, cũ de se meruerit esse securus. Cæterum nunc cuncta sunt dubia, cuncta nutabunda, dicente: Apostolo: Consyderans teipsum, ne & tu tenteris, qui alium utiq; status tui nescius, facile iudicas de ruina. Quid & si miseris fiduciam ut beatis deus det? præmia potius sanctorum, id est uera laudemus, cq; improuidi, aut intempestiui uel de conscientia, uel de tempore denotemur. Redeamus ergo ad illas sanctorum nobilissimas & lætissimas cogitationes: nam nihil lætius est, cq; mortalem de promissa sibi hæreditate meditari. Illum quidem quem diximus, ante oculos collocemus: quandoquidem securius est uera celebrare, cq; miseranda culpare: licet uera felicia si-

ne pec

A ne peccatorum non possint infelicitate narrari. Cernamus utiq; (ut constituimus) dei san/
ctos cum facibus per omnia uolitare, & coruscantibus ad uindictam dextris, ancipites gla/
dios stringere. Hæc enim est gloria sanctorum dei: hæc in hoc sæculo despicabilis militia:
hæc linguis omnium in detractionibus dissipata. Hic tunc patientiæ nostræ fructus, hæc
sufferentiæ merces erit. Hæc præmia pro nomine blasphematorum, subiectam sibi habere
omnem animam superbam, & omnem extollentem hominem, potentissimos quondam re/
ges mundi, & toto adoratos orbe cum manicis ferreis compedibusq; sistendos, nobilesq;
eorum immanium pondera cathenarum, collo & ceruicibus sustinentes: ante fulgorem il/
lius angusti tribunalis, his quos aliquando contempserant, despexerant, irriserant offeren/
dos. Mutata enim uice, ut hoc sæculum lautorum sit, aliud futurum credere miserorum. Væ ẽ
diuitibus, quoniam perceperunt consolationem suam: sed illis diuitibus quibus dicendum erit:
Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non potastis me: Illis utiq; diuitibus, qui de
iniusto mammona amicos facere noluerunt, qui meditati sunt in cogitationibus suis exube/
rante fructu, quo neminem refrigerabant, noua immensis fructibus receptacula moliri: qui ubi
in crastinum comederent, ignorabant. Anima eorum eo tempore expostulabatur, sub una ta/
men nocte uana sollicitudine occupata, cum thesauriçare non cessauerint, nec defossis inuigila
re opibus omiserint. Hinc Laçarus pauper, cum eo patriarcha, qui peregrinus uixit in mun/
do, lætat' in cubili suo. At dives econtra, in æternis flagrat incendijs, & omni expoliatus digníta
te atq; substãtia, despecti quondam inopis diuinum implorat auxilium: eiusq; uel minimo ex/
optat digitulo contingi, cuius egestatem inter opimas dapes suas, & copiosa conuiuia micis
quidem de mensa decidentibus non sustentabat. Cum itaq; præscriptum iudicium per nos, id
est per sanctos est celebrandum, nobis uindicta in nationes, & in populos est donata. Quod
cum cogitatur, quæ in nobis mens? quis ardor animi? quod desyderium futurorum? quis præ/
sentium contemptus? facilius sentiri q̃ dici potest. Aut quis est, qui non ad ista festinans diss/
solui se cupiat, & esse cum Christo? Aut quid magnum est si pro tantis ac talibus bonis mors
B cõtemnatur, pro quibus etiam hæc uita contemnenda est: quoniam pro his qui perdiderit ani/
mam suam saluat illam. At contra, qui hic saluauerit animam suam, perdet eam. Etenim cum
plæriq; in hoc mundo uelut furialibus flammis, ita sint animi ambitione succensi: ut non opi/
bus conditis, nec patrimonijs, nec ipsis quoq; filijs parcant: quos etiam de auaricia accusati op/
ponere consueuerunt, dũ præfecturas consularitatesq; mercentur: quas potestates & mors adi/
mit, & successor excludit: quæ dementia est non ea potius impensis omnibus & detrimento ui/
tæ ipsius comparare, quæ promotos faciant uel de uitæ æternitate securos, uel de Iudicij perpe/
tua dignitate glorioso? Tempus admonet, & locus ipse suggerit, nec materia uidetur aliena,
quoniã de meritis cœpimus tractare sanctorum: ut infelicissimæ infelicitatis blasphemias dilua
mus, quæ ad hanc uidetur speciem pertinere. Extiterunt enim qui uirtutes egregias & cœlestes
per sanctorum reliquias iam utiq; prope nostris temporibus operantes, maluerunt detractio/
ne mordere, q̃ ueneratione suscipere: antiquum illud uenenum in dei famulos iudaicæ infide/
litatis euomentes, quod illi quondam in ipsum dominum uiperinis linguis & mortiferis sibi/
lis effuderunt, dicentes: In qua potestate hoc facis, & quis tibi dedit hanc potestatẽ? Recitabãt
nanq; nobis iuxta positis, quæ diuinis & beatissimis Geruasio & Prothasio infidelitas stulta
loquebatur: quos dum papæ Ambrosio aliqui decerpere machinantur, uiolare sacrilegis ser/
monibus non timebant: hoc modo rationem miraculorum conquirentes. Quid est istud quod
ex eo quod martyres sunt uirtutũ dona meruerũt? Cur tam tarde quod iam pridem illis cõces/
sum est exercetur? Aut si ea tempestate cum passi sunt, non ostenderunt, quomodo nunc ope/
rati sunt? quid est hoc quod modo uidẽtur ostendere? Aut illos maiores reuelatiõe Ambrosius
fecit, q̃ dignatio martyrij? Agnoscitis ne alijs licet uerbis, ita mendaciter quod de domino pro/
didimus, martyribus ingestum: In qua potestate hoc facis, & quis tibi hanc dedit potesta/
tem? Tepida ut arbitror consolatio, & de liuore generata, quærere an diuinum sit, quod ui/
deas esse diuinum: & rationem poscere cum credere sit necesse. Et cum Apostolus dicat: Cha/

C ritas omnia credit: quis dubitat, quod ſine charitate dei ſunt, qui fidem tantis non appli-
cuere uirtutibus? Negat autem fidem qui quaſi tentator inquirit: Vnde hæc poteſtas? qua-
ſi non manifeſtum ſit in ea ſanctos martyres nunc in ſpiritu miracula facere, in qua po-
teſtate aduerſarios ſuos prius in carne & in paſſione uicerunt. Conferamus pedem contra
iſtos(ſi dici fas eſt)filios Iudæorum: & ut nuper eorum parentem, id eſt iudæum qui ſe in ſa-
crilegio prudentem nimium putabat,dono deitatis oppreſſimus:ita & hũc ſub Chriſtiano no
mine blaſphemiarum ſobolem deſtruamus,per eum qui dixit:Perdam ſapientiam ſapientum,
& prudentiam prudentum reprobabo:ut & nos in triumpho gemino per dominũ gloriemur:
& illi agnoſcant intelligentiam rerum diuinarum in fide catholica,non in ſapientia ſæculi con-
ſtitutam, monente domino: Niſi crediderit is, non intelligetis:ut manifeſtius conſtet, & fideli-
bus patere infidelitatis obſcura,& ab infidelibus fidelitatis etiam plana nõ cerni.Forſitan quæ-
ras pro tua ſollicitudine & uigilantia diligentia q̃ uitali,quæ fuerit illa quæſtio, in qua trophæũ
nobis dominus de falſo Iſraelita donauit.Referam,nec tacebo,quoniam his rebus paginã tibi
amas extendi.Etſi em̃ non congrue,necdum prioribus abſolutis alia cœpta uideantur interſe-
ri:tamen pro te malo aliqua etiam non ſuo ordine loqui,q̃ tuis mihi modo orationibus dona
ta præterire.Quidam de inimicis crucis Chriſti,inter familiares dei & quidem doctores,de ſcan
dalo illo gentis ſuæ,quod in dominum noſtrum ſuſceperunt,ſpiritu blaſphemiæ dominũ pul-
ſans protulit exempla de lege:Et ut quondam pater eius homicida in pinna templi dominum
tentans, quid de ipſo promiſſum eſſet in lege improbus prædicabat: ita hic ne aut minus do-
ctæ perfidiæ uideretur,aut nudum pateret ſine maiori authoritate mendacium:plura ait ,mira-
cula propheta noſter fecit Heliſeus, q̃ dominus ueſter Chriſtus.Nam cum pro magno Laça-
rum de morte in lucem reuocatum eſſe referatis,quid amplius dicere poteritis, q̃ a uiuo mor-
tuum reſuſcitatum? Profero quod uerum eſſe, etiam ueſtra confeſſione cenſetur. Heliſeus em̃
noſter iam mortuus,appoſitis oſſibus eius,mortuum (quem iuxta corpus eius pyratarum fu-
D giens aduentum,ſupremi officij deſerens munus,turba proiecerat)exanimis animauit:& de fri
gidis oſſibus atq̃ exangui corpore,alienum cadauer uitali calore perfudit:nec quod habuit de
dit: ſed alij, quod ipſe tunc non habebat,indulſit.Hoc credo uobis maius cæteris uirtutibus ui-
deatur,mortuum in auras uitales,remiſſum eſſe per mortuum: & eo tempore quo ipſe eſſet na
turali lege conſtrictus,alteri legem ſoluiſſe naturæ.Hoc ſi præſtat cũctis operationibus:cur hic
potior non habeatur,quem tamen prophetam nõ dominum confitemur:aut ſi uel ſimile huic
aliquid noſtis, edicite:ut & honore præcellat,qui fuerit merito uirtutis excellentior. Obſtupue
re ad hæc dicta proceres noſtri, & nullum referentes reſponſum, nec quod telum repercuteret
producentes, pene ſub inani aduerſarij machina, inutiliq̃ ariete conciderunt: adeo ut ille qui
profuga omnium, ut aiunt, eſſe debuiſſet, etiam uictoris gloriam ſine certamine reportaret.
Quod ubi mihi eſt nunciatum,ingemui tantam nobis ineſſe negligentiam:ut nec ueritatẽ poſ-
ſimus aſtruere, cum alij ualeant inculcare pro ueritate mẽdacium:rogatoq̃ domino,quoniam
nihil noſtrum eſt,ut ſuis arma ſuggereret,quo eius ignauiæ auferetur opprobrium: Cedo mihi
inquam iſtum magniloquum dicentẽ:labia noſtra a nobis ſunt,quis noſter dominus eſt? Pro-
feram profecto per eũ,qui diſperdit linguã magniloquã: ut intelligant domino famulum non
æquandum: licet ipſi nouerint Iudæi, prophetas ueteres nulla miracula propriis ædidiſſe uir-
tutibus. Deniq̃ ipſe Heliſeus cum ſpiritu magiſtri hæreditatus,uelut inſolentior donorum re-
muneratione ueniſſet, ſcindere tamen aquas niſi ſub dei inuocatione non potuit. Sed fateor
ipſius hanc quæ propoſita eſt interim fuiſſe uirtutem:ut maior gloria noſtræ fidei ſit, ſi tentato
rem etiam dũ credimus, opprimamus. Quid ais domini blaſphemator? Heliſeus(inquit)ipſe
mortuus alium mortuum contactu ſui corporis ſuſcitauit,hoc loco plene, ut in omnibus do-
mino ſuo ꝓphetæ uirtus aſſurgat,quæ in dño Ieſu Chriſto cũ ſepulchrũ eius lapidibus infideli
tas ueſtra muniret,lapidẽ milites obſiderẽt,credo ne reſurrectio ei⁹ idoneis teſtib⁹ indigeret.Nã
reſurrecturum ſi uolebatis credere,noueratis.Subito em̃ ille infernis terræ cardinibus concuſſis,
cum ſtupore militum & ruina ſaxorum, non alium aliquem, ſed ſe ſuſcitauit in lucem. Heliſei

hæc

A hæc propria dona si fuissent,sibi dare maluisset:nec præstare alij poterat,quo indigeret sibi.De
niq; hoc maius esse,uestri etiam prodiderunt maiores,dum dominum in cruce derriderent, dicẽ/
tes:Alios saluos fecit,seipsum saluum faciat,descendat de cruce,& credimus ei:uestrorum ergo
sententia uincimus.Vestri promiserunt se credituros esse,si præstitisset sibi,quod alijs præstare
consueuisset.Cur non creditis,quod esse præstantius non negatis? Nemo certe hanc habuit po
testatem. Deniq; & dominus dicit de animą sua: Potestatem habeo ponẽdi eam,& potestatẽ
habeo resumendi eam.Recense superbas maiorum tuorum imagines,& patriarcharum retexe
uirtutes,& inueni quis talem habuit potestatem.Quare nõ ei credam,quod possit liberare ani/
mam meam,qui potuit & suam? Plura dicturo,suggessit recordatio,uolumen crescere: & ideo
cursum huius quæstionis esse reuocandum:quoniam adhuc prior illa astat in ianuis:cui æque
sua spatia,& si habenis restrictioribus,tamen adhuc illibata debentur.Et uere non fuerunt ne
cessario in hac parte multa dicenda, ne & ille cresceret: si tamen magnum protulisse aliquid pu
taret se,quod quæreret prolixa disputatione uictoriam:cuius non sapientiam, quæ nulla in eo
erat,sed superbiã, quæ abundabat infregimus.Repudiato uero isto Israelita,uel ne pugnam se
fecisse gloriaret:quãdoquidẽ quæ diximus ad instructionem nostrorum potius, q̃ ad illorum
certamen conflictumq; protulimus,qui nõ tunc uult credere cum uincitur. Ne autem sanctum
canibus impudenter dedisse, aut margaritas porcis sparsisse iudicemur, reuertendum est il/
luc, unde ad istum locum pene præcisis sensuum tramitibus deuiaui:& oues domus Israel dili/
gentius circũeundæ sunt: quoniam si charitas dei in nobis est,quis infirmatur,& ego non infir
mor? quis scandaliçat,& ego non uror? Docendiq; magis sunt,ne usq; ad blasphemias loquã/
tur,si forte aut non teneant,aut non intelligant prophetata.Quærunt an diuina uirtus sit, quæ
nunc cœpit in martyribus apparere. Cuius legis homines hoc requirunt? Nempe Christia/
næ:quæ sic est prophetationibus instructa,ut nihil tam nouum,tam inopinatum nostris tem/
B poribus possit ingruere,quod fides aut admiretur electior,aut blasphemetur infirmior.Omnia
usq; ad dñm,prophetæ ueteres prædixerunt. Omnia post dominum quæ deerant,apostoli ꝓ
phetarũt:beato Paulo per libertatẽ sanctiſpiritꝰ nõ tacente qui ait:Ex parte scimus,& ex parte
ꝓphetamus: non quod omnia nesciat,aut omnia nõ ꝓphetet,in quo præsertim loquitur Chri
stus: sed ex parte de toto ꝓphetat,& ex parte de toto scit.Prophetat nobis,id quod scit illius tẽ
poris esse,quod futurum erat.Quod uero prophetat,uenturæ utiq; prophetiçat ætati.Prophe/
tat autem totum, etsi prophetat ex parte.Hæc enim prophetat:quorũ apertione pars eius tem
poris,quæ usq; ad finem supereſt,indigebat.Ex parte ergo prophetat, quoniam iam ex parte
fuerat prophetatum:& ideo propheta sciebat uentura quæ prophetabat.Cuius uel prophetiæ
particulas, plenitudo, ut ipse dixit,temporis aboleuit,hoc modo:Cum uenerit quod perfectũ
est,quod ex parte est,destruetur:scilicet cum in conclusione mundi,nec scientia maior,nec pro/
phetia ulterius sit quærenda.Deniq; intelligentiæ istius uirtutẽ,ut apertius demonstraret,sub/
iunxit:Videmus nũc per speculum in ænigmate:tunc autem facie ad faciem. Per figuram inte/
rim sunt uniuersa,& quibusdam imaginum lineis obumbrata,ut infirmitas carnis nostræ,terre
naq; substãtia,magis se ad spiritalium extenderet ueritatem,ut ea illi desyderium pulchritudi/
nis suæ etiam per speculum tenuiter ostensa faceret: quantaq; ipsa esset in sua substantia nos
doceret:cum tam admirabilis etiam in repercussis luce sua ænigmatibus appareret: & ideo nũc
per speculum pollicita conspicimus:non tamen propter uirtutum merita possidemus,& osten/
sa adhuc miramur,non tradita tenemus.Tunc uero prophetia sciẽtiaq; cessabũt,cum in ipsam
promissionum omnium uirtutem,quæ promittebatur erit ingressus.Hinc etiã prophetia sem/
per obscura est,quod alio tempore canitur,alio cernitur.Quod dicitur,dum non uidetur, quasi
non prædictũ non creditur.Deniq; Esaias cũ redemptionem nostrã tanto ante in uirginis ute
ro meruisset agnoscere,eamq; uelut iam præsentem populo demonstraret, dicens: Ecce uirgo
concipiet,& pariet filium & uocabitur nomen eius Emanuel:præsentem & futuram infidelium
Israelitarum turbauit ætatem.Nam & illi ueteres prophetam suum, quoniam non uiderent
quod ostendit, interemerunt: & hi prophetatum sibi,quoniã ꝓphetiã nõ receperũt, occiderũt.
Quod nobis etiam ut non in dei martyres accidat, præcauendum est, si eos quos prior ætas in/

secuta

C ſecuta eſt,noſtra blaſphemet.Et quoniam ut diximus,quod prædictum fuerat,uenit: uenturũ nihil eſt,quod non fuerit ante prædictum:domino ipſo ſic dicente: Ecce prædixi uobis omnia, Videamus potius ſi hæc aliquando maiorum auribus probantur infuſa, quæ modo noſtris oculis tanq; impleta finguntur. Videamus ſi hæc omnia operatur unus atq; idem ſpiritus. Si deniq; nec angelus de cœlo euangeliçet,præterq; euangeliçatum eſt nobis:licet ipſæ quæ fiunt uirtutes dñi per dæmonum tormenta teſtentur,quando Satanas non deiſciat Satanam: quia uniformitas nequitiæ,indiuiſa naturaliter ſocietate conflata,ſimilitudinis acceſſione non detrimentum ſui metuat,ſed capiat augmentum.Nam & multos in unius formam legionis prauitatis ſpiritus & iniquitatis uiperinæ confœderatio conglobauerat:nec ſibi oberat multitudo,quæ ſicut acquirebat miſeram ſociata infirmitate uirtutem:ita formidabat incurrere diuiſa permixtione inanis ſubſtantiæ uacuitatem.Sed hac parte interim argumẽtationis omiſſa,ſicut propoſuimus,ea quæ in eccleſijs domini,ſanctorumq; cœmiterijs admiramur, credenda eſſe diuinitus fieri, ſi prophetata fuerint, comprobemus.Atq; in hac tam dura difficiliq; materia, nec ab aliquo antea pertractata,dominum conſulere deberemus:ſi ceſſante merito,repudiari non timeremus pre audacia: quoniã quæ ipſius ſunt,nemo extra ipm poterit explicare.Etenim mirũ unde miſeris tanta fiducia:unde eſt interpellandi dñm familiaritas tam amica: ut in hanc uocẽ audeamus erumpere: Oſculetur me oſculo oris ſui? Quis tantum cõcepit optatum? Quis tam grandia uota,ſui æſtimator negligens ſuſpirauit: ut ipſius os cominus concupiſcat attingere? Atq; uel utinam nos eorum dignetur oſculo, quos ipſe dignatus eſt oſculari: ut in ſecundis poſtremi tertijſq; ſiſtentes:de eorum labijs aliquam ex parte ſcientiam trahere mereamur, qui totam ſapientiæ plenitudinem de domini ipſius ore didicerunt. Quãq;,etſi magnorum meritorum priuilegijs fulciremur:poſita erãt in exemplis, uelut alta quædam repetita fundamina uerecundiæ:ne quid indecens & inordinatæ præſumptio leuitatis auderet. Quid nam electius
D beato Petro? quid ad ſpem erectius? quid liberius in fide, quem oris ſui oſculo dominus ſe oſculaturum eſſe promiſit,dicens: Tibi dabo claues regni cœlorum. Et illud: Super hanc petrã ædificabo eccleſiam meam. Tamen hic pondere ſe quodam pudoris incuruans,fiduciam quam elatior habebat ex merito,uerecundior ad interroganda ſubmittit: cum in cœna domini,non per ſe quis dominum eſſet traditurus inquirit, humiliterq; pudibundus oſculum domini,ore petit alieno:quod illi etſi apud dominum fiducia erat,ut ſubinde etiam homini inconceſſa præſumeret : ut ibi,cum per maria gradientem dominum audet poſcere,ut ipſum pariter ſolidata ſub ueſtigijs aquarum terga ſuſtentent:aliquid ſibi diffidentior,ſed cõſultior nobis,quibus ſuo actu imitabiles formas tanq; in ſpeculo collocabat.Si per legatum præſciẽtiam domini cautus explorat:quid hac inſtructiõe dignius? Quid hac cõſulendi arte ſubtilius? Quod nos facere debemus, quibus cũ fiducia nullius ſit meriti,debet eſſe ſaltem pudor exẽpli:imitantes uel in hac parte beatum Petrum,qui non ſolum qua humilitate:uerumetiam per quæ ad deſyderata peruenire poſſimus,oſtendit.Ab illo abſolutionem quæſtionis huius,quem ipſe non erubuit interrogare,quæramus.Ab illo inquam,qui in ipſo domini pectore,uelut ſup arcam noui ueteriſq; teſtamenti recumbens,non modo ad ueſtibulum aliquorum diuinorum oraculorum diligens inquiſitor acceſſit,ſed ipſum penetrale ſecretæ diſpoſitionis, tanq; familiaris ſacerdos intrauit. Et ideo ſolus uidit in principio uerbum,quando illi uelut exterior ſacroſancti templi ara, ſic interior metienda comittitur.Ipſe nos de eo libro,quem ſeptem ſignaculis clauſum fleuit, reſeratumq; lætatus eſt,non per aliquem pſeudotypum, ſed per patentes ianuas in ſuum pectus ueritatis inducat.At qui ne dum conſulitur,immoremur, præuenit inquirẽtes,etiã præſcientiæ compendio:quod trepidum aliquando noſtris mentibus futurum cernebat, illuminat. Reddit em̃ uelut percunctatus reſponſa de Pathmos.De eo utiq; loco ubi cœlorum ſecreta,præcluſa Cæſari non alienus intrauit, & angelorũ ſacramenta pulſus ab hominũ cõuerſatione cognouit. Ait em̃: Vidi ſub ara dei,animas occiſorum martyrũ propter uerbũ dei,& teſtimonium Ieſu, quod habebant: & datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ, & clamauerũt uoce magna dicentes: Vſq;quo dñe ſanct9& uerus nõ uindicas ſanguinẽ noſtrũ ab his qs in terris habitãt? Et datæ ſunt eis ſingulæ ſtolæ albæ,& dictũ eſt eis,ut reqeſcant adhuc paruo tpe donec cõpleat numerus cõſeruorũ & fratrum

A fratrū eorū,qui occidētur poſtea exēplo eorū. O Apocalypſim uere diuinā,& tanto apoſtolo merito confeſſionis tempore patefactam, ut magis ad tolerantiam durarētur, cum illi paſſorū merita monſtrarentur. Non ergo errandum eſt, per folia ſibyllarum:quarum ut paginæ incertis mundi malis ſpiritibus luctabantur:ita loca uentis huius aeris turbabantur.Ecce euidentiſſime Apoſtolus hoc quod habebat enucleat, & obſcuriſſimæ quæſtioni lumen infert. Senſerat hæc aliquando dicenda, quæ nunc ſiniſterior lingua, tanc̄ oleo mollitis arte ſermonibus,in audientium & ſuum iaculatur interitum. Et propterea,uidi(inquit)ſub ara dei animas occiſorum martyrum. De fide teſtis nullus ambigit: teſtimonium uentiletur, intelligentia reſponſi nutet,non dicentis authoritas. Ac primum iſtud eſt animaduertendum, quod animas occiſorum martyrum Apoſtolus teſtatur ſe uidiſſe:ne quis, cū de muneribus diſputare cœperimus, poſt reſurrectionem dicat tribuenda martyribus, quæ adhuc animis docentur indulta: præſertim cum iſtud aſtipuletur nobis, quod de mora iudicij cōqueruntur: quā reſurrecturus utiq;, non qui iam reſurrexit,accuſat:quoniam aliud eſt poſcere ut teneas,aliud iam tenere.Stolæ autem martyrum donantur exercitui:& tanc̄ tantæ libertatis ingratus,magna cœlum pulſat inuidia de tarditate uindictæ, quia non leui pondere ſermonis exprobrat, dicendo: Quouſq; domine: hoc eſt dicere,quouſq; non uindicas, quos ſtatim uindicare debuiſſes? Quouſq; domine,hoc eſt dicere:nunquid non ultra finem differs ſæculorum? Nam iam ad finem uſq; peruentū eſt,& de noſtra ultione nō loqueris. Quod cum dicūt,mirabiliter ſubiungunt:Non uindicas ſanguinem noſtrum ab his,qui in terris inhabitant? Ergo non quouſq; ſi adhuc illi mortales uerſantur in terris,qui domini famulos fuſte,lapide,ungula,flagris,plumbo,ferro,beſtijs, igne ſunt perſecuti. Quouſq; enim imputatio eſt prolixioris ætatis: ut aut quouſq;,ſit ſine fine: ſed adhuc perſecutores morantur in carne: aut illi uita exceſſerunt: etiam ſi in terris habitant, ſi quouſq; non fallit. Sed nihil falſum profertur a teſtibus ueritatis: & ideo magis interpretatio,non fides quærenda eſt,quæ ſub obſcura elocutione non excluditur,ſed uelatur. Cum ergo dicunt: Quouſq; domine ſanctus & uerus non uindicas ſanguinem noſtrum, ab his qui in ter/
B ris inhabitant:non eorum mortalium ſanguinem morteſq; deſyderant, qui in eos quondam, aut populari ſeditione ſæuierunt, aut tribunalibus ſuffulti, capitales ſententias promulgarunt,quoniam in terris adhuc inhabitant. Nec fas eſt ut accuſentur defuncti,qui dum uiuerent ſunt defenſi his uerbis: Ne ſtatuas illis domine hoc peccatum: ignorant enim quid faciunt. Quod ſi inter paſſionum tormenta,& amaros mortis dolores: tam pie quilibet, pro iniuſtis, pro impijs,pro cruentis,pro blaſphemantibus ſupplicarunt:ſi eo deniq; tempore,quo ipſe anguſtiarū ſenſus extrema patientiū poterat excitare ad maledictum, precatio pro homine fuſa eſt: quis non intelligit,non mentes martyrum,ſed perſecutorum perſonas fuiſſe notatas:eoſq; appeti,quos in terris adhuc inhabitare credendum eſt illo tempore, quos quidem ignorantia non defendit,non eos qui in terris habitare iam per conditionem naturalis ſubſtantiæ deſierūt,& olim ab ipſis martyribus ſub ignoratiōe ſunt excuſati? Qui iſti ſunt nō ignoramus? Spirituales ſine dubio nequitiæ & tenebrarum poteſtates,quæ & in terris adhuc inhabitant, & non cum ignorantia in dei famulos peccauerunt. Nam cum ipſi domino dixerint: Quid ueniſti ante tempus torquere nos:quomodo eius famulos neſcierunt, quos nec perſecuti eſſent,ſi eius famulos ignoraſſent? Ergo cum perſecuti ſunt,ſcierunt quos per tormenta a domino ſuo detrahere conabantur.Ac inde cum beati martyres pro hominibus intercedunt, eoſq; ignorantiæ excuſatione defendunt:ſequitur ut ſcientes teneantur in crimine, quiq; ipſas ignorantiæ tenebras hominibus ſuffuderunt: quorum furor etiā impietates excuſat humanas:quos non alios dicere poterimus, c̄ qui etiam ſuis non amici ſunt, dum eis non permittunt eſſe quod bonū eſt;etiam dei famulis inimici ſunt,dum eos quod bonum neſciunt,perſequuntur. Poſt harum ſanctarum animarum querelam,ſequentia uideamus. Et datæ ſunt ait eis ſingulæ ſtolæ albæ. Quid hoc eſt quod iterum ueſtiuntur? Nam prius ut ſcriptum eſt: A deo ueſtes ſunt conſecuti, & nunc indumentis gemina libertate donantur. Quæ utiq; ueſtimenta cum ſpiritualia ſint, nō poſſumus uereri,ne illa quæ prius data ſunt,extra uideātur:nec ſane querela generata eſt. Igit quoniam diuerſitas ipſorum & ſignificatio ueſtium,non ſine myſterio eſt;intelligere debemus

donorum

donorum uarietates & operationum diuitias: quoniam omnia ſubminiſtrat unus atq; idem ſpiritus. Accipiunt ergo ueſtes prius ubi per confeſſionem corpora poſuerunt: credo ut ueſti-
ti, non nudi inuenirentur. Rurſus accipiunt alia ueſtimenta poſt interpellationem, imo poſt im
mutationem tam longæ patientiæ ſuſtinentiæq;. Quæ utiq; cum accipiunt: quis non intelligit,
ut noua illos ueſte, ita uirtute perfuſos, qua nunc emicant & apparent? Quod ſi aliud poſtulaſ
ſent, aliud accepiſſent, aut dona reſpuerẽt, aut amplius quærerẽt irriſi. At cum nec irridere illos
dei ſit, quibus magna promiſit: & hi poſt ſecundam magnificentiã non querantur, dubitamus
ne ad conſolationem querelarum eam ſpeciem pertinere, quæ uindictam poſtulãtibus eſt do-
nata? Ac ſic ad cõſolationem, quæ maior conſolatio poterit inueniri hac poteſtate qua dæmo-
nes, id eſt, ſuos perſequuntur inimicos? Nam ſi ſtolas iſtas ad ſpeciem noſtrarum ueſtium con
feramus: alias quoq; aliquas, ne in his reponendis egeant, inquiramus. Sed hoc ridiculum eſt,
quod ſtatim occurrit, quia a uera & neceſſaria interpretatione diſcedit. De uindictæ mora gene
rata eſt querela. In finẽ utiq; temporum, id eſt noſtrorum: in nos eñ fines ſæculorum deuene-
runt; ut mora credatur, ad hanc diluendam ſtolis animæ ueſtiuntur: ne omnino nudæ ſine
maiori protectione putarentur. Alia eñ ratio animarum eſt corpore expoliatarum, alia homi-
num adhuc in carne uiuentium. Nobis ouium uellera & operatio mulieris, indumenta procu-
rant: illis faciunt merita ueſtimentum. Cum ergo poſt querelam martyrum, animæ ſtolis ami-
ciuntur, diuina protectione donantur, qua ſe ſuperueſtiri etiam ille uas electionis optabat: quã
ueſtem Adam cum amiſiſſet, etiam in paradiſo nudus inuentus eſt. Deniq; indicat operatio
quid ſtolas intelligere debeamus. Si poſtulaſſe uindictam martyres credimus: ergo ad conſo-
lationem credimus interim aliquid accepiſſe. Si propter ſtolas uelut quaſdam ueſtium largitio
nes querela ſedata eſt: cur non hæc & prima dona meruerunt? Sed quoniam ut dixi, uirtutum
uarietates, qbus diuinitus præclare animæ muniuntur, in ſtolis ſunt deſignatæ: ideo poſt ſecun-
dam munificentiã, iuxta poſtulatiõis formã, in eos ꝓſecutores, qui in terris inhabitant, quid cõ-
ſecuti uideantur, oſtendunt, quid adhuc etiam habituri erunt: dum pari perſecutione cõſeruos
D eorum, donec prædeſtinatus teſtium numerus impleatur, occident. Hic & iſtud nõ ocioſe eſt ac-
cipiendum, quod inter duo perſecutionum tempora, hæc martyrum uox præceſſit, ut deſignẽt
illos blaſphemare, qui eos noſtro tempore noui aliquid conſecutos fuiſſe mirantur. Nam & cũ
fuiſſe crudeles ꝓſecutiones uideamus, & uenturas credamus: medium ergo iſtud tempus quo
martyres qui præceſſerunt remunerantur, hoc noſtrum eſt. Et ideo nunc operantur, non de me
rito quod ſemper habuerunt, ſed de uirtute quã nuper adepti ſunt. Forſitan moueat aliquem,
quid ſit quod expectare iubeantur: ſi iam ad maturitatẽ pœnæ iudicium dæmonibus illatura
uirtus erupit, reſurrectionẽ ut ſuſtineant admonentur. Cæterum hæc illis gloria, & in Dauid car
minibus fuerat promiſſa his uerbis: Lætabuntur in cubilibus ſuis. Dum ſepulti ſunt, utiq; læta
buntur. Cubilia poſuit pro ſepulchris, de quibus & reſurrecturi ſunt, cum uoce archangeli &
tuba dei fuerint excitati. Cubilia ergo uere dicuntur, in quibus nunc quieſcunt. Et ſi lætabuntur
in cubilibus ſuis, prius hoc futurum erat, nempe cꝫ ſurgerent de quiete, ſurgerẽt de ſepulchris.
Quod adeo impletum eſt, ut in cubilibus ſuis illos ſine dubitatione gaudere uideamus. Nam
quæ alia talis gratulatio animas illorum poterit intrare, cꝫ cum ante ipſa cubilia: id eſt, ut dixi-
mus ſepulchra ſanctorum, ibi eos inimici ſui quos ſe quondam occidiſſe credebant, nunc & ui-
uere, & ulciſci ſe non ſine tormentorum acerbitate profitentur? Hoc illis ſtolæ iſtæ, quas itera-
uit ſpecialis largitio contulerunt, per eas & qui non nominabantur implorantur, & qui neſcie-
bantur, celebrantur, & qui non uidebantur, apparent. Has ſtolas ut legimus, hucuſq; nõ habue-
runt, ſed nũc habere cœperũt. In hac forma mulier illa in Solomone laudatur, quæ duplices ue-
ſtes facit uiro ſuo: unam in patientia paſſionis: alteram in uirtute uindictæ. Sic nobis legere ſan
ctum atq; pium eſt: alias nec loqui debemus, ne uel infidelitas noſtra, uel ignorãtia in tenebras
gentilitatis blaſphema diſputatione deſcendat: cum prophetia ex eo præceſſerit, ut uẽturis lu-
men inferret. Nunc ſupereſt, ut credenda ſint diuinitus fieri quæ probauimus & promiſſa: nec
tantum promiſſa, quantum & poſtulata. Quod ſi & poſtulata ſunt, & non aliꝭs cꝫ poſcentibus
attributa, quid mirũ eſt: ſi aut quod poſtulauerant, aut quod gaudent ſe ante accepiſſe, non oc-

cultant

A cultant. Exigunt pœnas ab his qui inhabitant in terris: quos accusatio comprehẽdit, hos uirtus impugnat. Ipsi eñ inhabitant in terris, qui possident mentes hominum terrena possidentium; quos cum martyres ad supplicia deposcunt, etiam pro his quos possederant deprecantur. Denicꝫ & ipsa mirabilia sua sic agunt: ut eos a terrena habitatione, id est ab obsessis terrenis hominibus excludant. An calumniamur cur dæmones torqueantur, & fauemus inimicis? Martyres contra ipsos pene inuidiosa indignatione insurgunt, & sustineri illos tanto sæculorum spatio conqueruntur, & nos fingimus nos mirari quid istud sit, quasi non debeant uel nostro tempore soluere, quod ab Adam merentur? Quod autem istud miraculum Mediolani uidetur primum exortũ, uel bono Ambrosio proprie præ cæteris fuisse concessum, quis non uidet fidẽ nostram propter Arrianorꝫ perfidiam diuinis testimoniꝭ approbatam? Nãqꝫ cũ in Italia catholica fides intolerabilem tyrannidem sub Auxentio sustinuisset: tandem donante domino libertatem ueterem, & iam eo tempore quo prædicto Ambrosius substitutus est, respirauit: huic tamen ipsi in aduersariorũ confusionem & nostram spem scilicet, omnis cœlestium gloria, omnes etiam martyres consensere: qui cũ iampridem apparendi haberent tempus, hominẽ cui se proderent inquirebant. Illum certe, cui sub ea fide reuelarẽtur, qua martyria fecissent. Sic donatum est Ambrosio, quod Auxentio denegatum est: quoniã quæ Auxentius blasphemabat, Ambrosius prædicabat. Sed cum hæc uirtus martyrũ per omnes prouincias sit itura (omnibus eñ non Ambrosio soli sine personarũ acceptione donanda est) necessario tamen primũ in Italia processit, cui infidelitas Arriana fuerat dñata. Quoniã signa nõ fidelibus, sed infidelibus donata sunt, Nã a dño q signũ postulant, infideles sũt: scribæ postulant: pharisæi postulãt, Apostoli tacent, & credũt, & sequũtur. Et ꝓpterea nõ mirandũ, quod diuina uirtus operat̃ per sepulchra sanctorum, quod nec his remediꝭ potuit hæretica mens curari: ut uel tandem episcopum eum sequeretur, cui cõmunicare etiam martyres ipsa reuelatione suarum uirtutum dignatione uidissent.

B Nunc ad meditationẽ perfecti hoꝭ redeamus: ex qua cumulus iste, priusꝯ mẽsura illius expleret, excreuit. Et hæc disputatio est iꝑarũ meditationũ: de qbus Dauid dicit, quoniã beatus q in lege dñi meditabitur die ac nocte. Et sane difficile est, siluã legis ingresso, singularũ quæstionũ materiam segregare: cũ altera alteram ueluti ramulis quibusdam: ita societate præceptioniꝭ attingat: ut sine alterius inchoatione, cœpta non ualeat explicari. Ecce hæc ipsa, hominẽ illum nostrum nosse ꝯ pulchrum est, solum in talibus nõ stupere, cum reliquis solum quasi quibusdam fortuitis non moueri: distinguere operationũ species. Et quia & ipsi dæmones operantur, intelligere naturas quæ uera sint quæ falsa, quæ nouisse, est non decipi, non errare, non inimico assignare quæ dei sunt, nec deo adiudicare quæ sunt dæmonũ, scire tẽpora, signa cognoscere, habere dñi cognitam uoluntatẽ: & alia dei mirabilia cũ gratiarũ actione uenerari: alia cum digna execratione uitare. Talem uirũ etiam sæculi homines laudauere, dicente Vergilio. ¶ Felix qui potuit rerum cognoscere causas. ¶ Bona sententia, si ad eam suo itinere uenisset, ut appareat illũ ignorasse quod laudat: primis omissis quæ sunt secũda celebrauit. Nã & ordine ꝓpostero etiã sapientis uertit officium, dum non rerum cãusæ, sed rerum creator inquirendus est, per quem ad causas rerum, si ipsum didicerimus intrabimus. Cæterũ illo omisso, causas rerum qualiter cognitas habere poterimus, cum quis prius hæc fecerit, deinde quare fecerit, sit inquirendũ? Verũ reperto rerum authore, rerum quoꝫ inuenimus & causas. Quod iste usꝫ adeo nõ uidit, ut principalem locum hunc, quo rerum causas potuisset agnoscere, prædicaret, secundum quod subiungit, qui deos tanꝯ minus opus exequens adorasset: ut quiuis agnoscat eos creatores rerum nõ fuisse, a quibus cognitio rerum, quasi aliena disiungitur: nec coli oportere, si hæc quæ laudantur, ut prima præstare non possunt. Nesciunt autem ea, quorum opifices non fuerunt. Denicꝫ & inuentione illorum diꝭ suis detracta, humano eam assignant ingenio. Illis scilicet qui sapientia excellunt, quod idola non colunt: ut iam diꝭ eorũ homo sit potentior, si ad hæc quæ diꝭ ipsorum ignorant, altiori cogitatiõe peruenerit. Ab his autẽ deos præcipit coli, qui plene præ stultitia rerum causas non queant inuenire: quorumꝫ præcordia, ut ipsius uerbis utar, frigidus sanguis includit. Adhuc homo noster & deum colere principalem, scit esse sapientiam, & rerũ causas compertas habet: non quærit ex syracusia ratione sæculi sapientis eminere: sed illo docente

C quem colit,quem ante inquisiuit ꝯ rerum causas:quoniam res ipsas rerum conditor antecedit: qui illum monuit, quæ quibus essent uentura tẽporibus. Cuius dispositionẽ,sine ipso qui dis/posuit,nullus agnouit:quoniam neuo scit quæ dei sunt,nisi spiritus dei. Nos uero ut Apostolus ait:Non spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex deo est: & ideo quæ ipsius sunt, non edocti humanæ sapientiæ uerbis, sed spiritu dei,& eius superfusa nobis dignatione calle/mus. Hæc est illa stulticia sæculariũ, hæc sapientia uocatorum,cogitare semper in corde: Quid retribuam dño pro omnibus quæ retribuit mihi? ipsum habere semper in ore, quoniã uerbũ est: esurire eum, quoniam panis est. Ipsius spiritu etiam ebrios mente excedere, quia calix est noui testamenti,& uinũ de uinea,quã de Aegypto ante transtulerat,quæ uinea populus Israel fuit:quorum patres ex quibus dñs Iesus Christus,secundum carnem processit. Illũ loqui omni tempore:quoniam linguas nobis nouas,spiritus eius aduexit. Quæ sunt autem istæ linguæ nouæ,nisi istæ, in sæculo esse,& sermonem de sæculo non habere:alijs linguis loqui populo, ꝯ loqui populus secum ipse consueuit? Præterea & istud est loqui alijs linguis, deum cõfiteri unum, ab eo qui plures deos solitus erat confiteri: & ipsum in nostra fide, nouis linguis unum loqui & profiteri,& credere trinitatem. Illum quoq; amare,quia interpellat pro nobis: metuere,quia pater omne iudicium dedit filio. Illum momẽtis omnibus adorare,ab illo petere necessaria nobis & ipsi placita:qui peti se uult,adeo ut poscẽti uerba hæc demõstret. Qui qđ est nouũ inter nos,solus petentes se amat. Qui etiã solus,quod mirabile est,iracscitur nisi petat. Infidelitas em̃ est nihil p̃sumpsisse de deo. Nihil illũ credit posse q qđ iudicat posse,non poscit. Hæc est illa fili dilectissime angusta uia,hoc illud acus foramẽ,p quod nõ introeũt sarcinati,aut animalia ponderibꝰ attributa: Quoniã angusti & pusilli aditus,nõ solũ informia hæc cũ oneribꝰ iumẽta non capiunt:uerũetiam ipsum nostrorum oculorum,si multimodis distrahatur, frustrantur obtutum. Vnde & dñs per prophetam ait: Vacate & uidete:& quãdo erit ut possit intrari,quod per occupationes sæculi necdum cœptũ est inueniri. Impleuimus diuisionibus suis propositas quæ

D stiones,exteriorem hominem interiorẽq; monstrando,cũ uitam quæ sit sancta, & in quo actu posita, quo studio teneatur,qua substantia uegetetur, ostendimus: totumq; cursum eius breuiter:licet saltibus potius si dici potest,ꝯ passibus,pro festinatione ad finem usq; perduximus. Nunc quare non ab hominibus etiam istius mundi uideatur: accipe rationem: quandoquidem te mea uerbositas delectat,quã negligẽtius iudicas, dum attẽdis studiosius ad diuina. Cũ ille qui primus nobis mortis semen inuexit,mundum istum,id est passionẽ hominis,uicto sibi homine subiugasset,regnumq; illius ipso rege iam capto,sub pedibus suis & ditione cœpisset: eaq; omnia quæ in mundo sunt,uelut suis peculijs,& uictoriæ suæ manubijs uteretur: ne quando homo amissam sapientiam,aut debitum sibi uitæ quæreret testamentũ, sic cũctis fucis suæ artis infecit, ut & stulticiã sapiẽtiæ colore uestiret,& mortẽ mẽtitæ uitæ lenocinijs obumbraret, ut mala non fugerent,qui non cernerent opposita meliora. Deniq; ex illo tempore sic passim humanum genus graditur:stulticia pro sapientia habetur,dicente psalmista:Quoniã laudatur peccator in desyderijs animæ suæ,& iniquus benedicitur. Tunc uita putatur esse quæ mors est: & sub specie boni mala decipiunt,cum ad intelligentiæ fraudem,dolo bonorum omnium uirtus operitur. Nam diuitiæ non secuturæ post hominis mortẽ amantur. Honor fascium qui per successorem exolescat,ambitur:iniuriã fecisse uirtutis est:aliena possidere,potentiæ est:innocentem circũuenire astutiæ est:non Christum sapere,sapientis est:prophetam horrere, eloquentiæ est:sic plena sunt omnia erroribus, sic infusa per hominum mentes caligine, alium alio incursante mundus inuoluitur,& ad hoc usq; ueritas obscuratur:ut in mortis gremio iacuisse beatitudo dicatur. Quod ubi ille deus,nos semper cogitans & nostra,uidit per sapientiam mundi qua sibi mundus colluſor interpolatores inuenerat, suam sapientiam fuisse desertam, placuit etiam ei econtrario aduersus astutiam ueteratoris,sapientiæ suæ diuitijs innumerabilibus uti, & scientiæ altitudinẽ,quam nullus poterit inuestigare sicuti est,& suam sapientiam stulticia uelare,& uitam suam mortis quadam obscuritate celare, ut ad sapientiam peruenire non posset, qui in hoc sæculo opinionem stulticiæ fugisset:& ad uitam eius non accederet,qui non contemptum mortis habuisset. Nãq; sic filium saluatorem nostrum misit in hominem, id est sapientiã

suam

A suam carne ueſtiuit, quod ſtultum eſt: uitam ſuam pati crucem fecit, quod mors eſt. Sic aduerſis aduerſa deſtruxit, & per diſſimiles ante ſæcula operationes ingenij artificis illius machinas eliſit: ut partibus quibuſdam ſalutaribus ueſtigijs, licet impreſſa, mortifera illius ſtigmata delerentur. Sed hoc ſtudium niſi concupierimus, quoniam quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus, ſapientiam eius non tenebimus. Hanc mortē quod crux eſt, niſi amauerimus, quoniam quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus, uitam eius nō poterimus intrare. Quid igitur ſequitur: niſi ut relicta ſæculi & ſapientia & uita, & ſtultos nos haberi patiamur, & mori nos cum domino ſemper optemus: ut in ſpe aduentus eius, qui utriuſq; rei erit reuelatio, partem aliquam habere mereamur. Tunc em̄ ſciſſis omnibus uelamentis, talia qualia ſunt ſingula, cuncta cernentur: id eſt, & ſtulticia mūdialis falſæ ſapientiæ inuolucris denudata ſiſtetur, & mors mentitæ beatitudinis deoperta uelamine, inhiante ſemper ore & patenti in profundum gutture, uitalium inimica prodetur. Tunc & cœleſtis ſapientia, quæ ſæculariter ſtulticia nominatur interpoſita, altitudinem ſcientiæ dei, ſine alicuius labore elucubrationis intrabit, & uera uita nullis mortis tenebris obſcurata lucebit, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cui eſt honor in ſæcula ſæculorum amen. Vides o fili qua ualetudine laborat animus ſuſpecti qui iſta non cogitat. Corpuſculo adhibui palpamenta, quod ſi negligerem, anima plus ualeret, quæ tunc infirmatur cum exterior roboratur. Sed iſtam quam dixi animam, morbo ſtulticiæ uitiatam, orationum tuarum frequentatu ſanet: cuius anima ſæculi intemerata flagitijs poteſt alijs ſubuenire. Non em̄ eger ſalutis ſuæ adhibere poteſt medelam egrotatione conſoſſis: & anhelans altitudinem plagarum, uulneribus non medetur alienis. Sanus qui ſit, certe curabit infirmum, oculatus cæcum per præcipitia ducit. Tu itaq; ut & ſapiens domino ſupplica: ut quod non ſapui ſapiam, & tuis ſuffragijs uelut quibuſdam remedijs me fac ſanari. Reprehendat aliquis quod intantū delectabili diſputatione proceſſerim: ut meritorum meorum reſipiſcentiam non haberē: aut ſubito auguſtam Moyſi cathedram indignus talium diſputator aſcenderim. Sed uere amore id egi tuo, nō uſurpatione mea. Nam ego dictum legeram pec-
B catori: ne domini auderet narrare iuſticias per os ſuum. Quod ſi contra interdictum pro tua dilectione præſumpſi: in eo tua gratia cōpenſare dignabitur: ut litterulas quæ ad plenū emendatæ non ſunt (ſicut ipſis apicibus quibus exarantur apparet) tam facile ad publicum non perducas: at ſi ego uerecundus pro me eſſe non potui ut debui, uel tua modeſtia uerecundiæ pareat meæ. Et quia de me habent quod male ſcriptæ ſunt, de te habeant quod celentur. Vale, & nos in domino dilige in quo diligeris a nobis.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Præterquā quod totus ſermonis habitus, modis omnibus diſſidet a dictione Hieronymiana, uel hinc deprehendi poterat ab alio ſcriptam fuiſſe, quod in plæriſq; codicibus, non erat aſſcriptum nomen eius ad quem fuerit ſcripta, quod diuus Hieronymus nunq; ſolitus eſt omittere, niſi cum eſt argumentum odioſius, uelut ad matrem & filiam de ſuſpecto conuictu, præſertim quoties uerſatur in argumento declamatorio, in quo ſtuduit exemplum proponere magis q; rem narrare geſtam. In cæteris nō ſolum aſſcribit uocabulum, uerū aliquid laudis admiſcet epiſtolæ. In quibuſdā aſſcriptū erat ad Cteſiphontem.

## INSTITVIT AMICVM IN SCIENTIA DIVINAE LEGIS.

PRæſumptionem meam excuſare conarer, ſi me non & tēpus & cauſa ſimulq; tuerentur & charitas: & ſi nunc propria magis uerba q; diuina uellem tuis auribus intimare. Accedit inſuper quod exhortatio noſtra habet ex ſimplicitate fiduciam, & ex ueritate uirtutem: quia non de immundicia eſt, neq; de errore, neq; de dolo; hoc plane præmoneo, ne cōtēplatione mediocritatis meæ, dñi uerba deſpicias, quæ pio affectu tibi nūc eccleſiæ paruulo, ad cōfouendam infantiæ nouitatē lactea interim porriguntur: donec aut per te poſtmodum, aut per alios eruditus, in uirum perfectum, eſcis ſolidioribus roboreris. Ad plenum ergo te ſcire cupio, quod ex parte noſſe te credo: ob hoc dominum & dei uerbum deſcendiſſe de cœlis: ut aſſumpto naturæ noſtræ homine, humanum genus, quod ab Adam iace-

C bat,erigeretur in Christo:tantumq; nouo homini per obedientiam præstaretur salutis: quan/
tum ueteri per inobedientiã perditionis acciderat. Verum quoniam siue obediẽtia siue inobe/
dientia,uocabula illa ut mihi uidetur incorporea sunt, nõ materiæ corporalis: & quia incorpo/
ralia ex corporalibus generari omnino nõ possunt,manifestum est incorporea ex incorporali/
bus nasci:& si obedientiam incorporalem, quæ inobedientiæ remedium est,ex incorporali ani
ma gigni ratione probabile est, manifestum est obedientiam ex animi consilio,non ex cor/
poris materia procedere. Qua ratione colligimus uocationẽ nostram, iuxta uocantis dignatio
nem, etiam nostræ uoluntatis stare consensu: ita ut lauacrum quod corpus credentis acceperit,
animæ magis beneficio consequatur,& utriusq; substantiæ purgationẽ,quæ in aqua cõstat &
uerbo,merito mentis debeat afferri. Verũ ut ea quæ diximus,manifesta probatiõe firmemus,
euidentia de scripturis exempla ponamus. Scriptum est in Apostolo: Sic Christus dilexit eccle/
siam, & tradidit semetipsum pro ea,ut eam sanctificaret, mũdans lauacro aquæ in uerbo uitæ,
ut exhiberet eã sibi gloriosam & immaculatã. Per aquã & uerbũ mũdari dixit ecclesiã. Ecclesia
utiq; nos sumus:si tamẽ sine uitio & macula(ut præcipitur)uixerimus:corporalia corporalibus,
& spiritualia spiritualibus purgãtur. Anima uerbo & aqua, corpus aqua solummodo uidetur
ablutum. Animæ intrinsecus pristinis in sordibus & concupiscentijs residenti, Euangelistæ est ti
menda sententia,dicentis: Pharisæe cæce,mũda prius quod intus est, ut fiat mundũ & id quod
foris est. Et reuera si corpora nostra uasa sunt animarum:tunc erunt uere munda,si intus sync/
rum habeant purumq; liquorẽ. Cæterum q̃uis calix aureus sit, & ornatu gemmarũ ac splẽdo/
re pulcherrimus: si in se uenena contineat,nõne præciositatẽ metallorũ lœtalis poculi uirus ob/
fuscat: & micantẽ specierum nitorem uiolabit? Sed ne a proposito longius meæ pollicitationis
excedã,præfatiunculæ meæ uerba, uerbis dominicis,pbabo:ut hoc quod dico,non ex humano
sensu inuentũ,aut ingenio proprio excogitatũ putetur,sed diuinis sententijs uideatur esse con/
structum. In euangelio Iohannis dñs ad discipulos ait: Vos autẽ iam mundi estis propter ser/
monẽ meũ quẽ audistis:non dixit propter quod loti estis tantum:sed propter sermonẽ meum
D quem audistis:ideoq; mundi estis. Omnes quidẽ sciebat lotos esse:sed non omnium interiora
mũda esse probabat,quia inter cæteros erat Iudas,qui post aquæ purgationẽ,animi malicia sor
debat. Propter quod q̃uis cũ alijs lotus ante fuisset:immũdus tamen dñi sententia perhibetur.
Cuius exemplo euidenter manifesteq; monstratur,illum in ueritate dei gratiam percipere, qui
eam eo ordine quo scriptura docuerit consequatur. Nam si aliquis corporetenus renatum esse
se credebat per aquam, & uerbo non sit regeneratus in spiritu, sua salute frustratur, quia cœle/
stis nouitatis hæc causa est, ut corporis qualitate manente,homo uetus in nouã animi mutetur
uoluntatem. Cæterum quomodo corpus sordidum,si aqua non est ablutum permanebit im/
mundum: ita anima nisi uerbo fuerit mundata diuino, sordibus uitiorum corrupta mane/
bit. Ergo si eius consilio corpus aqua mundatur,qua ratione spernitur quod maius est,si quod
minus est,iam tenetur? Stultitia est si ex parte saluari cupit,qui ex toto perijt. Qui cũ integrã ha
beat in potestate salutem,media uelit esse contentus,& contra iura naturæ,putet solo corpore se
saluatum, cum possibilius sit,ante resurrectiõis tempus animam sine corpore uiuere, q̃ corpus
sine anima stare. Si quis duobus oculis duobusq; laboret pedibus,& utriusq; membri habeat
in potestate medicinã,& uno pede,uel oculo uno sanato,ab alterius cura uelit medicũ phibere,
nõne uesanæ mentis,& medici iudicio,& omniũ hominũ erit sententia condẽnandus? Sed di/
cit aliquis,si totum ex nostro labore expectatur,ergo gratia nihil præstat. Nolo quisq̃ ignoran
tiæ titulo gratiam dei temere faciat ingratam:ne fidem suam uertat in scandalum,& fiat ei causa
salutis,interitus & perditionis occasio. Cuius rei ratio si cũ moderatione quæratur:tum demũ
proficiet ad uitam,quæ per præsumptionem forte præcipitasset ad mortem. Sed gratia quidẽ
gratis peccata dimittit,sed cũ consensu & uoluntate credentis. Sicut Philippus eunucho in acti/
bus apostolorum probat dicens: Si credis ex toto corde,licet te baptiçari. Quo testimonio intel
ligitur, non minus periculum esse,si baptiçetur incredulus, q̃ si uere credenti baptismum de/
negetur. Credens autem ille est iuxta scripturas,qui ex toto corde crediderit. Et si ex tota cordis

arce

A arce credendum est,ut ex credulitatis merito baptismum fidei detur,aqua non sufficit baptiça-
to,quæ credentis animum in corde non attingit.Et ne periclitetur meritum cordis,uerbum quo
contingi & mundari cor possit,accipiat oportet.Quia si aqua contentus sit ille qui credidisse se
dicit qua membra extrinsecus diluuntur,& uerbū quo gloriatur anima non requirit:iā non ui-
debitur ex corde ut debuit,sed ex corpore credidisse:quod nequaq̄ fieri posse ratione ulla con-
ceditur:ut sine sententia mentis,solum corpus peculiarem intelligentiam habere iudicetur. Vn-
de cōfidens de prudentia tua,quæ pro benignitate sibi insita,præposterum quicq̄ fieri,nec alij
homini pateretur:rogo ut ad institutionis plenitudinem,uerbum domini, hoc est euangelium
diligentius legas:ex quo scientiam ampliorem eius q̄ credidisti lucis excipias: ut possis in om-
nibus nosse quid facturus sis. Nam sine diuinæ legis & disciplinæ cœlestis scientia, difficile esse
quemq̄ posse saluari,non meus,sed diuinus sermo probabit.Ait Esaias propheta: Qui non di
dicerit iusticiam dei,ueritatem non faciet.Item de hocipso in libro Sapientiæ:Et quis erit con-
summatus inter filios hominum? si abfuerit ab illo sapientia dei, in nihilum computabitur.
Vani sunt enim omnes homines quibus non est scientia legis dei. Vnde dominus in euange-
lio ad eos qui aliter q̄ se ueritas habeat,suspicantes erant:respondit: Erratis nescientes scriptu-
ras:ostendens in summa rerum salutarium nebula & tenebris constitutos eos,qui spiritalē lu-
cernam:id est,diuinæ legis scientiam,habere nollent accensam. Quam quidam repellentes,per
prophetam a domino repelluntur,sicut scriptum est: Quia tu scientiam repulisti, repellam &
ego te. Nullo igitur modo passim nos nostro iudicio cōmittamus, ne nobis exclamet Esaias:
Væ qui prudentes sunt apud semetipsos,& in conspectu suo periti. Vnde & Paulus Apostо-
lus ait: Si quis sibi uidet sapiens esse in hoc sæculo,stultus fiat ut sit sapiens: Sapiētia em̄ huius
mundi,stulticia est apud deum. Propter quod ad regem Tyri dicitur,humana sapientia glo-
riantē,sapientes em̄ non erudiēt te,id est doctrinæ cœlestes,& sapientia dei. Est & sapientia ho-
B minum,non negamus:sed una suadet ad uitam,alia impellit ad mortem:quia sapientia huma
na quæ stulticia reprehenditur:& ab Apostolo spiritusancto definitur,ianua mortis, & mate-
ria æterni interitus approbatur. Sicut scriptum est in propheta: Simul insipiens & stultus peri-
bunt.Insipiens qui dixit in corde suo non est deus: & stultus q̄uis deum ore fateatur in actio-
ne præsentis uitæ:in perpetuum non prospexit,sicut scriptum est: Melior est puer pauper & sa-
piens,q̄ rex stultus & senex,qui nescit in posterum prouidere.Bonum est quidem homini sa-
pere,si iuxta scripturas ad hoc sapiat,ut prouidentiam habeat futurorum:mortalitatis statum,
per quotidie morientium hominum exitus,& totius sæculi paulatim per detrimenta labentis
ruinam consyderans. Cæterum si quis usurpatæ semel intentionis ducatur intuitu:& sua se ma
gis,q̄ dei uelit gubernari sententia,diuinaq̄ lege post posita,propria consilia,dei consilijs ante-
ponat, hanc pphetæ damantis timeat uocem: Væ despicientibus legē domini,timor,fouea & la-
queus sup eū. Sicut pluuia ualida inutilis est:ita qui relinquūt legē laudant impietates. Qui au
tem diligunt legem,circūdant sibi murum. Beatus uir qui in lege domini die noctuq̄ medita-
tur:cuius animus aliud nescit,q̄ sermonis dei æloquia retractare. Quanto a terrena cogitatio-
ne remotior est,tanto deo uicinior & cœlo est:quem non immerito diuinus sermo & collaudat,
& uere ditiorem diuitibus præfert,dicens: Beatus homo qui inuenit sapientiam. Melius est em̄
eam mercari,q̄ auri & argenti thesauros: præciosior est lapidibus præciosis. Item omne au-
rum in comparatione illius arena est exigua:& tanq̄ lutum existimabitur argentum ab illa.
Sed dum in exhortatione sapientiæ diutius immoramur, ne quis forte existimet nos contra
Apostolum,doctorem legis præferre factori,suo ordine respondebimus,oportere prius nosse
quid iussum sit, quidue prohibitum, ut scientes utrumq̄ seruemus. Alioquin ante scientiam
mandati impossibile est nosse quid fiat. Temerarium satis est, si nostræ uolūtatis legem nobis
putemus posse sufficere:cum etiam Apostolum legamus fuisse sub lege,ipso dicente: His qui
sine lege erant,quasi sine lege essem, cum sine lege dei non essem, sed in lege Christi essem. Et
alibi:Inuicem onera uestra portate,& sic implebitis legem Christi. Qui paterna pietate Christi
passione redempti sunt: & qui ad hoc redempti sunt, ut redemptoris iura seruantes ad uitam

C se in cœlo repositam præparent:ad quam redempti licet nullo modo peruenire dicantur,nisi ea quæ iubentur obsequijs competentibus exequantur,sicut scriptum est: Si uis ad uitam ingredi, serua præcepta : hoc est, ab omni illicito quo prohiberis,recedas, & ad omne bonum quod iuberis, promptus accedas : ne in pristinis uitiositatis concupiscentijs perseuerans, fidem qua credidisti,ueteris peccati alicuius adhuc amore corrumpas,& agnitio dei,quæ per nouam gratiam reuelata est, per delicta uioletur,dicente propheta:Mendacium & nō fides prævaluit super terram: quia a malis ad mala transierunt, & me non cognouerunt, dicit dominus. Vnde & beat⁹apostolus Iohānes paria testat̄,dicēs:Qui dicit se nosse deū & mandata eius nō custodit, mendax est,& in hoc ueritas non est. Et iterum:Omnis qui peccat,non uidet deum, nec cognouit eum. Et peccatum non in uno tantum mandatorum genere, sed in utroq; consistit. Peccat quidem ille qui imperata neglexerit,sed plus peccat qui interdicta non seruat. Sacrificia & uota reprobabuntur oblationum,nisi purus & sanctus fuerit animus offerentis:& immaculatam hostiam faciunt indignam præcordia maculata,dicēte domino:Si offers munus tuum ad altare,& illic recordatus fueris,quia frater tuus habet aliqd aduersus te,relinque illic munus tuū &c. Omni oblatione & hostia præciosior est obtemperantia mandatorum,dicente propheta:Ecce dico,obedientia melior est cp̄ uictima, & obauditio cp̄ adeps arietum. Et alibi: Initium bonæ uiæ facere iussa, quæ accepta sunt apud deum magis,cp̄ immolare hostias.Et alibi :Qui conseruat legem,multiplicat oblationem. Sacrificium salutare est,attendere mandatis,& discedere ab omni iniquitate, & propiciationem litare sacrificij super iniusticia. Non nobis blandiri debemus in factis iussorum,si in prohibitorum transgressione peccemus,cum trāsgressionis crimen benefacti meritum tollat. Quod non mei sensus assertio, sed utriusq; testamenti exempla probant: ubi inuenimus etiam dei amicos ob unius contemptus errorem,bonorum retrofactorum munificentiam perdidisse. Sic Adam cum diabolo facile credidit seducenti: post familiaritatem & colloquium dei,unius pomi cupiditate superatus,perdidit paradisum:& quia per trāsD gressionem unum habere præsumpsit,multa simul bona amisit. Sic uxor lot post angelorum obsequia,contra interdictum retro respiciēs,in figmentū salis repente mutata est. Sic Sameias eadem die,qua mirabilia fecerat gratia prophetali,a leone deiectus occiditur. Sic infelicissimus Iudas,post electionis meritum,post signorum gloriam,post apostolicam dignitatem,exiguæ stipis amore deceptus, cui tribunal promittebatur in cœlo,laqueo captus est in terra. Et ne nobis per alienarum solummodo rerum fraudulentiam periculum imminere putemus,reminiscamur Ananiā & Sapphiram, nō de aliena appetita pecunia, sed de sua timide erogata damnatos. Rogo post tot documēta, & tot mortes,unde in nobis crescit impunitas delinquēdi? Quis hic præsumptionis spiritus,qui tantā in animo nostro operatur audaciam: ut cū sanctos hoies de leuibus etiā culpis uideamus esse punitos,& nos quotidie in maiorib⁹& pluribus delinquētes,æternos in media damnatione fore credamus. Quāc̄p̄ leue nunc̄p̄ sit, deum etiam in exiguo contemnere:qui non tantum ad qualitatem peccati respicit,sed ad personæ contemptum. Propter quod homini non solum intendendum est,quale sit quod iubetur,sed quantus sit ille qui iubet. Excluditur hoc loco uulgaris illa sententia,qua mihi,suo iudicio religiosi & qui sapientes sibimet uidentur,dicere solent:Sufficit nobis ut non criminalia peccata & maiora faciamus,facilis est enim omissio minorum delictorum. Qui dum animali sapientia occupant animos,spiritualē intelligentiam & consuetudinem diuinæ legis ignorant: quæ sæpe peccatum ostendit, quod nobis nō uidetur esse peccatum:& quæ illic pietatem facit,ubi nos opus impietatis ostendimus. Saul & Iosaphat reges fuerunt populi Israel,& dum misericordiam his quos deus oderat præstiterūt,dei offensam in opere pietatis incurrunt. Econtrario Phinees filijq; Leui, gratiā dei humana cæde & suorum parricidio meruerunt. Vides quantum ab humanis sensibus per nostram imperitiam discrepat diuina sententia:ut nobis interdum cœlestis iudicis dispensationem nescientibus,iniusta uideantur,quæ per causarum scientiam iuste satis & recte facta probantur: Rursum ea quæ nostro iudicio bona probantur,apud deum plærumq; reproba & ingrata uidentur. Quis hodie patris Abrahæ exemplo,innoxium uolens filiū trucidare, humano

iudicio

A iudicio non crederetur insanus? Econtra, quis in tactu arcæ diuinæ imitatus Oçam, hominum
sententia damnaretur? Episcopus ephesiorum angelus in Apocalypsi nūcupatus, qui causa no-
minis Christi passionum multarum merita intra conscientiam retinebat, quia in ipsis passioni-
bus a primo conuersationis feruore tepuerat cum calorem paululum temperasset, ad pœniten-
tiam reuocatur, dicente scriptura: Noui opera tua, & patientiā tuam: & quia potes sustinere ma
los: sed habeo aduersus te pauca, quia charitatem tuam pristinā reliquisti: Memento unde ex-
ciderís, & age pœnitentiam. Cōsyderemus quantus casus sit temere contemnentis, cū tanta rui-
na esse dicitur in negligentia obsequentis: uel quā damnationem excepturos credimus esse inde
uotos, cum tantam reprobationem deuotus exceperit? Tepidum discipulū nō amat Christus.
Qui uult meus discipulus esse, ait, abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suā & sequatur me.
Oportet uos per multas tribulationes introire in regnum cœlorum. Beati estis cum uos male-
dixerint homines, & persecuti fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos: gaudete & exulta
te, quia merces uestra multa est in cœlis. Futuræ uitæ gloria, præsentis uitæ incommodis compa
ratur. Christianis uexilla crucis sunt delitiæ: trophæa nostræ uitæ nō pompis, sed miseriis repor
tantur. In nostra classe uiri fortes opprobria sciunt portare, non munera. Paupertati non nobi-
litati, futurorum beatitudo promittitur. Retrahit quidē uerecūdia senatorem, ne sequatur pau-
perem Christū, sed audiat a Christo: Qui me confusus fuerit, & mea uerba in generatione hac
adultera & peccatrice: & filius hominis confundet eū in gloria patris sui cū angelis sanctis. Tur-
pe est inter parentes senatores atq; grammaticos, scholasticū pro Christo uolūtaria humilitate
deiectum, uerbis simplicibus esse contentum. Displicet amicis si post ambitiosi habitus cultum,
plæbeia & ignobilia indumenta mutentur. Sed si hominibus placere uellem, ait Apostolus,
Christi seruus non essem. Et propheta in psalmo: Quoniam deus dissipat ossa eorum, qui ho-
minibus placent: cōfusi sunt quoniam deus spreuit eos. Quantum bona est humana offensio,
B per quam inuenitur seruitus Christi: tantum pernitiosa est amicitia quæ dei præstat offensam,
sicut scriptum est: Qui uoluerit amicus fieri huius mundi, inimicus dei constituetur. Dicat unus-
quisq; quod uelit: ego interim de me pro sensus mei paruitate iudicaui, melius esse confundi co-
ram peccatoribus super terram, cūq; coram angelis sanctis in cœlo, uel ubicūq; iudicium suum do
minus uoluerit demonstrare. Esaias uir in sua gente nobilissimus, qui socer regis Eçechiæ fuisse
refertur, iussu dei depositō cilicio nudus incedit: nec tam ardui præcepti pudore deterritus est,
quo minus dei imperium sequeretur: quia nihil honestius esse homini, cūq; creatori suo parere
iudicabat. Iohannes quoq; baptista, nobilis & in carne & in spiritu natus: cilicium a pueritia in
habitum, & locustas elegit in cibum: qui nec peccati cōscientia, nec paupertatis inopia, ad huius
gloriā oneris, sed sola futuri sæculi beatitudine trahebatur. Apostoli iam sperant, & adhuc stul
ti & inutiles & tenuis fidei arguuntur. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurā
gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Inde Paulus oculo mentis futura contēplans, dicebat: Quis
nos separabit a charitate Christi: tribulatio an angustia, an persecutio, an fames, an periculum,
an gladius? Illos pericula non separant, nos uoluptates. Illi catenas baiulant innocentes, nos au
rum circūferimus criminosi. Illi in carceribus uincti, nos in tridinijs delicati. Illi in neruo positi
deum puro corde & syncera cogitatione laudantes: nos in ipsa forte ecclesia de forensibus calū-
nijs cogitamus: & cum omnibus æqualiter legis data sit gratia, gehenna seu cœli regna promis-
sa sint, alij de diuitijs, alij de uirtutibus meditantur. Cūq; dictum sit generaliter omnibus: Do-
minum deum tuum adorabis & illi soli seruies: alijs innocentia, misericordia, castitate, ieiunio,
deo fideliter & sine cessatione seruientibus: nos nobis adulteros, quibus seruire uolumus eligi-
mus. Siquidem iuxta euangelij sententiam: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Et re
uera si amator pecuniæ sum, si gloriæ, si superbiæ, si ambitionis aut pompæ: dum illi omne stu-
dium meæ uoluntatis impendo, domino seruire non possum, quia duobus dominis nemi-
nem seruire posse scriptum est. Non estis uestri dicit Apostolus: empti enim estis precio ma-
gno: glorificate & portate deum in corpore uestro. Clæmenter spiritussanctus nostro iure nos
conuenit, sciens hoc in usu publico apud omnes homines custodiri: ut tanto seruus in ope-
re domini esset cautior, quanto maiore esset peculio comparatus: ut intelligamus cūq; strenui

C esse debeant in opere dei qui redempti sunt sanguine Christi: uel q̃ criminosi debeant iu/
dicari,qui cum sciant pro precio suæ salutis Christi sanguinem datum, alteri qui nihil præsti-
tit, magis præbeant seruitutem. Rogo quo pudore obsequiũ aut laboris sui, mercedem spe/
rabit in cœlo, cuius fuerit sollicitudo omnis in terra? Mercẽnarius sæculi, non potest accipe/
re præmium Christi. Omnis miles in castris iure sperat annonam,qui fortiter in prælio prò ciui
bus laborauerit. Dignus quidem est operarius mercede sua: sed & hoc dignũ est,ut inde præ/
mium operis accipiat,ubi totius operam laboris impendit. Nemo militans deo,implicat se ne/
gocijs sæcularibus: ut placeat ei, cui se probauit. Apostoli uox est. Vnde satis timeo ne forte
in illa retributionis die, qua ante tribunal Christi unicuiq; secũdum sua facta reddendum est:
his qui in terrenis magis negocijs,q̃ in cœlestibus laborauerũt, iusti iudicis respõsione dicatur:
Ite si potestis,& illic ubi tota deuotione seruiuistis, mercedem uestræ seruitutis exigite. Talis
causa est uirginum de euangelio quinq; stultarum:quæ dum sollicitudine sæcularium uanita/
tum,se contra professionis suæ ordinem occuparunt:oleum unde uerũ lumẽ accẽderet non ha/
bentes,in tenebris remanserunt. Sed dicit aliquis,ista exempla ad paucos pertinent,quos deus
ad hoc peculiare officium delegauit, quia scriptum est: Multi sunt uocati, pauci uero electi.
Hoc primum quærere a te & audire uolo, quisquis es qui ista proponis, si ipsius dei electio
est cuius est & uocatio,quid uoluit plures uocare,qui paucos de pluribus erat electurus? Cer/
te de duobus uocatis illum uis stare, quem deus electione statuerit: & illum contra cedere,
quem deus electionis uirtute non muniat. Quod si ita est,nec bona ad nos pertinẽt hac ra/
tione, nec mala: & sic erit, ut nec culpa pœnam habeat, nec benefacta laudentur. Sed ad hæc
respondit Apostolus: Si ita est, quomodo deus iudicabit hunc mundum? Deinde si paucos
quos dicis electos, solos sanctos existimas, qui uocati sunt,reprobos dicis: quomodo idem
Apostolus Paulus in epistolarum suarum principijs uocatos sanctos uocat, sicut in fronte co/
D dicis ad Romanos loquitur, dicens: Omnibus qui sunt Romæ in charitate dei uocatis san/
ctis. Si pro paucis passus est Christus, iustum est ut pauci mandata Christi custodiant. Si au-
tem indiscrete omnes qui credimus, sacramentum in baptismo passionis accipimus: si om/
nes æqualiter renunciamus diabolo & mundo: si omnibus haud recte uiuentibus gehennæ
pœna promittitur: omnes debemus eadem diligentia & cauere prohibita,& explere præcepta.
Scimus quidem multas esse apud patrem in cœlestibus mansiones. Sed mansionum iustitia iu/
stiores mansiones differre:sicut & stellam stella dixit Apostolus esse clariorem. Sed stellã cum
stella,non lapidem comparauit, quia terrenus lapis inter cœlestes stellas esse non poterat:sicut
nec peccator inter iustos in regno cœlorum. Sed sunt quidam gradus gloriæ inter iustos in cœ/
lo: sicut & inter peccatores gradus pœnæ. Sed sicut alia,eum qui fratrem fatuum dixerit,alia
eum qui racha,tormenta cruciabũt: ita & in regno,alia Paulum apostolum, qui ut alios saluos
faceret,omnia omnibus factus est: alia eum qui se uix ædificare potuit laicum gloria manebit.
Sed utinam cõsentiam paucos esse, qui dei mandata custodiant: uerum timeo, quia pauci
sunt, qui dei credant in ueritate iudicium. Ecce si umbrato repente de cœlo, solis claritas no/
stris aspectibus denegetur: & productis in nostram humilitatem nubibus, pluuiæ terris im/
mineant: si commotis ut assolet elementis in rotam sui currus tonitrua concitentur: & in/
de hinc fulgurum iacula palpebris terribiliter obiecta coruscent, q̃q̃ & consuetudine ista
contingant: pauemus, contremiscimus, & proni ad terram deposita superbia ceruices sub/
mittimus. Quid faciemus in illa die miseri: quando reuoluto cœlo cum angelicis uirtutibus,
igneus dominus totus aduenier:quando cadentibus desuper stellis,sol in tenebras, & in san/
guinem luna mutabitur:quando montes sicut cera liquescent: quando terra ardebit & arescent
flumina & maria siccabuntur: & contra rerum naturam consumpto diuinitus humore, aridita/
tem in aquis ignis operabitur: quando peccatores dicent montibus, cadite super nos: & colli/
bus,tegite nos? Quando uocabunt homines mortem,& uocata non ueniet: quando discrimi/
na uertentur in uota: & quod semper oderunt homines, cõcupiscent:quando illud implebitur
tẽpus,quod lugubri Hieremias prædicit affectu,dicens: Respexi in terrã:& ecce nõ erãt lumina/
ria. Vidi montes:& ecce erant tremẽtes:& uniuersi colles turbati. Intendi acie, & ecce nõ erat ho
mo:&

A mo:& oẽs uolucres cœli pauebãt. Vidi & ecce Carmelus deſertus,& oẽs ciuitates ſuccẽſæ igni a facie dñi, & a facie iræ indignatiõis eius: & interierũt uniuerſa. Verũ ne ex ſuggeſtione diaboli hæc ad terrorem non ad ueritatem dicta crederentur: de præteritis futura probantur,quando talia in diluuio,in Sodomis,in Aegypto,in Hieroſolymis ſæpe ob delicta hominum facta referuntur. Et Apoſtoli qui hunc horrendum diem,impijs & peccatoribus præuidere meruerunt,humiles erant mortuos ſuſcitantes:& nos ſupra omnes erigimur, qui peccando quotidie noſmetipſos occidimus:nos reſpicientes in nobis flebilem infirmamq; naturam, quæ nec in aduerſis fortis eſt,nec in proſperis aliquando ſecura. Si intemperate cibus ſumptus,aut immoderate potus acceptus,leuem corpori febriculam cõcitarit,deijcimus animum,affligimur,ſuſpiramus: nulla cura tunc eſt ſæculi, nulla uillarum: nemo de patrimonio cogitat, nemo de foro, omnes calumniæ, omnia lucra in periculis corporis conquieſcũt: Curritur ad medicos,& pro re medio carnali promittuntur munera,aurum, argentum:interdum etiam mancipia traduntur, & pene totum patrimonium, aut negligitur,aut donatur,ut conſulatur uitæ quandoq; peritiæ:& pro æterna ſalute omnis admodum homo negligẽs eſt,omnis auarus illic:omnis frugalitas largitoris,animi tenacitate conſtringitur:ubi promptior uoluntas & copioſior largitas deberet operari. Et cum ſcriptura dicat: Nolite diligere mundum,neq; ea quæ in mundo ſunt:nos ſic mundana concupiſcimus,ſic amamus,quaſi aliquid naſcentes intulerimus in ſæculum,aut recedentes de ſæculo nobiſcum auferre poſſimus. Nemo ad breuitatem temporis, nemo ad naturæ reſpicit conditionem,nemo conſyderat,nemo retrectat uana eſſe omnia, quæ aliquo fine clauduntur. Si autem contigerit, ut inter cæteros languidum uiſitantes, aut clericus, aut ſacerdos, aut etiam laicus dei ſeruus adueniat, rogatur ut oret:& qui ſæpe pro nihilo contemptus fuerat,neceſſitatis tempore ſupplicatur,ut precibus ſuis commeatum uitæ longioris obtineat. Sic cauſa diſcriminis, quæ uicina timetur, dum deſpecta eliguntur, & præcioſa uileſcunt, uitæ illius quæ poſt mortem permutatio figuratur: ubi iam & Laçarus pauper recipitur in requiem:& diues in hac uita pompoſus uexari fertur in pœnis. Et cum ſic dominus, aut ſanctorum motus oraculis, aut creaturæ ſuæ beneficio,aut medici arte conferta miſericordia reſtituat
B ſanitatem,cito ſuccedente obliuione,in contrarium omnia permutãtur. Timor in inſolentiam: gratia uertitur in contemptum:& quaſi nihil unq̃ incommodi ſenſerimus,aut qui reuocari rurſus ad talia nequeamus,rebellamus,efferimur,& conceſſum ad pœnitentiam uitæ ſpatium negligimus:nec pœnitendo priſtina lachrymis peccata diluimus,ſed peccata nõ pœnitendo cumulamus. Legamus Eſaiam prophetam,& neceſſariũ Eçechiæ regis aptum huic cauſæ quæramus exemplũ: cui morituro anni quindecim ad ſuperiorem uitam proprijs fletibus,& ꝓphetæ præcibus augentur. Quicq; accepta tanti muneris gratia,non peccatis, non uoluptatibus, non delitijs,ſed ſoli domino indultum uitæ ſpatium,humilis & ſanctus exhibuit. Verum, quia tibi honorabilis & dilectiſſime parens,per nouam gratiam omnis lachrymarum cauſa deterſa eſt,age, caue,curre,feſtina. Age,ut in ſpiritualitate proficias. Caue,ne quod accepiſti bonum incautus & negligens cuſtos amittas. Curre,ut non negligas. Feſtina, ut celerius comprehendas. Siquidem Paulus iam Chriſti catenam pro euangelij annunciatione circũferens: nondum ſe comprehẽdiſſe dicebat,cuius hora ſexta, hoc eſt, media ætate domini uineam operaturus,quaſi fer uidus opifex & fidelis, aliorum longam dubietatem languidumq; uinceret teporem. Dum tẽpus habemus ſeminemus in ſpiritu,ut meſſem in ſpiritalibus colligamus. Nec attendamus ad paleas:quas uentilabrũ Chriſti continuo ſeparabit a tritico, donec qui uenturus eſt ueniat. Et iuxta ꝓphetæ uaticinium, diſcernatur inter iuſtum & iniuſtum,& inter ſeruientem deo & non ſeruientem. Sicut & alibi dominus dicit: Ecce qui ſeruiunt mihi epulabuntur:uos uero eſurietis. Ecce qui ſeruiunt mihi lætabuntur, uos autem contriſtabimini. Non nos inertes,uindictæ dies & retributionis inueniat,qui imminens ac uicinus eſſe, & ſæculi ruinis undiq; concurrentibus,& ſcripturarum conteſtatione probatur. Cõſyderemus quod in hac terra hoſpites ſumus, & peregrinorum more pro diebus nouiſſimis habitamus. Vos em̃ de hoc mundo non eſtis, dicit nobis. Quid ergo in aliena ſatagim9? quid turbamur? Nemo in deteriori & extranea patria

plus eligit

C plus elígit poſſidére,cꝫ in ſua. De his tantum ſollicitudinem habere debemus & curam,quæ no biſcum trãſferre poſſumus. Ambiant terrena gentiles,quibus cœleſtia non debentur. Concupi/ ſcant præſentia, qui futura non credunt. Chriſtianis diuitiæ & hæreditas,ſit diuinitas Chriſti. Nec em̃ debent egre ferre,quaſi minus a cæteris habeant, qui authorem omnium perceperunt. Supereſt ut acceptum in corde deum honorent obſequijs, operibus colant,ſermone ſemp & co gitatione fateantur:ut in aduentu eius,non cum contumacibus & contemptoribus puniantur, ſed cum ſanctis & deum timentibus coronentur. Hoc ſane prudentiam tuam precor,ne me pu/ tes hæc ſuperſtitionis alicuius perſuaſione dictaſſe. Ego te Chriſtianum uolo eſſe, nõ monachũ dici:& uirtutem propriæ laudis poſſidere magis cꝫ nomen alienũ. Quod fruſtra a latinis in tur ba cõmorantibus imponitur,cum a græcis ſolitarie uiuentibus legitime deputetur. Accipe er/ go fili ſermonẽ noſtrum,ea ſimplicitate & ueritate qua diximus. Quia non quærimus hominũ gloriã(de⁹ teſtis eſt):nec ad hoc loquimur:ut humanas amicitias aucupemur, ne noſtræ adula/ tionis ſermone,& nos & alios decipiamus:nec ut nos apud homines aliquid uideamur, ſed ut apud deum homines magna mereantur. De quæſtionibus autem tuis(ut pace tua loquar)quia turbulentius proponebas:ego ſimpliciter reſpondere nolebam,quia bellanti dexteram pacis da re non poteram:licet etiam præpoſterum forte uideatur,inde aliquid in fine epiſtolæ retracta/ re. Sed quoniam apud Chriſtianos,non tam ordo quæritur,cꝫ profectus:pauca quæ tibi reor fore neceſſaria,credidi ſubnectenda:donec de cæteris,quæ ut aſſolẽt,te mouent,præſens ſi iuſſe/ ris cum præſente,remota omni animoſitatis contentione tractemus. Dixiſti em̃ ni fallor; hoc iure te mala malis reddere:& cum iurantibus iurare debere:quod aliquãdo iurauit dñs,aut ma/ la malis reſtituit. Scio primum non omnia nobis conuenire ſeruis quæ domino conueniunt,ne in comparatiõe famulorum,domini uideatur iniuria. Alioquin forſitan reclamare incipiamus: cur non de urginibus,ſed de mulieribus generamur? Aut cur mortui noſtri die tertia non reſur gũt? Iurauit ſcio ſæpe dominus, qui nos iurare prohibuit:nec ſtatim ex hoc temere blaſphema re debemus eum,qui alios uetuerit quod ipſe faciebat,quia dici nobis poteſt,iurauit dñs quaſi D dominus,quem iurare nemo prohibebat:nobis quaſi ſeruis iurare non licet,qui domini noſtri lege iurare uetamur. Verum ne in eius exemplo ſcandalũ patiamur:ex quo tempore iurare nos noluit,nec ipſe iurauit. Et qualiter de iuramẽti cauſa breui ſermone ſatiſfactum eſt:ita etiam ad uindictæ negocium hunc eundem ſenſum facile proſpicis poſſe ſufficere: quia aliud nunc tem/ pus gratiæ,in quo plenitudo perfectionis aduenit:aliud fuit legis,aliud prophetarũ,dicente do/ mino:Audiſtis quia dictũ eſt antiquis ne occiderent:ego autem perfectiora præcipio,quæ in or dine euãgeliꝯ digeſta ſuo loco lector inueniet. Ex quo em̃ filius dei,filius hois factus eſt:ex quo uetus fermentũ iudaicæ traditionis,eſt factum noua cõſperſio:ex quo agnus non in figura,ſed in ueritate comeditur:ex quo ſecundum Apoſtolum uetera tranſierunt,& facta ſunt omnia no ua: ex quo iuſſum eſt imaginẽ terreni hominis deponere,& aſſumere formam cœleſtis: ex eo commortui uiuimus,& uirtutibus conſurreximus in Chriſto.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ne pilum quidem Hieronymianæ dictionis habet hæc epiſtola,nec ullum ueſtigium pectoris illius. Quãcꝫ uidet̃ hominis eſſe pĩ,nec indiſerti. Forſitan Auguſtini aut Bernardi. Certe cuius cuius eſt,Hie ronymi non eſſe clamat ipſa.

## DE TRIBVS VIRTVTIBVS.

TRes quodammodo uirtutes dei aſſumens propheta,fortitudinem,ſapientiã atq; prudentiã,unicuiq; earũ,ppria opera diſtribuit. Fortitudini terrã, ſapientiæ orbẽ terrarũ,prudẽtiæ cœlũ. Audi qppe ſcripturæ ordinẽ: Dñs qui fecit terrã in fortitudi ne ſua,& erexit orbem in ſapiẽtia ſua,& in prudentia extendit cœlum. Et nos igitur in noſtra terra (dictum eſt quippe ad Adam, terra es) neceſſariam habemus fortitudinem dei:quia abſq; ea impoſſibile eſt nobis id exequi,quod carni repugnat. Cum autem mortificata

fuerint

A fuerint membra ſuper terram, tunc parent ſpiritus uoluntati. Siquidem iuxta Apoſtolum: Spiritu,geſta carnis mortificantur:dominus autē fecit terram in fortitudine ſua. Si autem ad hanc terrā uenias & conſyderes id quod in Iob ſcriptum eſt:iuxta emendatiſſima tamen exemplaria,quomodo ſtatuerit eam ſuper nihilū:inuenies fortitudinem dei in medietate mundi,terræ libram ſuſtinere. Veniam ergo ad orbem terrarum qui græce οἰκουμένη nuncupatur,id eſt inhabitata. Scio animā inhabitatam,ſcio deſertam. Si em̄ non habet deum patrem:ſi non habet filium dicentem:Ego & pater ueniemus ad eum,& manſionem apud eū faciemus:ſi non habet ſpiritū ſanctum,anima deſerta eſt. Habitata autē eſt,quando plena eſt deo patre,quādo habet Chriſtum filiū & ſpiritū ſanctum. Verum hæc differenter & uarie in ſcripturis dicuntur: in anima hominis patrem & filium & ſpiritum ſanctum cōmorari. Nam & Dauid in pſalmo confeſſionis tres ſpiritus poſtulat,dicens:Spiritu principali confirma me:ſpiritū rectum innoua in uiſceribus meis: ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me. Qui ſunt iſti tres ſpiritus? Principalis ſpiritus, pater eſt:rectus ſpiritus, Chriſtus eſt:ſpiritus ſanctus, ſpiritus ſanctus eſt. Hoc in approbationem eius rei diximus,quod habitata,id eſt,orbis terrarum,in ſapientia dei fabricata ſit. Sapientia quippe auxiliabitur iuſto,ſuper decem ciuitates habenti poteſtatem. Sapientiam aūt & diſciplinā qui abŕicit, infelix eſt & uana eſt ſpes eius, & labores eius inſenſati & ſine fructu,& inutilia opera eius:ait ſapientia,quæ titulo inſcribitur Solomonis. Idcirco quanto poſſumus labore nitamur:ut habitata noſtra,ſapiētia dei erigatur. Cecidit quippe & de ſublimi corruit,ueniētibus nobis in locum iſtum miſeriarum. Cecidit habitata noſtra, poſtq̄ peccauimus, iniquę fecimus,iniuſte egimus,impie geſſimus,& poſt ruinam indiget erectione. Si autem non uis iſta ſententia adduci,cōmunem totius orbis quæramus ruinā,& poſt caſum eius conſequēter deus erigens prædicetur. Quicūq; eſt in orbe iſto,ante erectionem cecidit. Si autem cecidit, conſequenter erigendus fuit:Nemo quippe ſine caſu ſubleuatur. Si autē erectus eſt,uideamus
B quæ ruina præceſſerit. Omnes corruimus per peccatum in orbe terrarum. Et dñs qui erigit eliſos,eleuauit nos iacentes. In Adam omnes morimur:atq; ita corruit orbis terrarum, & indiget erectione:ut in Chriſto omnes uiuificemur. Igitur duplicem intellectum de orbe tradidimus. Vnum,quomodo ſingulæ animæ,aut habitatæ ſint, aut deſertæ:alterum quomodo uniuerſus orbis pariter ceciderit,& in ſua prudentia extendit cœlum. Non fortuito, prudentia in cœli extenſione aſſumpta eſt. Inuenies & in prouerbiŕs dictum:Dominus ſapientia fundauit terram, præparauit autem cœlos prudentia. Eſt ergo aliqua prudentia dei, quā nolo ut extra Chriſtū requiras. Omnia quippe quæ dei ſunt, Chriſtus eſt. Ipſe ſapientia eius, ipſe fortitudo eius, ipſe iuſticia, ipſe ſanctitas & redemptio, ipſe(ut ad præſens ueniam)etiā prudentia. Sed cū ſit idē in ſubiacenti,pro uarietate ſenſuū,diuerſis uocabulis nuncupatur. Aliud ſignificat ſapientia,aliud iuſticia. Quando enim ſapientia dicitur, diſciplinis te diuinarum humanarūq; rerum inſtituit. Quando iuſticia,diſtributor & iudex meritorum ſignificatur. Quando ſanctitas, illa uirtus deſcribitur,quæ credentes deo,efficit ſanctos. Ita ergo & mihi prudentiā eius intellige cum doctrina eſt,& demonſtratio bonarū,aut malarum rerum ſiue neutrum:atq; in hunc modum extendiſſe nunc dicitur cœlum in prudentia ſua. Quomodo autem extendatur cœlum,extendente eū prudentia,audi:quoniam extendit uerba non attendentis. Aſſerit quippe extenſionem quandam eſſe uerborum ſimiliter: ut nunc dicitur cœli: iuxta illud quod in alio loco ſcriptum eſt: Qui extendit cœlum ut pellem. Extenditur autem & anima noſtra, quæ prius fuerat contracta:ut poſſit capax eſſe ſapiētiæ dei. Verum,ut ad propoſitū reuertamur,diximus de eo, quod prudentia cœlum factum ſit:& nunc affirmamus eos,qui cœleſtem hominem portant,eſſe cœleſtes. Si em̄ ad peccatorem dicitur: Terra es & in terram ibis:quare non dicatur ad iuſtum, cuius eſt regnum cœlorum:cœlum es,& in cœlum ibis? Aut ſi propter χοϊκόν, id eſt,terrenum, dicitur ei qui portat imaginem χοϊκοῦ,id eſt,terra es,& in terram ibis:cur propter cœleſtem, ei qui imaginem cœleſtis portat,non conuenit dici: Cœlum es,& in cœlum ibis? Vnuſquiſq; autem noſtrū, aut cœleſtia facta habet, aut terrena. Si terrena facta ſunt, ad cognatam ſibi terram deducunt eum,qui theſauriçat ea in terra,& non cœlo. Rurſumq; hæc quæ iuxta uirtutem geſta ſunt, theſauriçatorem ſuum appropinquantem ſibi ad cœlorum regiones ſubuehunt. Et eduxit

nubes

C nubes ab extremo terræ. Istiusmodi disputatio in psalmo nuper incidit, & dictum est a nobis, quomodo deꝰ eduxerit nubes ab extremo terræ: quod quidē nūc cogimur rursum tractare: ut & hi qui audierunt, plenissime eorum quæ sciunt reminiscantur: & hi qui aut non interfuerunt, aut obliti sunt, contextum sermonis agnoscant: quem tunc prout ualuimus exhibuimus. Diximus autem sanctos esse nubes. Etenim hoc quod scriptum est: Veritas tua usq; ad nubes, non potest referri ad inanimales nubes, sed ueritas dei usq; ad illas nubes est, quæ audiunt mandatum domini, & nouerunt quo pluuias deferant, & a quibus eas suspendant. De his nubibus dictum est: Et mādabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. De his enim quæ ex densato aere constare dicuntur: si non fuerit pluuia, non præcipit dominus ne pluant super uineam, aut super quācūq; regionem imbrem, sed omnino non apparent: ut in tertio Regum libro legimus, quando in tempore siccitatis nubes nulla apparuit: & postea iuxta prophetiam Heliæ futuræ pluuiæ signum in uestigio hominis ostensum est, atq; ita post nubem conglobatam, imber descendit ad terras. Istis uero quasi subsistentibus nebulis, iubetur pluuiam continere, cum indigna fuerit anima imbre cœlesti, & dicitur: Mandabo nubibus meis ne pluāt super eam imbrem. Itaq; unusquisq; sanctorum nubes est. Moyses nubes erat, & quasi nubes loquebat: Attendite cœli quæ loquar, & audiat terra sermones ex ore meo. Expectētur ut pluuia uerba mea, & descendant ut ros eloquia mea. Si non fuisset nubes, nunq; dixisset: Expectentur ut pluuia uerba mea, & descendant ut ros eloquia mea. Quasi nubes dicebat, ut imber super gramen, & pruina super fœnum, quia nomen dñi inuocaui. Similiter & Esaias, ut nubes loquebatur: Audi cœlum, & auribus percipe terra, quia dominus locutus est. Et quia nubes ipse erat, & sciebat alias nubes comprophetantes sibi: ideo uaticinans aiebat: Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem. Si autem iam didicimus qui sint nubes: uideamꝰ quomodo deus educat nubes

D ab extremo terræ. Ait Saluator: Qui uult in uobis esse primus, sit omnium nouissimus. Seruauit hoc mandatū Paulus, & fuit nouissimus in hoc mundo, dicens: Puto eī deus nos apostolos nouissimos ostendit, quasi mortificatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis & hominibus. Si quis ergo sanctus custodiens præceptum dñi saluatoris, factus fuerit in hac uita nouissimus, iste fit nubes. Et eduxit deus nubes, non a finibus terræ, non a consulibus, nō a ducibus, non a diuitibus, sed ab extremis terræ. Beati eī pauperes, quoniam uestrum est regnum cœlorū. Vides quomodo ab extremis terræ educat deꝰ nubes & corporeas nebulas? Propterea si uolumꝰ nubes fieri ad quas puenit ueritas dei, nouissimi omniū fiamus: & tā affectu q̄ opere dicamus: Puto eī nos deus apostolos nouissimos ostendit. Quod si nō sum apostolus: licet tamen mihi fieri extremū: ut educēs nubes ab extremo terræ, educat & me, & fulgura in pluuiā faciat. Aiunt naturalium causarum scrutatores, quia fulgura ex nubium collisione generentur, more silicum duriorum: quos cum comploseris, id est collideris sibi, medius ex his ignis extritus elabitur, atq; ita cum fulgore pariter & tonitrua mugire: tonitruo, scilicet sonituum indicante concursus, & fulgura excussi luminis claritate. Si intellexisti exemplum, consydera nunc nubes rationales. Moyses nubes erat: Iesus naue nubes erat. Isti si secum colloquantur, ex sermonibus eorum fulgura micant. Hieremias & Baruch nubes erant: sermocinētur inuicem, & uidebis rutilare fulgura. Potes & tuipse de scripturis sanctis in hunc modum nubium inuenire concursus, ex quibus ignes emittantur. Vt autem & ad nouum testamentum ueniamus: Paulus & Siluanus duæ nubes in unum conuenerunt: & ecce totum mundum epistolæ eorum fulgor illuminat. Fulgura in pluuiam fecit, & eduxit uentos de thesauris suis. Ergo ne hi uenti qui super terram perflant, in thesauris dei sunt, & non horum natura manifesta est, quomodo & qua ratione subsistant? Sed sunt quidam uentorum thesauri, thesauri spirituū, spiritus sapiētiæ & intellectus, spiritus consilij & uirtutis, spiritus fortitudinis, scientiæ & pietatis, spiritus timoris domini, fortitudinis, dilectionis & charitatis. Potes & ipse de scripturis hos uentos congregare, & istorū spirituū inuenire thesauros. Vbi sunt isti thesauri? Vtiq; in eo in quo sunt oēs thesauri sapientiæ & sciētiæ absconditi. In Christo scdē habēt: inde oriūtur hi spiritus, ut alius sapiens sit, alius fidelis, alius eruditus, & alius quodcūq; donorum dei possideat. Alij eī per spiritū datur sermo sapientiæ: alij sermo scientiæ iuxta eundem spiritum: alij fides in eodem spiritu. Eduxit

ergo

A ergo nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit: & eduxit uẽtos de theſauris ſuis: & nos iuxta miſericordiã dei ad hos theſauros occurſuros putamus. Et quia plures ſunt theſauri: forte iuxta ordinem reſurgentium erit & requies in theſauris dei. Quod autẽ dico, iſtiuſmodi eſt: reſurrectio mortuorũ in quibuſdã ordinibus futura eſt. Ait quippe Apoſtolus: Vnuſquiſq; autem reſurget in ſuo ordine: & non ut libet miſcentur ordines reſurgentium. Alius ordo erit in illo & in illo theſauro dei: alius ordo in alio & in alio theſauro dei. Iſti aũt oẽs theſauri unum habẽt theſaurũ, in quo ſunt oẽs theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ abſconditi. Et quõ poſſideo unã p̃/ cioſiſſimã margaritã per plures alias margaritas: ſic uenio ad theſaurũ theſaurorũ, & dñm dominorum, & regem regum, cũ dignus fuero ſpiritibus in dei theſauro commorantibus. Eduxit eñ uentos de theſauris ſuis, infatuatus eſt omnis homo a ſcientia. Si omnis homo infatuatus eſt a ſcientia, & Paulus homo eſt, Paulus infatuatus eſt a ſcientia. Ex parte enim ait cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Infatuatus eſt a ſcientia, uidens per ſpeculũ, & in ænigmate, portiunculam quandam uidens: & ſi ſic expedit dicere, ipſius quoq; portiunculæ partem minimam recognoſcens. Econtrario autem intellige quid ſit: infatuatus eſt omnis homo a ſcientia. Comparatione peccatorum Hieruſalem, Sodomorum peccatum iuſticia eſt: iuſtificata eſt enim ait Sodoma ex te. Quomodo enim non habent iuſticiam Sodomorum peccata per ſe, ſed ad collationem maiorum ſcelerum iuſtificantur: ſic econtrario ſcientia Pauli ad illam cœleſtem ſcientiam, ad illum conſummatum electionis intellectum, ſtulticia reputatur. Infatuatus eſt idcirco omnis homo a ſcientia. Tale quiddam Eccleſiaſtes (ut arbitror) deprehendens effatus eſt: Dixi, ſapiens efficiar, & ipſa elongauit ſe a me longius cẽ erat, & alta profũditas, quis inueniet eã? Volumus quiddam audenter licet dicere: quoniam hoc quod deſcendit in mundum euacuauit ſeipſum: ut euacuatione eius mundus compleretur. Si hoc autem quod deſcendit in mundum euacuauit ſe, euacuatio ipſa inſipientia eſt: quoniã quod fatuum eſt dei, ſapientius eſt hominibus. Si ego dixiſſem fatuum dei, quomodo aucupes ſermonum meorum, & ſemper dediti ad criminandum, uenenatas in me linguas uibrarent? Nunc uero Paulus ſapiens, & poteſtatem habens apoſtolicam: auſus eſt dicere omnem ſapientiam terrenã, quæ in ſe, quæ in Petro, quæ in cæteris apoſtolis erat, quæ in iſtum mundum deſcenderat, ſtulticiam eſſe dei. Ad compa rationem quippe illius ſapientiæ, quã terrenus non capit locus: ad illam ſapientiam quæ cœleſtis eſt, quæ mundi limitem excedit, hoc quod deſcendit ad homines fatuum dei eſt. Verum idipſum fatuum dei, ſapientius eſt hominibus. Quibus hominibus? Non utiq; ſtultis, ſed ſapientibus: dicas licet, ſapiẽtes huius ſæculi, ſiue principes, ſiue uates. Iſtis ſapientib⁹ ſæculi, hoc quod nos expoſuimus fatuum dei ſapientius eſt. Mirabile quiddam uolumus inſerere: quoniam ſapientia mundi ſtulticia eſt apud deum: & infatuauit deus ſapientiam mundi, non in ſapientia ſua infatuauit mundi ſapientiam, ut eſſe ſtulticia arguatur. Neq; enim dignatur ſapiẽtia dei ad mundi ſapientiam conuincendã tota deſcendere, ſed potius modicum, hoc eſt incarnationis ſacramentum. Quid neceſſarium fuit, quod fatuum dei erat, ut hoc paruo & fatuo dei, infatuaret ſæculi ſapientia? Non enim ualebat ſæculi ſapientia magnitudinem in ſe uenientis ſapiẽtiæ ſuſtinere. Verum exemplum interponam: ut perſpicue poſſit intelligi, quomodo fatuum dei, ſtultam fecerit ſapientiam mundi. Fingamus pauliſper me, qui aliquid putor noſſe, cum inſipiente aliquo & inerudito conferre ſermonem, qui nihil intelligat, nihil acutæ diſputatiõis interroget: nunquid opus mihi eſt ad iſtius ſtulticiam coarguendam dialecticæ artis calliditatem, & profundorum ſenſuum acumen adhibere? Nonne ad unius ſermonis iactum uilis & modici, qui tamen illius intelligentiæ uideatur acerrimus, fatuum eum & inſipientem eſſe conuincam? Sic igitur ad mundi ſapientiam ſtultificandam, non eſt opus ſapientiam dei deſcendere, & cum ea colluctari, quæ deorſum eſt ſapientia: ſed ſufficit fatuum dei: quoniam ſapientius eſt hominibus, & infirmũ dei, fortius eſt hominibus: & omnia contraria ſaluator meus & dominus aſſumpſit: ut contrarijs diſſoluat contraria, & confirmetur ab infirmitate eius, & ſapientes efficiamur a fatuo eius: & in hoc introducti poſſimus aſcendere ad ſapientiã & uirtutẽ dei Chriſti Ieſum, cui eſt gloria & uirtus & imperium in ſæcula ſæculorum.

B

## ¶ CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

C Totus huius epistolæ stilus sic abhorret ab Hieronymiano, ut non dubitem negare Latinũ fuisse qui scripserit, sed Græcum. Resipit em̃ sermo totus Græcitatem quandam, & balbutiẽ hominis in aliena lingua uersantis, id quod ipse propemodum, testatur cum ait: Latino utens æloquio. Quorsum em̃ attinebat Hieronymum præfari Paulæ & Eustochio se latine uelle scribere, cum quicquid scripsit, Latine scripserit. Deinde cum addit, Infantium more balbutientiũ, qui quæcũq; audierint, fari gestiunt: cũ necdũ possint ad plenum uerba formare: nonne palam indicat sese tentare sermonem peregrinum, in quo parum sit exercitatus, quod etiam si non fateatur, ipsa tamen dictio præ se fert. Nec em̃ usq; adeo æloquẽtiæ suæ fuit ignarus Hieronymus, præsertim id ætatis, ut se balbutienti infantulo fuerit comparaturus. Pro nobis faciunt & illa, quæ paulo superius præcedunt, Qui uobis dudum tractatibus loqui consueueram, ut nouo loquendi genere, exhortationis gratia, &c. An hoc scripti genus nouum Hieronymo? An non scripserat in exhortatorio genere permulta, cum ad diuersos diuersa, tum ad Eustochium librũ de uirginitate? Quod autẽ omnino genus æloquij nouũ erat Hieronymo? Si diuinare licet, suspicor esse Sophronij, quem in Catalogo scriptorum testatur fuisse uirum apprime doctum, sed græcum, Is adhuc puer conscripsit laudes Bethlehem, ac iam grandis insignem librum de subuersiõe Serapis. Multa diui Hieronymi opuscula elegãter uertit in linguam Græcam, Librum de uirginitate ad Eustochium, Vitam Hilarionis Monachi, psalterium & ꝓphetas, quos Hieronymus ex Hebraica ueritate uerterat Latine. Vidimus ipsi librũ & de claris scriptoribus, ab eodem Græco sermone traductũ, Vnde rursus latina deprauatissima correcta sunt. Errorem autem inscriptionis hinc apparet ortum fuisse. Primũ quod scribit ad Paulam & Eustochium, ad quas multa Hieronymus. Deinde quod quædam conueniunt hic, cum his quæ in Paulæ epitaphio postea scripsit Hieronymus, de uagitu pueri, de angelis canentibus: sicut admonuimus eo loco. Quasi uero non plures alij scripserint ad nobilissimas mulieres, quẽadmodum aliquot locis testatur & Hieronymus, aut quasi mirum sit Sophronium scisse, quod sciuerit Hieronymus, cum apud eum ut apparet uixerit. Nec hanc usq; citat Hieronymus, nec uerisimile est illum uiua Paula scripturum fuisse de uisione angelorum & similibus, quæ de mortua demum prodidit. Verum quid ago tot argumentis, cum stilus omnibus modis longe lateq; discrepans, abunde satis sit argumẽti?

## ¶ AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM DE ASSVMPTIONE BEATAE MARIAE VIRGINIS SERMO.

D COgitis me o Paula & Eustochium, imo charitas Christi me cõpellit: qui uobis dudum tractatibus loqui consueuerã, ut nouo loquẽdi genere, sanctis quæ uobiscũ degunt uirginibus, latino utens æloquio, exhortationis gratia, sermonem faciã de assumptione beatæ & gloriosæ semper uirginis Mariæ, more eorum qui declamatorie in ecclesijs solẽt loqui ad populum: quod utiq; genus docendi, necdum attigerã. Sed quia negare nequeo quicquid iniungitis, nimia uestra deuictus dilectione, experiar quæ hortamini affectu infantium more balbutientium, qui quæcũq; audierint, fari gestiunt: cum necdum possint ad plenum uerba formare: maxime, quia propter simpliciores quasq; id me depromere cõpellitis, ut habeat sanctum collegium uestrum sermone latino, quibus se occupet laudibus eadem die, quibusue diuinis uacet lectionibus: præsertim cum & eadem in multis festiuitatibus, multorum sanctorum patrũ studia, miro cuderint æloquio, quæ de hac quidem uberius ubiq; in scripturis diuinis prædicata leguntur. Quid em̃ aliud sonant euangelia, nisi dominũ nascentem ex Maria uirgine? & omnia eius incrementa quousq; fuit in mũdo dũtaxat, diuinis efferũt præconijs. Porro ab exordio sancti euangelij Gabrielem archangelum colloquentem Mariæ didicistis, & deinceps reliqua oĩa plenius legistis. Ad p̃sepe quoq; o Paula te teste, nato puero inter crepundia noui partus, & querelas nescij ploratus, pro fescenninis, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis: multitudinem angelorum cãtantium audiuisti: & radiãtem stellam uidisti. Pastoribus insuper euãgeliçantibus credidisti. Magos præterea tria deferẽtes munera, in uisione beatis oculis conspexisti: ipsa eadem munera bene intelligẽdo uotis omnibus fide deo obtulisti. Nam & cum eisdem Magis deum puerũ in præsepio adorasti. Sed forte cõquesta me delatorem, quod te prodiderim damabis. Ad quod ego, Si celatum esse uolebas teste conscientia, mihi narrare ante præsepium, ubi plurimũ lachrymata es, non debueras: quod ut uerum fatear, Christi præconia, etiam si uoluero adiuratus, neq; tuas laudes omnino tacere queo. Idcirco tuæ te interrogent filiæ, quas lacte nutris: tu ea melius referabis, quæ nescio si per speciem aliquam, aut certe in spiritu uidisti. Vnde uos o filiæ, pulsate matrem præcibus, pulsate ad ostium inuitantis amici: si quo modo tandẽ uobis aperiãtur, quæ referata sunt matri. Verũtamẽ de his quid plura dicam? Omnia saluatoris gesta & beatæ Mariæ obsequia:

necnon

A necnon actus uitæ ex euangelio didiciſtis. Et nunc quid ſupereſt, ut ab aliquo doctorũ requira/
tis? De aſſumptione eiuſdem tamen beatæ dei genitricis ſemperq; uirginis Mariæ, qualiter aſ/
ſumpta eſt, quia ueſtra id depoſcit oratio, præſentia abſens ſcribere uobis curaui, quæ abſentia
p̃ſens deuot⁹ obtuli: ut habeat ſanctũ collegiũ ueſtrũ in die tãtæ ſolẽnitatis mun⁹ latini ſermo/
nis, in quo diſcat tenera infãtia lactis experiri dulcedinẽ: & de exiguis eximia cogitare: qualiter
fauente deo per ſingulos ãnos tota hæc dies expendatur in laudem, & cum gaudio celebretur:
ne forte ſi uenerit in manus ueſtras illud apocryphum de trãſitu eiuſdem uirginis, dubia pro
certis recipiatis: quod multi latinorum pietatis amore, ſtudio legẽdi charius amplectunt: præ/
ſertim cum ex his nihil aliud experiri poſſit pro certo, niſi quod hodierna die glorioſa migrauit
a corpore. Monſtratur autem ſepulchrũ eius cernentibus nobis uſq; ad præſens in uallis Ioſa/
phat medio, quæ uallis eſt inter montẽ Siõ & mõtẽ oliueti poſita: quã & tu o Paula oculis aſpe/
xiſti, ubi in eius honore fabricata eſt eccleſia miro lapide tabulata: in qua ſepulta fuiſſe (ut ſcire
poteſtis) ab omnibus ibidem prædicatur: ſed nunc uacuum eſſe mauſoleum cernẽtibus oſten/
ditur. Hæc idcirco dixerim, quia multi noſtrorum dubitant: utrum aſſumpta fuerit ſimul cum
corpore, an abierit relicto corpore. Quomodo autem uel quo tempore, aut a quibus perſonis
ſanctiſſimũ corpus eius inde ablatum fuerit, uel ubi tranſpoſitum: utrum ne reſurrexerit, neſci/
tur: q̃uis nonnulli aſtruere uelint eam iam reſuſcitatam, & beata cum Chriſto immortalita/
te in cœleſtibus ueſtiri. Quod & de beato Iohanne euangeliſta eius miniſtro, cui uirgini a
Chriſto uirgo commiſſa eſt: plurimi aſſeuerant: quia in ſepulchro eius (ut fertur) non niſi man/
na inuenitur: quod & ſcaturire cernitur. Verũtamen quid horum uerius cenſeatur, ambigimus.
Melius tamen deo totum, cui nihil impoſſibile eſt cõmittimus, q̃ ut aliquid temere definire ue
limus authoritate noſtra, quod non probemus: ſicuti & de his quos cum dño (euangelio teſte)
reſurrexiſſe credimus. Sed utrum redierint in puluerem terræ, certum non habemus, niſi quod
B legimus: Quia multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt, ac uenerunt in ſanctam
ciuitatẽ ſcilicet Hieruſalem & apparuerunt multis. De quibus profecto nonnulli doctorũ ſen
ſerunt & etiam in ſuis reliquerunt ſcriptis, quod iam in illis perpetua ſit completa reſurrectio.
Fatentur em̃ quod ueri teſtes nõ eſſent, niſi & uera eorum eſſet reſurrectio. Vnde & beatus Pe/
trus dixiſſe legitur cum de Dauid loqueretur in teſtimonium: Et ſepulchrum, inquit, eius apud
nos eſt: quaſi non ſit auſus dicere, quod ipſe aut corpus eius apud nos eſt, ſed tãtum ſepulchrũ
quo conditus fuerat: hinc aiunt reſurrexiſſe & eũ cum cæteris ſanctis: & ideo uacuũ remanſiſſe
mauſoleũ, ut nũc beatæ Mariæ cernit. Q d' ſane factũ, & de alĩs q̃buſlibet locis ſcripturarũ af/
firmare conãtur: quod hi iã cũ Chriſto regnent reſuſcitati in æterna ſocietate. Quod (quia deo
nihil eſt impoſſibile) nec nos de beata Maria uirgine factũ abnuimus, q̃ q̃ propter cautelam
(ſalua fide) pio magis deſyderio opinari oporteat, q̃ inconſulte definire quod ſine periculo ne
ſcitur. Vnde de his ex quibus certi ſumus tantiſper loquamur ad exhortationẽ ueſtrã qualicũ q;
ſermone, ad ædificationẽ & laudem nominis dei: ut & religio cõſeruetur pro famulatu, & deuo
tio augeatur pro affectu: quoniã hæc eſt uirgo, quæ ſola interemit uniuerſam hæreticam praui/
tatem: ſola poſt deum quæ nos confirmet in omni ueritate ſuiſq; commendet meritis, & preci/
bus auxilietur, ut & ipſi digni inueniamur in eius laudibus. Quod ſi quæritur poſt aſcenſionẽ
dñi quid egerit. Vnum pro certo eſt, quia uirgo ſancta corpore ac mente permãſit: quam ſane
angelus Gabriel, ac ſi cœleſtis paranymphus, intactã cuſtodiuit. Et Iohannes apoſtolus atq;
euangeliſta, cui Chriſtus eam de cruce cõmiſit, uirgo uirginem ſeruauit, ſuiſq; ei deſeruiuit obſe
quĩs: non quod eximius ille ſanctorum chorus apoſtolorum deſeruerit eam: inter quos poſt
reſurrectionem intrans & exiens, familiarius contulit de Chriſti incarnatione: tanto ſiquidem
uerius, quanto ab initio plenius per ſpiritum ſanctum cuncta didicerat, & perſpexerat oculis
uniuerſa: licet & apoſtoli per eũdem ſpiritum ſanctum omnia cognouerint, & in omnem edo/
cti peruenerint ueritatẽ. Quã ſane beatam uirginem, & ſi omnes uenerati ſunt diſcipuli, eiq; fa
mulabantur affectu dilectionis, Iohãnes tamen amplius ac ſpecialius uſq; in finẽ uitæ, qui ſibi
cõmiſſam accepit in ſuam, quaſi matrem filius: cui benignus magiſter de cruce: Mulier, inquit,
ecce filius tuus. Ad diſcipulum autem: Ecce mater tua, ut uirgo uirgini cohæreret & deſeruiret

C officiosissime cura adoptionis. Non em̃ pudicissima uirginitas alicui discipulorũ rectius q̃ uirgini cõmendatur: ut esset ad inuicem grata societas, & floridus aspectus: nec non & uenustas cõuersandi uernans, alternatim pudicitiarum splendore decoratus. Vna siquidem uirtus uirginitatis in ambobus, sed altera proportio in Maria: altera quidem, quia fœcũdior, sed ipsa. Ipsa uero, sed altera: quia etsi ipsa eademq; incorruptio, tamen fœcũditas integritatis longe gloriosior q̃ uirginitas. Idcirco & fœcunditas in illa tota deifica est & uirginitas. Alioquin nusq̃ secundũ naturam nascendi uirginitas, ubi fœcunditas prædicatur: neq; fœcũditas, ubi uirginitas integra conseruatur. Ideoq; totum superexcellit de illa quæ dicuntur, quia sunt diuina atq; ineffabilia. Vnde uirginitas & fœcũditas prolis supereminens nouitas est, q̃q̃ humanum cernatur ex carne quod nascitur. Verũtamen etsi magnificentior multum uirginitas in Maria propter gratiæ excellentiam: una tamen integritas carnis & una uirtus, quæ ad inuicem tanq̃ cognata sociatur. Hinc quoq; Iohannes, quicquid est quod Maria genuit euangeliçando, suo cõmendat æloquio. Verbum (inquit) in principio erat, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc quippe uerbum quod erat in principio, & apud deum erat, & deus erat: ipsum genuit beata & gloriosa uirgo Maria ex se carnem factum. Idcirco & uirginitas longe sacratior: & fœcunditas (ut ita dicam) multo ineffabilior: q̃ suo potuerit ille explicare æloquio. Verũtamen quanto uirginitas cognatior uirginitati: tanto beatus euangelista cæteris excellentior & uicinior uerbo. Ideo quicquid est quod uirgo genuit: totum prout potuit homo per spiritum sanctum nobis reserauit manifestius & docuit. Cæterum ad exemplum humanæ uitæ, conuersatio eius post ascensionem Christi generaliter cum apostolis fuit quousq; dispergunt: sicut Lucas meminit dicẽs: Quod regressi quidem a monte oliueti, Hierosolymam uenerunt: & ascenderũt in cœnaculũ ubi manebant, Petrus & Iohannes, & Iacobus, & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomeus & Matthæus, Iacobus alphei & Simon çelotes, & Iudas iacobi. Hi oẽs, inquit, erant perseuerantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. Ecce Iesu ascendente cum quibus uirgo uacat in schola uirtutum, & meditatur in lege man-

D datorum dei, ut & ipsa sit forma disciplinæ Christi & exemplum perfectionis uirginibus. Conuersatur autem cum testibus sanctæ resurrectionis & ipsa testis. Conuersatur cum senatoribus cœli intra curiam paradisi sub spiritus sancti disciplina & magisterio totius diuinæ maiestatis. Inuenitur prima beata Maria inter primas summi regis cohortes: quorum uita iam nõ erat de terris, in quibus Christus præliabatur, sed de cœlis. Hinc ascendisse leguntur in cœnaculum, in quo pascha dignissime celebrabat, ibi quippe manebãt cũ Maria matre Iesu unanimiter aspirati in charitate, perseuerantes in oratione: donec induerentur uirtute ex alto. Cœperant enim iam orare qui dudũ cum domino conuersantes uirtutibus & miraculis pascebantur. Et bene perseuerabant in oratione nihil hæsitantes, donec acciperent munera spiritus sancti quæ poscebãt. Quos & uos o filiæ imitamini, quæ in schola Christi pmanere uouistis, perseuerate in orationibus unanimiter uiuentes, donec intrare possitis gaudia æternæ uitæ, quo beata uirgo feliciter hodie introiuit, alternantibus hymnidicis angelorũ choris intra pascua æternæ uiriditatis: ubi una societas ciuium supernorum, ubi dulcis solẽnitas angelorum, ubi post labores & erumnas felix & suauis refectio animarum. Hodie gloriosa nãq; semper uirgo Maria cœlos ascendit: rogo gaudete: quia (ut ita fatear) ineffabiliter sublimata cum Christo regnat in æternum. Regina mundi hodie de terris & de præsenti sæculo nequã eripitur: iterum dico gaudete, quia secura de sua immarcescibili gloria ad cœli iam peruenit palatium. Exultate inquã & gaudete, & lætetur omnis orbis, quia hodie nobis omnibus eius interuenientibus meritis salus aucta est. Vobis quoq; diligentibus eam, honor & uirtus una cum reliquis sacris uirginibus amplior præstatur & gratia. Idcirco dilectissimæ lætamini & laudate, quia si deũ ore prophetico in sanctis suis laudare iubemur: multomagis eũ in hac celebritate beatæ Mariæ uirginis matris eius oportet cũ hymnis & canticis diligentius extollere: & dignis deo iubilare præconijs ac mysticis honorare muneribus. Nulli enim dubium quin totum ad gloriam laudis eius pertineat, quicquid digne genitrici suæ impẽsum fuerit, atq; solẽniter attributum. Ex quo timeo satis & ualde pertimesco dũ uestris cupio parere profectibus, ne forte sicut improbus, ita & indignus laudator inueniar.

Profecto

A Profecto cum nec ſanctitas uel facundia ſuppeditet:ut beatam & glorioſam uirginem Mariã digne laudare queam: quoniã(ut uerũ fatear)quicquid humanis dici poteſt uerbis, minus eſt a laude cœli:quia diuinis eſt & angelicis excellentius prædicata & laudata præconijs. Aprophetis quidem prænunciata,a patriarchis figuris & ænigmatibus præſignata:ab euangeliſtis exhibita & monſtrata, ab angelo uenerabiliter atq; officioſiſſime ſalutata. Præterea qualis & quanta eſſet:ab eodem diuinitus declaratur cum dicitur:Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Talibus nãq; decebat uirginẽ oppignerari muneribus: ut eſſet gratia plena,quæ dedit cœlis gloriam:terris dominũ,pacemq; refudit,fidem gentibus,finem uitijs, uitæ ordinem,moribus diſciplinam. Et bene angelus ad uirginem Mariam mittitur:quia ſemper eſt angelis cognata uirginitas. Profecto in carne,præter carnem uiuere:non terrena uita eſt,ſed cœleſtis. Vnde in carne angelicam uitam acquirere,maius eſt meritum q̃ habere. Eſſe em̃ angelũ,felicitatis eſt: eſſe uero uirginẽ,uirtutis:dũ hoc obtinere uiribus uirgo nititur cũ gratia,quod habet angelus ex natura. Vtrũq; tamen & eſſe uirginem & angelum,diuini muneris eſt officiũ non humani. Aue(inquit)gratia plena: & bene plena, quia cæteris per partes præſtatur: Mariæ uero ſimul ſe tota infudit plenitudo gratiæ. Hoc quippe eſt quod Dauid canit: Deſcendet ſicut pluuia in uellus. Vellus itaq; cum ſit de corpore,neſcit corporis paſſionẽ. Sic & uirginitas cũ ſit in carne,neſcit uitia carnis. Cœleſtis plane imber in uirgineũ uellus,placido ſe infudit illapſu:& tota diuinitatis unda ſe contulit in carnẽ,quãdo uerbũ caro factum eſt:ac deinde per crucis patibulum expreſſum,terris omnibus ſalutis pluuiam effudit, & ſtillicidia gratiæ,humanis præſtitit mentibus. Dñs(inquit)tecum. Mira res & iam cum uirgine erat,qui ad uirginem mittebat angelum:& præceſſit nuncium ſuum deus,ſed a deo non receſſit: nec teneri potuit locis qui omnibus habetur in locis:& totus ubiq; eſt, ſine quo nihil totum. Ergo uerbũ patris nũq; a patre diſcedens,homo ꝓ nobis fieri dignatus eſt, ſecreto ſuo myſterio quod ipſe nouit:qui quoniam totum ſuſcepit quod eſt hominis, homo totus eſt: & totum retinens quod dei eſt,omnino aliud q̃ deus(qui natus eſt ex Maria)eſſe non potuit. Scit em̃ deus omnia & poteſt. Propte
B rea quia ita eſt, ſciuit ſe ac potuit in utero uirginis ſine ſui corruptiõe miſcere atq; unire,ut unus eſſet Chriſtus deus & homo,una perſona,unaq; ſubſtãtia. Ob quod dei genitrix electa & prælecta iure ab angelo ſalutatur,& prædicatur gratia plena. Vere plena per quã largo ſancti ſpiritus imbre ſuperfuſa eſt omnis creatura. Et ideo ſatis eam deuotiſſime primum angelus ueneratur & ſalutat. Miratur itaq; & ipſe qualis aut quanta ſit quam ſalutat:non em̃ ſimplex fateor uel conſueta fuit iſta ſalutatio,ſed omni admiratione digna. Siquidem uenerationis fuit delatio,oblatio muneris,famulatus obſequij. Quia etſi in ſanctis patribus & prophetis gratia fuiſſe creditur:non tamen eatenus plena. In Mariã uero totius gratiæ quæ in Chriſto eſt plenitudo uenit q̃q; aliter. Et ideo(inquit)benedicta tu in mulieribus,id eſt,plus benedicta q̃ omnes mulieres. Ac per hoc quicquid maledictionis infuſum eſt per Euam,totum abſtulit benedictio Mariæ. Inſuper gratiam refudit Chriſti ortus,quam non habuit prius omnis mundus. Igitur quod natura non habuit,uſus neſciuit,ignorauit ratio,mens non capit humana,pauet cœlum, ſtupet terra, creatura omnis etiam cœleſtis miratur: hoc totum eſt quod per Gabrielem Mariæ diuinitus nunciatur, & per Chriſtum adimpletur. Qua de cauſa de tali tantaq; loqui, me indignum fateor: ſed & puto quod nemo ſit qui præſumat,niſi qui quãta ſint quæ panduntur penitus ignorat. Tamẽ etſi ad hæc nemo idoneus inuenitur,uotis omnibus ceſſare non debet etiã qlibet peccator a laudibus,q̃uis explere nõ queat quod ſentit. Vnde ſermo diuinus cũ de peccatore ageret in pſalmis:Sacrificiũ(inqt)laudis honorificabit me: ꝓtinus addidit,& illic iter eſt quo oſtendam illi ſalutare dei:ac ſi patẽter dicat:Illic iter eſt laudis ad æternã laudẽ ſine fine mãſurã,ſed nemo ap̃phendet illud, niſi ego p̃mõſtrauero. Propterea chariſſimæ,quia iter ſalutis noſtræ in laudibus eſt ſaluatoris:hortor uos & cõmoneo in hac ſacra ſolẽnitate genitricis dei Mariæ,nolite ceſſare a laudibus. Quod ſi uirgo es:gaude,quia meruiſti eſſe & tu quod laudas: tantũ cura ut ſis,quæ digne laudare poſſis. Quod ſi cõtinẽs & caſta es,uenerare & lauda, qa nõ aliunde conſtat,ut poſſis eſſe caſta q̃ ex gratia Chriſti, quæ fuit pleniſſime in Maria quã laudas. Quod ſi coniugata certe aut peccatrix,nihilominus confitere & lauda,quoniam inde miſe

C ricordia omnibus profluxit & gratia ut laudent. Et cuis nõ sit speciosa laus in ore peccatoris: noli cessare a laude, quia inde tibi promittit uenia unde & oibus,ut laudes. Alioquin nisi iuxta modulũ ingenij nostri deũ laudare in sanctis suis studeam9:quomodo eũ secundũ quod canimus:Iuxta multitudinẽ magnitudinis eius,laudare poterimus? Omnino quippe prætermittendum non est quod impleturi sumus quandoq;,secundum quod dicitur: Beati qui habitant in domo tua domine,in sæcula sæculorum laudabunt te. Interdum uero, quia immensus est, qd' uoce nõ possumus,nec facundia ualemus,exequamur uotis & medullis cordis:quia magn9. & bonus est atq; immensus,tantus ac talis,quantũ ac qualẽ ipse se nouit,ore ac spiritu confiteamur ad iusticiam & salutem. Hinc rogo omnes pariter festiuitatem glorioſæ semper uirginis Mariæ deuotissime celebremus:quia hæc est dies præclara, in qua meruit exaltari super choros angelorum: & peruenire ultra cui nostræ humanitatis est natura. Vbi non substantia tollitur, sed gloriæ magnitudo monstratur,cum eleuatur in dexteram patris, ubi Christus pro nobis introiuit pontifex factus in æternum ad cœli palatium. Hæc est inquam dies,in qua usq; ad throni celsitudinẽ intemerata mater & uirgo processit,atq; in regni solio sublimata,post Christum glorioſa resedit. Sic itaq; ubiq; cõfidenter sancta dei canit ecclesia,quod de nullo alio sanctorũ fas est credere,ut ultra angelorũ & archangelorũ dignitatẽ merito trãscenderit:quia & si similitudo repromittit sanctis, ueritas tamen negatur. Hoc quippe priuilegiũ non naturæ est, sed gratiæ beatæ uirginis Mariæ:de qua natus est ipse deus & homo. Idcirco & ipsa plus est meritis,& non natura cui uirgo & homo. Vnde & si cæteræ uirgines imitantur illam usq; ad contemptum partus,& Gabrielis nouæ salutationis obsequium,deinceps totum diuinũ est, quod operatum est in ea,teste angelo:Quia spiritus sanctus & uirtus altissimi obumbrabit te. Ante hoc ipsum sane uterus uirginis,cui mundus,cui impollutus & alienus a contagione peccati,cui sanctus:tamen adhuc uilitate humanitatis induitur: ut ita dicam,ac si lana candidissima,suoq; colore dealbata:ad quam sane cum accessisset spiritus sanctus,quasi ipsa eademq; lana cum inficitur sanguine conchilij uel muricis uertitur in purpuram:uersa est & ipsa sine coitu

D in matrem: ut non sit iam amodo quod fuerat, sed purpura uerissima ad indumentum & gloriam summi regis diuinitus aptissime dedicata:ut nulli deinceps ea uti usu fœmineo licuerit nisi deo. Quippe(ut ita loquar)beata & glorioſa uirgo Maria eo modo,cui dudum incomparabilis esset uniuersis,quæ sub cœlo sunt uirginibus,ut decenter posset in se suscipere diuinitatis admixtionem,salua utraq; natura:tamen cum gratia repletur,cum spiritu sancto perfunditur, cum uirtute altissimi obumbratur:fit præciosior meritis,celsis sublimior fastigijs,pulchrior sanctitate,glorioſior suorum prærogatiuis meritorum: ita ut nullis iam usibus sit ipsa eademq; mancipanda nisi diuinis. Vnde o sanctissimæ uirgines,etsi imitari oportet tãtam ac talem uirginem,tãq; præclaram uenerari:multum tamen conuenit,& ultra angelicam quodammodo dignitatem,quantum fas est,cum gaudio laudibus eam dignissimis efferre:quæ(ut diximus) non temere per Christi gratiam super choros angelorum exaltata deuotissime hodie prædicatur: quia præcessit eam dñs & saluator noster ex ea uera fide genitus ad cœlestia:ut pararet ei sicut ipse suis repromisit discipulis in æthereis mansionibus locum. Hinc quoq; Dauid propheta olim gratulabundus Christo canit: A summo,inquit,cœlo egressio eius:& occursus eius usq; ad summum eius. Ascendit ergo eandem gloriam resumpturus,licet non amiserit quam prius habuerat anteq; mundus fieret. Ascendit & præparauit huic sanctissimæ & glorioſissimæ uirgini locum immortalitatis, ut cum eo regnare posset in perpetuum . Et hæc est huius præsentis diei festiuitas, in qua glorioſa & felix ad æthereum peruenit thalamum. Quæ profecto festiuitas,sicuti beata Maria incomparabilis est uirginibus cæteris,ita incomparabilis est omnium sanctorum festiuitatibus:& admiranda est etiam angelicis uirtutibus. Propter quod expersona supernorum ciuium in eius ascẽsione admirans spiritus sanctus,ait in Canticis: Quæ est ista quæ ascendit per desertum,sicut uirgula fumi ex aromatibus. Et bene quasi uirgula fumi, quia gracilis & delicata,quia diuinis extenuata disciplinis,& concremata intus in holocaustum incendio pij amoris,& desyderio charitatis. Vt uirgula,inquit, fumi ex aromatibus : nimirum quia multis repleta est uirtutum odoribus;manans ex ea fragrabat suauissimus odor etiã spiritibus

angelicis

A angelicis. Aſcendebat autem dei genitrix de deſerto præſentis ſæculi, uirga de radice Ieſſe olim exorta: ſed mirabantur electorũ animæ præ gaudio, quæ nã eſſet quæ etiam meritorum uirtutibus angelorũ uinceret dignitatẽ. De qua rurſus idem ſpiritus ſanctus in eiſdem Canticis: Quæ eſt iſta quæ aſcendit, inquit, quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata? Admiratur autem ſpiritus ſanctus, quia omnes de aſcenſu huius uirginis admirantes facit, quod quaſi noui diluculi aurora rutilans, aſcenſu ſuo reſplendeat, multis freta & uallata ſanctorum agminibus. Vnde dicitur terribilis, ut caſtrorum acies ordinata. Siqdẽ terribilis ſuis facta uirtutibꝫ, ut caſtrorũ acies admodũ ordinata: hincinde angelorũ ſanctorum fulta præſidijs: pulchra ut luna, imo pulchrior cꝫ luna, quia iam ſine defectu ſui coruſcat cœleſtibus illuſtrata fulgoribus. Electa ut ſol, fulgore uirtutum, quia ipſe elegit eam ſol iuſticiæ, ut naſceretur ex ea. Ad cuius profecto exequias (quantum fas eſt credere) famulabantur angeli, & uniuerſæ cœlorum congratulabantur curiæ. Nec mirum, quia honor maternus eius eſt, qui eſt natus ex ea: quem omnis cœlorum ordo ueneratur & adorat ſuper ſe eleuatum cum patre in ſede maieſtatis domini. Legimus enim cꝫ ſæpe ad funera, & ad ſepulturas quorumlibet ſanctorum angelos aduenisſe, & exequijs eorum obſequia præſtitiſſe: nec non & animas electorum uſqꝫ ad cœlos cum hymnis & laudibus detuliſſe: ubi & utriuſqꝫ ſexus chori commemorãtur frequenter auditi laudeſqꝫ ceciniſſe: interea & quod perſpicatius eſt, multo nonnũ cꝫ lumine eoſdem reſplenduiſſe: inſuper & adhuc uiuẽtes in carne, ibidem miri odoris fragrantiã diutius perſenſiſſe. Quod ſi ad recreandam ſpem dilectiſſimæ filiæ, & corroborandam fidem interdum aſtantium, ſaluator noſter Ieſus Chriſtus ob merita ſuorum amplius comprobãda: talia & tanta dignatus eſt exhibere per ſuos cœli miniſtros circa defunctos: quantomagis credendũ eſt hodierna die militiam cœlorũ cum ſuis agminibus feſtiue obuiam ueniſſe genitrici dei, eamqꝫ ingenti lumine circũfulſiſſe, & uſqꝫ ad thronum olim ſibi etiam ante mundi conſtitutionem paratum, cum laudibus & canticis ſpiritalibus perduxiſſe? Nulli dubium, omnem illam cœleſtem Hieruſalem, tunc exultaſſe ineffabili lætitia, tunc iocundatam eſſe inæſtimabili chari-

B tate, tuncqꝫ cum omni gratulatione iubilaſſe: quoniam feſtiuitas hæc quæ nobis hodie reuoluitur annua, illis omnibus facta eſt cõtinua. Nec immerito: Creditur emꝫ quod ſaluator omnium ipſe, quantum datur intelligi, per ſe totus feſtiuus occurrit, & cum gaudio eam ſecum in throno collocauit. Alias autem quomodo impleuiſſe creditur quod in lege ipſe præcepit: Honora patrem tuum & matrem tuam? Porro quod patrem honorauerit, ipſe ſibi teſtis eſt cum ad Iudæos ait: Ego gloriam meam non quæro: eſt qui quærat & iudicet, ſed ego honorifico patrem meum, & uos inhonoraſtis me. De matre uero euangeliſta cum rediret: ueniens, ait, Naçareth erat ſubditus illis. Sed alia eſt natura qua deus pater ſecundum ſe honoratur: alia qua idem parentibus ſubditur. In utraqꝫ tamen unus idemqꝫ Chriſtus recte creditur: eo quod uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, unus Emanuel, quod eſt nobiſcum deus. Hanc quippe unionem diuinitatis atqꝫ humanitatis inconfuſam atqꝫ indiuiſam fides catholica ſeruat: quã ſane intelligendo cognoſcit naturalis, atqꝫ ſecundum ſubſtantiam conuentio unitatis, ut neqꝫ conuerſio in alterutram duarum ſubſtantiarum partem recipiatur nec diuiſio. Sic nanqꝫ credere, honorare eſt matrem domini: quæ & deum nobis genuit & hominem: neqꝫ hominem ſine deo, neqꝫ ſine homine deum, ſed deum & hominem unum & uerum Ieſum Chriſtum. Alioquin dei genitrix dici non poſſet, quod multi hæreticorum negare conati ſunt, niſi deum uere genuiſſet incarnatum: & propterea duas in Chriſto recte confitemur natiuitates. Vnam uidelicet de patre ſine initio, & ſine tempore ſempiternam & coæternam deo patri. Alteram de matre cum tempore, quando miſerationem induens & miſericordiam, ſpontanea uoluntate ad nos deſcendit homo natus deus: ac per hoc iuxta ueritatem & matris geſtatur utero qui ſemper deus agnoſcitur. Hinc etiam Theotocon eam ueraciter confitemur, dei ſcilicet genitricem: necnon & Chriſtotocon: non quod uerbum carnem ſecum detulerit, neqꝫ olim præfatæ carni copulatũ ſit: ſed tunc quando uerbum caro factum eſt ex carne uirginis: diuinitatis atqꝫ humanitatis ſubſtantia in utero ita inconfuſe unitur: ut una perſona ſit deus & homo Chriſtus. Ex duabus ſiquidem naturis ſine confuſione alterius, non niſi unus inuenitur Ieſus dominus:

C manens deus in forma dei,qui ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens: manens unus idemq; in forma ſerui quam ſuſcepit:totus quippe deus in carne uirginis de qua natus eſt & totus homo. Hinc quoq; Apoſtolus:In quo habitat(inqt)oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. Quapropter o filiæ eſtote prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ:ut ex prudentia perfectæ intelligentiæ, anulum fidei ueſtræ, & margaritam pro qua omnia reliquiſtis, integrā inuiolatamq; ſeruetis:ne dotem ſimul & arram ſpiritus ſancti(quod abſit)perdatis. Diligentius itaq; ꝓcurate,ſi quo modo ſimplicitas columbæ quæ fuit in Maria,illæſa inuiolataq; in uobis cuſtodiatur.De qua Solomon in Canticis quaſi in laudē eius: Veni(inquit)columba mea: immaculata mea:Iam enim hyems tranſiit,imber abiit & receſſit.Ac deinde inquit: Veni de libano,ueni coronaberis. Nō immerito igitur uenire de libano iubetur,quia libanus candidatio interpretatur.Erat em̄ candidata multis meritorum uirtutibus,& dealbata niue candidior ſpiritus ſancti muneribus,ſimplicitatem columbæ in omnibus repreſentans:quoniam quicquid in ea geſtum eſt,totum puritas & ſimplicitas,totum ueritas & gratia fuit,totū miſericordia & iuſticia,quæ de cœlo proſpexit:& ideo immaculata,quia in nullo corrupta. Circūdedit em̄ uirum in utero,ſicut Nieremias ſanctus teſtatur,& non aliunde accepit. Faciet(inquit)dominus nouū ſuper terram & mulier circūdabit uirum. Vere nouum & omnium nouitatū ſupereminens nouitas uirtutum,quando deus(quem ferre non poteſt mūdus,neq; uidere aliquis ut uiuere poſſit)ſic ingreſſus eſt hoſpitium uentris, ut corporis clauſtrū neſciret: ſicq; geſtatus,ut totus deus in eo eſſet:& ſic exiuit inde,ut eſſet(ſicut Eçechiel fatet)porta omnino clauſa. Vnde canit in eiſdē canticis de ea:Nortus cōcluſus,fons ſignatus,emiſſiones tuæ paradiſus. Vere hortus delitiarum,in quo conſita ſunt uniuerſa florum genera & odoramenta uirtutum:ſicq; concluſus,ut neſciat uiolari,neq; corrumpi ullis inſidiarum fraudibus.Fons itaq; ſignatus ſigillo totius trinitatis:ex quo fons uitæ manat,in cuius lumine omnes uidebimus lumen.Quia(iuxta Iohannem) ipſe eſt qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.Cuius profecto emiſſio uteri,ſupernorum ciuium omniū eſt paradiſus. De iſto nāq; uentris agro patriarcha Iſaac longe odorans,aiebat dicēs : Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni,cui benedixit dominus: cuius putent parum intelligentes,quod priores ſancti minus de Chriſto intellexerint myſterium incarnationis, cū & ipſi eadem ſaluati ſint gratia. Vnde conſtat tēpus nō præiudicaſſe ſacramento uniti hominis ac dei: ita ut iam eſſet in illo per unitatē perſonæ ab initio ſæculi,qui nōdū erat natus de Maria uirgine:quod multis ſcripturarum declaratur indicijs. Vnde dominus ad Iudæos:Antequā Abrahā fieret,inqt,ego ſum.Quibus utiq; uerbis oſtendit ſe q̄ loquebatur,in eo ſemp̄ fuiſſe myſterio unitatis. Quā ut commēdaret, Antequā Abraham fieret, inquit,ego ſum. Nam Abraham antequā fieret, humanitatis eſt breuitas. Ego autem ſum,æternitas naturæ declaratur:in qua nimirum æternitate iam ſe fuiſſe qui loquebatur,per ſacramentum ſuæ incarnationis inſinuat.Quod Apoſtolus Iudas uolens apertius dilucidare: Ieſus, inquit, populum ex Aegypto ſaluans:ſecundo eos qui non crediderunt perdidit. Et alibi Paulus: Neq; tentemus Chriſtum ſicut quidam eorū tentauerunt:non quod iam eſſet Ieſus aut Chriſtus natus ex Maria:ſed quia in illo unico filio dei iam unitas perſonæ commendabatur,quæ occulta erat in myſterio. Quod & alibi euidēter Paulus: Qui elegit nos,inquit,ante mundi conſtitutionē in ipſo: quia profecto quicquid deus fecit ab initio,Chriſtus fecit totum per unitatem ſacramenti. Et ideo iam Ieſus erat in filio,qui populum educebat, & Chriſtus in eo qui tentabatur:quoniam ſemper per ſacramenti unitatē in deo fuiſſe non dubitaꝫ. Alioquin niſi ita crediderīs, aut Chriſtus deus nō erit omnino,aut cōtra ꝓphetā deus recens eſſe uidebiꝫ. Sed ne talibus quatiamur calumnijs,ſcrutandæ ſunt ſcripturæ,in quibus unitas in Chriſto cōmendatur perſonæ,quoniā non præiudicat tempus ne unus ſemper dicatur.Hinc quoq; beatus Petrus loquens de patribus, ait:Per gratiā dñi noſtri Ieſu Chriſti credimꝰ ſaluari quēadmodū & illi.Nāq; illos dñs ſolꝰ ducebat: & nō erat cū eis deus alienus:unde nec nobiſcū deus recēs: quia unus idēq; eſt,q & eorū ductor fuit, & noſter p paſſionē carnis ſuæ redēptor:unus ſiqdē ſua in carne, unꝰ in ſacramēto,atq; unus in ſpū:nec admittit ratio,ut alius filius hoīs,alius filius dei intelligaꝫ. Qui nec tpe
D p̄ſcribiꝫ,nec paſſiōe ſeparatur,ſed totus deus in Chriſtū,& Chriſtus in deū trāſijt: ut quicquid

dei

A dei filius est, Christus dicatur: & quicquid in carne Christus pertulit, id deus pertulisse recte creditur: alioquin si ad rationem respicias & ad sensus humanos, nequaq̃ ita hactenus potuerũt inter se conuenire deitas & humana conditio: conuenerunt tamen in Christo, & unus est ex ambobus emanuel. Vnde mihi uidetur quod altitudinem tanti mysterij diligenter intelligere & uidere nõ potuerũt, qui aut duos filios certe, aut aliud Christum q̃ dei filium existimauere. Qua propter nec nos hominem seorsum colimus, quod nefas est, nec adoramus: sed deum magis incarnatum, qui proprium sibi corpus animatum uniuit, ita ut deus uerbum caro fieret: & nõ in aliũ quẽlibet, sed in semetipm caderet unitas q̃ unus & uerus dei filius semp erat. Idcirco nõ aliũ quã eũdẽ, ipsumq̃ dei filium & colimus & adoramus. Qui nihil ipse pro assumpto homine est auctus, nihilq̃ quod uerbum caro factum est imminutus, uel immutatus est: & ideo unus idemq̃ semper cum deo patre filius adoratur, non nouus, non recens ex tẽpore, non alienus a natura uel genere. Quod si tibi nouum uidetur quod pro te hominem assumpsit: noueris quod hoc semper cum eo & in eius consilio fuit ut sic fieret: & nunc quando plenitudo temporis uenit: id factum est quod in Christo semp factum fuit. Talibus quippe priores sancti diuinitus afficiebantur odoramentis: talibus inspirabantur de Christo præsagijs, quod nasciturus esset in mundo, in quo esset omnium salus & benedictio æternæ hæreditatis. Istæ siquidem sunt fidei uestes: istæ quibus priores sancti uestiebãtur: istæ quas Rebecca, imo spiritus sanctus secum domi habuit, quibus induit Iacob filium suum. Alias autem nisi a spiritu sancto seruata domi & prolata essent, quid miri odoris in eisdem pater Isaac hauriret: ita ut diceret, cũ præsensisset uestimentorum fragrantiam: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus? Sed forte dicturus est aliquis: Quid ad Rebeccam spiritus sanctus pertinet, cum multis in locis psonæ pro deo figurate accipiãtur? Verũtamen & spiritus in hebræo רוּחַ ruha fœminino genere dicitur: non quod sexus in deo monstretur, imo ne forte suspicetur, sub regula trium linB guarũ spiritus sanctus diuerse accipitur: in hebræo scilicet, ut dixi fœminino genere legit, in græco uero ne sexus in eo credatur πνεῦμα neutro inuenitur: & in latino masculinum esse decernitur. Qui nimirum spiritus sanctus bene per Rebeccam intelligitur: & ideo totum est in mysterio quod geritur: ut per uestimentorũ fragrantiã Christus annuncietur: quẽ nos omes quicũq̃ baptiçati sumus induimur, in quo benedixit nos non qualicunq̃: sed omni (ut ait Apostolus) benedictione spiritali in cœlestibus. Vnde & angelus Mariæ loquens, a benedictione exorsus ait: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui. Cuius profecto in spiritu longe odorem trahens pater Isaac benedicebat filium, in quo cœlestis omnis benedictio mundo effloruit. Et bene ab eo plenus ager dicit, quia plena gratia uirtutũ uirgo Maria pnũciatur: de cui9 utero credentib9 fructus uitæ effulsit. Et nos (inquit euangelista) oẽs de plenitudine eius accepimus gratiam pro gratia. Quapropter obsecro uos o filiæ, talem ac tantam gratiã ne in uacuum recipiatis, quæ est in Christo Iesu, in quo est deus & homo, sic unitus in una eadẽq̃ persona, ut legatur q̃ sæpe in scripturis diuinis homo deo coæternus propter unionem substãtiæ: ac deinde deus homini uideatur compassus, cum nec ininitialis sit homo, nec passibilis deus: tamen sic unitus est deus suo corpori, ut nullam patiatur fieri inter deum & hominẽ humana opinione distãtiam: ne forte (quod absit) alius filius dei, & alius filius hominis credatur: præsertim quia scriptura diuina sic cõnectit & concorporat deum & hominẽ: ut nec in tẽpore hominẽ admodũ quis a deo, nec in passione possit ab homine deum discernere. Vnde si ad tempus respicias, inuenies quidẽ pro certo semper filium hominis cũ filio dei. Si ad passionem, inuenies semper cum filio hominis eundem dei filium ita unitum & indiuiduum, quantũ ad uocem scripturæ pertinet: ut nec homo separari a deo tempore, nec ab homine deus ualeat passione. Siquidẽ (ut hæc apertius intelligatis) ipsius Christi uerba discutite: Nemo ascẽdit, inquit, in cœlum: nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Quis queso est qui loquit? Christus utiq̃. Vbi rogo tũc erat, quando hæc loquebatur? In terra scilicet. Et quomodo se de cœlo anteq̃ nasceretur descendisse testatur? Etiam & cum loquitur in cœlo se esse fatetur, eundemq̃ se filium hominis dicit: cum utiq̃ de cœlo, nisi deus descendere non potuerit: & cum in terris loquitur, non nisi unus idẽq̃ Christus fuit. Et hæc est mira & admirabilis nouitas, imo omnium nouitatum

C tum ſupereminens nouitas unitatis. Quam niſi diligenter prudens uirgo ab exordio ſancti euangelij animaduertas, magis errare in omni ſcriptura uideberis diuina q̄ intelligere ueritatem. Conſtat igitur unum eundemq; Chriſtum ſecundum utraſq; formas operatum, humanitatis ſcilicet ac diuinitatis, ac per hoc duas exercuiſſe operationes. Operata eſt em̄ utraq; forma uel natura cum alterius cōmunione quod propriū habuit:uerbo ſiquidē operante quod uerbi eſt:& carne exequente quæ carnis erant:cōmunicante ei ſiquidem uerbo in eadem operatione:dum & idem deus atq; homo in una ſubſtantia uel perſona,ſine diuiſione aut cōmixtione creditur,& præcognita una idētitas prædicatur. Verūtamen deus uerbum eſt & nō caro,quā q̄ carnem rationabiliter animatam aſſumpſerit: Hancq; ſibi unione naturali & ſecundum ſubſtantiam couiuit. Similiter & caro eſt animata,& non uerbum,licet uerbi dei caro cōſpecta ſit ac uiſa. Vnde & Iohānes: Quod fuit ab initio, & quod audiuimus,inquit,& uidimus & perſpeximus,& manus noſtræ tractauerunt de uerbo uitæ:cum profecto nemo deum uerum uidere aut tractare poſſit manibus,niſi per ſacramentum ſibi uniti hominis. Quæ nimirū unitio tam mira eſt,ut diſcerni nequeat. Alioquin quod fuit ab initio uerbum:quomodo recte dicitur hoc totum eſſe quod apoſtoli audierant,quod uiderant, quod manibus tractarant:niſi quia Chriſtus unus idēq; erat? Ac per hoc quod audierant,quod uiderant,quod tractarant,uerbum uitæ erat:& nihil aliud ex duabus naturis q̄ unum iuxta ſubſiſtentiā uel perſonam. Hinc eſt quod unus idemq; manens filius unigenitus,indiſſeparatus in utriſq; naturis cōſpicitur, & quæ ſunt utriuſq; ſubſtantiæ,naturaliter operabatur,ſecūdum unicuiq; uel inſitā eſſentialē qualitatem, uel naturalem proprietatem:quæ ſi naturam haberet ſingularem & inconiunctam, non ageret utiq;. Nunc autē Emanuel dum unus eſt:& in eoipſo utraq;,id eſt deus & homo, quæ utriuſq; naturæ ſunt ueraciter geſſit, ſecundum aliud & aliud quæ geſta ſunt operans. Ergo ſecundum quod deus,ipſe idem egit quæ diuina ſunt:ſecundū quod homo,idem ipſe quæ humana ſunt,
D ſeipſum uolens oſtendere quod deus idem ipſe & homo ſit. Et ideo idem ipſe tam quæ diuina ſunt agit q̄ quæ humana ſimiliter: & non alius quidem miracula operatus eſt,alius perpetrauit humana, paſſioneſq; ſuſtinuit: ſed unus idemq; Chriſtus filius dei atq; hominis filius, qui & diuina geſſit & humana: ſiquidē inſeparabiliter atq; indiuiſe cōmunes Chriſtꝰ habuit actiones. Sed intelligendæ ſunt ipſorum operum qualitates:contemplandūq; ſemper ad quæ prouehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo diuinitatis:ita ut per omnē textum ſancti euangelij uideatur nihil caro ſine uerbo agere,neq; uerbum ſine carne quicq̄ efficere. Vnde quod concipit & parit uirgo,ſicut non ſine potentia uerbi eſt, ita non ſine ueritate carnis quod naſcitur,quod pannorum faſcijs iacet inuolutū,& in præſepio reclinatur. Porro quod ſtella duce a magis adoratꝰ,ſicut deitatis eſt: ita & humanitatis,cum in Aegyptū per fugam ne capiatur adducitur. Sic itaq; omnia uirtutum opera conſyderanda ſunt, ut reddamus deo quæ dei ſunt, & homini quæ ſunt hominis. Quoniam ſicut eſt unus qui Laçarum uerbo potētiæ ſuæ uocat, ut exeat foras a monumēto: ſic idem ipſe unus eſt q̄ fleuit humanitatis affectu. Sic q̄ppe cūcta oportet conſyderare:quatenus & plena diuinitas in Chriſto intelligatur homini unita,& plena humanitas in deū aſſumpta. Hæc idcirco dixerim tantiſper de fide incarnationis Chriſti chariſſimæ: quia quod plures orientalium circūeunt ſuis fecibus obuoluti,moneri debuiſtis ne ſuo obnubilare uos uelint obſcuritatis æloquio,uel græco turbine latinā cōfundere puritatē. Sunt enim & prudentes uirgines,ſunt & fatuæ. Et ideo dilectiſſimæ imitamini, quam amatis beatā & glorioſam uirginem,cuius hodie in terris feſta colitis:de qua dicitur: Maria autem conſeruabat omnia uerba hæc(quæ de Chriſto dicebantur ſcilicet)conferens in corde ſuo. Conferte ergo & uos in cordibus ueſtris chariſſimæ,quæ de ipſo eodemq; domino catholice dicuntur: ut & fidem integram ſeruare poſſitis,& matrē eius debite uenerari. Quoniam nullus honor eius eſt alius,niſi cum ille iure honoratur qui naſci dignatus eſt ex ea. Cæterum rogo quæcunq; eſtis filiæ,quæcunq; matres,cogitate attentius & perpendite diligētius,quibus afficiebatur beata & intemerata uirgo Maria doloribus poſt Chriſti ad cœlos aſcēſum,expletis omnibus quæ de ipſo erant ab angelis prædicata,& a prophetis multifariæ multiſq; modis præſignata,diuinis declarata oraculis,uirtutibus exhibita,& quæ humanitatis ſunt oſtenſa præſagijs. Quæſo

ſi qua

A si qua sunt in uobis uiscera pietatis, consyderate quo cruciabatur amore, quoue desyderio æstuabat hæc uirgo,dum reuolueret animo, cuncta quæ audierat, quæ uiderat, quæ cognouerat. Puto quod quicquid cordis est, quicquid mentis, quicquid uirtutis humanæ:si totum adhibeas, non sufficiat ut cogitare ualeas, quanto indesinenter cremabatur ardore pij amoris,quantis mouebatur repleta spiritu sancto cœlestium secretorum incitamentis: quia etsi diligebat Christum ex toto corde,& ex tota anima,& ex tota uirtute:nouis tamen quotidie inflammabatur præsentia absens desyderiorum affectibus: tanto siquidem ualidius, quanto diuinis illustrabatur intus uisitationibus:quam totã repleuerat spiritus sancti gratia, quã totam incanduerat diuinus amor:ita ut in ea nihil esset,mundanus quod uiolaret affectus, sed ardor continuus & ebrietas perfusi amoris. Nam & Christus ab hominibus est amandus,ex toto corde,& ex tota anima,atq; ex tota uirtute quærendus:maxime tamen ab ea ardentius,cuius & dominꝰ erat & filius. Fortassis ergo præ nimio amore, in loco quo sepultus dicitur interdũ habitasse eã credimus:quatenus pijs pasceretur internus amor obtutibus. Sic nãq; locus medius est hincinde constitutus, ut adire posset ascensionis eius uestigia & locum sepulturæ ac resurrectionis, & omnia in quibus passus est loca inuisere: nõ quod iam uiuentem quæreret cum mortuis,sed ut suis consolaretur aspectibus. Hoc quippe habet impatiens amor, ut quæ desyderat semper inuenire se credat. Ignorat siquidem iudicium,ratione multotiens caret, modũ nescit, nec aliud cogitare potest cꝫ quod diligit. Amor non accipit de impossibilitate solatium, neq; ex difficultate remediũ. Quæ scilicet beata uirgo Maria,cꝫuis iam in spiritu esset,tamen dum in carne uixit,carnalibus mouebatur sensibus:& ideo cꝫ sæpe locorum recreabatur uisitationibus: & quẽ genuerat, mẽtis complectebatur amplexibus. Deniq; amor Christi,desyderium pariebat:desyderium uero gliscens,quasi nouis reparabatur ardoribus,intantum ut credam nõnuncꝫ, quod omnia etiam & semetipsam transcenderet:quia omnino amor impatiens,quod amat non potest nõ uidere. Hinc est charissimæ,quod omnes sancti omnia quæ meruerãt pro paruis duxere,si dominũ quem amauerant non uiderent:sicuti & uenerabilis beata uirgo Maria,non indi

B gnum pro innumeris & immensis beneficijs, reddebat interdum obsequium sanctitatis, dũ beneficiorum in terris posita non poterat uidere largitorem:& ideo hodie dilectissimæ eleuatur super choros angelorum,ut possit speciem uultumq; uidere saluatoris,quẽ amauerat, quẽ cupierat ex toto desyderio cordis. Quod si gaudiũ fit in cœlo de quolibet peccatore cõuerso,multomagis putandũ pro tantæ uirginis exaltatiõe & gloria,quod exultatio fiat in supernis: cuius nimirum festiuitas,omnium supernorum ciuium est gratulatio: præsertim quia eius celebritas laus & fauor est saluatoris. Vnde credimus(ut supra dictum est)quod non hunc tantum diem solẽnem ducunt pro eius honore annuum, uerum etiã continuũ & æternum iocunditatis & lætitiæ ac uenerationis obsequio,cum omni colũt tripudio amoris & gaudij. Nec immerito igitꝫ omnis illa cœlestis ciuitas cõgratulatur & ueneratur matrem:cuius super se adorat filium regẽ: ante quem tremunt potestates & curuatur oñe genu. De huius nimirum ad cœlos ascensiõe, multo admirantis intuitu secretorum contemplator cœlestium in Canticis: Vidi,inquit,speciosam ascendẽtem, quasi colũbam desuper riuos aquarum. Et uere speciosa quasi columba,quia illius speciem columbæ ac simplicitatẽ demonstrabat,quæ super dñm uenit & docuit Iohannẽ, quod hic est qui baptiçat. Et bene desuper riuos aquarum,quia super aquam refectionis educauerat eam dominus & nutriuerat: ex qua multi deducti riui, omnem irrigãt terram delitiarũ & infundũt hortũ uoluptatis,ex qbus quotidie lota & perfusa beata dei genitrix, ascendit hodierna die speciosa ualde & admirabilis: cuius odor inestimabilis erat nimis:& ideo ineffabilis. Ad cuius profecto fragrantiam odoris,omnis illa cœlestis Hierusalem læta decurrit:quam circũdabant flores rosarum & lilia conuallium, eo quod omnes animæ martyrio rubricatæ,eam æternæ dilectionis cõplectuntur amplexibus:& uirginitatis splendore candidatæ, ac si lilia in ualle humilitatis enutritæ, circũdant eã uenerationis gratia obsequentes. Recte igitur quoniam beata dei genitrix & martyr & uirgo fuit cꝫuis in pace uitã finierit. Hinc quoq; qd'uere passa sit,testat Symeon ꝓpheta loquẽs ad eã: Et tuã, inqt,ipsius animã ptrãsibit gladiꝰ. Ex quo cõstat qd' supra martyrẽ fuerit. Alij nãq; sancti etsi passi sunt ꝓ Christo in carne,tamẽ in anima(quia im-

mortalis

C mortalis est)pati nō potuerūt:Beata uero dei genitrix, qa in ea parte passa est,quæ impassibilis habet:ideo(ut ita fatear) quia spiritaliter & caro eius passa est gladio passionis Christi,plus q̄ martyr fuit. Vnde constat,quia plus oibus dilexit,ppterea & plus doluit,intantū ut animā eius totam pertransiret & possideret uis doloris,ad testimoniū eximiæ dilectionis. Quæ quia mente passa est,plus q̄ martyr fuit. Nimirū quod ei⁹ dilectio amplius fortis,q̄ mors fuit:quia mortem Christi suam fecit. Nunc autem circūdant eam flores rosarum,indesinenter eius admirantes pulchritudinem inter filias Hierusalem: in qua posuit rex thronum suum, quia concupiuit eius speciem ac decorem:Fuit em̄ plena charitate & dilectione:idcirco sequitur post eam purpuratorum exercitus, & candidatorū grex. Quā si diligētius aspicias,nihil uirtutis est,nihil speciositatis,nihil candoris gloriæq̄,quod ex ea nō resplendeat. Et ideo bene circūdant eam flores rosarum,& lilia conuallium:ut uirtutes uirtutibus fulciantur,& formositas decore castitatis augeatur. Nam omnis splendor & gloria,quanto illustratur fulgore suo sublimius,tāto apparet præstantior claritate quorumlibet subiectorū,& eximior prædicatur. Sic & beata dei genitrix,cuius plantatio ac si rosæ in Hiericho,specialius refulsit, & candor uirginitatis splendidius emicuit,cū circūdata officio charitatis, submittit illi sanctorū claritas: ut eius amplius splendor & gloria cōmendetur:quæ super angelorum choros eleuata,iam beata prædicatur,& iam beatissima. Nā angelorum q̄uis celsior natura sit:non tamen gratia maior,quia & ipsi gratuita gratia, ne corruerēt sunt saluati. Vnde Dauid: Verbo dñi inquit cœli firmati sunt,& spiritu oris eius omnis uirt⁹ eorū. Q d'si spū oris eius oīs uirt⁹ eor̄ subsistit:cōstat beatā & glorioſam uirginē Mariā,in quā supuenit spūs sanctus,& deus tot⁹ illapsus portat nouē mensib⁹ in utero(ut credendū est) ampliora ꝓmeruisse uirtutū priuilegia,& ꝓcepisse gratiā ab angelis,etiā collaudatā. Vnde & si mirabilis est eorū uirtus,& firmitas perpetuitatis:mirabilior tamen in Maria quā obumbrauit uirtus altissimi:ut ultra omnē uirtutē sit angelicā,quod factū est in ea,& admirabile cunctis sæculis sacramentū. Ac per hoc etiam angelis exinde maior præstatur gratia,cum instaurātur ab ea omnia,quæ uenerantur & adorāt super se Christum regem dñm natum ex eadem uirgine.

D Hinc & Maria,cunctis tanto uenerabilior,quanto gratiosior:& quanto uirtute altissimi extollitur ad sublimia,tanto clarior resultat in gloria. Plena siquidem gratia,plena deo,plena uirtutibus, nō potest non possidere plene gloriam claritatis æternæ,quā plenissime accepit,ut mater fieret saluatoris. Quā uiderūt oīes filiæ Sion,& beatissimā p̄dicauerūt: ac reginæ laudauerūt eam:quoniam tantam eam uiderunt,quantā nullus narrando expleuit mortalium, quāto magis deum qui talem ac tantam fecit eam, ut ipse fieret per eam. Vnde Dauid: Et homo(inquit) natus est in ea,& ipse fundauit eā altissimus. Beata igit talis ac tanta natiuitas, beata & supnorū ciuiū societas,& admirabilis charitatis eorū unanimitas:ubi nemo angelorū,nemo archāgelorū,nō dico beatæ uirginis Mariæ, uerū neq; alicuius sanctorū inuidet gloriā:sed totū in altero unusquisq; possidet,quod gratis præstatur omnibus:ut de omnibus,& in omnibus glorificetur deus,honoretur & adoretur ab omnibus:ubi non sexus,non ætas,non dignitas generis:sed meritorum qualitas sola discernitur:ubi plurimum stella a stella differt claritate, q̄uis omnes in suo sint ordine suscitādi. Quod si est alia claritas solis,& alia claritas lunæ,& alia claritas stellarum: una tamen claritas est,qua illustrantur omnia. Idcirco beata dei genitrix,quæ adhuc tātis in terra prædicatur laudibus,non immerito creditur hodierna die exaltata & glorificata:nec non & clarificata,quātum nouit ille qui eam elegit in sua sapientia,qua disposuit omnia. Quod si in domo patris mansiones multæ sunt,credimus splendidiorē matri hodie filium præstitisse, quam sibi olim ædificauit domū,subnixā columnis septem: in qua domo nimirū parantur nuptiæ ecclesiarum dei,& fœderātur terrenis cœlestia. In eo nāq; utero uirginis,sponso immortali uirginitas consecratur, ut sit totum cœleste commercium. Et ideo charissimæ celebrate solēniter uirginis festum,quæ cœlestem uobis uitam in terris ostendit:quoniam qui nō nubent neq; nubentur,erūt sicut angeli in cœlo. Nec mirum si angelis comparatur uirginitas,quæ angelorū domino,fœdere copulatur nuptiarum. Et si quælibet uirginitas tātum erigitur,ut angelis comparetur,multo magis beata & glorioſa uirgo Maria,quæ singulari cōmēdatur priuilegio,& immēso ditatur mercimonio. Idcirco dilectissimæ,amate quā colitis,& colite quā amatis:quia tūc

eam

A eam uere colitis & amatis,si imitari uelitis de toto corde quam laudatis. Hæc nãq; uita uobis de cœlo fluxit,quam professæ estis: supra usum naturæ hæc uita est, quam tenetis:de cœlis uenit sponsus,quem sequi cum matre debetis:nec immerito uiuendi usum de cœlo quæsistis, quæ uobis de cœlo sponsum petistis. Ideo uestra conuersatio in cœlis sit semper, quoniam uerbum dei quod amatis, non nisi in sinu patris inuenitur. Licet igitur ubiq; totus sit, & non longe ab unoquoq; nostrum,tamen non nisi casto rursus hauritur pectore. Prope est enim(inquit Moyses)in corde tuo & in ore tuo,tantum eum recto si quæsieris corde. Vnguẽtum exinanitum est nomẽ eiꝰ:,ppterea adolescentulæ diligite animo,quod pro uobis effusum est. Habetis nãq; sanctæ uirgines sponsum uirginem,uirginitatis & castitatis amatorem: qui matrem uirginẽ ideo elegit:ut ipsa omnibus esset exemplũ castitatis,in qua uelut in speculo refulget forma uirtutis. Habetis igitur in ea magisteria probitatis expressa,quid primum eligere, quid respuere, quid sequi debeatis. Prima eius uirtus est fundamentum omnium uirtutũ & custos,humilitas ipsa, de qua gloriatur:Quia respexit,inquit,humilitatem ancillæ suæ:ecce eñ ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ergo primum discendi incitamentum, nobilitas est magistri:deinde merces laboris optimi,fructus beatitudinis. Quid igitur nobilius matre domini,quid splendidius ea, quã splẽdor elegit paternæ gloriæ? Quid castius ea quæ corpus Christi sine cõtagione corporis generauit? & tamen in ea solum humilitatem respexisse dominum profitetur,quæ custos est cæterarum uirtutum. Collocauerat eñ in tuto stationis portu,sublimia meritorũ suorum exercitia: & ideo diuinitus illustratur. Vnde dñs ait: Ad quem respiciam nisi ad humilem & quietum ac trementem sermones meos? Fecit eñ quod promiserat,& respexit humilitatem ancillæ suæ:unde & beata iam ab omni sæculo prædicatur. Idcirco & uos o filiæ:si uere uirgines esse uultis,humilitatem sectamini:& matrem domini quæ se ancillam uocat,cordis amore imitari procurate,quæ didicit ab ipso sponso,cui uos deuouistis humilitatem, quã uos ex se docuit.

B Vnde ait idẽ: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Non ergo beata dei genitrix a filio suo domino nostro,didicit cœlos fabricare,non angelos creare, non miracula deitatis insignia operari:sed tantum humiliari,cæteraq; uirtutum documenta,intra humilitatis custodiam aggregare. Vnde cum ea semper singularum uirtutum pudicitia comes irremota mãsit:quia omnino pudor indiuiduus uirginitati esse debet,sine quo recte castitas uera seruari non potest. Nunquam igitur beata uirgo Maria sine pudoris sui custode processit. Et ideo si placet uobis charissimæ,talis ac tanta uirgo,placeat & opus uirtutis:cuius uita omnium est disciplina, cuius mores instituta sunt ecclesiarum, quæ præcellit cunctos, supereminet uniuersis. Propterea quæ cunq; uirgo sibi ab ea optat præmium & implorat auxilium,debet imitari exemplũ. Rogo uos o uirgines,rogo & uiduæ,imitamini Paulam uiduam matrem,exemplar continentiæ & castitatis. Imitamini Eustochium quam habetis uobiscum uirginem & formam perfectæ integritatis. Quod si minus in eis est,cꝫ in matre domini,imo quia est:habetis prole fœcundam & uirginẽ perpetuam:quia sicut in comparatione dei,nemo bonus:ita & in comparatione matris domini nulla inuenitur perfecta,cꝫuis uirtutibus eximijs cõprobetur. Vnus est pater noster qui in cœlis est, unus & magister , una est forma uirginitatis in Maria, cui uos omnes ut imaginem reformetis integritatis,faciem imprimere debetis in sculpturam spiritus sancti. Quoniam hæc est hortus conclusus, fons signatus,puteus aquarum uiuentium,ad quam nulli potuerunt doli irrumpere:nec præualuit fraus inimici,sed permansit sancta mente & corpore,multis donorum priuilegijs sublimata. Idcirco hãc imitamini moribus,sequimini castitate,huius implorate auxiliũ. Qd'si me,quia ita loquor,p̃sumptiõis uelit arguere inuidorũ aliquis,quod uobis scripserim:arguat charitatem atq; dilectionem,quia rogantibus uobis ne hoc quidem inexpertus iudicaui negandum. Malui eñ excipere ruborem pudoris,cꝫ non exequi iussionem uestrã,quarum præcibus nõnuncꝫ deus noster obedire uidetur: præsertim cum habeatis uobiscum,quas imitari uirtutis est, cũ quibus discere potestis:affectum a me potius cꝫ magisterium ad laudẽ huius diei requisistis. Vnde excusare non debui propter obseruantiam grauitatis,ne impartirẽ deuotioni uestræ,quæ mandastis. Quod si docere nequiui, saltem ad laudem tantæ uirginis exhortari omnino curaui : quatenus non deessem uobis quem diligitis in die tantæ festiuitatis,

¶ ſed iungerer precibus,iungerer uotis,ſi quo modo mẽte ad ea uobiſcum eleuari merear ueſtris ſuffragãtibus meritis: ad quæ peruenit beata & intemerata uirgo Maria. Ecce hodierna die ad illum preclarum & ſplendidum thronum angelorum,ipſa per humilitatem & per integritatem carnis aſcendit: unde intemperãtia olim eximios archangelorum & ſuperbia deiecit. Quapropter gaudete,gaudete inquã:quia uobis uia patefacta eſt cœlorũ. Quãuis em̃ nobis eadem promittantur:uobis tamen iam præſto ſunt,quæ cum angelis incorruptionem ſeruatis. Quæ licet de hoc mũdo ſitis, tamẽ fauente deo,iam in hoc mũdo nõ eſtis:quia etſi ſæculũ uos habere meruit,tenere omnino non potuit. Beata itaq; Maria hodie iam ab omnibus gentibus longe lateq; prædicatur:& uobis quæ ſecutæ eſtis exemplum tantæ uirginis,beatitudo condonatur cœleſtis. Quas non illecebræ ſollicitant corporis,nõ colluuio p̃cipitat uoluptatis,non æſtus inflammat incentiuæ carnis,imo angelica imitatio delectat in terris: quorum in futuro æqualitas repromittitur in cœlis. Beatæ igitur eſtis filiæ,ſed & beatæ uiduæ quæ celibem in Chriſto uobiſcũ ducunt uitam :quia ſecundum Apoſtolum liberatæ a lege uiri,ſic permanſerũt. Beatior,inquit, erit ſi ſic permãſerit ſecundum meum conſilium. Puto enim,ait,quod & ego ſpiritũ dei habeo: euidenter uolens exprimere, quid interſit inter eam,quæ adhuc eſt iuncta lege uiro,& inter eã, quæ iam ſoluta uinculo beatior prædicatur. Quod ſi utraq; beata,quia in Chriſto,beatior tamẽ quæcunq; iam ſoluta eſt uinculo & cœleſtia ſectatur. Ideo uiduæ ſemper uirginibus bene copulantur:ut ait Apoſtolus:Mulier innupta & uirgo,cogitat quæ ſunt domini:ut ſit ſancta corpore & ſpiritu:quodammodo em̃ magiſterium uirginitatis,uiduarum gliſcit & confortatur exemplis:quæ cum uiris caſtum ſeruauerint connubium:docent integritatem magis uirginibus deo ſeruandam:& quod propemodum nõ inferioris uirtutis eſt a coniugio abſtinere,quod aliquãdo delectauerit,q̃ coniugij delectamenta neſcire. In utroq; ſiquidem gradu fortitudo laudat, & cœleſtis uitæ prædicatur uirtus. Idcirco cognationem iam cum Chriſto uterq; ordo ſortitur. Vnde dominus: Si quis,inquit,fecerit uolũtatem patris mei,qui in cœlis eſt,ipſe meus frater,ſoror & mater eſt:ubi non ſexus,non ætas,non conditio diſcernitur,ſed qui fecerit,inquit,uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt. Vnde quia libera facultas cunctis præſtatur,eſtote chariſſimæ id ad quod uos Chriſti gratia uocauit,eſtote matres Chriſti ac ſponſæ,eſtote ſorores ac propinquæ:quia quod carne non potuiſtis,gratia totum condonatum eſt uobis. Et ideo diligite matrem domini, quæ uobis ſponſum genuit immortalem: cuius & uobiſcum ſoror eſt ipſa, quia uoluntatem patris fecit ut eſſet mater. Propinqua quidem uobis non carne, ſed ſpiritu:ut unitas commendetur eccleſiæ,& ſocietas corporis Chriſti intelligatur. Ex quo dñs: Volo pater,inquit,quia ego & tu unum ſumus,ut & ipſi in nobis unum ſint. Quæ profecto unitas per unum mediatorem dei & hominum efficitur. Facite ergo uoluntatem patris & uos,ut unum eſſe poſſitis. Ornate lampades ueſtras,occurrite ſponſo,quia iam ad hoſtium pulſat, & matrẽ ſi eam diligitis ſequimini. Intus autẽ parate & ornate lampades ueſtras, quia filiæ regis eſtis. Omis em̃ gloria ueſtra ab intus ſit,& intus habete qđ foris luceat:ne forte inter has ſolennitates prius q̃ ſponſus ueniat,ueſtræ lampades extinguantur. Nam celebritas huius diei,non niſi accẽſis lampadibus intus & foris recte colitur. Ideo emendum eſt oleum dum uacat,ne cum ſponſus uenerit,quod abſit,uacuæ inueniamini: Propterea quæ ſurſum ſunt ſapite,ubi beata peruenit uirgo, & non quæ ſuper terram:quia ueſtra cõuerſatio( ſi eſtis iam quod uouiſtis)in cœlis fore debet. Illuc dirigite mentem, illuc abſcondite uitam ueſtram:donec pertranſeat furor domini,quo beata dei genitrix hodie peruenit:ibi nãq; habetis ſpõſum,ibi pontificẽ,ibi omnia quæcũq; quæſiſtis. Illuc dirigite mentem,ut cũ Chriſtus uirginis filius apparuerit in fine ſæculi,cum ipſo & uos appareatis in gloria. Amen.

## ¶ CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

¶ Similiter cadentia,& ſimiliter deſinentia,adnominationes,traductiones,aliaq; id genus ſchemata,denicq; totius ſermonis guſtus Auguſtinum ſapit. Et in nonnullis libris, lectiones quæ recitantur in feſto purificationis hinc decerptæ,nomen illius præferunt.

A SCientes fratres dilectiſſimi authori noſtro multum nos debere cõditos, plus redemptos, redemptionis noſtræ cõmercium ueneremur: & illum ſacratiſſimũ uterũ, ex quo homini deus unitus apparuit: & ſi nequimus meritis, ſaltem celebremus obſequijs, ſcientes erroris noſtri tenebras, partim eius fulgore diſperſas: quia quæ homines per protoplaſtorum negligentiam, primæ matris contumaci tam arrogantia, q̃ gula perdiderant, huius ſacræ uirginis partus, non ſolum reſtaurauit diruta, ſed dona contulit ſempiterna: & ideo cunctis præconijs ueneremur ſalutis auctricem: quæ dum authorem ſuum concepit ex cœlo, nobis redemptorẽ oſtendit in ſæculo: & quia ad uicem eius, matris noſtræ ecclesiæ forma cõſtituitur, ipſa eã inter procellas ſæculi frequenter aſpiciat, ipſa inter incurſus mũdiales continua oratione confoueat. Neq; em̃ dubiũ eſt illam quæ meruit pro liberandis ferre precium, poſſe impartiri ſuffragiũ liberatis: noſtra inter hæc oratio iugis ad dñm dirigatur: ut qui pro honore nominis ſui, uiſcera illa quæ ſanctificauerat intrauit, quæ etiam noſipſi ſedulitate debita ueneramur, proſit nobis ad remedium quod per eam ſe nobis dedit precium. Merito igitur beata Maria ſingulari a nobis præconio attollitur, quæ ſingulare cõmerciũ mundo præbuit: merito inter fœminas tunc etiam lætabatur, cum ſingularẽ medicinam, pudico aluo geſtabat. Sciebat quidẽ pondera uentris, quæ pudorem nõ perdiderat caſtitatis. Mirabatur partus inſignia, quæ nulla nouerat uiri contagia. O bene fœcunda uirginitas, quæ nouo inauditoq; genere, & mater dici poſſet & uirgo. Peperit em̃ a quo concepit, portauit a quo creata extitit: Siquidem ipſe eſt author Mariæ, qui eſt ortus ex Maria. Sic inenarrabiliter beata Maria mater & uirgo eſt, quæ dum fructũ prægnationis extulit, integritatis diſpendiũ non incurrit: apud quã ita cœleſtis prouidentia negocij ipſius conditionem diſpoſuit, ut magis obedientiam exhiberet in mandato, cum honorificentiam ſuã cognoſceret ex angelo. Neq; em̃ fidem derogat nũcij, quæ dignitatẽ intelligit nunciantis, angelo ei dicente: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctũ, uocabitur filius dei. Credidit ad monita quod audiuit, meruit ſanctificata quod credidit. Deniq; tantũ ſeſe ad cœli faſtigium
B ſubleuauit, ut uerbũ in principio apud deũ, id eſt dei filiũ, de ſumma cœli ara ſuſciperet. Cũq; ſe per myſticum diuinitatis arcanũ carni noſtræ fragilitatiq; cõmiſceret, latuit in homine diuinitas: ut diuinitate humanitas non periret: & ſub uelamento aſſumptæ carnis abſconditus, precioſius redemit perditos, q̃ ſi defenſaret ab imminente hoſte captiuos. Immenſa pietas, & ſuprã q̃ fari poſſit prædicanda maieſtas, uiſcera puellæ aura ſancti ſpiritus implebantur: innupta uirginis uulua, uerbi ſemine creſcente turgebat. Replebantur inquã arcana uiſcerum ſacri ſpiritus fœcunditate repleta, & erat ſpes in partu, quia non erat uoluptas in coitu. Stupebat precioſiſſima genitrix, & apud ſe tacita rerum nouitate mirabatur. Vrebatur æſtu cogitationis ab igne, & percuſſa rerum nouitate obſtupeſcebat mirabiliter. Sciens em̃ ſuam integritatẽ, mirabatur uentris ubertatẽ felix Maria. O genitrix glorioſa, o puerpera ſublimis, cuius uiſceribus author cœli terræq; cõmittitur: felicia oſcula labris impreſſa lactẽtibus, cum inter crebra indicia reptantis infantiæ, utpote uerus ex te filius tibi mater alluderet, cum uerus ex patre dñs imperaret. Nam authorem tuum ipſa concipiens, edidiſti in tempore puberem, quẽ habueras ante tempora cõditorem. Felix puerperium, lætabile angelis, expectabile ſanctis, neceſſarium perditis, congruũ profligatis: qui poſt multas aſſumptæ carnis iniurias, ad ultimum uerberatus flagellis, potatus felle, patibulo affixus. Vt te ueram matrem oſtenderet, uerũ ſe hominem patiendo tormenta monſtrauit. Tu ergo beata glorioſaq; Maria, inter iſta & propter iſta laudabilis, quæ ſic meruiſti donum fœcunditatis, quæ uirginitatis nõ amiſiſti ſuffragium. Tu es em̃ benedicta inter mulieres. Tu prærogata cunctis uirginum cateruis. Tu ſequeris agnum quocũq; perrexerit. Tu uirgineos choros & ab incentiuæ carnis illecebris alienos, per albentia lilia roſaſq; uernãtes, ad fontem perennis uitæ inuitas. Tu in illa beatorum fœliciſſima regione, primi ordinis dignitatem adepta es, plantis roſcidis oberrans, inter paradiſi amœnitates & gramineos choros tenero poplite pergẽs, feliciq; palma uiolas immarceſcibiles carpis. Tu cõcinentib9 ſine fine angelis cõiuncta, archangeliſq; ſociata, indefeſſa clamitare uoce ſanctus, ſanctus, ſanctus non deſinis. Sed qd dicam pauper ingenio cũ de te quicquid dixero, minus profecto eſt q̃ dignitas tua meretur?

C Si matrem uocē gentium, præcellis: si formam dei appellem, digna existis: si nutricem cœlestis panis uocitē, lactis dulcedine reples. Lacta ergo mater cibum nostrum, lacta cibū angelorū, lacta eum qui talē te fecit, ut ipse fieret in te: qui tibi munus fœcunditatis attulit conceptus, & decus uirginitatis non abstulit natus: qui priusq; nasceretur, te matrē creauit ex qua nasceretur: ut illinc procederet tāq; sponsus de thalamo suo, quo mortalibus oculis posset uideri. Quāta fuit hæc dignatio, ut crearetur ex te, quam creauit: portaretur manibus, quas formauit: sugeret tua ubera, quæ ipe impleuit? Quas itaq; laudes claritati dei dicemus, quas gratias ei agemus? Qui nos ita dilexit, ut propter nos homo fieret, ut matrem hominis eligeret, ut uterum nostræ conditionis intraret, ut contumelias nati infantis subiret, atq; cuncta humanitatis necessaria sustineret. Agentes ergo quantū sufficimus creatori nostro gratias, assumptionē glorioſissimæ dei genitricis cū gaudio celebremus. Dignū nāq; est cum summa ei gratulatione famulari, per quā insignia uirginitatis pullularunt. Siquidē ipsa uirgo extitit ante coniugiū, uirgo in coniugio, uirgo pgnans, uirgo pariēs, uirgo lactans & dicta merito mater, nō de marito. Sanctæ qppe matri oipotens filius nullo modo natus uirginitatē abstulit, quā nasciturus elegit. Exultent ergo uirgines, uirgo peperit Christum: nihil ex eo quod uouerūt putent exterminatū, quia mansit uirgo post partum. Exultent uiduæ festum uirginis celebrantes: Anna uidua uirginē matrem agnouit. Exultent coniugatæ solēnia beatæ matris frequentantes: Elisabeth cōiugata a uirgine matre salutata est dñi. Exultent & pueri continentiā uouentes puero. Ipse integritatē puericiæ consecrauit, qui suæ matri fœcunditatem attulit, uirginitatem non abstulit. Ipsi gloria per infinita sæcula sæculorum. Amen.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

TAm euidēs est in hac stili discrimē, ut cuiuscūq; sit, Hieronymi uideri nō possit. Ad hoc nec præfert in titulo nomen eius ad quem scripta est, nec uscq; habet admixtum.

## DE HONORANDIS PARENTIBVS.

D PArentum meritis subiugans filios omnipotens deus, seruiendi legē in officijs posteris dedit: ut hoc diuino cogantur facere imperio, quod debuit pietas suadere: dicente illo in libro Exodi, in quo ita scriptum est: Honora patrem tuū & matrem tuā, sicut præcepit tibi dñs: ut bene sit tibi: & sis longæ uitæ super terram, quā dñs deus tuus dabit tibi. Audite filij salutiferam iussionē, & præcepta legis, affectu debiti amoris implete. Seruite patrib⁹ futuri patres, & matres uestras tenera diligite pietate: ut & uestræ cōiuges mereantur matrum nomine nuncupari. Nemo patrem asperis uerbis ledat, non fiat amara dulcedo. Hoc sit inter parentes & filios, quod iubente dño natura cōtinuit. Affectum sonet quicqd linguæ dixerint liberorū. Inter charas cōiunctasq; personas, pietatis iura seruentur. Hoc filiorū ora loquātur, quod parētes delectat audire. Præbeatur patribus amori mixta formido, qui primi nobis sunt causa nascendi. Exhibete patribus filij qd' uos potestas paterni nominis cogit, quæ adeo est eorum meritis attributa: ut ipsa de uobis exigat quod natura iubere nō potuit. Matribus quoq; debitam impendite reuerentiam, quæ uobis uteri labore seruientes, pondus uestri corporis tolerant: atq; ignotam portantes infantiā, famulatū quendā exhibent nascituris. Illo tempore nō sibi tantū mater esurit, nec acceptos sola digerit cibos. Materno uictu alitur & ille qui latet, eiusq; membra alterius comestione pascūtur, ut homo futurus, alienis morsibus saturetur. Quid ipsa memorem nutrimenta, & teneræ infantiæ dulces iniurias, quas nutritoris affectus de suis paruulis sumit? Quid cibos in matre confectos, qui fœmineis manantes ex membris, lacteum soluuntur in succū, & fauces inualidas liquido sapore perfundunt. Cogente natura sumunt infantes de matre quod bibant, & dente nō nato, hoc sibi currentibus labris eliciūt, quod nō sit necesse mordere. Seruiunt materna posteris pectora, seruiūt ipsis incunabulis, manus & terga membris deuota lactentiū gratos artus accipiunt. Optat mater paruulū crescere, optat cito uidere maiorē, eūq; numeris iuuenū miscere festinat, nūq; sibi forsitan seruiturū. His tot tantisq; præcedentibus factis, parentibus, matri tota debet alacritate seruiri. Reddatur naturæ debitum, reddatur & posteris quod debetur. Exolue fili quod debes, & officia debita qualicūq; exhibe famulatu, quia parentibus nemo potest reddere quod debetur. Humilitas ta-

A libus oblata perſonis,uiuendi tempus extendit:& morte dilata,multum noſtram prorogat uitam:uicem q̄ facientibus reddens,officia noſtra domino iubente cōmendat:qui intantū nomē parentum diligit,ut ſeipſum patrem iuſſerit dici. Irreuerens autem filius,quid de domino ipſe mereatur,Solomonis dicta teſtātur:Contumeliſs afficiens patrem,& contemnens ſenectā matris cōfundet, & in opprobriſs erit. Filius derelinquēs cuſtodire diſciplinā patris,meditabit ſermones maliciæ. Maledicenti patrem & matrem extinguetur lumen, & pupillæ oculorum eius uidebunt tenebras. Audi fili patrem qui te genuit:nec contempſeris quia ſenuit mater tua. Pareat patri lingua quam genuit,& matrem ſuam nemo crudeli uerbo percutiat. Sic te rapiat fili iuuenilis ætatis authoritas,ut noueris unde ſis natus. Memento ſcripturæ ſententiæ,ubi ſpiritu ſancto loquente dictum eſt: Quia qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Memento ergo parentum eſſe quod talis es: quorum manibus cremēta ſumpſiſti. Fauces tuæ necdum lacteum perdiderūt ſaporem,quem tibi pia mater infundens,linguam iſtam pauit potu corporis. Impende debitum patri matriq; ſeruitium :qui nunc̄q; tuos uagitus horrentes, totum in te lambebāt oſculis corpus. Sit tibi grata ſalus ipſorū,quibus charior eſt tua uita c̄q; propria. Red de amoris uicem colendæ pietatis. Facta parentum tuis cunabulis cōmoda,officiis propriis exolue. Parentes enim adeo debent haberi dulciores,quia per alios reparari non poſſunt:& cum eos lex naturæ ſubtraxerit,nec patrem tibi alterū poteris inuenire,nec matrem. Mutato coniugio nec uictricus pater eſt, nec nouerca poteſt nomē matris implere. Nullus igit̄ filiorū authorem lucis ſuæ cædat iniuriis. Nemo parentibus optet aduerſa,qui liberos ſuæ ſaluti anteponūt. Intolerabile nefas eſt,ex illo ore proteruū audire ſermonē,aut illis pulſari manibus,quas amor diligit. Oculorum ueſtrorum timete ſententiam,quā dominus promiſit ingratis. Meretur em̄ cæcitatis ſuæ ſubire ſupplicium,qui parentum uultus uel toruo uiſu deſpexerit :& elatis oculis læſerit pietatem. Si quic̄q; ſapitis filij,eo animo uidete uenerabiles facies, quo uos ipſæ conſpiciunt,& eorum labris dulcibus oſculis inhærete,quia eorum oſcula adhuc habetis in membris.

B Senibus ſeruire perfacile eſt,quos nemo potat,nemo nutrit ſucco corporis ſui. Foueatur itaq; parentum ſenectus,& factis eorum uiciſſitudo reddatur. Habet em̄ quandam ſenectus infantiam. Videant liberi ueſtri quid faciant,uobis uicem ſimilem reddituri. Imitamini filiū Machabæū, qui matri mortē ſuadenti ſeruiuit, & durū imperiū gratanter aggreſſus eſt, ne offenderet genitricē. Maluit fratrum ſociari funeribus,c̄q; uolūtati matris obſiſtere. Ita em̄ matris ſuadentis uoluntas perfecta eſt:ut deo filium faceret martyrem,& fratrum coronis cōparticipem. Deniq; obſequium ſuum melius morte probans, ſuaſionem ſermonis matris impleuit : & lucem iſtam moriendo contemnens,conſors martyrum factus eſt,ut illa germanitas æterno collegio firmaretur. Ecce quid præſtitit animus matri ſubiectus. Deuotus filius obediendo promotus eſt,qui nolens maternam aliqualiter lædere pietatem,perpetuam uitam paſſione ſuſcepit, qui dominum confitendo, meretur cum fratribus a dño coram angelis coronari.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Et hanc ſermonis diſcrepantia,ſatis arguit ab Hieronymo nō fuiſſe ſcriptam. Quod quidem & hinc colligi poterat,quod in exemplaribus uariat titulus. In nonnullis ad Damaſum inſcripta eſt, in aliis ad Ruſticum epiſcopum Narbonenſem,in quibuſdam nullius habet nomen. Deinde in aliis codicibus habetur integra,in aliis mutila. Poſtremo non eſt ueriſimile,diuum Hieronymū ſi de re tanta,tantum ſcripſiſſet librum,non alicubi citaturum fuiſſe, cū multo breuiores & leuioris argumēti tā frequēter citet.

## DE SEPTEM GRADIBVS ECCLESIAE.

SVfficere quidem fidei tuæ arbitror conuerſationem ſanctam quā habes in Chriſto Ieſu ad ſacerdotalis ordinis dignitatē,arctam tibi & anguſtam intellectus uiā in dño referare,quia præcedentibus meritis ac uirtutis inſignibus,ad hoc officium electus a deo es. Licet in multis gratia Chriſti ſine operibus cōprobetur,& ceſſante merito cōuerſationis ac uitæ,ſola dei dona fructificēt. Tamen quia tu præ cæteris electus a deo ob hoc comprobaris, q & legis opa imples, & cōmoraris in gratia uſq; ad ſupereminentē ſcientiæ charitatem, intellectu dei tecum loquente feſtinanter exiſtentibus cogitationibus inſignibus: hoc uis noſſe quod factus es: Totius tibi eccleſiæ prout præcipis ſacramenta referabo:

C doctrinæ ordinem & locum cuſtodiens, & quid qualiter obſeruare debeas docens: ſi modo ad iniuriam non reuoces nouelli exhortatoris induſtriam, ac te non pudeat pauliſper minorem eſſe dū diſcis: quia ſepoſito (ut uides) priuilegio dignitatis, habes de nobis amplius quod quæras. Et id quod iam pridem in conſecratione conſecutum te eſſe credis, reſtat ut capias: ne minor inueniaris in Chriſto, cp̄ in mūdo interim nominaris: ac ſic falſi uocabuli inutilis paſtor exiſtas, cum hæc quæ in domino latent ſacramenta neſcires. Nos tamen tenētes in omni diſputatione rationem: ac tecum ſimpliciter fabulantes: uerum te epiſcopum animarum debere eſſe monſtrabimus: ut factus tibi ipſe iudex, hoc quod loquimur implere feſtines: & nobis conſentiens, uerecūdia & confuſione reiecta, eligas abiectus eſſe in domo dei, magis cp̄ habitare in tabernaculis peccatorū. Sic em̄ Ieſus ait: Reges gentium dn̄antur eorum, & qui poteſtatē habēt, dn̄i uocantur: uos autem nō ſic, ſed qui maior eſt ueſtrū, fiat ſicut minor: & qui princeps eſt, fiat ſicut miniſter. Quis em̄ maior eſt, qui recūbit, an qui miniſtrat? In gētibus quidē q diſcūbit, maior eſt: inter uos aūt nō ſic, ſed qui miniſtrat. Ego aūt in medio ueſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Et uos quia eſtis permanētes mecum in tentationibus meis: ego diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum: ut edatis & bibatis in menſa mea in regno meo, & ſedeatis ſup ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et alibi: Rectorem poſuerunt te, noli extolli, ſed eſto tāc̄p̄ unus ex ipſis. Et alibi: Non ut domineris clero, ſed ut forma ſis oīmibus. Et alibi: Templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis. Si quis autem templum dei uiolauerit, diſperdet illum deus: Templum em̄ dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt oīa, ipſi gloria in ſæcula: unus em̄ deus noſter & pater dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnia & nos in ipſo: & unus dn̄s Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Sed nō in omnibus eſt ſcientia. Cæcitas enim contigit ex parte in Iſrael: donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Cōcluſit ergo deus omnia ſub peccato, ut omnium miſereatur. Ante omnia humilitatem dilige: quia ſuperbia apoſtatare facit a deo: & initium omnis peccati, ſuperbia eſt. Deus em̄ noſter formam ſerui accipiens, humiliauit ſe uſq; ad mortem, mortē autem crucis. Omnes ſcripturas mente percurre, totum canonem lege: atq; habens ante oculos
D exempla ſanctorum, imitare quod bonum eſt, æmulare quod ſanctum eſt. Factuſq; tibi Hieroſolyma cœleſtis, deo uota reſtitue. Domū in te & templum Solomonis ædifica, tabernaculū fabrica, & diligenti⁹ exornare feſtina. Intra ſancta ſanctorū, indeficiens lumen accende, pfectionē in oībus tene. Pone cuſtodiā ori tuo & oſtiū circūſtantiæ labīs tuis. Nō des in tentationē animā tuā, & nō obdormiet q cuſtodit te. Exalta uocē tuā, & dic: Ois caro fœnū, & ois gloria hois ut flos fœni: Aruit fœnū & flos decidit: uerbū aūt dn̄i manet in æternū. Sacerdos em̄ dn̄i q de ore ſuo pfert iuſticiā, & exquirētib⁹ ānūciat ueritatē, angelus dei omnipotētis eſt. In oībus cauſis ſerua iuſticiam. Peregrinantem, & orphanum, & uiduam, & pauperem, uel pupillum, uacuo gremio non dimittas. Ibiq; theſaurum tuum, ubi & cor tuū eſt conde. Cū omnibus fratribus tuis (ſicut ſcriptū eſt) pacē habe. Concilia impiorū fuge: ne dū iudicas cōdēneris. Sic em̄ ſcriptū eſt: Beatus uir qui non abīt in conſilio impiorum, & in uia peccatorum nō ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege dn̄i fuit uolūtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Potentum perſonas, diuitū noticias, ſalutantium obſequia ita accipe: ut pauperem non contriſtes, nec ulli faſtidium excuſationis inducas. Non recedat liber legis (ut ſcriptū eſt) de manu tua, ſed meditare in eo die ac nocte. Sic em̄ ſcriptum eſt: Sine offenſione eſtote Iudæis & græcis & eccleſiæ dei: ſicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis ut ſalui fiant. Prius cp̄ audias ne iudices quēc̄p̄: atq; ante probationem accuſationis illatæ, neminem a tua cōmunione ſuſpendas: quia nō ſtatim qui accuſatur reus eſt, ſed qui conuincitur criminoſus. Nec præſtandum odīs ſingulorum eſt: ut innocentum fratrum dn̄etur iniuria: quinimmo timor domini ante oculos ſemper eſt habendus: & totū quod agit', deo & Chriſto ſcias eſſe p̄ſtandū non tēpori. Nā præterit figura huius mūdi, & deo magis obedire cōuenit cp̄ hominib⁹: qui ſcit præterita, & de futuris æſtimat. Vno em̄ ſermone tota lex adimplet'. Omne quod tibi fieri nolueris, alīj ne feceris. Domi ſi fieri poteſt poſtpoſita p̄ſonæ tuæ cura, officiiq; reuerentia, ſeruū ſeruis eſſe te conuenit: atq; ita Iſrael in omnibus p̄docere: ut quicū q; te audiūt,

cōuerſatione

A conuersatione tua magis, cꝫ sermone proficiant. Sic em̃ scriptum est, In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Non te extollat salutatio plurimorum. Munera diuitum & obsequia te non uincant: quia munera (ut scriptum est) excæcant oculos iudicum. Nec plus sit apud te matrona nobilis & dives, cꝫ professa pauper atq; mendica: aut uidua maritali auxilio destituta, æqualis ei quæ habet uirum potentem in sæculo uideatur. Alienum te a personis omniũ reddendũ iudica: ac propter iniusticiam in iudicio pauperem non defendas: nec propter gratiam diuiti indecenter assistas. Aut si hoc non potes facere, cognitionem respue causarũ. Sola esto tibi lectione & oratione contentus. Neminem em̃ (ut scriptum est) diligit deus, nisi eum qui cum sapiẽtia habitat, ac nullum lædit. Ista si feceris, deo utilis in omnibus comprobatus, perfectum sacerdotium in te retentabis. Expelle de templo Christi, oues & boues & columbas uendentes: & nummulariorum euerte mensas: quia domus patris nostri domus negociationis esse non debet, sed orationis. Et quod iudicio dei proijcitur, desyderari propter damnationis sententiam nõ oportet, ne reprobi inueniamur in Christo. Sicq; fiet ut in ueritate consistens, septiformis ecclesiæ sacramentum nosse merearis, quod in omnipotentia dei cum sua ueneratione consistit: id est, in patre, & in filio, & in spiritu sancto, in archangelis, in angelis, in sapientia, in hominibus. Quæ omnia si diligenter aspicias, totius in his dispositionibus ecclesiæ catholicæ fundamẽta cognosces. Et per hos gradus, si uniuersa obseruaueris quæ scripta sunt, deus erit in memoria tua, & tu in domum tuam reuerteris.

## De primo gradu ecclesiæ qui fossariorum ordo est.

PRimus igitur in clericis fossariorum ordo est: qui in similitudinem Tobiæ sancti, sepelire mortuos admonentur: ut exhibentes uisibilium rerum curam, ad inuisibilium festinent: & resurrectionem carnis credentes in dño, totum quod faciunt, deo se præstare, nõ mortuis cognoscant. Tales ergo fossarios esse ecclesiæ conuenit, qualis Tobias ꝓpheta fuit:
B eius fidei, eius sanctitatis, eius scientiæ atq; uirtutis. Non ergo putes paruum esse officium fossatiorũ: aut sicut cæteri sacerdotes in famulis dei despicias sacramentum, ac plus diuersorum seruis deferas uel amicis cꝫ Christi in templo cum preces fundis, cuius membra ueneraris, cum omnibus participare te conuenit, non solum in altari, sed & domi, cum omnibus esse conuiuã atq; inter domesticos parietes simpliciter residere. Si amas Tobiã ꝓphetã, & si eius imitaris exemplũ, si imples quod scriptũ est: Qui recipit prophetã in noie ꝓphetæ, mercedẽ ꝓphetæ accipiet: caue ne huic officio per superbiã tuã aliqua irrogetur iniuria, quã laicus qui minor est Tobiæ non meretur. Te em̃ ita de dei membris oportet habere iudicium, ut intelligas ecclesiæ sacramẽtum. Religionis em̃ & sanctitatis est, quod episcopus diceris, nõ Romani cõsulatus aut iuris. Si hoc uis esse quod factus es, serua ordinem tuũ, locũ q; custodi. Defer prophetæ, ut propheta seruiat tibi. Dilige mysteria dei, ut ameris a Christo. Noli aliquẽ cõtristare illicite, aut iniusto odio ꝓsequaris: quia sicut tu Christi es, sic & illi Christi sunt: & nemo potẽs est in hoc sæculo, q; aliquem seruorũ suorum uelit ab alijs cõculcari. Tuipse quoq;, si libenter accipias quod dicturus sum, cũctorũ famulis propter eos quibus seruiunt, honorem defers: atq; unumquemq; prout potens est eius dñs, ueneraris. Dic mihi queso, quis maior est Christo? aut cui tantum debes, qui pro te sanguinẽ suũ fudit, & qui te ecclesiæ suæ præposuit, & qui te honorauit in cunctis, qui omniũ tibi diuinorũ sacramenta cõcessit? Nũquit meretur dñs deus tuus, ut cum hæc præstiterit ꝓpter bonitatẽ & misericordiã suam, cõseruos tuos deprimas: deroges Christo: ac nullum nisi te solum putes ad dñm pertinere: tibi tantum existimes reuerentiam deferendam: ac famulos Christi in cõseruatione tibi creditos, non in ministerio ut liberos habeas, sed ut seruos in dñatione possideas? Hæc em̃ præ cæteris deus damnat, & nihil grauius fert, cꝫ ut cum scias hominibus deferendũ, deo ipse non deferas: cum seruũ principis atq; eiꝰ militiæ deputatũ prosequi & lacessere non audeas, eos qui ueri dei serui sunt, & uero Christi charactere censiti, ac ꝑ baptismi gratiam liberi, & per clericatus officium militantes, abiectione putes, & ignominiæ deputandos: ut plus interdũ apud cõscientiã tuã, si iniuriam non faciat nostra correptio, seruis cꝫ clericis parcas: & in his aliquẽ uernaculũ diligas: illos uelut alienos despicias, & malis mundo placere cꝫ Christo. Pro fide, pro religione, pro proposito sanctitatis deferre interdum clericus

¶ ſeruo cogitur: & ad ignominiam non ferendam,uilis iudicatur in mundo, qui ſummus in cœlo eſt. Recte hæc repudias ,recte iſta non ſeruas,ſi epiſcopus eſſe non uis,ſi cœlorum regna contemnis, ſi nullum cum deo cupias habere conſortium . Certe ſi electum te a deo gratularis:ſi factum te paſtorem gregis,ſi te creatum ſacerdotẽ clericis recognoſcis,laborare debebis,ne tibi tua membra diſpliceant,ne id quod Chriſti eſt reprobetur. Sic enim(ait Apoſtolus)nunquid poteſt caput pedibus dicere : non deſydero opera ueſtra ? Vnum enim corpus & multa ſunt membra. Si tu caput es,pedum tibi officia neceſſaria ſunt: pertinere ad honorem tuum atq; ad ſubſtantiam corporalem pedes ipſe cognoſcis:ſine his(ut ipſe noſti)ambulare non potes. Hi te ſuſtinent, hi totum corpus promouent, hi dirigunt caput,hi primum te eſſe faciũt. Perditis his, cõtemneris a cunctis fidelibus: ac tibi ipſe odibilis factus, amaram uitam in ſæculo retentabis.

¶ De ſecundo gradu eccleſiæ qui oſtiariorum ordo eſt.

Secundus oſtiariorum locus eſt,qui claues regni cœlorum tenent,quæ patriarchis dantur, quoniã præſunt portis Hieruſalẽ: atq; inter bonũ & malum habentes iudicium,aperiũt quod nemo claudit,& claudunt quod nemo aperit. Iam hic conſyderare te conuenit,quæ circa oſtiarios dei debet eſſe diligentia, quanta his mẽbris atq; officijs reuerẽtia per te deferenda ſit. Intrare templum niſi per hos non potes. Hi eñ ſunt ordinati per uices ſuas,ut oia quæ intus ſunt extraq; cuſtodiant, atq; perfecti in omnibus fideles recipiant, reſpuant infideles.

De tertio gradu eccleſiæ qui lectorum ordo eſt.

Tertius lectorum ordo eſt,qui deo Chriſto & prophetis datur,ſecundum quod ſcriptũ eſt: Exalta uocem tuam,& dic: Omnis caro fœnum,& omnis gloria hominis, ſicut flos fœni:aruit fœnum & flos decidit,uerbum autem dñi manet in æternum. Denicq; dominus noſter legens in templo,formam lectoris aſſumpſit. Hi ſunt ergo lectores, qui cantant
D canticũ Moyſi & agni:hi ſunt qui ſequũtur immaculatũ agnum quocunq; ierit,qui cũ mulieribus ſe non coinquinauerunt,uirgines enim ſunt. Horum numerus eſt angelorum: & nomen angeli conuenienter ſacerdoti adaptatur,qui uſq; adeo æquales tibi ſunt per hæc officia ſanctitatis, ſicut ſcriptum legis: Sacerdos qui de ore ſuo profert iuſticiam,& exquirentibus annunciat ueritatem,angelus omnipotentis dei eſt.

De quarto gradu eccleſiæ,qui ſubdiaconorum ordo eſt.

Quartus eccleſiaſticæ diſpoſitionis in ſubdiacono eſt ordo,qui in Eſdra Nathinnei appellãtur,in hũilitate dño ſeruientes. Propter hoc in euãgelio Iohãnis Ieſus ad Nathanael ait: Ecce uere Iſraelita,in q̃ dolus nõ eſt. Cui reſpõdẽs Nathanael dixit: magiſter unde me noſti? Et ait Ieſus: Añ q̃ Philippꝰ te uocaret,cũ eſſes ſub ficu noui te. Quapterea ſcriptũ eſt,ut tu eiꝰ locũ diſpoſitionẽq; cognoſcas. Propterea dñs noſter formam ſerui accipiẽs,humiliauit ſe uſq; ad mortem,mortẽ autẽ crucis. Propter quod ſemper genu flexo orare mandamur. Omnis eñ qui ſe humiliat exaltabitur,& q ſe exaltat humiliabitur: Propter hoc Aegyptus cõpetentibus plagis percutitur a dño. Hæc dies profectiõis ex Aegypto, paſcha dñi nũcupatur,ut quia paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, plenitudinẽ totius myſterij atq; ſacramenti, in rerum officijs recognoſcas, nec per arrogantiam non ferendam, deſpicias eos qui aut oblationes in templo dei ſuſcipiũt, aut ſecretorum omniũ teſtes participes etiam paſſionum ſunt &c. Hi enim primi deſyderia noſtra ſuſcipiunt,hi probant in nobis optimas uoluntates,hi repudiant malas,hi ut a deo ſuſcipiamur aſſiſtunt:quorum tibi ſicut uiſibiliter miniſteria adeſſe cognoſcis : ita etiam inuiſibiliter pacem & concordiam utilem eſſe perpende,ne confi/cere corpus Chriſti ac ſanguinem ultra non poſſis, ſi uenturus ad altarium dei eccleſiæ membra neglexeris.

¶ De quinto gradu eccleſiæ,qui leuitarum ſeu diaconorum ordo eſt:

Quintus in diaconibus ordo ſacramenti eſt:quorum ſors deus eſt, qui recedere de templo domini die ac nocte prohibentur, qui columna & fundamentum ueritatis ſunt, qui eccleſias dei ſuſtinent, qui altare Chriſti ſunt, in quo conficiuntur ſacramenta, in quo offertur oblatio. Quid ergo in templo dei(ut ipſe noſti) uenerabilius altari eſſe poteſt? quis non ſe ad menſam domini acceſſurus humiliet? Et hi ſunt (quos in

Apocalypſi

A Apocalypsi legimus)septem angeli ecclesiarum:hi sunt septem candelabra aurea: hi uoces tonitruorũ: hi in similitudinẽ Noe sacramentorum iusticiæ præcones, nõ habẽtes in se maculam aut rugam : atq; in candorem lucis effecti, in omni Israel deum ualent prospicere, puri mentibus, animabus candidi, uirtutum operatione prædari, humilitate prædíti, quieti, humiles, euangeliçantes pacem,annunciantes bona: dissensiones, & rixas & scandala resecantes, soli deo colloquentes, in templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri & matri,non nouimus uos, & filios suos non agnoscentes. Deniq; & Leui(ut scriptũ legimus)sacerdotalis tribus est,& caput omniũ sacerdotũ,sine hoc sacerdos nomẽ nõ habet,ortũ nõ habet,officiũ nõ habet,hic minister dei dicit:quia scriptũ est: Quis maior est,qui ministrat,an cui ministrat? Et sicut in sacerdote consecratio:ita in ministro est sacramenti dispensatio. Illi orare, huic psallere mandatur. Ille oblata sanctificat,hic sanctificata dispensat. Ipsis etiã sacerdotibus,propter præsumptionẽ non licet de mensa dñi tollere calicem,nisi eis traditus fuerit a diacono:ut præcedente ministerio sanctitatis,humiliatus paulisper post consecrationẽ,dũ ministro reuerentiam exhibet,quantam ministerio dei debeat recognoscat:ita em̃ deus noster omnipotens uniuersa disposuit: ut q maiorẽ se esse crediderit, minor sit: & q uideret minor,maior existeret. Deniq; q̃s hoc uerũ sit,ipse perpende. Leuitæ inferunt oblationes in altari. Leuitæ cõponunt mensam dñi. Leuitæ cum sacerdotibus,dum sacramenta benedicũtur assistunt. Leuitæ ante sacerdotes orãt, ut si distinctio locorum creditur in mundo, etiam in altari dei uideant sibi episcopi si superbi sunt diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt, maiores se esse in eo quod sunt humiles cognoscant. Tunc deinde ut aures habeamus ad dñm,diaconus acclamat,ipse prædicat,ipse hortatur,ipse cõmonet astantibus sacerdotibus ne leuiter hanc uocẽ,quæ loquit' hæc,& pacẽ ãnunciat,aut negligenter aspicias,aut contemnendam putes. Sufficit huic ordini,tãtũ per dñm fuisse cõcessum:ut nõ solus sacerdos in tẽplo totũ agere & implere uideatur. Eget officio diaconi sacerdos,sicut & diacon9 sacerdotis:nec diues sine paupere,nec pauper sine diuite esse potest. Post cõsecrationẽ em̃ omniũ sacramẽtorũ,post orationes,post recitationes nominũ,post oĩa mysteria deitatis, pfectio rursus leuitis in altari datur:diaconus(ut superius dixi)calicem tradit, testis B passionis,testis dispensationis,testis humilitatis,ne elatus in superbiam is qui obtulit,nihil sperandum sibi a diacono recognoscat. Ideo leuita in cõsecratione perfectus est,nec ultra iam sicut laicus benedicitur,quia perfectam in se habere iubetur dñi sanctitatem. Deniq; ex omnibus tribubus in Iesu naue libro, Leuitæ ciuitates accipiũt:ut tu intelligas nullum esse hominũ genus, nullam terram,nullum locum,nullam gentem:quæ non huic propter dñm seruire iubeatur. De leuitis autem decimas decimarum accipiunt sacerdotes, nec dare ipsis, sed accipere mandãtur. Nunc autem ex quo in ecclesijs sicut in Romano imperio creuit auaricia, perijt lex de sacerdote,& uisio de ꝓpheta. Singuli quiq; pro potẽtia episcopalis nominis,quã sibijpsi illicite absq; ecclesia uendicauerunt, totum quod leuitarũ est in usus suos rediguntnec hoc sibi quod scriptũ est uendicant,sed cunctis auferunt uniuersa. Mendicat infelix clericus in plateis, & ciuili opere mancipatus, publicam a quolibet deposcit alimoniã:& quidem ex eo despicitur a cunctis sacerdotale officium:dum misericordia desolatus,iuste putatur ad hanc ignominiã deuenisse. Eget in sede presbyter,in altari leuita,in secretario subdiaconus,in lectione lector, & in templo ostiarius, in sepultura fossarius, moriuntur fame, qui alios sepelire mandantur: poscunt misericordiam, qui misereri alijs sunt præcepti. Et dum ista fiunt,sacerdos qui hoc nõ fecerit cõdemnat. Solus incubat diuitijs,solus ministerio utitur,solus uniuersa sibi uendicat, solus partes inuadit alienas,solus occidit uniuersos. Nam si secundũ diuinos libros oĩa faceremus,nec deesse quicq; uisibiliter poterat cũctis,& sola in Christi ecclesia sanctitas abũdaret. Hinc ꝓpter sacerdotũ auariciam odia consurgunt,hinc episcopi accusantur a clericis,hinc principum lites, hinc desolationum causæ,hinc origo criminis. Etenim si unusquisq;,ita hunc mundum uisibiliter possidere mandatur,ut sua tantum possessione contentus sit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat,non uineam,non subiectorum aliquod,non famulos, non fructus: quãto magis qui ecclesiæ dei præest, debet ita in oĩbus seruare iusticiã,ut sibi hoc tantũ uendicet q̃d' sui iuris esse cognoscit? Aliena non cõtingat, aliena non rapiat, æqualem se cæteris faciat:& sicut sine his

C in ecclesia non fuit: ita & sine his in ecclesiæ ministerij dispensatione non uiuat. Certe (ut ipse no
sti) qui uisibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum, accusatur a paupere, damnatur a iudice:
Ita & in ecclesia dei cum unusquisq; stipendia sua perdit: clamat ad deum, exauditur a Christo,
nec differtur in hac parte ultionis sententia, si non redduntur uniuersa. Moderatio em̃ dei, pre-
ces ac solum nostrum reditum quærit, ac nos quærit sua bonitate saluari. Sed si non conuerti-
mur, si duri corde sumus, si in peccatis usq; ad mortem illicite perduramus: Assidue peccanti
(sicut scriptum est) deus non miseretur.

## De sexto gradu ecclesiæ qui sacerdotum ordo est.

SExtus seniorum ordo est, qui sacerdotibus datur, qui presbyteri dicuntur, qui præsunt
ecclesiæ dei, & Christi sacramenta conficiunt. Hi autem in benedictione cum episcopis
cõsortes ministeriorũ sũt. Nulla in cõficiẽdo corpe Christi ac sanguine inter eos & episco
pos credẽda distantia est: & eucharistiã iam pridẽ p̃ pbyteros benedictam (si usus exegerit) epi
scopi accipere debent, ac se Christo, ac plenitudini eius cõmunicare cognoscere. Nam si quis ad
iniuriam reuocet, aut putet se accipere nõ debere eucharistiam quã presbyter benedixit: is pro-
fecto peruersus est, credens dn̄m duo corpora habuisse: unum maius, & unũ minus. Maius qd̃
episcopus cõficit, quod presbyter minus. Hic Christũ diuidit eiq; facit iniuriam. Ergo inter ba-
ptismum & baptismũ potest esse distantia, ut sanctior iudicetur, quẽ baptiçauit episcopus, q̃p
is quẽ leuita: sicut in actibus apostolorum, legis Eunuchum a Philippo diacono baptiçatũ fuis
se, ut scriptũ est: Ecce aqua, quis ꝓhibet me baptiçari? Et ille ait: nihil si credis. Fides em̃ est quæ
facit mundũ: & quia non est dantis, sed accipientis: ita credendũ est in omni anima baptismum
esse perfectũ, & in omni sacerdote corpus Christi esse perfectũ. Qui nõ cõmunicat eucharistiæ
p̃sbyterorũ nõ cõmunicat Christo: nec eucharistiã ipse benedicit, qa in eo in quo iudicat, condẽ
natur, atq; in similitudinẽ Iudæ traditoris tradens dn̄m, nullo cogente ipse sibi infert manus ac
suspendio perit, quia superbia peccat in deũ. Nec ego dico præsentibus episcopis atq; astanti-
bus altari presbyteros posse sacramenta conficere. Sed si forte usus exegerit, ut uenientes ad ec
D clesiam sacerdotes eisdem horis quibus aut oblatio parata non sit, aut non possit offerri, nõ de
bere episcopũ repudiare eucharistiã presbyterorũ, si ponatur in altari, quã accipi oportet ꝓpter
Christũ, quoniã corp9 Christi est: sicut em̃ scriptũ est: Vos em̃ estis corpus Christi & mẽbra ex
parte. Charitas em̃ cooperit multitudinẽ peccatorũ: Fides, spes, charitas, tria hæc, maior his est
charitas. Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non inflatur, nõ perperã agit: omnia
credit, omnia sustinet: charitas nunq̃ excidit. Et quia scriptum est: Presbyteri duplici honore
honorentur, maxime qui laborant in uerbo dn̄i: prædicare eos decet, utile est benedicere, con-
gruum confirmare, conuenit reddere cõmunionem, necesse est uisitare infirmos, orare pro inua
lidis, atq; omnia dei sacramenta cõplere, præsertim cum in oriente eam consuetudinem & in Il-
lyrico, & in Italia, atq; in Africa omnibus in locis, tẽporibus apostolorũ fuisse manifestũ sit. Ac
sola propter authoritatẽ summo sacerdoti dericorum ordinatio, & uirginum consecratio reser
uata sit, cũ basilicæ altaris & chrismatis dedicatiõe uel satisfactiõe, ne a multis disciplina eccleſiæ
uendicata, concordiã sacerdotum solueret, scandala generaret. Propter hoc & nuper episcopa-
lis electio ad metropolitanum remissa est: & cum huic summa datur potestas, alijs adimitur
hæc facultas: & incipiũt etiã summi sacerdotes pati, nõ ex iure, sed ex necessitate aliũ sacerdotẽ.
Nemo hinc episcoporũ inuidia diabolicæ tẽtationis inflatus irascat in tẽplo, si p̃sbyteri interdũ
exhortent plæbẽ, si in ecclesijs prædicent, si plæbibus (ut scriptũ est) benedicãt: etem̃ abnuẽti mi-
hi ista sic dicam, qui non uult presbyteros facere quæ iubentur a deo, dicat, quis maior est Chri
sto? aut quid corpori eius, aut sanguini poterit anteponi? Si presbyter Christũ consecrat, cum
in altario dei sacramenta benedicit: benedicere populo non debet, qui Christum etiam meruit
consecrare? Virgines etiam dei licet Apostolus dicat: De uirginibus præceptum domini
non habeo: tamen hoc ratione faciente, si usus exegerit, per eum benedici, si necesse est, ma-
nifestum est: quia Maria mater domini Christi, soror est uirginũ, & eucharistia Christi est cor
pus, & minor Maria q̃p dn̄s: Tamen credendum est summi sacerdotis iudicio & hoc faciendũ
qd̃ iusserit circa laicos & mulieres. Iubentib9 uobis iniustissime sacerdotibus nõ recte presby-

/ter dei

A ter dei, benedictionis perdit officium, amittit linguæ opus, non habet confidentiam prædi
candi: truncatus est omni parte uirtutum, solum presbyteri nomen habet, plenitud nem ac
perfectionem, quæ consecrationi eius competit, non retentat. Quis hic rogo o sacerdotes ho/
nor uester est, ut damna gregibus inferatis? quoniã cum pastoribus per potentiam uestrã au/
fertur deo digna diligentia, contagiũ quoddã & calamitas crescit in gregibus: ac deo nostro, nõ
patrimonij sui damna conquiritis, dum soli uultis in ecclesijs potentari. Deniq; & chrismatis ea
ratio est, atq; hic ordo legitimus consecrandi: baptiçatũ dominũ & in similitudine columbæ
in specie chrismatis a patre unctum fuisse manifestum est, ac plenitudo sacramenti, corpus eius
& sanguis ostensus. Quæ cũ offerre licet etiam reliqua, quæ in eo sunt consecrare, quia in Chri/
sto omis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Presbyteri ergo (si necesse est) possunt chris
ma conficere, quia in corpore eius chrisma est. Siquidem hæc regula etiam nunc seruatur a plu/
rimis, atq; in ecclesijs multis sic ista faciunt: tamen meæ hoc scito esse sentẽtiæ, nulli episcopo su/
per hoc iniuriam esse faciendam, nec legem a me opponendam esse ei qui lex est presbyteri. Ab
initio (ut legimus) negociorum iudices esse mandati sunt presbyteri interesse sacerdotum consi/
lio, Quoniam & ipsi presbyteri (ut legimus) episcopi nuncupãtur, secũdũ quod scriptum est ad
Titum: Huius rei gratia reliqui te Cretæ: ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates
presbyteros: quẽadmodũ ego tibi disposui &c. Vides ergo presbyterũ episcopũ dici, & apostoli
Pauli esse sententiam? Et alibi ad Timotheum de ecclesiæ ordine: Oportet episcopum irrepre/
hensibilẽ esse &c. Vides ergo hic presbyteri, nõ fieri mentionẽ, sed hunc esse locũ quẽ episcopa/
tũ uocat? Et alibi ad Timotheũ episcopũ: Præcipe hæc & doce: nemo adolescẽtiã tuã contẽnat,
sed forma esto fideliũ in sermone, in cõuersatiõe, in charitate, in fide, in castitate &c. Intelligis er/
go in presbytero summam sacerdotij collocari? Et alibi ad maiores natu: Qui uos posuit episco
pos regere ecclesiam suam Philippis: certe una Macedoniæ ciuitas est. Et cũ ibi Paulus episco/
B pis & diaconibus scripsit: quid nisi eos qui præsunt presbyteri, episcopos uocat? Deniq; & apo
stolus Iohãnes episcopus scribit: Senior electæ dominæ quam diligo in ueritate. Nam presby/
ter ætatis est nomen, episcopus dignitatis. Solomon quoq; ait: Presbytero humilia animã tuã.
Sed oderunt hoc sacerdotes superbi, in presbyteris nomen, qui nolunt esse hoc quod Christus,
qui discipulorum pedes lauit, qui baptiçatus est a Iohanne, licet baptiçandum se Iohãnes a do/
mino proclamaret. Propterea hæc scribo, ut si præteriti temporis error nõ potest iam reuocari,
uel ad præsens in ecclesijs seruetur humilitas, ut presbyteri hoc in ecclesijs suis faciãt qd Romæ,
siue quod in oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illy/
rico, quod in Hispania, quod in Britãnia, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus lo
cis ubi humilitas perseuerat: quod in cœlis fit, quod maius est, ubi sedes eorum legis esse dispo
sitas, ut terrena contemnas, ut nihil tibi de mundi istius conuersatione præsumas. Respice Hie/
rusalem matrem omniũ sanctorũ, ornatam patriarchis, prophetis, apostolis & angelis dei: ipsi9
consuetudinẽ sequere, ipsius sacramenta custodi. Nihil tibi sit cõmune cum cæteris qui errorem
suũ illicita præsumptione defendunt & cõsuetudinis dicunt esse quod uoti est. Nam si aliquis
nostrũ præteriti tẽporis consuetudinẽ possit agnoscere; pbarem tibi hoc quod loquor, ab initio
semper cum apostoli prædicarent in ecclesijs fuisse seruatũ: & postmodũ odio singulorũ uitia
ta aliqua, aliqua p̃sumpta. Sed nemo damnandus est, nemo iudicandus, imo oẽs in mansue/
tudine & charitate spiritus amplectẽdi: ut dũ nobiscũ bonitatis Christi fundamẽta cognoscũt,
adædificiũ dei spontanea uoluntate cõueniant, ut in culmine tẽpli, nobiscũ manere mereãtur.

De septimo & præcipuo gradu ecclesiæ, qui ordo episcopalis seu episcoporum est.

SEptimus autem in his dispositionibus episcopalis ordo est, & qui primus & perfectus in
cunctis est: qui omnipotentiæ dei, & in Christo donatur, ex quo processus omnium glo/
riarũ & plenitudo est uirtutũ, ex quo oĩa, in quo oĩa. Ipse eĩ ordinat sacerdotes, ipse le
uitas, ipse subdiaconos, ipse lectores, ipse ostiarios, ipse fossarios, ipse arundinem tenens meti/
tur Hierusalem, ipse fabricæ dei præest, ipse quod unusquisq; facere debet ostendit, ipse dam/
nat, ipse recipit, ipse ligat, ipse ligata soluit, ipse claues regni cœlorum habet, ipse thronum
dei reserat & claudit, supra se nihil habens. Si humilis & bonus sit, si perfectus, ut scriptum est:

Estote

CEstote perfecti ſicut & pater ueſter perfectus eſt: ſi obſeruat omnia, ſi hoſpitalis, ſi ſine crimine, ſi habens teſtimonium bonum, ſi unius mulieris uir eſt: id eſt, ſua tantum carne contentus, alieni corporis illecebras non requirat: filios habens ſubditos in caſtitate & ſobrietate: quia peccare in operibus non debet, qui in electione perfectus eſt. Huius ſacerdotalis ueſtis, eſt perfecta dei gloria. Ad hunc pertinet chriſma, quia ipſe Chriſtus Chriſtianorum eſt: id eſt, ſanctus ſanctorum & epiſcopus animarum, ſecundum quod ſcriptum eſt: Nolite tangere Chriſtos meos, & in ꝓphetis meis, nolite malignari. Huic ſumma a cunctis clericis atq; ab oĩ populo deferenda reuerentia eſt: quia nõ dicit figmentũ ei qui ſe finxit: Vt quid me finxiſti ſic? Aut non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere, aliud quidem uas in honorem, aliud in contumeliam? Huic non cogitare de craſtino, pro perfectione mandatur. Hic de ueſtimento & uictu ſollicitus eſſe prohibetur. Hic per omnia ſimilis deo eſt, ſi nõ recedat a Chriſto, ſecundum quod ſcriptum eſt: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Hic in carne ambulãs, non ſecundum carnem militat. Hic non uult eſſe niſi cũ Ieſu. Hic neminẽ damnat: hic ipſi etiam Iudæ, ſciens eum talem eſſe in paſſione, pacificus eſt. Hic oſculum ei dat a quo tradẽdus eſt. Hic pro cunctis patit̃. Hic ſaluat uniuerſos. CDe hoc officio amplius diſputare nihil poſſum, quoniam quod in clericis conſecratum eſſe prædidiciſti, epiſcopum ſolũ habere manifeſtum eſt: In illis eſſe partes & membra uirtutum, in epiſcopo plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter. Atq; ita eſt, ut in epiſcopis dominum, in præſbyteris apoſtolos, qui & ipſi ſunt, recognoſcas. Sed quia ſcriptum eſt: Nõ uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos: ſummus ſacerdos qui elegit dicitur, qui uero electi ſunt, ſacerdotes. Omnem em̃ ſuã poteſtatẽ deus diſcipulis ſuis dedit: & Moyſen deum dici uoluit Pharaonis. Atq; ipſe homo Ieſus Chriſtus maior in eo quod in carne apparuit fuit. Et hoc eſt myſterium eccleſiæ, quod Eſdras deſcripſit, quod in quinq; gradib⁹ collocatũ, ſenſus noſtri capitis tenet. Nãq; uiſui epiſcopat⁹ & præſbyteria dãtur, ſecundũ quod ſcriptũ eſt: Speculatorem te poſui domui Iſrael. Leuitæ odoratui, quia ipſi ſacerdotibus iuncti, columnæ & fundamentum ueritatis ſunt: ipſi ſpiritus forma, puris mẽtibus odor uitæ in uitã ſunt, & per manus eorum odor ſacrificij aſcendit in conſpectu dei. Nathinnei auditui, ut audiãt uniuerſi diuinis uerbis ac præceptis ſacerdotum & officijs leuitarum. Sacri cantores ſermoni, quod eſt linguæ. Oſtiarij ſiue foſſarij oris, ſicut ſcriptum eſt: Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circũſtãtiæ labijs meis. Ex uerbis em̃ noſtris iuſtificabimur, & ex uerbis noſtris condemnabimur, in ore em̃ hominis uita & mors: ideo in foſſarijs ſpiritus prophetarum prophetis ſubiectus eſt: in oſtiarijs doctores, in lectoribus prophetæ, in ſubdiaconis angeli, in diaconibus archangeli, in præſbyteris apoſtoli, in epiſcopis deus. Deniq; ſcriptũ eſt, primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores: Et ideo de epiſcopo uſq; ad diaconũ ſpiritus diſpoſitio eſt. De ſubdiaconib⁹ uſq; ad oſtiarios animæ, in foſſarijs corporis. Sicq; has omnes diſpoſitiones in eccleſia Chriſti, quaſi unum hominem deo ſeruientem eſſe cognoſce, ſecundum quod ſcriptum eſt: Vos eſtis templum dei, & ſpiritus dei habitat in uobis. Si quis templum dei uiolauerit, diſperdet illum deus. Templum em̃ dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Prædica autem uerbum dei cunctis, ut ſcriptum eſt: Exhortare omnes, diuitibus huius ſæculi præcipe non ſuperbe ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum, ſed diuites eſſe in operibus bonis: nemo adoleſcentiam tuam contemnat: non recedat liber legis de manu tua, ſed meditaberis die ac nocte in eo. Ante oĩa curam habe pauperum, quia propter nos Chriſtus pauper factus eſt cum eſſet diues: ut inopia illius ditaremur. Profeſſas & eas quæ uere uiduæ ſunt, require: egentibus neceſſaria ſubminiſtra: nec in quocũq; peregrinationis nomen horreſcas. Quoniam cũq; diu ſumus in carne, peregrinamur a domino. Iuniores autem uiduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere uolunt. Vxori tuæ propter antiquam cõſuetudinem ac periculum ſacerdotij, non des animam tuam in poteſtatem: ne forte in ſimilitudinem Adæ in paradiſo poſitus confundaris, atq; acceptam legem ſi peccaueris perdas: ac nuditatis tuæ conſcius, confuſionem mentis excipias, & locum conſecrationis amittas. Amanda quidem uxor eſt, ſed ſicut eccleſia, aut templum dei: orandum cum ea, legendum, abſtinẽdum communicãdum in altario, non in opere: ſpiritu, non carne uiuendum. Venerari autem & te propter coniunctionem legis

D

debet,

A debet,nō desyderare ꝑpter cōsuetudinē delinquendi:quia aperte tibi usum coniugij interdictū esse perpendis,cum te episcopum esse cognoscis. Habere se & illa ex hoc Christū gaudeat non maritum, esse cum deo, non habitare cum coniuge: possidere intra domesticos parietes,uernaculā sanctitatē:exultet in dño, gratias agat deo quod de corruptione liberata est:tibi quoq; de bitrix sit,quod ad hoc officium uolasti, qua cōsentiente electus es a dño, qđ prius de omnibus cum tuis ut decuit transegisti,cꝫ episcopatū rogatus acciperes,& separatus a coniuge in ecclesia permaneres. Certus autē sum exemplo bonæ uitæ tuæ oēs hæc esse facturos,ut in adolescentia credentes deo,dum contemnunt terrena,diuina percipiant,& emendati in omnibus dño cōsecrentur:ut doctores plæbium facti,post emendationē sui prædicent uniuersis,& salus omnium nuncupentur. Sæculares autem uiros ad ministeriū non assumas ecclesiæ:sic em̄ legis: Manus temere nemini imposueris. Et iterū:Hi primū cōprobentur, & sic ministrent sine crimine cōstituti. Sunt em̄ multi qui sequentes uota populorū,disciplinam ecclesiæ nō obseruant,ac sine experimento bonæ uitæ,eligunt non conuersos. Atq; ut cōsuetudinem reprehendam:peccantes nobilitatem potius, cꝫ mores optimos benedicunt:& ante regni cœlestis gubernacula tradunt, cꝫ de terrena conuersatione securi sint, quasi uero deo deficiāt sacerdotes,aut clericatus officiū possit implere,qui necdum castus didicit esse abstinendo. Taceo de reliquis uitæ documentis, quod ignorat libros,quod cōsuetudinē nescit:& prius doctor gentium dicitur uel minister, cꝫ discat aliquid imperitus,alieno iudicio imposterū uiuens, non dei, sed cuiuscūq; facit in omnibus uoluntatem. Dum em̄ instruenti se obedientiā debet, cedit ad tempus, & inuitus discipuli nomen accipit in magistro,minorq; fit minimo. Cōcurrunt ad ecclesiā populi,a sacerdote nouo aliquid audituri quod ædificet cunctos,quod saluet uniuersos,& ultra solitum morem forte nihil dicitur,ceras nectit, paginas ignotas cunctis uersat in pectore :& delicta omnia recognoscens,sola impudentia utitur excusantis:& hoc ipsum quod rogatur irascitur. Quale tunc erit queso episcope iudicium tuum,cum interrogatus nihil dixeris:ac mulieres laicosq; sciētiæ agnitioni uitæ, intrare ecclesiam recognoueris? Sacramentorum uero hæc ratio est: atq; hic ordo
B omnium nascentium,qui in carne descendimus:ut qui uenientes in mundū uenundamur sub peccato,idolis seruientes primitus nuncupemur. Quis em̄ a quo superatur,eius seruus adꝺicit: & eius operi mancipatur,præstat officium, cuius desyderium gestat in sensu : præualente enim ignorantia,regnat auaricia,quæ radix omniū malorū est,& inquisitio idolorū:& hoc est malū quod difficile superatur,qui non aut habendi uoluntate,aut paupertatis timore teneatur. Sed quia primitus in exhortatione ꝓphetiæ sermo p̄dicandus est,necesse est,ut in illis unꝰ deus auidius & loquat̄ & nominet̄,secundū qđ scriptū est: Dñs deus tuus unus est. Hi sunt quos catechuminos nominamus, & subiacētes castigationi,& liberū ad Christum habētes arbitriū:quia principium sanctitatis est dñm Iesum Christū dei filium cōfiteri,secundum quod scriptum est: Corde creditur ad iusticiam:ore autem cōfessio fit ad salutem. Secundus confitentiū locus est, qui ad dei gratiam festinantes,aliquid amplius cꝫ fuerint esse desyderant. Qui ideo competentes dicuntur:id est,poscentes dei gratiam,deo iam utiles & per desyderiū uoluntatū competentes cœlorum regna, ac uolentes iuri suo per misericordiā principalem hæreditatē deū uendicare:ab omnibus abstinentes,sperantes lauacrum, casti,atq; synceri, & præsentis uitæ positū sibi terminū recognoscunt,& ordinē futuræ cōuersationis aspiciunt:ut qui antecꝫ accipiant seruiūt Christo,post acceptam fidem dei dona non perdant,aut irritā faciant gratiā,cui seruire uoluerūt. Tertius baptiçatorū ordo est: in qbus iam Christus est, dicēte Apostolo:Nescitis quoniā quicūq; baptiçati estis in Christo, Christū induistis? Et ideo cū cogitamꝰ aliquid boni,liberati a gentilitate catechumini sumus:cū uolumus quod sanctum est competentes:cū operamur bona,baptiçamur & cōmorimur Christo. Sed si forte hoc impugnante diabolo quacunq; peccati maculatione uiolamur,pœnitētia cōpetit:quæ in similitudinem diuini fontis,ipsa peccata mortificet,ac nos saluet in corpore. Qua completa,Quartus recōciliationis locus est,ut caput corporis nostri Christū esse credamus,quia ecclesiæ suæ uir,caput mulieris:id est,omniū animarū quæ deum tota mente perquirunt . Sal autē propterea catechuminis datur in mysterio: ut nos esse sal terræ:id est,sapientiā dei noscamus.Inuisibilia em̄ eius(ut ait Apostolus) a creatura mundi

C per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas: ita ut
ſint inexcuſabiles:& cætera. Baptiſmus uero aqua eſt,quæ tẽpore paſſionis de latere Chriſti exi
uit:& nullum aliud elementum eſt,quod in hoc mundo purificet uniuerſa, quod omnium po/
culum ſit,quod uiuificet cuncta.Et ideo ſpiritus uitæ in aqua eſt, & congregatio aquarũ,maria
nomen accepit. Chriſto em̃ renaſcitur,qui baptiçatur in fonte. Fons enim origo omniũ gratia/
rum eſt.In quo ſeptem gradus ſunt,tres in deſcenſu,& tres in aſcenſu. Septimus uero eſt,qui &
quartus,id eſt ſimilis filio hominis,extinguens fornacem ignis ardentis, ſtabilimentum pedũ,
fundamẽtum aquæ:in quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Oleum uero & chriſma
eſſe ſanctorum,ſilentiũ ipſius & pinguedinis natura demõſtrat. Corpus dñi panis uerus & cœ/
leſtis e cœlo eſt. Sanguis eius,hoc eſt quod ſcriptum eſt:Ego ſum uitis uera,uos autem ſarmen/
ta.Et quia multa membra,unum autem corpus,totius mundi natura contrita eſt inuiſibilibus
ſpeciebus in candorẽ lucis effectum, atq; per baptiſmũ aquæ in ueritate:cũ ſemper ſecundũ ſpe
ciem corporis,& puritas & ueritas uoluntatis apparet probata per ignem, ut his omnibus im/
pletis alimentis: nihil deſit uiſibilitati, nihil deſit myſterio dei,ac reſurrectio carnis apertiſſime
cõprobetur: cum hæc quæ uiſibilia ſunt,ſanctificata per uerbũ & orationẽ,Chriſti corpus effe/
cta ſunt. Quæ omnia ſi in ueritate complecteris intelligens deum,opus uitæ agis & cõmoraris
in Chriſto. Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedec. Te decet hymnus deus
in Sion,ut reddas uota in Hieruſalẽ. Tibi cõuiuiũ Chriſtus eſt,gaudiũ Chriſtus eſt, cogitatio
Chriſtus eſt,deſyderium Chriſtus eſt,lectio Chriſtus eſt,quies Chriſtus eſt,atq; imperans mũ
do Pharaonis deus es, poſtq; uniuerſa uiciſti. Hæc cũctis plæbibus tuis, ſi dignaris ut moneã,
prout potes ſemper inſinua,memoriam mei habens in orationibus tuis ſanctis,ut liberer ab in/
fidelibus qui ſunt in Iudæa,ut remiſſionem cõſequar peccatorũ. Certus ſum em̃ ego,quia ſupra
q̃ dico facies:debitorem em̃ te mihi eſſe cognoſcis,ut pro me deum rogare nõ deſinas, quoniã
ſicut iubere dignatus es,officium diſputationis impendi. Nec tibi legem quã ſequi debeas po/
ſui,ſed qualis eſſe iam debeas,ſtilo fauente deſcripſi. Vnũ tamẽ illud præ cæteris rogo: ut quia
D multa ſecundum conſuetudinẽ tuã,noua tibi uidentur eſſe cõſcripta,præſumptioni meæ dare
ueniam digneris. Nec putes nos peruerſitatem aut nouitatẽ aliquã, ſed ſolam (ſi dici fas eſt) di/
uerſarum prouinciarum conſuetudinẽ publicare: ſed ſicut reprehendi neminẽ: ita & dãnandũ
nullũ deſcripſi: præſertim cum omnes eccleſias deus fecerit: & in omnibus apoſtoli prædicaue/
rint:nec deceat quẽq; ſtudere diſcordiæ,ubi pro omniũ pace ſeruanda,in diſceptatione eccleſia
ſticæ diſciplinæ uincit ille qui uincitur ac ſe uictum gratulatur. Ego tamen in omnibus uobis
cedo,qui om̃e quod facitis laudo, & in æmulationẽ bonæ rei iſtud ueſtris ſenſibus derelinquo,
ut unus alterum exhortans,inuicẽ uos de conſuetudine noſtra & de contẽplatione doceat:mihi
hoc ſolum peculiarius relaxetis,ut pro me orare dignemini: qui ad emendationem omniũ quæ
conſcripta ſunt obedientiam gerens:ita libenter habeo mihi aliquid imputare, ut mei primitus
ſciatis eſſe iudicij: hoc tantum iuſſi ab omnibus cõdemnandum:quod aut cõſuetudo eccleſiarũ,
aut diuinorum librorum ſcripta non retinent.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

HAnc non eſſe Hieronymi,deprehenſum eſt & ab alijs. Etenim in æditiõe Romana fuit aſſcriptum,
Dicitur,ſed nõ eſt beati Hieronymi. In quibuſdã exemplaribus habebatur hic titulus,ad Mautitum fi/
liam,in alijs ad Mauricij filiam, in alijs nullius nomen erat aſſcriptum: Quorum ſi nihil eſſet, ſtilus di/
uerſiſſimus ſatis erat argumẽti, ex officina Hieronymiana nõ fuiſſe profectam, imo parum abfuit quin
hanc in extremam claſſem reijcerem.

## VIRGINITATIS LAVS.

QVantam in cœleſtibus beatitudinem uirginitas ſancta poſſideat,poſt ſcriptura/
rum teſtimonia,eccleſiæ etiam cõſuetudine edocemur: qua diſcimus peculiare illi
ſubſiſtere meritum:cuius ſpecialis eſt conſecratio. Nam cum uniuerſa turba cre/
dentiũ paria dona gratiæ ꝓcipiat,& ijſdẽ omẽs ſacramentoꝝ benedictionib9 glo/
rient,iſtæ aliqd propriũ præ cæteris habẽt,cũ de illo ſancto & immaculato eccleſiæ grege,quaſi
ſanctiores purioreſq; hoſtiæ,pro uolũtatis ſuæ meritis a ſancto ſpiritu eligũtur, & per ſummũ
ſacerdotem dei offeruntur altario. Digna reuera dño hoſtia tam precioſi animalis oblatio, &

nullius

A nullius magis,q̃ ſuæ imaginis,hoſtia placitura. De huiuſmodi etiã Apoſtolũ dixiſſe reor: Obſecro autẽ uos fratres per miſericordiã dei: ut exhibeatis corpora ueſtra,hoſtiam uiuentẽ, ſanctam,deo placentem. Poſſidet ergo uirginitas,& quod alĳ habent, & quod alĳ non habent: dũ & cõmunem & peculiarem obtinet gratiam,& proprio (ut ita dixerim) conſecrationis priuilegio gaudet. Nam & Chriſti ſponſas uirgines dicere,eccleſiaſtica nobis permittit authoritas: dum in ſponſarum modum eas conſecrat domino: uelut oſtendens eas uel maxime habituras ſpiritualle connubium, quæ ſubterfugerint carnale conſortium, & digne deo per matrimoniĳ copulationẽ ſpiritualiter copulant̃,quæ eius cauſa dilectionis,hũana cõnubia ſpreuerũt. In his q̃ maxime illud impletur Apoſtoli: Qui autẽ adhæret dño,unus ſpiritus eſt. Grande eſt & immortale & pene ultra naturã corporeã, frenare luxuriam,& concupiſcentiæ flammã adoleſcentiæ facibus æſtuantem,animi uirtute reſtinguere: & ſpirituali conatu,uim genuinæ oblectationis excludere,uiuereq̃ contra humani generis legem,deſpicere coniugĳ ſolatia,dulcedinem contemnere liberorũ,& quæcũq̃ præſentis uitæ commoda ſunt, pro nihilo ſpe futuræ beatitudinis cõputare. Magna hæc ut dixi,& admirabilis uirtus eſt: & nõ immerito ꝓ magnitudine laboris ſui ingẽti præmio deſtinatur: Dabo, inquit, dñs ſpadonibus meis in domo mea, & in muro meo locum nominatum meliorem a filĳs & filiabus Iſrael: nomen æternum dabo illis,quod non deficiet. De q̃bus ſpadonib⁹ dñs in euãgelio repetit,dicens: Sunt em̃ ſpadones q̃ ſeipſos caſtrauerũt propter regnum cœlorum. Magnus quidẽ eſt pudicitiæ labor, ſed maius præmiũ: temporalis cuſtodia,ſed remuneratio æterna eſt. De his & beatus Iohannes apoſtolus loquitur: quod ſequuntur agnum quocũq̃ ierit. Quod ita intelligendum puto,nullum eis locum in cœleſti aula laudendũ,& cuncta eis diuinarum manſionum habitacula reſeranda. Sed ut illuſtrius uirginitatis meritum clareat,& q̃ deo digna ſit,manifeſtius intelligi poſſit: illud cogitetur,quod dominus & ſaluator noſter deus cũ propter humani generis ſalutẽ hominẽ dignaretur aſſumere: nõ
B alium q̃ uirginalem elegerit uterũ. Et ut huiuſmodi plurimũ ſibi placere monſtraret, & pudicitiæ bonũ utriq̃ ſexui intimaretur, uirginẽ habuit matrẽ, uirgo mãſurus. In ſe uiris, & in matre fœminis præbuit uirginitatis exemplũ: quo demonſtraretur in utroq̃ ſexu beatam integritatẽ diuinitatis haberi: & plenitudinem meruiſſe, dum totũ in matre fuit, quicquid habebatur in filio. Sed quid ego ſatago excellens ac ſublime pudicitiæ meritũ reuelare,& glorioſæ uirginitatis bonũ oſtendere,cum de hac re plæroſq̃ peroraſſe nõ neſciam: & eius beatitudinem manifeſtiſſimis rationibus comprobaſſe: & nulli ſapienti uenire in dubium poſſe, eam rem maioris eſſe meriti,quæ ſit amplioris laboris? Quiſquis etiam pudicitiam,aut nullius præmĳ,aut parui exiſtimat: certum eſt illum,aut ignorare,aut non uoluntarium ferre laborem. Inde illi ſemper caſtitati derogant,qui eam,aut non habent,aut habere coguntur inuiti. Nunc itaq̃ quoniã paucis licet,tam laborem,q̃ meritũ integritatis oſtendimus, ne res quæ grandi uirtute conſtat, ingenti præmio deſtinata, carere fructu ſuo poſſit,diligentius excubandum eſt. Quanto em̃ quæ cũq̃ ſpecies precioſior fuerit,tanto maiore ſollicitudine cuſtoditur. Et quoniã multa ſunt, quæ bono proprio carent,niſi aliarum rerum iuuentur auxilio: ut eſt mellis ſpecies, niſi cerarum cuſtodia & fauorum cellulis cõſeruetur (& ut uerius dixerim) nutriatur,naturalem gratiam perdit, & ſubſiſtere per ſeipſam non poteſt. Sicut & uini ſpecies,quod niſi boni odoris uas ſit, & repa/ratis crebro picibus foueatur,genuinæ ſuauitatis uim amittit. Attentius ergo prouidendũ eſt, ne forte & uirginitati aliqua ſint neceſſaria,ſine quibus nequaq̃ afferre fructum ſufficiat, & tantus nihil proderit labor: dum uane prodeſſe creditur, quod abſq̃ uiribus neceſſariĳs poſſidet̃. Niſi em̃ fallor ob cœleſtis regni præmiũ,pudicitiæ ſeruat̃ integritas,quod ſine uitæ æternæ merito,neminem conſequi poſſe ſatis certum eſt. Aeterna uero uita,non niſi per omnem diuinorũ præceptorum cuſtodiã promereri poteſt,ſcriptura dicente: Si uis ad uitam uenire, ſerua mandata. Vitam ergo æternam non habet,niſi qui cuncta mandata legis ſeruauerit: & qui uitã non habuerit,cœleſtis regni non poteſt eſſe poſſeſſor. In quo non mortui,ſed uiui quiq̃ regnabũt. Nihil enim uirginitas ſola proficiet,quæ cœleſtis regni gloriam ſperat,niſi & aliud habuerit, cui promittatur perpetua uita,per quam cœleſtis regni præmium poſſidetur. Ante ergo omnia pudicitiã integritatẽq̃ ſeruãtibus: & eius remunerationem a dei æquitate ſperãtibus,mandatorũ

C sunt custodienda præcepta,ne glorioſæ caſtitatis & continentiæ labor,in irritum deducatur.Su/
pra mandatum uel præceptum eſſe uirginitatem,ſapiens ex lege nullus ignorat.Apoſtolo dicẽ/
te:De uirginibus autem præceptum domini non habeo,conſilium autem do.Cum ergo obti/
nendæ uirginitatis conſilium dat,non præceptum ſtatuit,ſupra mandatum uel præceptum eã
eſſe profeſſus eſt:Quicũq; ergo uirginitatem ſeruant,magis faciunt q̃ꝫ præceptum ſit.Tũc em̃
proderit magis feciſſe q̃ꝫ iuſſum eſt,ſi quod iuſſum eſt,feceris.Nam quomodo plus feciſſe glo/
riaberis,ſi minus aliquid non facias?Cupiens diuinum implere conſiliũ,ante omnia ſerua man
datum.Volens uirginitatis præmium conſequi,amplectere meritum uitæ,ut tua caſtitas remu
nerari poſſit.Nam ut uitam præſtat obſeruatio mandatorum:ita econtrario generat præuari/
catio mortem.Et qui per præuaricationem in mortẽ fuerit deputatus,uirginitatis coronam ſpe
rare non poterit,neq; pudicitiæ præmium expectare conſtitutus in pœna.Tres enim ſunt ſpe/
cies,per quas regni cœleſtis poſſeſſio introitur.Prima eſt pudicitia:ſecunda mundi cõtemptus:
tertia uero iuſticia.Quæ ut connexæ plurimum ſe poſſidẽtibus præſtant,ita poſſunt diuiſæ dif/
ficile prodeſſe:dum unaquæq; earum non propter ſe tantum,ſed propter aliam efflagitatur.In
primis igitur quæritur pudicitia,ut facilius ſubſequatur mundi contemptus: quia ab illis mun/
dus contemni leuius poteſt,qui matrimonij nexibus non tenentur.Mundi uero contemptus
expoſcitur,ut iuſticia conſeruetur:quã difficile implere poſſunt,qui ſæcularium bonorum cupi/
ditatibus,& mundanarum uoluptatũ negocijs implicantur.Quiſquis ergo poſſidet primã ſpe/
ciem pudicitiæ,& ſecundam quæ eſt mundi contemptus, non obtinet: pene ſine cauſa poſſidet
primam,quando ſecundam non habet,propter quã quæſita eſt prima.Si primam & ſecundam
habet, cui tertia quæ eſt iuſticia deſit, fruſtra laborat, quoniam ſuperiores duæ ꝓpter tertiam
præcipue requiruntur.Quid enim propter mundi contemptum prodeſt pudicitiam habere,&
propter quod eam habeas non habere?Vel cur res mundi contemnas, ſi iuſticiã propter quã
pudicitiam & mundi contemptum habere te conuenit, non cuſtodias?Quia ut prima ſpecies
D propter ſecundam eſt,ita prima & ſecunda propter tertiam:quæ ſi non fuerit,nec prima, nec ſe/
cunda proficiet.Dicas forſitan,doce me ergo quid ſit iuſticia,ut eam ſi cognouerim facilius im/
plere ſufficiam.Dicam breuiter,ut ualeo,& uerborum utar ſimplicitate cõmuniũ,quia cauſa de
qua agimus talis eſt,quæ diſertioribus facundiæ ſermonib9 nequaq̃ꝫ debeat obſcurari,ſed ſim/
plicioribus æloquentiæ narrationibus pandi.Omnibus em̃ in cõmune neceſſaria,communi de
bent ſermone demonſtrari.Iuſticia ergo non eſt aliud,q̃ꝫ non peccare.Non peccare autem legis
præcepta ſeruare.Præceptorum uero obſeruatio,duplici genere cuſtoditur:ut nihil eorum quæ
prohibentur facias,& cuncta quæ iubentur implere cõtendas.Hoc eſt quod dicit:Recede a ma
lo & fac bonum.Non em̃ in hoc putes conſtare iuſticiam,ut malum non facias, cum & bonum
non facere malum ſit,& in utroq; legis præuaricatio cõmittatur.Quoniam qui dicit:Recede a
malo:& ipſe dicit,fac bonum.Si a malo receſſeris & non feceris bonũ, tranſgreſſor es legis:quæ
non tantum in malorum actuum abominatione,ſed in bonorum operum perfectione cõple/
tur.Neq; em̃ hoc ſolum tibi præcipitur,ut ueſtitum non ſpolies ſuis indumentis: ſed ut ſpolia/
tos operias tuis ueſtimentis.Neq; ut habenti panem non auferas ſuum,ſed ut non habenti tuũ
libenter impertias.Neq; ut pauperem non repellas hoſpitio ſuo,ſed ut pulſum & non habentẽ
recipias tuo.Præceptum eſt em̃ nobis flere cũ flentibus.Quomodo cũ illis flemus,ſi in nullo eo
rum neceſſitatibus participamus,nec aliquid eis in his propter quas lachrymantur cauſas præ/
beamus auxilium?Neq; enim fletuum noſtrorum deus infructuoſum humorem quærit:ſed
quia lachrymæ doloris indicium ſunt,uult te ita alterius anguſtias ſentire ut tuas: & quomodo
tibi in tali tribulatione ſi eſſes,ſubueniri cuperes,ita alteri ipſe ſubuenias, propter illud: Quæ/
cũq; uultis,ut faciant uobis homines bona,ita & uos facite illis ſimiliter.Nam cum flente flere,
& nihil cum poſſis flenti conferre,ſubſannationis nõ pietatis indicium eſt.Deniq; ſaluator no/
ſter cum Maria & Martha Laçari ſororibus fleuit,& immenſæ miſericordiæ affectum,lachry/
marum conteſtatione monſtrauit:& ueræ pietatis indicia,mox opera ſubſecuta ſunt:cum ſuſci
tatus Laçarus,cuius cauſa lachrymæ fundebantur,ſororibus uiuus redditur.Et hoc fuit pie fle/
re cum flentibus,occaſiones fletus auferre.Sed quaſi potens inquies fecit: ſed nec tibi aliquid

impoſſibile

A impossibile imperatur. Impleuit omnia, qui quod potuit fecit. Sed ut dicere cœperamus, non sufficit Christiano a malis se abstinere, nisi etiam bonorum operum officia perfecerit. Quod illo uel maxime testimonio comprobatur, quo cõminatur dominus æterni ignis reos fore, qui q̃buis nihil mali gesserint, non fecerint omne quod bonum est, dicens: Tunc dicet rex his qui ad sinistram sunt: Discedite a me maledicti in ignem æternum, quẽ præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Esuriui em̃ & non dedistis mihi manducare &c. Non dicit, discedite a me maledicti, quia homicidium feciſtis, quia adulterium perpetrastis, aut quia furtum feciſtis: non em̃ quia malum fecerũt, sed quia bona non fecerunt condemnantur, & æternæ gehẽnæ incendijs addicuntur. Nec quia quæ prohibita erant, admiserũt, sed quia quæ præcepta erant noluerunt implere. Vnde aduertendum est quam spem habere possint, qui adhuc aliquid eorũ faciunt quæ prohibentur: cum etiam illi æterni ignis rei sunt, qui non fecerũt quæ iubentur. Nolo enim in hoc tibi blandiaris, si aliqua non feceris, cum scriptum sit: Qui uniuersam legem seruauerit, offenderit autem in uno, factus est omnium reus. Adam em̃ semel peccauit, & mortuus est: & tu te uiuere posse existimas, illud sæpe cõmittens, quod alium cũ semel perpetrasset occidit? An grande illum cõmisisse crimen putas: unde merito pœna dãnatus sit acriori? Videamus ergo quid fecerit cõtra mandatum: de fructu arboris edit. Quid ergo? ꝓpter arboris fructum deus hominem morte mulctauit? Non propter arboris fructum, sed propter mandati contemptum. Ergo non agitur de qualitate peccati, sed de transgressione mandati. Et qui dixit Adæ ut de fructu arboris non ederet, ipse tibi præcepit, ut nõ maledicas, nõ mentiaris, nõ detrahas, nec detrahentes ausculres, ut omnino non iures, non concupiscas, non inuideas, non sis tepidus, nõ sis auarus, ut nulli malũ pro malo reddas, ut inimicos tuos diligas: ut ꝓ maledicentibus & persecutoribus ores, ut percutienti maxillam alteram præbeas, ut in iudicio sæculari non litiges, ut si quis tua uoluerit auferre, gratanter dimittas, ut nec iracundiæ, nec çeli, nec liuoris malum intra pectus admittas, ut crimen auariciæ fugias, ut omnis iactantiæ ac superbiæ malũ caueas, & humilis & mitis Christi exemplo uiuas: malorum consortia intantum deuitans, ut cum
B fornicatoribus atq; auaris, aut maledicentibus, aut inuidis, aut detractatoribus, aut ebriosis, aut rapacibus cibum non capias. Quem si in aliquo cõtempseris, si pepercit Adæ, parcet & tibi. Imo illi magis parcendũ fuerat, q nouellus erat adhuc & rudis, & nullius ante peccãtis & ꝓpter peccatũ suum morientis retrahebatur exemplo. Tibi uero post tanta documenta, post legem, post ꝓphetas, post euãgelia, post apostolos, si delinquere uolueris: quomodo indulgeri possit ignoro. An tibi de uirginitatis prærogatiua blandiris? Memento Adam & Euam uirgines deliquisse, nec integritatem corporis profuisse peccantibus. Virgo quæ peccat Euæ, non Mariæ comparanda est. Non negamus in præsenti tempore remediũ pœnitentiæ: sed hortamur magis præmium sperare debere, q̃ ueniam. Turpe est enim illis delicti indulgentiam postulare, quæ palmam uirginitatis expectant: & illicitum aliquid incurrere, quæ se etiam a licitis castrauerunt. Licitum quippe est matrimonij consortium inire: & ut laudandæ sunt, quæ propter Christi amorem & cœlestis regni gloriam, copulã contempserunt nuptiarũ, ita damnandæ non sunt, quæ propter incontinentiæ uoluptatem, nondum deo deuotæ, remedio apostolico abutũtur. Ergo ut dixim9, quæ cõnubia deserũt, nõ illicita, sed licita spernũt: eiusmodi aũt, si iurent, si maledicãt si cupiũt aliena, si detrahentes patiuntur audire, si malũ pro malo reddant, si auariciæ in alienis aut ꝓprijs incurrãt crimẽ, si çeli, si liuoris uenena possideãt, si cõtra legalia, & apostolica instituta, indecẽs aliquid, aut loquãtur, aut cogitent: si in carne placendi studio, cõpte & ornate ꝓcedant, & alia quæcũq;, ut solet fieri, illicite faciant, quid proderit eis spreuisse quod licuit, & exercere qđ non licet? Si uis prodesse tibi quod licita contempsisti, uide ne quid eorum quæ non licent facias. Stultum est em̃ timuisse quod minus est, & non timere quod maius est: aut ab his non uitari quæ prohibentur, si subterfugerint, quæ conceduntur. Dicit Apostolus: Innupta cogitat quæ dei sunt, quomodo placeat deo, ut sit sancta corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat, quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uiro. Nuptam uiro placere asserit cogitando quæ

C mundi ſunt:innuptam uero deo,eo quod nulla illi cura ſit ſæculi. Dicat ergo mihi, quæ uirum non habet,& tamen quæ mundi ſunt cogitat,cui placere deſyderat? nonne incipiet illi nupta p̃ponī,quia illa cogitando quæ mundi ſunt,complacet uel marito:iſta uero nec marito, quem nõ habet poteſt placere,nec deo. Sed nec illud ſilentio prætereire nos conuenit,quod dixit, innupta cogitat quæ dñi ſunt quomodo placeat deo, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quæ dei ſunt,inquit,cogitat:non quæ ſæculi,non quæ hominum,ſed quæ dei ſunt cogitat. Quæ ſunt ergo domini: dicat Apoſtolus: Quæcũq; eſ̃ ſancta, quæcũq; iuſta,quæcunq; amabilia,quæcunq; bonæ famæ,ſi qua uirtus,ſi qua laus diſciplinæ,iſta ſunt dñi: Quæ ſanctæ & ueræ & apoſtolicæ uirgines,die noctuq; ſine ullo temporis interuallo meditantur & cogitant. Domini eſt etiam regnũ cœlorũ,domini eſt reſurrectio mortuorũ,domini eſt immortalis incorruptio,domini eſt ſplendor ſolis,qui ſanctis promittitur:ſicut in euangelio ſcriptum eſt: Tũc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Domini ſunt plures iuſtorum in cœleſtibus mãſiones,domini eſt fructus triceſimus,& ſexageſimus,& centeſimus. Hæc cogitant, & quibus poſſint operibus promereri quæ domini ſunt,cogitant. Domini eſt etiam lex noui & ueteris teſtamenti,in quibus oris eius æloquia ſancta refulgent. Quæ,ſi quæ uirgines ſine intermiſſione meditãtur, quæ domini ſunt cogitant,ut impleatur in eis propheticum illud: Fundamenta æterna ſupra petram ſolidam,& mãdata domini in corde mulieris ſanctæ. Sequitur: Quomodo placeat deo. Deo inquã,nõ hominibus:ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Non dixit ut ſit ſancta membro, aut corpore tantum, ſed ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Membrum enim una corporis pars eſt. Corpus uero omniũ compago eſt membrorum. Cũ ergo dixit,ut ſit ſancta corpore,omnibus membris eam ſanctificari debere teſtatur, quia non proderit ſanctificatio cæterorum membrorum, ſi inueniatur in uno corruptio. Etiam non erit ſancta corpore,quod ex om̃ibus cõſtat membris, quæ uel unius fuerit coinquinatione polluta. Sed ut quod dico, manifeſtius & lucidius fiat: Eſto ſit omnium mẽbrorũ purgata ſanctificatiõe,& lingua tantũmodo peccet,qua aut blaſphemet,aut teſtimoniũ falſum dicat,nũquid liberabunt omnia membra unũ? an propter unum iudicabũtur & cæ-

D tera? Ergo ſi ſine aliorum membrorum ſanctificatione pudicitia nihil proderit, cum in uno ſit uitiũ:quantomagis ſi diuerſorũ flagitio peccatorũ oĩa corrumpantur,unius nihil proderit integritas? Vnde queſo te uirgo,ne in ſola tibi pudicitia blandiaris,neq; in unius membri integritate confidas: ſed ſecundum Apoſtolum, totius conſerua corporis caſtitatem. Munda ab omnibus inquinamentis caput:quia crimen eſt illud poſt chriſmatis ſanctificationem, aut croci, aut alterius cuiuſlibet pigmenti fuco,uel puluere ſordidari:aut auro,aut gemmis uel cuiuſcũq; terrenæ creaturæ ſpecie comi, quod iã cœleſtis ornat⁹ ſplendore refulget. Grandis quippe eſt diuinitati contumelia,mundani & ſæcularis ornamenti prælatio. Munda frontem,ut humana nõ diuina opera erubeſcat, & illam confuſionem recipiat,quæ non peccatum,ſed gratiam dei parit,ſcriptura diuina dicente: Eſt confuſio adducens peccatum,& eſt confuſio adducens dei gratiam. Munda collum,ut non aurea reticula capillus portet,& ſuſpenſa monilia, ſed potius illa ornamẽta circũferat,de qb⁹ ſcriptura dicit: Miſericordia & ueritas nõ deficiẽt a te. Suſpende aũt illas in corde uelut in collo tuo. Munda oculos,dum eos ab omni cõcupiſcentia retrahis, & ab intuitu pauperũ nũq; auertis, & ab omnibus fucis liberos, ad ea quæ dei ſunt facta cuſtodias. Munda linguam a mendacio: quia os quod mentitur occidit animã. Munda eam a detractione,iuramẽto, ac periurio. Nolo præpoſterum ordinem putes,quod prius a iuramento q̃ a periurio linguam dixi debere mundari:quia tunc periurium facilius fugies, ſi in toto non iures: ut impleatur in te illa ſentẽtia: Cohibe linguam tuã a malo,& labia tua ne loquantur dolũ. Et memor eſto dicente Apoſtolo: Benedicite & nolite maledicere. Sed & illius crebrius recordare: Videte ne quis alicui malum pro malo reddat, neq; maledictum pro maledicto. Sed econtrario benedicentes,quia in hoc uocati eſtis,ut benedictionem hæreditate poſſideatis. Et illud, Si quis autem in uerbo non offendit fratrem,hic perfectus eſt. Nefas eſt enim ut labia illa, quibus dominum confiteris,rogas,benedicis,& laudas,alicuius polluantur ſorde peccati. Neſcio qua con-

ſcientia

A ſcientia & lingua quis dominum rogat, qua aut mentitur, aut maledicit, aut detrahit. Labia ſancta exaudit dominus: & ipſis annuit cito præcibus, quas lingua immaculata pronunciat. Munda aures, ut non niſi ſermonibus ſanctis & ueris auditum præbeant: ut nunc̄ꝫ obſcœna, aut turpia ſæcularia q̄ꝫ uerba ſuſcipiant, aut aliquem de altero audiant derogantem, propter illud quod ſcriptum eſt: Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam: ut cum eo habere partem poſſis, de quo dicitur: Quoniam auditu & uiſu iuſtus erat: hoc eſt, nec aure, nec oculis delinquebat. Munda manus, ne porrectæ ad accipiendum ſint, ad dandum aũt collectæ: nec ad feriẽdum paratæ, ſed ad oĩa miſericordiæ & pietatis opera ſatis promptæ. Munda pedes, ne latam & ſpacioſam uiam pergant, quæ ducit ad ſplendida ſæculi & præcioſa conuiuia: ſed ad arduum magis & anguſtum gradiantur iter, quod tendit ad cœlum, quia ſcriptum eſt: Iter rectum facite pedibus ueſtris. Agnoſce tibi a deo artifice non ad uitia, ſed ad uirtutes membra formata. Et cum uniuerſos artus mundaueris ab omni ſorde peccati, & toto fueris mundificata corpore: tunc tibi caſtitatem intelligas profuturam, & cum omni fiducia palmam uirginitatis expectes. Quid ſit ſanctam eſſe corpore, breuiter quidem, ſed plane expoſuiſſe me arbitror. Nunc quod ſequitur, & ſpiritu, noſſe debemus. Hoc eſt, ut qd' opere nefas eſt fieri, nec cogitatione concipere. Illa enim eſt tam ſancta corpore c̄ꝫ ſpiritu, quæ nec mente, nec corpore delinquit, ſciens etiam cordis ſpeculatorem eſſe deum. Et idcirco ſatagit, ut omnino etiam animam cum corpore mũdam habeat a peccato, ſciens ſcriptum eſſe: Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Et iterum: Diligit dominus ſancta corda, accepti ſunt autem ei omnes immaculati. Et alibi: Beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Quod de illis dici arbitror, quos conſcientia in nulla redarguit culpa peccati. De quibus & Iohannem in epiſtola ſua dixiſſe reor: Si cor noſtrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad deum, & quæcũ q̄ꝫ petierimus, accipiemus ab eo. Nolo exiſtimes te peccati crimen fugiſſe, ſi uoluntatem non ſequatur effectus, cum ſcriptum ſit: Quicunq; uiderit mulierem ad concupiſcendũ eã, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Nec dicas: cogitaui quidem & non feci: quia etiam concupiſcere nefas eſt, quod fieri cri-
B men eſt. Vnde & beatus Petrus præcipit, dicens: Animas ueſtras caſtificãtes. Qui ſi nullam animæ conſtuprationem noſſet, nec caſtificari ipſam deſyderaſſet. Sed & illum locum quo continetur: Hi ſunt qui cum mulieribus ſe non coinquinauerunt, uirgines em̄ permanſerunt, hi ſequũtur agnum quocunc̄ꝫ ierit: attentius conſyderare debemus & animaduertere, ſi ſolius integritatis ac pudicitiæ merito, iſti diuino comitatui copulentur & per omnia cœlorum tabernacula diſcurrant: an & alia ſint quibus adiuncta uirginitas, tantæ beatitudinis gloriam conſequatur. Sed unde hoc ſcire poterimus? Ex conſequentibus, niſi fallor in quibus ſcriptum eſt: Hi empti ſunt ex omnibus primitiæ deo & agno: & in ore ipſorum non eſt inuentum mendacium, ſine macula enim ſunt. Vides ergo quod non in uno uirgines tantũ membrorũ, dominicis referantur inhærere ueſtigijs: ſed illi qui præter uirginitatem ab omni contagione peccati immaculatam gerũt uitam. Idcirco uel maxime uirgo nuptias ſpernit, ut dum ſecurior eſt, facilius quod etiam a nubentibus quæritur, ab omni ſe delicto cuſtodiat, & uniuerſa legis mandata perficiat. Nam ſi non nubat & ea nihilominus faciat, a quibus & nuptæ eſſe iubentur immunes, non nupſiſſe quid proderit? Quanc̄ꝫ enim nulli Chriſtianorum peccare liceat, & omnes quicunq; ſpiritualis lauacri ſanctificatione purgantur, immaculatam decurrere conueniat uitam, ut eccleſiæ (quæ ſine macula, ſine ruga, ſine aliquo eiuſmodi eſſe deſcribitur) poſſint uiſceribus intimari: multo magis tamen hoc uirginem implere neceſſe eſt, cui nec mariti, nec filiorum, nec alterius neceſſitatis cauſa prohibet, quo minus diuinam ſcripturam perficiat, nec ſi peccet aliqua poterit excuſatione defendi. O uirgo ſerua propoſitum tibi magno præmio deſtinatum. Præclara eſt apud deum uirginitatis & pudicitiæ uirtus, ſi non alijs peccatorum & malorum lapſibus infirmetur. Agnoſce ſtatum tuum, agnoſce locum, agnoſce propoſitum. Chriſti ſponſa diceris, uide ne quid indignum ei cui deſponſata eſſe uideris, admittas. Cito ſcribit repudium, ſi in te uel unum uideat adulterium. Quæcunq; ergo humanorum ſpõſaliorum pignoribus ſubarratur, ſtatim a

C domesticis,a familiaribus,ab amicis, & seruulis sponsi sollicite & diligenter requirit,quales iuuenis habeat mores: interrogat quid potissimum diligat, quid accipiat libẽter, quo usu uiuat, qua se consuetudine regat,quibus utatur dapibus,in quibus maxime rebus delectetur & gaudeat. Quæ cum didicerit,ita se in omnibus temperat,ut sponsi moribus suum obsequium, sua dilectio,sua iocunditas,sua uita,sua diligentia concordet. Et tu quoq; Christum sponsum habens,a domesticis ac familiaribus eius,sponsi tui mores interroga:& strẽnue ac solerter inquire, in quibus præcipue delectetur. Qualẽ in te compositionem uestium diligat, cuiusmodi concupiscat ornatum: dicat tibi eius familiarissimus Petrus, qui ne nuptis quidem corporalem, sed spiritualẽ ꝓmittit ornatũ: sicut in epistola sua scripsit:Mulieres similiter subiectæ sint uiris suis, ut si qui non credunt uerbo, per mulierũ conuersationem sine uerbo lucrificentur,considerantes in timore castam conuersationem uestram: quarum sit non extrinsecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumenti uestimentorũq; cultus:sed absconsus cordis est,homo incorruptibilitate,quieti & modesti spiritus,qui est in conspectu dei locuples. Dicat & alius apostolus beatus Paulus qui ad Timotheum scribens epistolam:eadem de fideliũ fœminarum disciplina testatur: Mulieres similiter in habitu ornato,cum uerecundia & sobrietate, ornantes se, non in tortis crinibus, auro, aut margaritis, aut ueste præciosa, sed quod decet mulieres,promittentes castitatem per bonam conuersationem. Sed forsitan dicas, cur hæc ĩjdem apostoli uirginibus nõ iusserunt? Quia non necessarium iudicabant:ne talis uirginibus cõmonitio potius iniuria,cẽq; emendatio uideretur. Sed nec eas unc̃q; tantæ temeritatis fore crediderũt, ut ne nuptis quidem concessa carnalia ornamenta & terrena præsumerent. Reuera ornare se & componere uirgo debet. Nam quomodo sponso suo placere poterit,nisi composita & ornata processerit? Ornetur plane,sed interioribus ornamentis,spiritualiter non corporaliter componat, quia dominus non corporis,sed animæ decorem in illa desyderat. Ergo & tu quæcũq; animam tuam diligi & habitari a Christo concupiscis: omni eam diligentia cõpone & spiritualibus in-
D dumẽtis exorna. Nihil in ea indecorꝫ, nihil fœdũ appareat. Resplẽdeat auro iusticiæ, & gẽmis refulgeat sanctitatis, ac p̃ciosissima pudicitiæ margarita coruscet, & pietatis tunica uestiat. Pro byssо & serico,castitatis & misericordiæ tunica uestiatur & induatur,secundum quod scriptum est:Induite uos sicut electi dei,sancti,& dilecti,uiscera misericordiæ, humilitatẽ &c. Nõ decorẽ cerussæ aut alterius pigmenti quærat,sed innocentiæ simplicitatisq; candorẽ habeat. Roseũ uerecundiæ colorem,& pudorem ruboris pudorisq; possideat, cœlestis abluatur nitro doctrinæ & lauamentis spiritualibus emundetur. Nulla in ea maliciæ,nulla delicti macula relinquatur:& ne quando malo redoleat odore peccati, unguento suauissimo sapientiæ & scientiæ perfruatur. Huiusmodi deus quærit ornamentum, & animam taliter compositam concupiscit. Memento te esse filiam, secundum quod ait: Audi filia & uide. Sed & tuipsa quotiensc̃unq; deum patrem nominas,te dei esse filiam esse testaris. Ergo si filia dei es,uide ne quid eorum facias,quæ deo patri incongrua sint,sed age omnia quasi filia dei. Cognosce quomodo huius sæculi filiæ nobilium se gerant,quibus assuescant moribus,quibusue se disciplinis instituant. Tanta in quibusdam est uerecundia,tanta grauitas,tanta modestia:ut cæterorum hominum ritum intuitu humanæ ingenuitatis excedant:& nequac̃q; honestis parentibus suis per lapsum suum infamiæ inurant notam,alteram sibi quodammodo inter homines consuetudinis fecere naturam. Et in originem tuam respice, genus intuere, gloriam nobilitatis aduerte: ac non hominis tantum esse,sed dei filiam,& diuinæ natiuitatis nobilitate decoratam. Ita te exhibe,ut in te cœlestis natiuitas appareat,& ut diuina ingenuitas darescat: sit in te noua grauitas, honestas admirabilis & stupenda uerecundia, mira patientia, uirginalis incessus, & ueræ pudicitiæ habitus, sermo semper modestus, & suo in tempore proferendus: ut qui te uiderit, admiretur, & dicat: Quæ est hæc noua inter homines grauitas? Quæ pudoris uerecundia? Quæ honestatis modestia? Quæ maturitas sapientiæ? Non est ista humana institutio, nec disciplina mortalis. Cœleste hic aliquid in corpore humano refulget. Puto quod habitet,

in quibusdam

A in quibuſdam hominibus deus. Et cum te filiam Chriſti cognouerit, maiore ſtupore tenebitur, & cogitabit qualis iſte dominus ſit, cuius talis ancilla eſt. Si uis ergo partem habere cum Chriſto, Chriſti tibi exemplo uiuẽdum eſt: qui ab omni malicia & nequitia ita fuit extraneus, ut ne inimicis quidẽ uicẽ redderet, quin potius ꝓ ipſis orabat. Nolo em̃ ut eas animas Chriſtianas exiſtimes eſſe, quæ aut fratres, aut ſorores, non dico oderunt, ſed etiam proximos toto corde conſcientiæ coram dei teſtimonio non diligunt: cum Chriſtiana Chriſti ſimilitudine, inimicos etiã amare neceſſe habeat. Si ſanctorum cupis habere conſortium, a maliciæ & nequitiæ cogitatu pectus emunda. Nemo te circũueniat, nemo fallaci ſermone ſeducat: non niſi ſanctos & iuſtos, & ſimplices, & innocentes, & puros cœleſtis aula ſuſcipiet. Nullum apud deum habet locum malicia. Ab omni nequitia & dolo mundum neceſſe eſt eſſe, qui cupit regnare cum Chriſto. Nihil tã contrarium, nihil tam execrabile deo, q̃ꝫ aliquem odiſſe uel lædere uelle. Nihil tam probabile, q̃ꝫ omnes amare. Quod propheta proſpiciens, teſtatur dicens: Qui diligitis deum, odite malum. Vide ne aliquam humanam gloriam diligas: ne & tua inter eos portio computetur, quibus dictum eſt: Quomodo uos poteſtis credere, gloriam abinuicem quærentes? Et de quibus prophe ta dicit: Auge eis mala, auge mala glorioſis terræ: ut confundamini a gloriatione ueſtra, & opprobrium fiatis in conſpectu dei. Nolo em̃ illas reſpicias, quæ ſæculi, non dñi ſunt uirgines: quæ propoſiti ſui & ꝓfeſſionis immemores, gaudent in delitijs, in opibus delectantur, & corporeæ nobilitatis origine gloriantur. Quæ profecto ſi dei filias ſe eſſe crederent, nunq̃ꝫ poſt diuinos natales, nobilitatem admirarẽtur humanã, nec gloriarent in quolibet patre honorato. Si patrem deum ſe habere ſentirent, nobilitatem carnis non amarent. Quid tibi in generis nobilitate blandiris, & complaces? Duos homines ab exordio fecit deus, ex quibus totius humani generis ſylua deſcendit. Mundanã nobilitatẽ, nõ naturæ æquitas præſtat, ſed cupiditatis ambitio. Certe omnes per diuini lauacri gratiã æquales efficimur, ut nulla inter eos diſcretio eſſe poſſit,
B quos natiuitas ſecunda generauit, per quã tam diues q̃ꝫ pauper, tam ſeruus q̃ꝫ liber, tam nobilis q̃ꝫ ignobilis dei efficitur filius, & terrena nobilitas ſplendore gloriæ cœleſtis adumbratur, & nuſq̃ꝫ omnino iam comparet: dum quæ retro in ſæcularibus honoribus impares fuerant, cœleſtis & diuinæ gloriæ nobilitate reſtituũtur æqualiter. Nullus ibi iam ignobilitatis locus, nec degener quiſq̃ꝫ eſt, quem diuinæ natiuitatis ornat nobilitas: niſi apud illos qui non putant humanis cœleſtia præponenda. Aut ſi putant, q̃ꝫ uanũ eſt ut ſe illis in minoribus præferant, quos ſibi maioribus pares eſſe ſentiunt? & quaſi infra ſe poſitos in terra exiſtiment, quos ſibi in cœleſtibus æquales crediderint? Tu autem quæ Chriſti, non ſæculi uirgo es, omnem præſentis uitæ gloriam fuge, ut omne quod in futuro promittitur conſequaris. Contentionum uerba & animoſitatis cauſas euita. Diſcordiarum quoq; & litium occaſiones ſubterfuge. Nam ſi iuxta Apoſtoli doctrinam: ſeruum dei litigare non decet, quanto magis ancillam dei non expedit. Cuius quo uerecundior eſt ſexus, animus debet eſſe modeſtior. Linguam a maliloquio cohibe, & ori tuo legis frenos impone: ut tunc ſi forte loquaris, quãdo tacere peccatum ſit, caueas ne quid quod in reprehenſionem ueniat, dicas. Lapis emiſſus, eſt ſermo prolatus. Quapropter diu anteq̃ꝫ ꝓferat, cogitandus eſt. Beata quippe labia ſunt, quæ nũq̃ꝫ q d reuocare uelint, emittũt. Pudicæ mentis debet etiam ſermo eſſe pudicus, qui ædificet ſemper magis q̃ꝫ aliquem deſtruat audientem: ſecundum hoc quod Apoſtolus præcipit, dicens: Om̃is ſermo malus de ore ueſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Precioſa deo lingua eſt, quæ non niſi in diuinis rebus nouit uerba conſtruere: & ſanctum eſt os, unde cœleſtia ſemper æloquia proferuntur. Abſentium obtrectatores, quaſi malignos ſcripturæ authoritate deterre. Quia etiam hoc inter perfecti uirtutes hominis propheta commemorat. Si ante conſpectum iuſti malignus ad nihilum deducatur, qui contra proximum non probanda protulerit: non licet tibi alterius uituperationem patienter audire, qui nec ab alijs optas recipi tuam. Iniuſtum quippe eſt, quicquid contra Chriſti euangelium uenit: ſi alteri quod tibi ab alio fieri moleſtum eſt, patiaris inferri. Linguam ſemper tuam de bonis æloquijs aſſueſce, & auditum tuũ magis ad bonorum laudem, q̃ꝫ ad malorum uituperationẽ accõmoda. Vide quod omnia quæcũq; bene facis, propter deum facias, ſciens eius rei tantum

te a dño

Cte a domino recepturam esse mercedē,quā eius timoris & amoris causa perfeceris. Sancta magis esse q̄ uideri stude,quia nihil prodest æstimari quod non sit: & duplicis peccati reatus est, non habere quod creditur,& quod nō habeas,simulare. In ieiunijs magis q̄ in epulis delectare,illius uiduæ memor,quæ non discedebat de templo,deo seruiens ieiunijs & orationibus die ac nocte. Et si uidua quidem Iudæa talis erat, qualem nunc uirginem decet esse Christi? Diuinæ magis lectionis conuiuium dilige, spiritalibus te satiari dapibus cōcupisce. Illos potius require cibos,q̄bus anima magis q̄ corp⁹ reficiat. Carnis & uini species,quasi caloris fomēta,& libidinis incitamenta fuge. Et tunc si forte uino uteris exiguo,cum stomachi dolore nimio corporis compellit infirmitas,iracundiam uince,animositatem cohibe. Quicquid illud est,quod post factam pœnitentiam ruborem ingerit proximo,ut criminis abominationem deuita. Satis tranquillam,satis quietam esse conuenit mentem,& ab omni perturbatione furoris alienā,quæ dei habitaculum esse desyderat,qui per prophetam testatur,dicens: Super quem aliū requiescam, nisi sup humilem & quietū, & trementē sermones meos? Omniū operum & cogitationū tuarum speculatorē deū crede, & caue ne quid qd̄ diuinis oculis indignum sit, aut opereris, aut cogites. Cum orationem celebrare desyderas,talem te exhibe,quasi quæ sis cū deo locutura. Quādo psalmum dicis:cuius uerba loqueris,agnosce,& in cōpunctione magis cordis, q̄ in tinnulæ uocis dulcedine delectare. Lachrymas enim psallentis deus magis,q̄ uocis gratiam approbat. Sicut propheta dicit: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Vbi timor & tremor est,ibi non uocis elatio,sed animus flebilis est,& lachrymosa deiectio. Omnibus actibus tuis diligentiam adhibe,quia scriptū est:Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. Crescat tibi cum annis gratia, crescat cum ætate iusticia, & fides eo perfectior uideatur esse,quo
D senior est. Quia dominus noster Iesus Christus,qui nobis exemplum uiuendi reliquit,proficiebat,non ætate tantum corporea,sed sapientia & gratia spirituali corā deo & hominibus. Omne tempus in quo te non meliorem senseris,hoc æstima perdidisse. Cœptum uirginitatis propositū ad finem usq; conserua,quia nō inchoasse tantū,sed perfecisse uirtus est. Sicut in euāgelio dominus ait:Qui autem perseuerauerit usq; ad finem,hic saluus erit. Caue ergo, ne cui concupiscendi occasionem tribuas,quia sponsus tuus deus çelans est. Criminosior est em̄ adultera Christi q̄ mariti. Vnde pulchre Romana ecclesia,apostolico sine dubio, cuius sedem obtinet spiritu animata, tam seuēram nuper de huiusmodi sententiam statuit,ut uix uel pœnitentia dignam iudicaret,quæ sanctificatū deo corpus libidinosa coinquinatione uiolasset. Esto ergo uiuendi omnibus forma,esto exemplum,præcede & in actu quos in castitatis sanctificatiōe præcurris. Virginem te in omnibus exhibe,nihil corruptionis obijciatur capiti tuo,cuius corpus integrū est,ut & tua sit inuiolabilis conuersatio. Et quoniam sicut in exordio epistolæ præfati sumus,te dei sacrificium factam,quod utiq; sanctificationem suam etiam alijs impertit,& quisqs ex eo digne sumpserit,sanctificatiōis & ipse sit particeps. Ita ergo per te,quasi per diuinā hostiā sanctificētur cæteræ,cum quibus te ita in omnibus exhibeas, ut quisqs uitā tuā,aut uisu,aut auditu contigerit,sanctificationis uim sentiat: & tantum sibi intelligat gratiæ ex tua conuersatione transfundi, ut dum te imitari concupiscit, dei sacrificio & ipse sit dignus.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nihil est in hoc opusculo,nec sermonis,nec eruditionis,nec pectoris, quod Hieronymum resipiat.

## DE HIS QVAE DEO IN SCRIPTVRIS SANCTIS ATTRIBVVNTVR.

OMnipotens deus pater,& filius & spiritus sanctus,unus atq; trinus: unus uidelicet in natura,trinus in personis,solus inuisibilis,solus immensus atq; incomprehensibilis, solus incircūscriptus,solus incorporeus & immortalis: ubiq; præsens, sed latens:ubiq; totus,sed immensus. Inuisibilis est, quia in essentia sua uideri non potest, Apostolo testante qui ait:Quē uidit nullus hominū,sed nec uideri potest. Et in euangelio: Deū nemo uidit unq̄. Incorporeus est,quia nullis membrorū lineamētis cōpositus est siue cōpactus existit: sicut ueritas in euangelio dicit: Spiritus est deus, & qui adorat eum, in spiritu

& ueritate

A & ueritate oportet adorare. Immensus est, quia quãtitas eius, uel qualitas a nullo metiri potest. Cui Solomon in sua oratione supplicãs ait: Si cœli & cœli cœlorũ te nõ capiũt, quãto magis domus ista quã ædificaui? Incircũscript⁹ est, quia circũscribi nõ potest. Illocalis est, quia de loco ad locũ nequaq; trãsit, nec quolibet detinet, ipso de se per Esaiã testimoniũ perhibente: Cœlũ sedes mea est, terra scabellũ pedũ meorũ. Et per Hieremiam: Nũqd nõ cœlũ & terrã ego impleo? Cui⁹ immensitatẽ ppheta in psalmis cõfitens ait: Si ascẽdero in cœlũ, tu illic es, & cætera. De cui⁹ immensitate adhuc in libro Iob scriptũ est: Excelsior cœlo est, & quid facies? Profũdior est inferno, & unde agnoscis? Longior est terra: immensitas eius latior est mari. Qui cœlũ & terrã implet, proculdubio nullus locus est ab eius præsentia absens. Super oia quippe est regendo atq; imperando: subtus est omnia sustinendo atq; portando, non pondere laboris, sed infatigabili uirtute. Immutabilis est, quia ab eo quod est, omnino mutari non potest, ipso dicente per Malachiam prophetam: Ego dominus & non mutor. Ideo deus immutabilis dicitur, quia misericordia, ira, furor, pœnitentia, obliuio, recordatio, & alia his similia ei non accidunt. Simplex enim natura est, & immutabilis, & imperturbata: neq; aliud est ipse, & aliud quod habet, sed ipsum est quod habet, & quod est. Immortalis est, quia mori non potest, Apostolo dicente: Qui solus immortalitatem habet, & lucem habitat inaccessibilẽ, quẽ nullus hominũ uidit, sed nec uideri potest. Vbicunq; autem sacra scriptura sparsim per diuinos libros in deo motus animæ, seu humana mẽbra describit, id est, caput, capillos, oculos, palpebras, aures, nares, os, labia, cor, linguã, imaginem, uterum, manum dexteram, sinistram, digitos siue digitũ, brachiũ, alas, scapulas, posteriora, pedes: Item motus animæ, iram, furorem, obliuionẽ, pœnitentiã, recordationẽ: & his similia: non carnaliter iuxta historiam a recte intelligentibus sumẽda sunt, sicut a Iudæis & plærisq; hæreticis carnaliter sapientibus, qui deum corporeum atq; localem opinãtur: sed spiritualiter omnia de eo intelligenda & contuenda sunt. Si quis emꝫ deo humana membra seu motus animæ more humano inesse credit: proculdubio in corde suo idola fabricat. ¶ Cũ ut dictũ est figuraliter in deo caput legimus, ipsam essentiam diuinitatis eius, quæ omnia præcedit: & cui
B oia sunt subiecta, intelligere debemus. ¶ Capillos uero capitis eius, sanctos angelos seu uniuersos electos accipi oportet. De quo quidem sacramento in libro Danielis scriptum est: Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: uestimentum eius, quasi nix candidum, & capilli capitis eius, quasi lana munda. Hoc enim significat per uestimenta candida dei, quod & per capillos capitis eius: sanctos uidelicet angelos, & multitudinem sanctorum dealbatorum. Vel certe ideo capilli eius, lanæ mundæ comparantur, ut per hoc antiquus dierum credatur esse. ¶ Oculos deus dicitur habere, pro eo quod oia uidet, & nihil eum latet. In cuius cõspectu ait Apostolus: nulla creatura inuisibilis est, omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Aliter uero oculi, respectus gratiæ eius intelliguntur, ut est illud in psalmo: Præceptũ dñi lucidum illuminans oculos. ¶ Palpebræ dñi, occulta & incõprehensibilia iudicia, siue spiritalis in diuinis libris eius locutio innuit: de qbus occultis & incõprehensibilibus sacramentis atq; iudicijs in psalmo legitur: Palpebræ eius interrogant filios hominum, id est probant. ¶ Aures dicitur habere dominus propterea, quia omnia audit. Nihil eum sub silentio latet: de quo in libro sapientiæ dicitur: Auris cœli audit omnia, & tumultus murmurationum non absconditur. ¶ Nares dei, inspiratio eius in corde fidelium: ut est illud in libro Regum: Ascendit fumus de naribus eius, id est lachrymosa cõpunctio pœnitentiũ de inspiratione eius. Facies dei, cognitio ueritatis, seu cognitio diuinitatis eius ad homines. De qua cognitiõe in psalmo scriptũ est: Ostende nobis domine faciem tuam, hoc est, dona nobis cognitionem tuam: quæ cognitio per filium omnibus hominibus innotuit, ipso dicente in euangelio: Nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Aliter uero facies dei significat inuisibilem essentiam diuinitatis filij dei: de qua ipse dominus ad Moysen per ipsum angelum respondit: Posteriora mea uidebis, faciem autem meã uidere non poteris. Os uero dei, filius dei patris, id est Christus dominus: de quo Esaias propheta ex Iudæorum persona affatus ait: Quia os eius ad iracundiam prouocauimus. Aliter uero os dñi, sermo eius siue uisio accipitur. De quo sermone dei Esaias propheta ait: Os domini locutum est, hoc est, uerbum filius dei patris, per quem omnia

facta sunt

C facta ſunt:de quo in pſalmo dicitur: Verbo domini,cœli firmati ſunt.Et alibi: Miſit uerbū ſuū & ſaturauit eos.Et in euangelio:In principio erat uerbū. ¶Lingua dei, myſtice ſignificat ſpiritum ſanctum:per quē deus pater,ſecretum ſuū manifeſtauit hominibus. Vnde in pſalmo: Lingua mea,calamus ſcribæ uelociter ſcribentis. ¶Labia dei,myſtice utriuſq; teſtamēti conſonantia intell:gūtur:de qbus duobus teſtamētis in ꝓuerbijs dicit̄:Et diuinatio in labijs eius,in iudicio nō errauit os eiꝰ. ¶Brachiū uel brachia dei patris,filius eiꝰ & ſpiritus ſanctꝰ intelligit̄,ſicut eſt illud in Eſaia:Et brachia mea populos iudicabūt.Brachiū dei patris ſingulariter,filius eiꝰ accipitur:de quo Hieremias ad ipſum ait:Et nunc dñe deus,qui eduxiſti populum tuum de terra Aegypti in manu forti,& brachio extento. Ideo autem filius dei brachiū dicitur: quia creatura electa ab ipſo cōtinetur. ¶Dextera dei patris,unigenitus filius accipitur: de qua in pſalmo ex perſona hominis aſſumpti dicitur:Dextera domini fecit uirtutē,dextera domini exaltauit me. Aliter uero dextera dñi,gloriam & patris æternam beatitudinem ſignificat: de quo in pſalmo ex perſona patris dicitur ad filium:Sede a dextris meis. Dicitur autem dextera dei omnis electa creatura in cœlo & in terra,ſicut per ſiniſtrā eius intelligitur reproba creatura: id eſt, dæmones & omnes impij,qui ad leuam poſiti,æterna ſupplicia ſuſtinebunt. ¶Manus dei patris,filius eius accipitur,ꝓ eo quod ꝑ ipſum omnia facta ſunt,ſicut eſt illud in Eſaia:Omnia hæc manus mea fecit:& per manum domini facta ſunt omnia. Aliter uero manus dei poteſtas intelligitur:de qua poteſtate in libro Hieremiæ dicit̄: Sicut lutū in manu figuli,ita uos in manu mea domus Iſrael. Item nonnunq; manus domini flagellum accipitur:de cuius percuſſione in Sophonia propheta ſcriptū eſt: Extendā manum meā ſuper Iudam,& ſup habitantes Hieruſalē, & diſperdā de loco reliquias Baal: de qua domini percuſſione beatus Iob de ſeipſo ait:Manus domini tetigit me. ¶Digitus domini ſingulariter,ſpiritus ſanctus accipitur:a quo ſpiritu ſancto lex in duabus tabulis lapideis ſcripta narratur in monte Sinai. Ipſe em̄ ſcripſit,qui ſcribenda dictauit:id eſt,ſpiritus ſanctus:de quo ſpiritu ſancto dominus in euangelio: Ego in digito
D meo eiꝯcio dæmonia:quod alius euangeliſta aperte declarans ait:Si ego in ſpiritu dei eiꝯcio dæmonia.Sicut em̄ digitus cum manu uel brachio,manus uero uel brachium cum corpore ſunt in natura unum:ita pater & filius & ſpiritus ſanctus,tres quidem ſunt in perſonis, una uero ſubſtantia diuinitatis. ¶Digiti dei pluraliter,ſancti intelliguntur prophetæ,per quos ſanctus ſpiritus legis ac prophetarum libros,ſua inſpiratione deſcribit:de quibus in pſalmo dicitur: Videbo cœlos tuos,opera digitorum tuorum.Per cœlos enim libros legis & prophetarum, per digitos uero ſanctos,ut dictū eſt,ꝓphetas myſtice inſinuauit. ¶Imago dei patris inuiſibilis,dupliciter intelligit̄.Aliter nāq; eſt imago dei patris in filio ſuo:quē nō aliūde,ſed ex ſemetipō:hoc eſt, ex ſubſtātia ſua,& per oīa ſibi ſimilē & æqualē genuit.Aliter uero in anima hois quā non ex ſe: id eſt,de ſubſtantia ſua ſicut plæriq; hæretici opinati ſunt genuit,ſed ex nihilo creauit. Sicut aliter eſt imago cuiuſq; regis in filio eius,quem ex ſemetipſo ſibi ſimilem genuit:id eſt,homo hominē:aliter uero in anulo ſiue in cera imago eſt impreſſa,quæ non eſt quod ipſe,ſicut filius,qui naturaliter hoc eſt,quod & pater. ¶Cor dei patris,eſt arcanum eius ſapientiæ myſticæ:ex quo uerbum,id eſt, filium ſuum impaſſibiliter ſine initio genuit,ipſo dicēte:Eructauit cor meū uerbum bonum. ¶Alas deus dicitur habere, pro eo quod more auis electos ſuos tanq; pullos ſub ſe colligit, fouet, & ab inſidijs diaboli & malorum hominum protegit. Vnde prophe: ta:Sub umbra alarum tuarum protege me. ¶Scapulas habere dicitur, quia infirma membra eccleſiæ,quaſi in ſcapulis portat.Sicut in pſalmo dicit̄:Scapulis ſuis obumbrabit tibi. ¶Venter dei,ſecreta origo ſubſtantiæ eius accipitur. Vnde in pſalmo: Ex utero ante luciferum genui te: Aliter,uterus dei, incomprehenſibilia iudicia eius, quæ rimari nequeunt inſinuatur myſtice: De quo occulto iudicio eius in libro Iob ſcriptum eſt: De cuius utero egreſſa eſt glacies, & gelu de cœlo quis genuit? Poſteriora filij dei,incarnatio eius accipitur:de qua poſterioritate filius in monte Sinai ad Moyſen per angelum loquens ait:Poſteriora mea uidebis, faciem aūt meā uidere nō potes. Pedes dei,ſtabilimentū & uirtus eius eſt:eo quod ubiq; p̄ſens eſt,& uniuerſa ei ſubiecta ſunt,illoipſo dicente per Eſaiam prophetā: Cœlū mihi ſedes eſt,terra autem ſcabellum pedum meorum. Aliter,pedes filij dei incarnatio intelligitur, quæ diuinitati ſubiecta

eſt tāq;

A est tãq̃ capiti pedes. Sicut em̃ per caput diuinitas, ita per pedes eius, humanitas eius exprimit̃. De qua in Exodo scriptum est: Viderũt dominum: hoc est, Moyses, Aaron & Nadab & Abiu & septuaginta de senioribus populi: sub pedib⁹ eius, quasi lapis sapphirus, & quasi cœlũ cũ sere num est. Sicut autẽ per lapidem sapphirum, cœlestes naturas uel sanctos angelos, ita per cœlũ serenum, sanctam ecclesiam electorum ex hominibus assumptã figuraliter demonstrare uoluit: super quas duas creaturas homo assumptus filius dei in perpetuum regnat. De quo in psalmo dicitur: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Aliter autem per dei pedes, id est, Iesu Christi, si/ gnificati sunt sancti prædicatores. De quibus in Deuteronomio scriptum est: Qui appropin/ quant pedibus eius, accipiẽt de doctrina eius. ¶ Vestimentũ filij dei, aliquando caro eius, quæ a diuinitate est assumpta, in diuinis libris figuraliter accipitur. De quo indumẽto carnis Esaias ait: Quis est iste qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra? Rursus uestimenta eiusdem do/ mini, sancta accipitur ecclesia, quæ per fidem & dilectionem ei coniuncta est: De qua dicitur in psalmo: Dominus regnauit, decorem induit. Et in psalmo alio ad ipsum dominum: Confessio nem & decorẽ induisti, amictus lumine sicut uestimento. ¶ Palliũ iam dicta eius ecclesia intelli gitur. De q̃ in libro Geneseos scriptũ est: Lauit in uino stolã suam, hoc est, in passiõe carnẽ suã: & in sanguine uuæ palliũ suũ, id est ecclesiã suã. ¶ Calciamẽta dñi nostri Iesu Christi, mystice signi ficãt incarnationẽ eius, quã ex mortalitate hũani generis assumere dignat⁹ est. De qua incarna/ tione sua ipse per prophetã in psalmo ait: In Idumæam extendam calciamentũ meum, id est, in plæbe gentilium manifestabo incarnationem meã. ¶ Gressus dei, aduentus filij dei in mundũ, & regressus ad patrẽ. De q̃bus psalmista ait: Visi sunt gressus tui deus, gressus dei mei & regis mei, id est, ipsius de cœlo, qui uenit in uterũ uirginis. De utero uero nascẽdo positus est in p̃sepio: post̃q̃ omnia impleuit pro quibus a patre missus uenerat, appensus est in ligno crucis: de cruce autem depositus, secũdum corpus sepultus est, & secundum animã ad infernũ descendit.
B Tertia autẽ die per potentiã suæ diuinitatis, carnem suam de sepulchro suscitauit. Et post diem resurrectionis, quadragesimo die uidẽtibus apostolis ascẽdit in cœlũ, & sedet ad dexterã patris, id est, ad gloriã eius. Hi sunt em̃ gressus filij dei: iste descẽsus & ascensus eius, qui frequẽter in sa/ cris scripturis legit̃. ¶ Ascẽdere dicit̃ deus, cũ filius carnẽ ex nobis assumptã in cœlũ uelut capti uã euexit: sicut in psalmo illud: Ascendit in cœlũ, captiuã duxit captiuitatẽ: quia naturã humani generis, quæ a diabolo in mundo captiua retinebat̃ assumens secũ in cœlũ, ubi nunc̃q̃ ante fue/ rat tanc̃q̃ captiuã deportauit. ¶ Abscondere faciẽ suã deus legitur, cũ hoibus quibusdam eorũ exigentibus culpis, cognitionẽ suã abscondit: sicut in populo Iudæorũ nunc impletũ uidemus, quia negantes filiũ dei, dei scientiam Iudæi ita perdiderunt, ut similes fierẽt gentibus quæ deũ nõ cognouerũt. ¶ Ostendere faciem suam dicitur deus, cum respectu gratiæ suæ quibus uult, scilicet electis suis, se ipsum in corda eorum occulta inspiratione insinuat, & ad diligendum se amorem suum infundit. ¶ Sedere dicitur deus, non corporaliter humano more, sed poten/ tialiter super omnem creaturam regnando præsidere. Vnde est illud in psalmo: Regnabit do minus super omnes gentes, deus sedet super sanctã sedem suam. ¶ Sedere autem deus dicitur super cherubim (quod interpretatur plenitudo scientiæ), per quod significãtur sancti angeli, si/ ue mentes spiritalium uirorum, in quibus deus inuisibiliter præsidet & regnat. In illis enim se/ det q̃ scientia ei⁹ & dilectiõe pleni sunt. In prouerbijs q̃ppe Solomonis scriptũ est: Anima iusti sedes est sapientiæ. Sapientia uero dei patris Christus est, qui in animabus sanctorũ dei sede/ re dicitur. ¶ Descendere deus in mundum dicitur, quando aliquid nouum quod ante non fece/ rat in creatura humana operat̃: sicut filius dei patris descendisse narratur, quãdo uerã carnẽ ex Maria uirgine propter redemptionem nostram suscepit, & deus homo fieri dignatus est, non amittendo quod erat, sed assumendo quod non erat. De cuius descensione, id est, incarnatio/ ne, in psalmo scriptum est: Inclinauit cœlos & descendit, & caligo sub pedibus eius. Cœlos in/ clinauit, qui aduentum suum prænuncians, angelos siue prophetas misit, qui aduentum eius hoibus nunciarent. Caligo sub pedibus eius, quia impij hoies ob suã maliciã incarnationẽ eius agnoscere non potuerunt, nec adhuc possunt. ¶ Stare deus dicitur, cum nos infirmos, id est suã creaturam ad pœnitentiam & conuersionem patienter sustinet: ut est illud in Habacuc prophe

C ta: Stetit & mensus est terram, & dissoluit gentes: id est, stetit ad subueniendum, & dissoluit credentes in se, a uinculis peccatorum. Transire dicitur deus, cum de cordibus quorundam hominum, in quibus antea per fidem cõdebatur, postea subrepente perfidia uel quolibet delicto, ab eis recedit & ad alios transit: quemadmodũ de Iudæis ad gentes, de hæreticis ad catholicos: seu de quibuslibet irreligiosis & negligentibus pro uitio suo recedere dicitur, & ad alios transire: quod nõ localiter aut uisibiliter, sed inuisibiliter occulto iustoq; iudicio facere cõsueuit. Ambulare dicitur deus, non de loco ad locum trãseundo, quia impiũ est ita credere: sed ambulatio eius est in cordibus sanctorum delectatio, sicut scriptum est: Et inhabitabo in eis, & ambulabo, & ero illorum deus. Vel certe dei ambulare, est in sanctis prædicatoribus suis de loco ad locum transire. Loqui dei, est inuisibiliter sine uoce uel quolibet strepitu in mentibus sanctorum uoluntatem suam atq; rectum intellectum inspirare, seu futura sicut in sanctis prophetis reuelare. Quæ locutio dei, ut quidam uolunt, tribus modis accipitur. Primo nanq; modo per subiectam creaturam: sicut ad Moysen in rubo & igne apparuit. Vel sicut ad Abraham atq; Iacob & cæteros sanctos, quibus in angelis apparuit. Secundo uero modo in somnis: sicut ad Iacob & ad Zachariam prophetam, & ad Ioseph sponsum Mariæ & alijs sanctis, quibus secreta reuelare uoluit. Tertio autem modo, neq; per creaturam uisibilem, neq; per hominem, sed occulta tãtũ inspiratione inuisibiliter corda eorum tangendo afficit: sicut in libris prophetarum scriptum est, cum ipsi prophetæ subito afflati spiritu sancto, exclamant dicentes: Hæc dicit dñs.

C Videre dei, est bona acta ꝓbare: sicut est illud in Geneſi: Vidit deus cũcta quæ fecerat & erãt ualde bona: id est intelligentibus esse bona demonstrauit. Aliter uidere dei, est mala hominum scienter reprobare: sicut est illud in Esaia propheta: Et uidit deus & apparuit malum in oculis eius. Item aliter uidere dei, est nos uidentes facere: ut est illud in psalmo: Proba me domine, & scito cor meũ. Modus iste locutiõis in libro Iob similiter reperit̃, ubi de sapiẽtia dei patris postq; plurima insignia locutus est, de deo patre adiunxit: Tunc uidit illam & enarrauit, & inuestigauit, & imperauit: id est uidentes fecit atq; prædicantes, & inuestigantes atq; alijs nunciantes.

D C Cognoscere dei, est cognoscentes facere: sicut ait ad Abrahã: Nunc cognoui q d timeas deũ. Neq; em̃ in tpe nouit q scit oia añq; fiant, sed cognoscere dicit̃ de⁹ cognoscẽtes facere, ut q prius de se quales essent incogniti erãt, p eius interrogationẽ & probationẽ quales essent sibimetipis cogniti fierent: tale est illud in lege Moysi de populo Israelitico: Tẽptabo, inquit, eos utrũ custodiant mandatũ meũ, an nõ. Nescire dei, est reprobare: sicut in euangelio dicit̃: Nescio unde sitis, recedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Zelare dei dicitur, cum creaturam suam quam nõ uult perire, sæpe castigat, corripit, atq; flagellat, & flagellando adducit ad se. Vel çelare dei dicitur: cum nullum peccatum impunitum uult relinquere. Iustus est em̃: & ideo omnis iniustitia execrabilis est illi: quia ut dictum est nihil impurũ patitur impunitũ. Irasci dicitur deus, non animæ motu, uel quauis alia perturbatione, quæ omnino illi accidere non potest, sed creaturæ delinquenti, id est hominibus impijs & peccatoribus, iustam dicitur inferre ultionem: hoc est reddere illis quæ merentur: & hæc est ultio diuina, iste furor eius dicitur. Pœnitere deus dicit̃, nõ quod more hominũ de transactis operibus pœniteat, qui em̃ oia nouit anteq; fiãt, ꝓ suis ꝑteritis actib⁹ pœnitere nõ potest: sed pœnitẽtia dei est statuta mutare, & q d prius aliter inchoatũ est in aliud mutare: id est de bono, exigentib⁹ culpis, in malũ. Sicut de Saule legit̃ pœnituisse deũ, q d cõstituit eũ regẽ. Vel sicut nũc uidemus in populo Iudæorũ, q cũ esset populus dei, ob impietatẽ suã fact⁹ est synagoga Satanæ. De malo uero in bonũ, sicut accidit in populo gentiũ, qui cum prius non esset populus dei, nunc autem per gratiam Christi populus dei factus est. Hoc quippe modo occulto dei iudicio Iudas Christi proditor, de apostolatus lapsus gradu in inferni barathro dimersus est. Latro uero post crimen rapacitatis de cruce ad paradisum translatus est. Hanc quoq; mutationem de bono ad malum, ut dictum est, siue de malo ad bonum: quia occulto iustoq; dei iudicio per sententiam iustitiæ suæ siue per misericordiam eius fiat, pœnitentiã dei dicimus: sicut expressius in libro Hieremiæ scriptum est. Nõ pœnitere dei, est statuta nullo modo mutare. Vnde est illud in psalmo: Iurauit dominus & non pœnitebit eum: id est pater ad filiũ: Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedec. Sacerdos em̃ dei

patris

A patris dictus est filius dei,non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem: in qua se pro nobis per passionem & mortem suam,acceptabile sacrificium deo patri obtulit,ut ipe esset sacerdos qui & sacrificium. Obliuisci dicitur deus, cum quibusdā impijs & peccatoribus non miseretur: quod utiq; nō facit propter crudelitatē, quæ in deo non est,sed per occultū iustumq; iudiciū suū. Indurare dicitur deus quorundā corda malorū : sicut de Pharaone rege Aegypti scriptū est: nō quod omnipotēs deus per potētiam suam eorum corda induret,quod impium est ita credere,sed exigentibus eorum culpis,cum duricia cordis,quam ipsi sibi omnia mala per petrando nutriunt, non aufertur:quasi illos ipse induret,quos iusto iudicio induratos sinit. Dormire dei,est cum unigenitus dei patris in assumpta carne pro nobis mori dignatus est: cuius mors recte dulcis fuisse prædicatur, ipso dicente per Hieremiam prophetam: Ideo quasi a somno excitatus sum, & uidi,& somnus meus dulcis est mihi. Aliter dormire deus dicitur, cum fides eius inter prosperitates huius mundi,in quorundam corda fidelium non uigilat, sed dormit:hanc dormitationem ipse significauit,cum in mari inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire dei, est anxijs tarde subuenire:sicut est illud in psalmo: Exurge,quare obdormis domine? Vigilare dei,est in defensione suorum electorum,& ultione inimicorum suorum manifeste se demonstrare.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Plura fidei symbola reperiuntur inter epistolas diui Hieronymi: quorum nullum arbitror ab ipso cōscriptum fuisse. Est unum titulo Damasi. Est alterum nomine Ruffini. Sunt duo nomine Hieronymi, quorum alterum inscriptum est ad Cyrillū, alterum ad Damasum. In epistola cuius initium est: Decreueram quidem,meminit nonnihil de fide quam sancto Cyrillo dederit conscriptam,sed alienam ni fallor,nō suam. Sequitur enim: Cæterum ego fidei meæ testes habeo aures tuas:& beati fratris Zenobij. Hæc igitur omnia in unum coniecimus locum.

## DAMASI SYMBOLVM.

B CRedimus in unum deum patrem omnipotentem: & in unum dominum nostrum Iesum Christum filium dei:& in spiritum sanctum:deum non tres deos, sed patrē & filium & spiritum sanctū, unū deum colimus & confitemur:nō sic unū deū quasi solitarium,nec eūdem qui ipse sibi pater sit,ipse & filius:sed patrē esse qui genuit, & filium esse qui genitus sit: spiritum uero sanctum,non genitum,neq; ingenitum,non creatū neq; factū,sed de patre filio q; procedentē,patri & filio,coæternū & coæqualem & cooperatorē: quia scriptum est: Verbo domini cœli firmati sunt,id est, a filio dei:& spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et alibi: Emitte spiritum tuum & creabuntur,& renouabis faciem terræ. Ideoq; in nomine patris & filij & spiritus sancti unum cōfitemur deum,quod nomen est potestatis,nō proprietatis. Propriū nomē est patri,pater:& proprium nomen est filio,filius: & proprium nomen spiritui sancto,spiritus sanctus. In hac trinitate unū deū colimus, quia ex uno patre quod est,unius cum patre naturæ est,unius substantiæ,& unius potestatis. Pater filium genuit,nō uoluntate,nec necessitate,sed natura. Filius ultimo tempore ad nos saluandos,& adimplendas scripturas descendit a patre,q nūq; desijt esse cū patre. Et cōceptus est de spiritu sancto,& natus ex uirgine, carnē & animam & sensum, hoc est perfectum suscepit hominē:nec amisit quod erat, sed cœpit esse quod non erat:ita tamē ut perfectus in suis sit,& uerus in nostris. Nam qui deus erat,homo natus est:& qui homo natus est,operatur ut deus:& qui operatur ut deus,ut homo moritur:& qui ut homo moritur,ut deus resurgit. Qui deuicto mortis imperio,cū ea carne qua natus & passus & mortuus fuerat & resurrexit , ascendit ad patrem,sedetq; ad dexteram eius in gloria,quam semper habuit & habet. In huius morte & sanguine credimus emundatos nos,& ab eo resuscitandos die nouissimo in hac carne qua nunc uiuimus:& habemus spem nos consecuturos premiū boni meriti, aut pœnam pro peccatis æterni supplicij. Hæc lege,hæc crede,hæc retine:huic fidei animam tuā subiuga,& uitam cōsequeris & premium a Christo.

C REdimus in deum patrem omnipotentem, cunctorum uisibiliũ & inuisibiliũ cõditorem. Credimus & in dominum nostrum Iesum Christum, per quẽ creata sunt omnia: uerum deum unigenitum, & uerum dei filium: nõ factum aut adoptiuum, sed genitũ & unius cũ patre substantiæ, q̃d' græci dicũt ὁμοούσιον: atq; ita p̃ oĩa æqua lẽ deo patri, ut nec tẽpore, nec gradu, nec potestate possit esse inferior: Tantũq; confitemur esse illũ qui est genitus: quãtus est ille qui genuit. Non autẽ quia dicimus genitũ a patre filium diuina & ineffabili generatione, aliquod ei tempus asscribimus: sed nec patrem aliquando cœpisse, nec filium. Nec enim aliter confiteri possumus æternum patrem, nisi cõfiteamur etiam coæternum filium. Ex filio enim pater dicitur, & qui semper pater fuit, semper filiũ habuit. Credimus & in spiritum sanctum, uerum deum ex patre procedentem, æqualem per omnia patri & filio, uolũtate, potestate, æternitate, substãtia. Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus, nihil quod inferius superiusue dici possit: sed tota deitas sui perfectione æqualis est, ut exceptis uocabulis, quæ proprietatem personarum indicant, quicquid de una persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Atq; ut confundentes Arium, unam eandemq; dicimus trinitatis esse substantiam, & unum in tribus personis fatemur deum: ita impietatẽ Sabellij declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi spiritum sanctum esse dicentes: sed aliam patris, aliam filij, aliam spiritus sancti esse personam. Non eñ nomina tantummodo: sed etiam nominum proprietates: id est, personas, uel ut græci exprimunt hypostases: hoc est, subsistentias confitemur. Nec pater filij, aut spiritus sancti personam aliquando excludit: nec rursus filius, aut spiritus sanctus, patris nomen personamq; recipit: sed pater semper pater est, filius semper filius est, spiritus sanctus semp̃ spiritus sanctus est. Itaq; substantia unũ sunt, personis ac nominibus distinguuntur. Ipsum autẽ dei filium qui absq; initio æternitatem cum patre & spiritu sancto possidet, dicimus in fine sæculorum perfectum naturæ nostræ hominem suscepisse ex Maria semper uirgine, & uerbum carnem esse factum, assumendo hominem, non permutando deitatem: nec ut quidam sceleratissime opinan
D tur, spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine, sed potentia ac uirtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in Christo unam filij esse personam, ut dicamus duas esse perfectas atq; integras substantias: id est, deitatis & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore. Atq; ut condemnamus Photinũ, qui solum & nudum in Christo hominem confitetur: ita anathematizamus Apollinarem & eius similes, qui dicunt dei filium minus aliquid de humana susceptisse natura: & uel in carne, uel in anima, uel in sensu assumptum hominẽ, his propter quos assumptus est fuisse dissimilem, quem absq; sola peccati macula (quæ naturalis non est) nobis confitemur fuisse conformẽ. Illorum quoq; similiter execramur blasphemiam, qui nouo sensu asserere conantur a tempore susceptæ carnis omnia quæ erant deitatis in hominem demigrasse: & rursum quæ erant humanitatis, in deum esse transfusa: ut quod nulla unq̃ hæresis dicere ausa est, uideatur hac confusione utraq; exinanita, substantia deitatis scilicet & humanitatis, & a proprio statu in aliud esse mutata. Qui tam deũ imperfectum in filio, q̃ hominem confitẽtur: ut nec deum uerum, nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus susceptum ita a dei filio passibile nostrum, ut deitas impassibilis permaneret. Passus est eñ dei filius non putatiue, sed uere, omnia quæ scriptura testatur: id est, esuriem, sitim, lassitudinem, dolorem, mortem, & cætera huiusmodi. Secundum illud passus est, quod pati poterat: id est, non secundum illam substãtiam quæ assumpsit: sed secũdum illam quæ assumpta est. Ipse enim dei filius, secundum suam deitatem impassibilis est ut pater, incomprehensibilis ut pater, inuisibilis ut pater, inconuertibilis ut pater: & q̃uis propria persona filij: id est, dei uerbum suscepit passibilem hominem: ita tamen eius habitatione secundum suam substantiam deitas uerbi nihil passa est, ut tota trinitas: quam impassibilem confiteri necesse est. Mortuus est ergo dei filius secundum scripturas, iuxta illud quod mori poterat. Resurrexit tertia die: Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram dei patris, manente ea natura carnis, in qua natus & passus est, in qua etiam resurrexit. Non enim exinanita est humanitatis substãtia, sed glorificata, & inæternũ cum deitate mansura. Accepta

ergo

A ergo a patre omnium poteſtate quæ in cœlo ſunt & in terra,uenturus eſt ad iudicium uiuorum & mortuorum:ut & iuſtos remuneret,& puniat peccatores. Reſurrectionem etiam carnis confi temur & credimus:ut dicamus nos in eadem in qua nunc ſumus ueritate membrorum eſſe re- parandos:qualeſq; ſemel poſt reſurrectionem fuerimus effecti,in perpetuum permanſuros. Vnã eſſe uitam ſanctorũ omniũ,ſed premia pro labore diuerſa. Ecõtrario pro modo delictorũ peccatorum quoq; eſſe ſupplicia. Baptiſma unum tenemus, quod ĩſdem ſacramenti uerbis in infantibus quibus etiam in maioribus aſſerimus eſſe celebrandum. Hominem ſi poſt baptiſ- mum lapſus fuerit,per pœnitentiam credimus poſſe ſaluari. Nouum & uetus teſtamentum re- cipimus,in eo librorum numero,quem ſanctæ catholicæ eccleſiæ tradit authoritas. Animas a deo dari credimus, quas ab ipſo factas dicimus: anathematiçantes eos, qui animas quaſi par- tem diuinæ dicunt eſſe ſubſtantiæ. Eorum quoq; condemnamus errorem, qui eas ante pec- caſſe, uel in cœlis conuerſatas fuiſſe dicunt, q̃ in corpora mitterentur. Execramur etiam eorum blaſphemiam,qui dicũt impoſſibile aliquid homini a deo præceptum eſſe: & mandata dei,nõ a ſingulis, ſed ab omnibus in commune poſſe ſeruari: uel qui primas nuptias cum Manichæo, aut ſecundas cũ Cataphrygis damnant. Anathematiçamus etiã illos,qui dei filiũ neceſſitate car nis mentitum eſſe dicunt,& eum propter aſſumptum hominem, nõ omnia facere potuiſſe quæ uoluit. Iouiniani quoq; damnamus hæreſim,qui dicit nullam in futuro meritorum eſſe diſtan- tiam: noſq; eas ibi habituros eſſe uirtutes, quas hic habere neglexerimus. Liberum ſic confite- mur arbitrium,ut dicamus nos ſemper dei indigere auxilio:& tam illos errare, qui cum Mani- chæo dicunt hominem peccatum uitare non poſſe, q̃ illos qui cum Iouiniano aſſerunt homi- nem non poſſe peccare. Vterq; eñ tollit arbitriũ libertatem. Nos uero dicimus hominem ſem- per & peccare & non peccare poſſe:ut ſemper nos liberi confiteamur eſſe arbitriũ. Hæc fides eſt papa beatiſſime,quã in eccleſia catholica didicimus, quãq; ſemper tenuimus & tenem⁹. In qua
B ſi minus perite, aut parum caute aliquid forte poſitum eſt, emendari cupimus a te,qui Petri & fidem & ſedem tenes. Sin autem hæc noſtra confeſſio , apoſtolatus tui iudicio comproba- tur,quicũq; me maculare uoluerit,ſe imperitum uel maleuolum, uel etiam non catholicum, nõ me hæreticum comprobabit.

## EXPLANATIO FIDEI AD CYRILLVM.

CRedimus in unum deum patrem omnipotentem,omnium uiſibilium & inuiſibi- lium creatorem: & in unum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium eius, na- tum de ſubſtantia dei patris,quod græce dicitur ὁμοούσιον,deum de deo,lumẽ de lu- mine,deum uerum de deo uero,natum non factum,ſicut hæretici dicunt: per quẽ oia uiſibilia & inuiſibilia facta ſunt,tam in cœlis q̃ in terra: qui propter nos homines & noſtrã ſalutem incarnatus,homo factus,paſſus:reſurrexit tertia die,aſcendit in cœlos,uenturus inde iu dicare uiuos & mortuos:& in ſpiritum ſanctum,qui de patre proceſſit proprie,& deus eſt uerus ſicut filius. Hos autem qui dicunt,erat tempus quando non erat filius natus,& priuſq̃ naſcere- tur non erat, aut quod ex nihilo factus ſit aut natus ſit, aut mutabilem aut cõuertibilem filium dei dicunt eſſe:hos anathematiçat catholica & apoſtolica eccleſia, quod fides inuiſibilium re- rum eſt, non uiſibilium. Vnde Ariani ſaluatorem uidẽtes in carne,putauerunt eius diuinitatẽ talem eſſe qualem & carnem,paſſibilem,mutabilem,conuertibilem,comprehenſibilem,& quaſi formidantem,& quaſi neſcientem omnia,& proficientem ætate & ſapientia, & nihil facientem ex ſe,& ſubiectum & orantem ad patrem,& gratias agentem,& edentem,& patiẽtem,& lachry- mantem, & gemẽtem,& quieſcentem:& poſtremo quæ ſunt creaturæ propria, hæc carni creatæ

C ſaluatoris aſſcribenda ſunt utiq;,non diuinitati,quia dicitur in ſcriptura deus & homo.Quia er go propter nos & homo dicitur,non debemus quæ ſunt carnis deo aſſcribere, & quæ ſunt dei, carnis eſtimare propria.Si quid igitur minus, aut inæquale, aut impotens dicitur in ſcriptura, aut ſubiectũ,aut humile:carnis eius eſt aſſumptæ.Quia uero natus eſt de carne,& quia cũ homi nibus triginta & plus annos conuerſatus eſt,& uere habebat pati:ideo & uerus homo propter carnẽ accipit̃, & uerus deus incarnatus eſt, in carne paſſus natura paſſibili nõ deitatis.Hæc em̃ quæ pati debuerat caro hominis trãſgreſſoris, pro hominibus pati dignatus eſt deus per car/ nẽ paſſibilem: ut & diuinitatis eius inenarrandam potentiam in re uiſibili prædictam ſentia/ mus:& bonitatis eius diuitias:id eſt,per paſſionem remiſſionem peccatorum credentes in eum conſequamur.Quale eſt igitur malum hoc,ut audeat quis gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quam pro nobis fecit ſe humilians, ut nos exaltemur, humanis ſenſibus & uoce hæretica,non ſolum non intelligere,inſuper etiam periculoſis blaſphemijs,& ad irritum eam adducere, atq; ultro ei aduerſari,dicente ſcriptura:Scitote enim gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam diues cum eſſet propter nos pauper factus eſt,ut nos eius paupertate diuites exiſtamus?Abſit igitur in filio dei aliquid plus minuſue,aut in loco, aut in tempore, aut in potentia, aut in ſcien/ tia, aut in æqualitate, aut in ſubiectione cum dicitur: hæc ut diuinitati eius, non carni aſ/ ſcribantur.Si enim plus minuſue aut tale aliquid inuenit̃,excepto hoc quod genuit pater filiũ: & excepto hoc,quod filius non a ſemetipſo natus eſt,ſed de patre natus eſt proprie,non in tem pore, ſed ſemper: non aliunde, ſed de ſua ſubſtantia: forte ſecundum uerbum eorum,aut inuidens, aut impotens pater putatur, inſuper etiam & temporalis agnoſcitur. Et cum aper te hoc uetet ſcriptura & execretur: quomodo temporalem deum, quemadmodum genti/ les uenerantur, ipſi etiam ſimiliter adorant?Nam ſi temporalis eſt, nec uerus poteſt eſſe: & ſi non uerus, nec potens omnia.Et quid iam huic tali deo credendum eſt, qui erat aliquan/ do quando non erat, & ex nihilo natus eſt: dicente ſcriptura:Si audieris me Iſrael non erit in te deus recens?Si ergo deus recens, non debet uerus credi.Si autem ſempiternus:quippe D hic ſempiternus deus erat,qui loquebatur in omnibus ſanctis,& legem dedit Moyſi in monte Sina, & omnia potẽs,& omnia ſciens,& Adæ in paradiſo uiſus eſt,& in prædeſtinatione carna li futura enuncians ei,& cum Iacob luctatus eſt: & quemadmodum humana fragilitas capere poterat condeſcendens infirmitatibus omnium,diuerſorum genera approbat,alijs in gloria ti/ moris omnium cauſa,alijs in humilitate, eminẽtis eius bonitatis agnoſcendæ.Si ergo ſempiter nus filius de patre eſt genitus, quippe & omnia ſciens, omnia potens, & omnia ſaluans, omnia continens,omnia iudicans,creans cum patre ſemper & ſpiritu ſancto:accipe igitur quod creatu/ ra deus uerus non poteſt eſſe, neq; creatura creaturam ſaluare, dicente ſcriptura: Et colue/ runt & ſeruierunt creaturæ potiuſq; creatori, qui eſt benedictus deus in ſæcula. Vides igi tur, quod paganitatis eſt hoc magis, q; Chriſtianitatis?Et quod non in tempore eſt natus, ſed ſemper natus erat de patre,dicit Apoſtolus beatus: Inuiſibilia enim eius a creatura mundi per ea quæ facta ſunt,intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas.Vides igitur, quod Chriſtus filius dei eſt, non temporalis, ſed ſempiternus?Quod de ſubſtantia di/ uina patris natus eſt ſemper, ipſe ait ſaluator in euangelio: Quod naſcitur de carne caro eſt: & quod naſcitur de ſpiritu, ſpiritus eſt, quoniam deus ſpiritus eſt. Et quod uerus eſt filius dei, dicit ſcriptura:Erat lumen uerum,quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mun dũ.Et iterũ ipſe euãgeliſta beatus Iohãnes:Hic eſt Ieſus Chriſtus deus uerus.Et quod ſemper erat,ait ipſe:In principio erat uerbũ,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum. Et quod omnipotens eſt filius omnium creator:ait ipſe euangeliſta beatus:Om̃ia per ipſum facta ſunt. Si ergo omnia per ipſum facta ſunt uiſibilia & inuiſibilia:quomodo dicit ante paſſionem ſal/ uator:quod de die & hora nemo nouit,neq; angeli cœlorum,neq; filius hominis niſi pater?At tendens igitur uides quod propter utilitatem hominum,dixit ſe neſcientem præfinitionem,ne negligentiores efficiantur homines.Nam & humilitatis ſuæ cauſa hoc dixit propter carnem

paſſibilem

A passibilem:quia quasi homo hominibus uidebatur & causa utilitatis omnium tacuit: res quidē gerendas in sæculo eis annuncians atq; enumerans, diem autem & horam non eis aperiens. Quod ergo pro utilitate nostra tacuit & se humiliauit,non debemus ultro ei esse ingrati:& non solum non intelligentes, insuper etiam Iudaico more & hominem estimantes: eiusdem ætatis & ignorantiæ & impotentiæ participem iudicantes quomodo Iudæi. Quod nō diuinitas naturaliter patiebatur sed caro, ipse ostendit Iudæis,dicens: Soluite hoc templū,& in tribus diebus ego suscitabo illud. Et cui hoc dubium est quod deus hoc dicebat :id est, filius dei æternus, uerbum uiuens patris,& sapiētia dei & uirtus dei æterna & sempiterna,& imago dei inuisibilis,ab inuisibili natus non factus? Facta autem est caro & plasmata, in qua deus erat, quam & indutus erat propter inuisibilitatem & impossibilitatem uisionis nostræ. Neq; enim intrinsecus erat solum,sed extrinsecus & intrinsecus,& in cœlis & in terra,& omnia continens implensq; omia. Nihil ergo imperfectum in filio dei, nihil inæquale, nihil impotens, nihil temporale, nihil incognitum:omnia uera,omnia possibilia,omnia ingentia, omnia æqualia patri, dicente saluatore: Nemo nouit filium nisi pater:& nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare? Vides æqualitatem filij ad patrem? Cum ergo patrem nouit filius inenarrandum, & incomprehensum, diem nescit & horam quam ipse fecit? Absit a sensibus nostris hoc. Iterum ipse saluator dicit: Da illis pater,ut honorificent filium,sicut honorificant patrem. Aequalis igitur deo est filius deitate,dicente Apostolo: Qui cum in forma dei esset,non rapinam arbitratus est cum esset æqualis deo,sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens,humiliauit se usq; ad mortem,mortem autem crucis. Vides quod utrumq; scriptura,non abneget in filio dei,& quod dei est uirtus omnipotentis, omnia scientis, omnia complentis, omnia continentis, omnia habentis,omnia dantis,iudicantis,saluantis,creantis : & quod creatæ naturæ est, id est, carnis eius,& patientis & plorantis, & quasi nescientis, & quasi non potentis omnia, quasi subiecti,& cætera huic similia? Non ergo debet esse confusio rerum, quāuis coniunctim res mortalis B immortali deo coniuncta est propter nostram salutem : & ita creditur & post passionem corporis, in quo apparuit in eo etiā permanens in perpetuum:ut & illi qui crucifixerūt eū aspiciāt, & impassibilem suis conspectibus eius naturæ diuinæ per materiam conspicibilem contueantur,& iudicium uisibiliter terminetur,& mysterij secreti scientia reueletur,& potentiæ eius maiestas & bonitas a cunctis hominibus cognoscatur. Quid quod & spiritum sanctum uerum deum inuenimus in scriptura,& de patre proprie esse,& cum patre & filio semper:sed & regnare, & creare, & ubiq; esse, & saluare, & uiuificare, & peccata dimittere, & omnia implere, & sanctificare,& iudicare,& docere,& omnia scire,& inhabitare : & quemadmodum filius dei, ita & spiritus sanctus, persona tertia sicut filij & patris? Tres enim personæ sunt quibus credimus, uere æquales, diuinæ, uniusq; substantiæ : id est, de patre filius, & spiritus sanctus proprie & uere de patre filio q; procedit. Primum igitur accipe quod de patre est proprie spiritus sanctus,dicente scriptura: Verbo domini cœli firmati sunt,& spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et saluator ait: Cum autem uenerit paracletus spiritus ueritatis, qui de patre procedit, ille de meo accipiet,quoniam ipse me glorificabit,& ueniens annunciabit uobis. Et soluit statim interpretans dominus, ostendens primum quidem quod persona sit spiritus sanctus, dicens: Ille de meo accipiet. Et ut ne sicuti seruum, aut creaturam, aut partem putemus,monstret patri non imparem, soluit interpretans & dicit: Ideo autem uobis dixi,quoniam ille de meo accipiet: quia omnia quæ patris sunt, mea sunt. Si igitur ea quæ patris ea filij sunt, & omnia quæ filij sunt, ea omnia spiritus sancti sunt, nihil ergo in omnibus deest filio, quod non attineat ad eius potestatem,nihil quod non ab eo factum sit & eius nutu ac moderamine non regatur. Cum ergo omnia filius habeat in potestate, in omnibus nihil ei deest.Horum igitur omnium habet potestatem & spiritus sanctus, quorum & filius. Sic enim dicit de spiritu sancto saluator: Ille iudicabit mundum & conuincet, & docebit de peccato & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem,quod non crediderūt in me:de iustitia autē, quoniā uado ad patrem,

meum:de iudicio autem,quod princeps huius mundi iam iudicatus est. Vides igitur quod spíritus sanctus annunciat filium & docet de filio:& filius de patre & spiritu sancto:& spiritus sanctus docet de patre & de filio? Trinitas igit' quia uera est,inenarrãda est,inuisibilis est,omnipotens est,sese prædicat,sese annunciat dignanter omni creaturæ,uisibili & inuisibili, non ualente dignanter,aut narrare,aut mirari,aut comprehendere,aut inuestigare,aut quemadmodum est humanis eam sensibus occupare. Cõstat igitur infirmari hominẽ,sanctæ uenerandæq; trinitatis in enarranda gloria,maiestate,aut potẽtia. Hui⁹igit' uim trinitatis narratio gloriæ si excedit, quanto magis frustrabuntur,qui audent inter patrem & filium,& spiritum sanctum,aut locum, aut tempus,aut aliquam causam humanam ponere:qui non solum quid sit deus non intellexerũt:sed nec etiã quid sit homo attẽdere potuerũt? Nihil ergo in trinitate subitaneũ,nihil nuperimũ,nihil temporale,nihil impotens,nihil minus,nihil inæquale:trinitas uenerãda,deprecãda, trinitas inenarrãda , inuestigãda,incõphẽdẽda. Et q̃d'inuisibiliũ rerũ fides est,nobis dicit Apostolus. Est aũt fides sperandarũ substantia rerũ inuisibiliũ examinatrix. In hac em̃ testimoniũ meruerunt seniores. Et iterum in euangelio:Deum nemo uidit unq̃. Et iterũ:Spiritus ubi uult spirat,& uocẽ eius audis,sed nescis unde ueniat,& quo uadat. Quod deus est spiritus,dicit beatus Petrus apostolus:Vt quid mentitus es spiritui sancto Anania? Nõ es mẽtitus hominibus, sed deo. Non dixit patri & filio,sed spiritui sancto. Vides igitur quod deus est spiritus sanctus. Et quod ubiq; est, dicit sanctus propheta: Quo fugiam a spiritu tuo domine? aut a facie tua quo uadam? Et quod om̃ia complet spiritus sicut filius,ait propheta:Spiritus domini repleuit orbem terrarũ. Et ita in actis apostolorũ:Hæc dicit spiritus iubens: Separate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod uocaui eos mittere . Et iterum apostoli: Placuit spiritui sancto ,&
D nobis. Et in libro regnorum dicit deus in Iudæos:Regnauerunt non per me,neq; per spiritum meum. Et in prophetis ita dominus:Israel cõcitauit spiritum domini. Et quod habitet in homine spiritus sanctus quomodo filius,dicit apostolus:Quoniã membra uestra templum sũt spíritus sancti qui habitat in uobis. Et iterum : Nescitis quoniam templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Et quod omnia nouerit spiritus, dicit sanctus apostolus ita: Alij datur per spiritũ uerbum sapientiæ,alij uerbum scientiæ in eo spiritu,alij fides,alij linguarum genera,alij interpretationes in eo spiritu,alij gubernatio. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spíritus,diuidens omnibus sicut uult. Non dixit,sicut iubetur,sed sicut uult, ostendens non creaturam,sed uerum deum spiritum de deo esse,& om̃ia posse sicut filium. Vnde ait statim Apostolus:Quemadmodum nemo nouit hominum quæ sunt in homine,nisi spiritus hominis qui est in eo : sic & quæ sunt dei nemo nouit,nisi spiritus qui de deo est. Spiritus em̃ dei perscrutatur etiã alta dei. Vides, quemadmodum omnia scientem spiritum sanctum, & omnia potentem, & ubiq; esse,& omnia creasse,& omnia saluare,sancta nobis scriptura annunciat. Vnde & saluator in euangelio,blasphemiam spiritus sancti,neq; hic,neq; in futuro hominibus statuit dimittendam,dicens:Ideo dico uobis,quod omnis blasphemia,& omne peccatum dimittetur hominibus:blasphemia autẽ spiritus sancti,neq; hic,neq; in futuro hominibus dimittetur: nõ utiq; blasphemiam dicebant aliam spiritus sancti Iudæi,nisi hoc quod deus non erat, aut de deo ꝓprie non est. Nam inuenimus quoniam Iudæi non audent denegare spiritum: sed in scripturis sicubi legentes, aut creaturam accipiunt,sicut angelum,aut ipsum patrem existimant & tertiam personam accipiunt:aut compositum arbitrãtur deum patrem,cum sit propriæ naturæ spiritus pater. Ex his etiam spiritũ alterũ putant eũ consistere & uerbo,cum sit hoc magis rei compositiciæ & crealis,q̃ ueræ diuinæ incorporeæ simpliciſq;. Solet a Iudæis hoc sic intelligi,& a paganis interdum. Nobis igitur unus pater & unus filius eius uerus deus, & unus spiritus sanctus uerus deus: & hi tres unum sunt,una diuinitas & potentia & regnum. Sunt autem tres personæ, non duæ, non una,non secundum reuelationem, aut collectionem, aut confusionem, sed semper manentibus personis diuinis. Harum fides datur in baptismo, ab his & remissio datur peccanti,& uita æterna sine aliqua dubitatione speratur. Huic trinitati credentes uere sancti

& beati

A & beati patriarchæ, prophetæ, apoſtoli, martyres: & martyrij gloriam meruerunt, & ſpem uitæ perennis adepti ſunt, & regnum cœlorum hæreditatione non ambigua ſortiti ſunt.

## SYMBOLVM RVFFINI.

MIhi quidem fideliſſime papa Laurenti ad ſcribendum animus, tam non eſt cupidus q̄ nec idoneus, ſcienti nō eſſe abſq; periculo, multorum iudicijs ingenium tenue & exile cōmittere. Sed quoniam (ut cum uenia tui dixerim) id temere in epiſtola tua per Chriſti me ſacramenta, quæ a nobis maxima cum reuerentia ſuſcipiuntur aſtringis: ut aliquid tibi de fide ſecundum ſymboli traditionem rationemq; componā, q̄uis ſupra uires noſtras ſit pondus præcepti (non em̄ me latet illa ſententia ſapientū quæ probe admodum dicit, quia de deo etiā uera dicere periculoſum eſt): tamē ſi petitionis a te im̄poſitæ, neceſſitatem orationibus iuues: dicere aliqua obedientiæ magis reuerentia q̄ ingenij præſumptione tentabimus: quæ quidem non tam perfectorum exercitijs digna uideantur, q̄ quæ ad paruulorum in Chriſto & incipientium librentur auditum. Equidem comperi nonnullos illuſtrium tractatorū aliqua de his pie & breuiter ædidiſſe. Photinum uero hæreticum ſcio eatenus ſcripſiſſe, non ut rationem dictorum audientibus explanaret: ſed ut ſimpliciter fideliterq; dicta, ad argumentum ſui dogmatis traheret: cum in his uerbis ſanctus ſpiritus prouiderit, nil ambiguum, nil obſcurum, nil a reliquis diſſonans poni: quia in his uere completur prophetia quæ dicit: Verbū enim conſummans & breuians in æquitate, quia uerbum breuiatum faciet dominus ſuper terram. Nos ergo ſimplicitatem ſuam, uel uerbis apoſtolicis reddere & ſignare tentabimus, uel quæ omiſſa uidentur a prioribus adimplere. Sed ut manifeſtius fiat argumentum uerbi huius, ut diximus breuiati, cauſam qua hæc traditio eccleſijs data eſt ab origine repetemus. Tradunt maiores noſtri, quod poſt aſcenſionē domini cum per aduentum ſpiritus ſancti, ſupra ſingulos quoſq; apoſtolos igneæ linguæ ſediſſent, ut loquelis diuerſis uarijſq;
B loquerentur, per quod eis nulla gens extranea, nulla linguæ barbaries inacceſſa uideretur & inuia: præceptum eis a domino datum hoc, ad prædicādum dei uerbum ad ſingulas quēq; profiſci nationes. Diſceſſuri itaq; abinuicem, normam ſibi prius futuræ prædicationis in commune conſtituunt, ne forte alij alio adducti, diuerſum aliquid his qui ad fidem Chriſti inuitabantur exponerent. Omnes igitur in uno poſiti, & ſpiritu ſancto repleti, breue iſtud futuræ ſibi, ut diximus prædicationis indicium in unum conferendo quod ſentiebat unuſquiſq; componunt, atq; hanc credentibus dandam eſſe regulam ſtatuunt. Symbolum autem hoc multis & iuſtiſſimis ex cauſis appellari uoluerunt. Symbolum enim græce & indicium dici poteſt & collatio, hoc eſt, quod plures in unum conferunt. Id enim fecerunt apoſtoli, in his ſermonibus in unum conferendo, quod unuſquiſq; ſenſit. Indicium autē uel ſignum idcirco dicitur: quia in illo tempore, ſicut Paulus apoſtolus dicit, & in actibus apoſtolorum refertur, multi ex circūeuntibus Iudæis ſimulabant ſe eſſe apoſtolos Chriſti, & lucri alicuius uel uentris gratia ad prædicandū proficiſcebātur: nominātes quidē Chriſtū, ſed non integris traditionū lineis nunciātes. Idcirco iſtud indicium poſuerunt, per quod agnoſceretur is qui Chriſtum uere ſecundum apoſtolicas regulas prædicaret. Deniq; & in bellis ciuilibus hoc obſeruari ferunt, quoniam & armorum habitus par, & ſonus uocis idem, & mos unus eſt: atq; eadem inſtituta bellandi, ne qua doli ſurreptio fiat: ſymbola diſtincta unuſquiſq; dux ſuis militibus tradit, quæ latinæ ſigna uel indicia nuncupātur: ut ſi forte occurrerit qs de quo dubitetur, interrogat⁹ ſymbolū prodat ſi ſit hoſtis uel ſocius. Idcirco deniq; hæc nō ſcribi chartulis aut mēbranis, ſed requiri in credentiū cordibus tradiderunt: ut certum eſſet hæc neminem ex lectione, quæ interdum peruenire etiam ad infideles ſolet, ſed ex apoſtolorum traditione didiciſſe. Diſceſſuri igitur ut diximus ad prædicandū, iſtud unanimitatis & fidei ſuæ apoſtoli indiciū poſuere, non ſicut filij Noe diſceſſuri ab alterutrū turrim ex latere cocto & bitumine cōſtruētes, cuius cacumen uſq; ad cœlū ptingeret, ſed monumēta fidei quæ ſtarēt aduerſum faciē inimici e lapidib⁹ uiuis & margaritis dñicis ædificātes:

quam

C quã neq; uenti impellerent,neq; fulmina ſubruerent,neq; tẽpeſtatũ ac procellarũ turbines per mouerent. Merito igitur illi abinuicem ſeparandi,turrim ſuperbiæ ædificantes,linguarum con fuſione damnati ſunt, ne unuſquiſq; poſſet aduertere proximi ſui loquelam. Iſti uero qui turrim fidei conſtruebant, omnium linguarum ſcientia & agnitione donati ſunt:ut illud pecca/ ti, hoc fidei probaretur indicium. Sed iam nobis etiam de ipſis aliquid tractandum eſt mar/ garitis,in quibus primo in loco fons & origo omniũ ponit̃,cũ dicitur: Credo in deũ patrẽ om/ nipotentem. Verum prius ẽq; incipiam de ipſis ſermonum uirtutibus diſputare: illud non im/ portune cõmonendũ puto,quod in diuerſis eccleſijs aliqua in his uerbis inueniũtur adiecta. In eccleſia tamen urbis Romæ hoc nõ deprehenditur factum: quod ego propterea eſſe arbitror, quod neq; hæreſis ulla illic ſumpſit exordium, & mos inibi ſeruatur antiquus,eos qui gratiam baptiſmi ſuſcepturi ſunt,publice,id eſt,fidelium populo audiente,ſymbolum reddere: & utiq; ad adiectionẽ huius ſaltem ſermonis eorum qui præceſſerunt in fide nõ admittit auditum. In cæteris autem locis,quantum intelligi datur,propter nonnullos hæreticos addita quædam ui/ dentur,per quæ nouellæ doctrinæ ſenſus crederetur excludi. Nos tamen illum ordinem ſequi/ mur,quem in Aquileienſi eccleſia lauacri gratia ſuſcepimus. Credo igitur primo omnium po/ nitur:ſicut Paulus apoſtolus ad Hebræos ſcribẽs dicit: Credere enim primo omniũ accedentẽ ad deũ oportet,quia eſt,& credẽtibus remunerator ſit. Sed & ppheta dicit: Niſi crediderit nõ intelligetis. Vt ergo intelligẽti tibi aditus pateſcat,recte primo omniũ te credere profiteris:quia nec mare quis ingreditur,& liquido ac profundo ſeſe committit elemento, niſi ſe prius credat poſſe ſaluari:nec agricola ſemina ſulcis obruit & fruges ſpargit in terram, niſi crediderit uentu/ ros imbres, affuturum quoq; ſolis teporem, quibus terra confota, ſegetes multiplicata fruge producat,ac uentis ſpirantibus nutriat. Nihil deniq; eſt quod in uita geri poſſit, ſi non creduli/ tas ante præceſſerit. Quid igitur mirum,ſi accedẽtes ad deum credere nos primo omnium pro/ fitemur,cum ſine hoc nec ipſa exigi poſſit uita communis. Hæc autem idcirco in principijs præ/ miſimus,quia pagani nobis obijcere ſolent, quod religio noſtra, quia rationibus deficit,in ſola

D perſuaſione conſiſtat: & ideo oſtendimus, nec agi, nec ſtare aliquid poſſe, niſi præceſſerit uis credendi. Deniq; & matrimonia cõtrahunt̃,quia creditur ſucceſſura poſteritas:& pueri diſcen/ dis artibus traduntur,quia magiſtrorum in diſcipulos tranſfundenda creditur diſciplina:& im/ perij inſignia unus ſuſcipit,dum credit ſibi populos & urbes & armatũ etiam exercitum pariu/ rũ. Quod ſi hæc ſingula, niſi prius crediderit futura,nullus aggreditur:quomodo nõ multoma/ gis ad agnitionem dei credẽdo ueniatur? Sed uideamus quid iam breuialis hic ſermo ſymbo/ li proponat. Credo,inquit, in deum patrem omnipotentem. Orientales eccleſiæ omnes pene ita tradunt: Credo in unum deum patrem omnipotentem. Et rurſum in ſequenti ſermone, ubi nos dicimus: Et in Chriſtum Ieſum unicum filium eius dominum noſtrum;illi tradunt: Et in unum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum unicum filium eius: unum ſcilicet deum & unum dominum, ſecundum authoritatem Pauli apoſtoli profitentes. Sed de hoc in cõpetẽtibus lo/ cis repetemus: nunc interim quod ait, in deum patrem omnipotentem uideamus. Deus ſecun/ dũ quod opinari poteſt hũana mens,naturæ ipſius uel ſubſtãtiæ quæ eſt ſup oĩa appellatio eſt. Pater arcani & ineffabilis ſacramenti uocabulum eſt. Deum cum audis,ſubſtantiam intellige ſine initio,ſine fine ſimplicem,ſine ulla admixtione,inuiſibilẽ, incorpoream,ineffabilem, ineſti/ mabilem,in quo nihil adiunctum, nihil creatum ſit: Sine authore eſt enim ille qui eſt omnino omnium author. Patrem cum audis, filij intellige patrem,qui filius ſupradictæ ſit imago ſub/ ſtantiæ. Sicut enim nemo dicitur dominus,niſi habeat uel poſſeſſionem uel ſeruum cui domi/ netur,& ſicut nemo magiſter dicitur,niſi diſcipulũ habeat:ita & pater nullo pacto quis dici po/ teſt niſi filium habens. Hoc igitur ipſo nomine quo deus pater appellatur,cum patre pariter ſubſiſtere etiam filius demonſtratur. Quomodo autem deus pater genuerit filium,nolo diſcu tias,nec te curioſius ingeras in profundo arcani:ne forte dum inacceſſæ lucis fulgorem pertina/ cius ſcrutaris, exiguũ ipſum qui mortalibus diuino munere cõceſſus eſt, perdas aſpectũ. Aut ſi putas in hoc omni indagationis genere utendũ, prius tibi propone quæ noſtra ſunt:quæ ſi

conſequẽter

A consequenter ualueris expedire: tunc a terrestribus ad cœlestia, & a uisibilibus ad inuisibilia properato. Expedi primo si potes, quomodo mens quæ intra te est generet uerbum: & qui sit in ea memoriæ spiritus: quomodo hæc cum diuersa sint rebus & actibus, unũ tamen sint uel substantia uel natura, & cum e mente procedant, nunc̃ tamen ab ipsa seperentur. Et si hæc q̃uis in nobis & animæ nostræ substantia habeantur: tamen tanto nobis occulta uidentur, quanto aspectui corporeo inuisibilia. De apertioribꝰ requiramꝰ. Fons quomodo ex se generat fluuiũ: quo autem spiritu rapidus fertur in fluentũ. Quid est quod dum unum & inseparabile sit fluuius & fons, tamẽ nec fluuius fons, nec fons fluuius intelligi aut appellari potest: & tamẽ q uidet fluuiũ uidet & fontẽ. Exerce te prius in horũ explanatiõe, & discute si potes quæ habent in manibus: & tũc ad horũ sublimiora uenies. Nec putes quod te statim de terra ascẽdere suadeã super cœlos: sed prius te si placet ad istud firmamentum, quod oculis uidetur educam: & ibi si potes naturã huius uisibilis luminis discute, quo modo ignis iste cœlestis generet ex semetipo splendorem lucis: quomodo etiam producat uaporem, & cum tria sint in rebus, unum tamen sunt in substantia. Quod & si hæc singula inuestigare potueris, scito adhuc diuinæ generationis mysteriũ, tanto esse differentius & eminẽtius, quanto creator creaturis potentior, quãto artifex opere suo præstãtior, quãto ille qui semp est eo q ex nihilo cœpit esse nobilior ẽ. Credẽdus est ergo deus, esse pater unici filij sui domini nostri, non discutiendus. Neq; em̃ fas est seruo de natalibus domini disputare. Contestatus est pater de cœlis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Pater ipsum dicit esse filium suum, & ipsum audiri iubet. Filius dicit: Qui uidet me, uidet & patrem meum: Ego & pater unum sumus. Et ego ab eo exiui, & ueni in hunc mundum. Quis est qui inter has patris & filij uoces medius se discussor interserat, & deitatẽ diuidat, affectũ seperet, substantiã rumpat, spiritum secet, neget esse uerũ, quod ueritas dicit? Est ergo deus pater uerus, tanc̃ ueritatis pater, nõ extrinsecus creans, sed ex
B eo quod ipse est filium generans: id est, quia sapiẽs sapientiam, quia iustus iusticiam, quia sempiternus sempiternum, quia immortalis immortalem, quia inuisibilis inuisibilem, quia lux splẽdorem, quia mens uerbum. Quod autem diximus orientis ecclesias tradere, unum uerum deũ patrem omnipotentem, & unum dominum: hoc non intelligendum est unũ numero dici, sed uniuersitate. Verbi gratia: Si quis dicat unum hominem, aut unum equum: hic unum pro numero posuit, potest enim & alius homo esse & tertius uel equus. Vbi autem alius uel tertius non potest iungi: unus si dicatur, non unitatis, sed uniuersitatis est nomen. Vt si exempli causa dicamus, unum solem: hic unus ita dicitur, ut uel alius, uel tertius addi non possit: unus est em̃ sol: multomagis ergo deus cum unus dicitur, unus non numeri, sed uniuersitatis uocabulo nuncupatur: id est, qui propterea unus dicitur, quod alius non sit. Similiter & de dño accipiendum est, quod unus sit dominus Iesus Christus per quem deus pater dominatum omniũ tenet. Vnde & sequens sermo omnipotentem pronunciat deum. Omnipotẽs autem ab eo dicitur, quod omnium teneat potentatum. Tenet autem omnia pater per filiũ, sicut & Apostolus dicit: Quia per ipsum creata sunt omnia uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Et iterum ad Hebræos scribens dicit: Quia per ipsum sæcula instituit, & ip̃m constituit hæredem uniuersorum. Quod si per ipsum sæcula instituit pater, & per ipsum creata sunt omnia, & ipse est hæres omniũ: per ipsum ergo & potentatũ omniũ tenet. Quia sicut lux de luce, & ueritas de ueritate, ita de omnipotente omnipotens natus est: ut in Apocalypsi Iohannis scriptum est: Et requiem nõ habebãt die ac nocte, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, qui erat, & qui est, & qui uenturus est omnipotens. Omnipotens ergo dicit̃, qui uenturus est: & quis est alius qui uenturus est, nisi Christus filius dei? His additur inuisibilem & impassibilem. Sciendum quod duo isti sermones in ecclesiæ Romanæ symbolo non habentur. Constat autem apud nos additos, hæreseos causa Sabellij illius profecto, quæ a nostris patripassiana appellatur: id est, quæ & patrem ipsum, uel ex uirgine natum dicit & uisibilem factum esse uel passum affirmat in carne. Vt ergo excluderetur talis impietas de patre, uidentur hæc addidisse maiores, & inuisibilem patrem atq; impassibilem dixisse. Constat em̃ filium, nõ patrem incarnatum, & ex carne natum: & ex natiuitate carnis, filium uisibilẽ

& passibilem

C & passibilem factum. Quantum autem spectat ad illam deitatis immortalem substantiã, quæ una ei eademq; cum patre est: ibi neq; pater, neq; filius, neq; spiritus sanctus uisibilis, aut passibilis creditꝰ. Secũdũ dignationẽ uero carnis assumptæ, filius uisus & passus est in carne. Quod & propheta prædixerat ubi ait: Hic deus noster, non reputabitur alter ad eũ: qui inuenit omnẽ uiam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: post hæc in terris uisus est: & inter homines conuersatus est. Sequitur post hoc. Et in Iesum Christum, unicum filium eius dñm nostrũ. Iesus hebræi uocabuli est nomẽ, quod apud nos saluator dicitꝰ. Christus a chrisma te, id est ab unctione appellatur. Legimus em̃ in libris Moysi, quod Auses Nauæ filius cum electus esset dux populi, cõmutato nomine de Ause Iesus cognominatus sit: quo scilicet ostenderetur hoc esse nomen, quod principibus & ducibus conueniret, his dũtaxat qui salutem sequentibus se populis darent. Itaq; & ille Iesus appellatus est, qui eductum de terra Aegypti populũ, & de erroribus eremi liberatum in terram repromissionis induxit. Et hic Iesus, qui populum de ignorãtiæ tenebris eductũ, & de mũdi erroribus reuocatũ, introduxit ad regna cœlorũ. Christus quoq; uel põtificale uel regiũ nomẽ est. Nã prius & pontifices unguẽto chrismatis cõsecrabantꝰ & reges. Sed illi ueluti mortales & corruptibiles, unguẽto materiæ corruptibilis ungebãtꝰ: hic uero sancto spiritu punctꝰ Christꝰ efficitꝰ, sicut scriptura de eo dicit: Quẽ unxit pater spũ sancto misso de cœlis. Et Esaias præfigurauerat, dicens ex persona filij: Spiritus dñi super me ꝓpter quod unxit me, euangeliçare misit me pauperibus. Quia ergo ostẽdimus quid sit Iesus qui populum saluet, & quid sit Christus, qui pontifex factus sit in æternum: nunc ex consequentibus, de quo dicantur ista uideamus. Vnicum filium, inquit, eius dominum nostrum. Post hoc docet
D nos quia Iesus iste, de quo diximus, & Christus de quo exposuimus, unicus filius dei & noster dñs sit: ne forte putes quod humana ista uocabula terrenum te aliquid doceant: ideo subiũgit: Vnicum hunc esse filium dei dominũ nostrũ. Vnus em̃ de uno nascitur: quia & splendor unius est lucis, & unum est uerbum cordis: nec in numerum pluralem defluit incorporea generatio, nec in diuisionem cadit, ubi qui nascitur nequaq; a generante separatur. Vnicus est ut menti sensus, ut cordi uerbum, ut forti uirtus, ut sapientia sapienti. Nam sicut solus sapiens pater ab Apostolo dicitur: ita & solus filius sapientia nominatur. Vnicus ergo filius est, & cum sit gloria, sempiternitate, uirtute, regno, potestate hoc quod pater est, omnia tamen hæc non sine authore sunt patre, sed ex patre tanq; filius habet: cũq; sit ipse omnium caput, ipsius tamen caput pater est. Sic em̃ scriptum est: Quia caput Christi deus est. Filium sane cum audis, nolo generationẽ carnalis natiuitatis assumas, sed memento hoc de incorporea dici substantia & naturæ simplicis. Si em̃ (ut supra iam diximus) uel in eo quod cor generat uerbũ, uel mens sensum uel lux ex se parit splendorem, nihil horũ requiritur, nec ulla in tali generatione fragilitas cogitatur: quanto purius & sacratius de horum omnium creatore censendum est? Sed fortasse dicas: ista quam memoras insubstantiua est generatio, neq; em̃ lux substantiuum facit splendorem, aut cor substantiuum generat uerbum: filius autem dei substantialiter asseritur generatus. Ad hæc primo omnium illud dicimus, cum etiam in cæteris proferantur exempla, non per omnia tamen similitudinem seruare possunt rei illius cui præbere putantur exemplum: sed unius alicuius partis ꝓ qua uidentur assumpta, similitudinem tenent. Verbi gratia. Vt cum in euangelio dicitur: Simile est regnum cœlorum fermento quod abscondit mulier in farinæ mensuris tribus: Nunquid nam putabimus regnum cœlorum per omnia simile esse fermento, ut substantia illa ita palpabilis sit ac fragilis, ut & acida fieri possit & corrupta? Sed ad hoc solum exemplum istud uidetur assumi, ut ostenderetur ex parua prædicatione uerbi dei humanas mentes fidei fermento posse coalescere. Similiter & cum dicitur: Simile est regnum cœlorum reti misso in mare, quod ex omni genere piscium abstrahit. Et in hoc nunquid putandum est, quod naturæ lini, quo rete operamur, ac nodis quibus maculæ nectũtur, regni cœlorum substantia per omnia conferatur? Sed ad hoc solum uidetur assumpta comparatio, ut ostenderetur, quia sicut rete de profundo maris pisces adducit ad littus, ita de profundo sæculi huius errore, humanæ animæ regni cœlorũ prædicatione liberantur. Ex quibus constat exempla non in omnibus his, quorũ exempla sunt esse similia. Alioquin si eadem essent omnia: iam non exempla dicerentur, sed ipsæ potius res,

de quibus

A de quibus agitur,uiderentur.Deinde etiam illud dicendū est, quod nulla creatura talis esse po/
test qualis creator eius:& ideo sicut sine exēplo est diuina substantia: ita & sine exēplo est diui/
nitas. Tum etiam illud addimus:quia omnis creatura ex nihilo est. Si ergo insubstantiua scin-
tilla quæ ignis est,ex se creaturam quæ ex nihilo facta est gignit: & conditionem in hoc seruat
originis suæ:cur illius æternæ lucis substantia, quæ semper fuit, quia insubstantiuum in se nihil
habuit,insubstantiuum ex se splendorem proferre nō potuit. Et ideo recte unicus dicitur filius.
Vnicus enim & solus est qui ita natus est:nec comparationem aliquā potest habere quod uni/
cum est:nec similitudinem in substantia cum facturis suis habere potest ille,qui factor est om-
nium. Nic est ergo Christus Iesus unicus filius dei,qui est & dominus noster. Vnicus,& ad filiū
referri & ad dominū potest. Vnicus est ēm & uere filius,& unus dominus Iesus Christus. Cæte
ri quippe filij,licet filij dicantur:adoptionis tamen gratia dicuntur non ueritate naturæ.Et si di/
cuntur alij domini,concessa tamen non ingenita potestate dicuntur. Nic uero solus est unicus
filius,& solus unicus dominus:sicut & Apostolus ait:Et unus dominus Iesus Christus,per quē
omnia. Ideo postea cū propositus ordo fidei, ineffabile sacramentum filij de natiuitate patris
exposuit: nunc ad humanæ salutis dignationem dispēsationemq; descendit:Et hunc quem su/
pra dixit unicum filium dei,& dominum nostrum,nunc dicit:Qui natus est de spiritu sancto ex
Maria uirgine. Næc iam inter homines dispēsationis natiuitas est, illa diuinæ substantiæ:hæc
dignationis est,illa naturæ. De spiritu sancto ex uirgine nascitur:& iam in hoc loco mundior au
ditus requiritur & purior sensus. Nunc ēm quē dudū de patre natū ineffabiliter didicisti : huic
a spiritu sancto templum fabricatum intra secreta uteri uirginalis intellige:& sicut in sanctifica/
tione sancti spiritus,nulla sentienda est fragilitas:ita & in partu uirginis nulla intelligenda est
corruptio. Nouus ēm huic sæculo datus est hic partus:nec immerito. Qui ēm in cœlis unicus fi/
lius est,consequenter & in terra unicus est,& unice nascitur. Nota sunt omnibus & in euāgelijs
decantata de hoc scripta prophetarū quæ dicunt:Quod uirgo concipiet & pariet filium. Sed &
partus ipsius mirabilem modum Ezechiel propheta ante formauerat:Mariam figuraliter por-
tam domini nominans,per quam scilicet dominus ingressus est mundū. Dicit ergo hoc modo:
B Porta aūt quæ respicit ad orientem clausa erit: & nō aperietur,& nemo transibit per eam, quo/
niam dominus deus Israel transibit per eam,& clausa erit. Quid tam euidens de conseruatione
uirginis dici poterat? Clausa fuit in ea uirginitatis porta : per ipsam intrauit dñs deus Israel:
per ipam in hunc mundū de utero uirginis,pcessit:& in æternū porta uirginis clausa,seruata uir
ginitate permansit. Igitur sanctus spiritus refertur dominicæ carnis,& templi eius creator. Inci-
pe iam hinc intelligere etiam spiritus sancti maiestatem. Contestatur ēm & euangelicus sermo
de ipso : quod cum loquenti angelo ad uirginem & dicenti:Quia paries filium, & uocabis no/
men eius Iesum : Nic ēm saluum faciet populum a peccatis suis: illā respōdisse: Quomodo fiet
istud,quoniā uirū non cognosco:& dixerit angelus ei: Spiritus sanctus ueniet super te,& uirtus
altissimi obumbrabit tibi:& ideo quod nascetur ex te sanctum,uocabitur filius dei. Vide ergo
cooperantem sibijnuicem trinitatem. Spiritus sanctus uenire dicitur super uirginem,& uirtus al
tissimi obumbrare ei. Quæ est autem uirtus altissimi,nisi ipse Christus,qui est dei uirtus & dei
sapientia? Cuius autem hæc uirtus est? Altissimi inquit. Adest ergo altissimus,adest & uirtus al
tissimi:adest & spiritus sanctus. Hæc est trinitas ubiq; latens,& ubiq; apparens,uocabulis pso/
nisq; discreta,inseparabilis uero substantia deitatis:& cūius solus filius nascatur ex uirgine: ad/
est tamen & altissimus:adest & spiritus sanctus,ut & conceptus uirginis sanctificetur & partus.
Verum hæc quia ex scripturis propheticis asseruntur,possunt forte Iudæos cūius sint infideles
& increduli confutare. Sed pagani solent irridere nos cum audiunt prædicari a nobis uirginis
partū:propter quod paucis eorū obtrectationibus respondendū est. Dis partus ex trib9ut opi
nor cōstat,si adultæ ætatis sit fœmina,si uirū adeat, si nō sit illius uulua uitio sterilitatis occlusa.
Ex his tribus in hoc partu quē prædicamus unū defuit:uir scilicet:& hanc partē(quia qui nasce-
batur non erat terrenus homo,sed cœlestis)per spiritum cœlestē dicimus salua uirginis incor/
ruptione completam. Et tamen quid mirum uidetur,si uirgo conceperit,cū orientis auem quē
Phœnicem uocant,intantum sine coniuge nasci uel renasci constet,ut semper una sit,& semper

C sibi ipsi,nascendo uel renascendo succedat? Apes certe nescire coniugia,nec fœtus nixibus ædere,omnibus palam est.Sed & alia nonnulla deprehenduntur sub huiuscemodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile uidebitur diuina uirtute ad totius mundi reintegrationem factum, cuius exempla etiam in animalium natiuitate cernuntur? Et tamen mirandum est,cur hoc gentilibus impossibile uideatur,qui credunt Mineruam suam de cerebro Iouis natam. Quid ad credendum difficilius,aut quid magis contra naturã est. Hic fœmina est,hic naturæ ordo seruatur, hic conceptus,hic partus temporibus suis æditur: ibi nusq; fœmineus sexus,sed uir solus & partus. Qui illa credit,cur ista miratur? Sed & Liberũ patrẽ dicũt de femore eiꝰ natũ.Ecce aliud portenti genus, & tamen creditur. Venerem quoq;, quam Aphroditen uocãt,de spuma maris,sicut & omnis eius compositio ostendit, credũt esse progenitam.De ouo natũ Castorem Pollucemq; cõfirmant :& ex formica Myrmidones. Et alia mille sunt, quæ q̃uis contra naturã rerũ uenientia,ipsis tamẽ sunt uisa credibilia:ut Deucalionis & Pyrrhæ lapides iactos:& hominũ ex his segetem natam. Et cum hæc tot & talia figmẽta crediderint,unum eis impossibile uidetur,quod adolescens fœmina,diuinum germen,non hominis uitio,sed deo spirante conceperit.Qui utiq; si ad credendum difficiles sunt:illis tot & tam turpibus monstris, fidem nequaq̃ cõmodare debuerant.Si uero faciles sunt ad credendum:multo promptius hæc nostra tam honesta, & tam sancta recipere, q̃ illa tam indigna , & tam fœda credere debuissent. Sed dicunt fortassis, quia possibile si fuerat deo ut uirgo conciperet , possibile etiam fuerat ut pareret: sed indignum eis uideri, ut tanta illa maiestas per genitales fœminæ trãsiret egressus: ubi q̃uis nulla fuerit ex uiri cõmixtione contagio:fuit tamen ipsius puerperij obscœnæ attrectatiõis iniuria.Pro quo paulisper eis secundum sensum suum respondeamus.Si quis uideat paruulũ in profundo cœni necari,& ipse cum sit uir magnus & potens,extremus(ut ita dixerim)ingrediatur cœnum ut paruulum liberet morientem,pollutus ne a te accusabitur hic uir,qui paululũ calcauerit luti: an ut misericors laudabitur,quod uitam contulerit morituro? Sed hæc etiam de cõmuni homine dicta sint. Redeamus nunc ad naturam eius qui natus est. Quantum putas natura solis illo inferior
D est? quantum creatura sine dubio creatore.Intuere nunc si solis radius in cœni alicuius uoragine demittatur,nũquid nam aliquid inde pollutionis acquirit? aut obscœnorum illustratio,solis ducit in iniuriam? Ignis quoq; quãto natura est inferior his de quibus sermo est:& nulla materia,uel obscœna,uel turpis adhibita ei,ignem polluisse creditur? Cum hæcita esse in rebus materialibus constet:tu in illa supereminenti & incorporea natura,quæ super omnem ignẽ, & super omne lumen est,pollutionis aliquid putas ac obscœnitatis incidere? Tũc deinde etiam ad illud aduerte.Nos hominem a deo creatum de terræ limo dicimus. Q d' si obscœnitas deo reputatur opus suum requirenti,multomagis ei reputabitur opus istud ab initio fabricanti. Et superfluũ est dicere cur per obscœna transierit, cum non possis dicere,cur obscœna condiderit.Et ideo obscœna hæc esse,non natura,sed obseruãtia docuit. Cæterum omnia quæ sunt in corpore,ex uno eodemq; luto formata,usibus tantum & officijs naturalibus distinguuntur.Sed ne illud quidẽ absolutione uacare huius quæstionis omittamus:quod substãtia dei quæ omnino est incorporea, inseri corporibus uel capi ab eis principaliter non potest,nisi aliqua sit media substãtia spiritalis,quæ capax diuini spiritus possit esse. Verbi gratia:ut si dicamus,lux oĩa quidẽ mẽbra corporis illustrare potest,a nullo tamen eorũ nisi a solo oculo capi potest,Solus est eñ oculus qui capax est lucis.Et filius ergo dei nascitur ex uirgine,non principaliter soli carni sociatus, sed in anima inter carnem deumq; media generatur. Anima ergo media & in secreta rationabilis spiritus arce uerbũ dei capiente,absq; ulla quã suspicaris iniuria deus est natus ex uirgine.Et ideo nihil ibi turpe putandũ est, ubi sanctificatio spiritus inerat:& anima quæ erat dei capax,particeps fiebat etiã carnis.Nihil ibi dicas impossibile,ubi aderat uirtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites,ubi plenitudo inerat diuinitatis.Crucifixus sub Pontio Pilato & sepultus, descendit ad inferna.Docet Apostolus Paulus illuminatos esse debere oculos cordis nostri,ad intelligendum quæ sit altitudo diuinitatis,latitudo & profundũ.Altitudo ergo & latitudo & profundũ,descriptio crucis est:cuius eam partem quæ in terra defixa est,profundũ appellauit.Altidinem uero illã quæ super terram porrecta sublimis erigit.Latitudinẽ quoq; illã,quæ distenta

in dexterã

A in dexterâ leuamq; manus protenditur. Cũ ergo tot ſpecies mortis ſint, quibus de hac uita exitus dari hominibus ſolet: quid uult nos Apoſtolus illuminato corde ſcire rationem: cur ex his omnibus crucis potius ſpecies ad mortem delecta ſit ſaluatoris? Vnde ſciendum eſt, quod crux iſta triũphus erat. Trophæum em̃ inſigne: Triumphus autem deuicti hoſtis indiciũ eſt. Quia ergo adueniens Chriſtus, ſicut Apoſtolus dicit, tria pariter ſibi regna ſubiecit, hoc enim indicat ubi ait: Quia in nomine Ieſu om̃e genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum: & hæc oia ſua morte uincebat. Conueniens myſterio mors quæſita eſt, ut in aere ſublimatus & aeris ſubiugãs poteſtates, uictoriã de his ſupernis & cœleſtibus traderet. Expanſas autẽ manus tota die, ſanctus propheta dicit eum tenere ad populũ qui eſt in terra, ut incredulos cõteſtaretur, & inuitaret credẽtes. Ea uero parte qua ſub terram demergitur, inferni ſibi regna ſubiiceret. Etem̃ (ut breuiter aliqua etiã de ſecretioribus perſtringamus) ab initio deus cũ feciſſet mundũ, præfecit ei & p̃poſuit quaſdã uirtutũ cœleſtiũ poteſtates, qbus regeret & diſpenſaretur mortaliũ genus. Quod ita factũ Moyſes indicat in Deuteronomĩ cantico, ubi dicit: Cũ diuideret excelſus gentes, ſtatuit terminos gentiũ ſecundũ numerum angelorum dei. Sed & horũ nõnulli, ſicut & ipſe qui princeps appellatus eſt mundi, datam ſibi a deo poteſtatem, non his quibus acceperãt legibus tẽperarunt: nec humanũ genus diuinis obedire p̃ceptis, ſed ſuis parere p̃uaricationibus docuerũt: & hinc aduerſus nos peccatorũ chirographa ſcripta ſunt: quia ut ꝓpheta dicit: Peccatis noſtris uenundati ſumus. Precium nanq; animæ ſuæ unuſquiſq; conſequitur, cum concupiſcentiæ ſatiſfecerit. Per iſtud ergo unuſquiſq; chirographum illis rectoribus peſſimis tenebatur: quod Chriſtus detraxit adueniens, & hac eos poteſtate denudauit. Idq; ſub ingenti myſterio Paulus indicat cum dicit deo eo: Delens quod aduerſus nos erat chirographum, & affigens illud cruci ſuæ, traducit principatus & poteſtates, triumphans eos in ſemetipſo. Rectores ergo illi quos humano generi præfecerat deus, in tyrannidis contumaciam uerſi, impugnare cõmiſ-
B ſos ſibi homines aggreſſi ſunt, & peccati prelĩjs debellare: ſicut Ezechiel propheta myſticis deſignat æloquijs, cum dicit: In illa die procedent angeli feſtinãtes exterminare æthiopiam: eritq; inter eos perturbatio in die Aegypti, quoniam rectitudo uenit. Ergo omni potentia eorum nudata, Chriſtus dicitur triumphaſſe, ablatãq; ab eis poteſtatem hominibus tradidiſſe: ſicut ad diſcipulos ſuos dicit ipſe in euangelio: Ecce dedi uobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones & ſup oẽm uirtutẽ inimici. Illos itaq; q accepta poteſtate male abuſi ſunt, ſubiectis quõdã ſuis ſubiecit crux Chriſti. Nos uero, hoc eſt humanũ gen⁹ edocet primo omniũ uſq; ad mortem reſiſtere aduerſus peccatum, & libenter interitũ pro pietate ſuſcipere. Tunc deinde obedientiæ nobis in hac eadẽ cruce proponit exemplum, ſicut in illis qui aliquando rectores noſtri fuerant poſuit contumaciæ pœnas. Audi ergo quomodo Apoſtolus uult per crucem Chriſti obediẽtiam nos docere. Hoc, inquit, ſentite in uobis quod in Chriſto Ieſu: qui cũ in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu repertus ut homo, factus eſt obediens uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Quia ergo ille magnus magiſter eſt qui fecerit & docuerit: ideo quæ prius etiam ſuſcepta morte ſeruanda docuit, ipſe hæc primus moriendo ſeruauit. Sed fortaſſe terreãt aliquis in huiuſcemodi doctrina, quod quẽ paulo ante cũ deo patre diximus ſempiternum ac de eius ſubſtantia eſſe progenitum, quẽq; regno, maieſtate, æternitate, unum cum deo patre eſſe docuimus: nũc de eius morte tractamus. Sed nolo terrearis o fidelis auditor: paulo poſt iſtum quẽ audis mortuũ, rurſum immortalem uidebis. Mors em̃ ab eo, mortem ſpoliatura ſuſcipiẽt. Nam ſacramentũ illud ſuſceptæ carnis, quod ſupra expoſuimus hanc habet cauſam: ut diuina filĩj dei uirt⁹ uelut hamus quidã, habitu humanæ carnis obtect⁹, & ſicut apoſtolus Paulus ante dixit habitu inuentus ut homo, principem mũdi inuitare poſſit ad agonem: cui ipſe carnẽ ſuam uelut eſcam tradens, hamo eũ diuinitatis intrinſecus teneret inſertus ex profuſione immaculati ſanguinis. Solus enim qui peccati maculam neſcit, omnium peccata deleuit: eorũ dũtaxat, qui ſanguine eius poſtes fidei ſuæ ſignaſſent. Sicut ergo hamum eſca contectũ ſi piſcis rapiat, nõ modo eſcam ab hamo nõ remouet, ſed & ipſe de ꝓfundo eſca alĩjs futurus edu-

C citur:ita & is qui habebat mortis imperium,rapuit quidem in morte corpus Ieſu, non ſentiens in eo hamum diuinitatis incluſum: ſed ubi deuorauit, hæſit ipſe continuo:& diruptis inferni clauſtris, uelut de profũdo extractus trahit᷑, ut eſca cæteris fiat.Quod ita futurum ſub hac eadẽ figura Eçechiel dudum propheta ſignificauerat,dicens: Et extraham te in hamo meo & extendã te ſuper terram. Campi implebuntur de te,& conſtituam ſuper te omnes uolucres cœli,& ſaturabo ex te oẽs beſtias terræ.Sed &,ppheta Dauid dicit: Dedit eũ in eſcam populis Aethiopum.Et Iob de eodem myſterio ſimiliter proteſtatur:ait eñ ex perſona domini loquẽtis ad ſe: Aut adducis draconẽ in hamo, aut ponis capiſtrum circa nares eius. Nõ ergo damno aliquo, aut iniuria diuinitatis Chriſtus in carne patitur: ſed ut per infirmitatem carnis operaretur ſalutem,diuina natura in mortem deſcendit:non ut lege mortalium detineretur a morte,ſed ut per ſeſe reſurrecturus ianuas mortis aperiret: Velut ſi quis rex pergat ad carcerẽ, & ingreſſus aperiat ianuas,reſoluat catenas,uincula,feras & clauſtra cõminuat,& educat uinctos in remiſſionẽ, & eos qui ſedent in tenebris & in umbra mortis,luci ac uitæ reſtituat: dicit᷑ ergo rex fuiſſe quidem in carcere:non tamen ea conditiõe qua fuerant cæteri qui tenebantur in carcere:ſed illi quidem,ut pœnas ſoluerent,hic uero ut abſolueret pœnas.Cautiſſime autem qui ſymbolum tradiderunt:etiam tempus quo hæc ſub Pontio Pilato geſta ſunt deſignarunt, ne ex aliqua parte uelut uaga & incerta geſtorum traditio uacillaret. Sciendum ſane eſt, quod in eccleſiæ Romanæ ſymbolo,non habetur additum:Deſcendit ad inferna, ſed neq; in orientis eccleſijs habetur hic ſermo: uis tamen uerbi eadem uidetur eſſe in eo quod ſepultus dicitur.Sed quoniam erga ſcripturas tibi diuinas amor & ſtudium ſubiacet, ſine dubio dicis mihi,oportere hæc magis euidẽtibus diuinæ ſcripturæ teſtimonijs approbari:Quanto eñ maiora ſunt quæ credenda ſunt,tanto idoneis magis & indubitatis teſtibus indigent. Vera quippe eſt & conſequens hæc propoſitio. Sed nos tanc̃q; ſcientibus legem loquentes,teſtimoniorum ſyluam breuitatis cauſa derelinquimus. Pauca tamen ex multis etiam ſi hoc requiritur adhibeamus, ſcientes ſtudioſis quibuſq; in ſcripturis diuinis latiſſimum teſtimoniorum pelagus patere.Primo ergo omniũ ſcien
D dum eſt,quod ipſa ratio crucis non omnibus una eademq; eſt:ſed aliud gentibus,aliud iudæis, aliud credentibus ſapit:ſicut & Apoſtolus dicit: Nos autem Chriſtum prædicamus crucifixũ: Iudæis quidem ſcandalum,gentibus autem ſtulticiam, ipſis uocatis Iudæis & Græcis,Chriſtũ dei uirtutem & dei ſapiẽtiam.Et alibi: Verbum eñ crucis pereuntibus ſtultitia eſt: his uero qui ſalui fiũt, id eſt nobis uirtus dei eſt. Iudæi autẽ quibus ex lege traditũ fuerat,Chriſtũ in æternũ manſurũ,ſcandalũ patiebantur de carne eius,quia reſurrectionẽ eius recipere noluerũt. Gentibus aũt ſtultitia uidebat᷑ deũ mortẽ ſuſcepiſſe, quia ignorabãt myſteriũ carnis aſſumptæ.Fideles uero qui & natũ & paſſum in carne ſuſceperant, & a mortuis reſurrexiſſe,merito uirtutẽ dei credebãt eſſe, quæ uicerat mortẽ.Primo ergo hoc ipſum quod Iudæi quibus ,pphetæ hæc prædixerant non eſſent credituri, ſed illi qui nunc̃q; hæc a prophetis audierant:audi quomodo per Eſaiam prophetico ſermone ſignatur:Quibus non eſt,inquit,annunciatum de eo uidebunt, & qui non audierunt intelligent.Quod autem his qui meditabantur legem dei,a pueritia uſq; in ſenectutem non credentibus, ad gentes eſſet omne myſterium tranſferendũ: idem Eſaias hoc modo prædicit:Et faciet,inquit,dominus deus ſabaoth omnibus gentibus,in monte iſto bibẽt lætitiam,bibent uinum,unguentur unguento in monte iſto. Tradet hæc omnia gentibus: hoc eñ conſilium omnipotentis ſuper omnes gentes. Sed dicent fortaſſe nobis illi qui ſe iactant in ſcientia legis:blaſphematis,qui dicitis dñm corruptioni morti & paſſioni crucis fuiſſe ſubiectũ: Legite ergo quod ſcriptum habetis in lamentationibus Nieremiæ,ubi dicit: Spiritus uultus noſtri Chriſtus dñs comprehenſus eſt in corruptionibus noſtris: in quo diximus, ſub umbra eius uiuemus in gentibus.Audis quomodo propheta Chriſtum dñm comprehenſum eſſe dicit,& pro nobis:id eſt,pro peccatis noſtris corruptioni traditum: in cuius umbra(quoniam populus ille Iudæorum permanſit incredulus)gentilem ſubiectũ eſſe dicit:quia uiuimus nõ in Iſrael,ſed in gentibus.Quod ſi operoſum non uidetur,c̃q; poſſumus breuiter ſingula quæ in euangelijs referuntur,qualiter in prophetis prædicta ſint deſignemus: ut hi qui prima fidei elementa ſuſci-

piunt

A piunt,teſtimonia hæc habeant in corde deſcripta:ne ulla eis unq̃ de his quæ credunt,ambigui/
tas inimica ſurripiat.Edocemur per euangelium:quod Iudas unus de amicis & cõuiuis Chriſti
tradiderit eum.Audi hoc quomodo prænuncietur in pſalmis: Qui manducauit, inquit, panes
meos,ampliauit aduerſum me ſupplantationem.Et alibi:Amici,inquit,mei & proximi mei ad/
uerſum me appropinquauerũt & ſteterũt. Et iterũ:Molliti ſunt ſermones eius ſup oleũ: & ipſi
erũt iacula. Vis audire quomodo molliti ſunt? Venit,inquit,Iudas ad Ieſum,& dixit ei: Aue ra
bi,& oſculatus eſt eũ.Per molle igitur oſculi blandimentũ,execrabile iaculum proditionis infi/
xit. Vnde dominus ad eum dixit:Iuda,oſculo filium hominis tradis? Triginta argenteis audis
eum appreciatum eſſe cupiditate proditoris. Audi & de hoc propheticam uocem: Et dixi,
inquit, ad eos: Si bonum eſt in conſpectu ueſtro date mercedem meam, aut abnuite. Et poſt
hæc: Et accepi,inquit,triginta argenteos, & miſi eos in domum domini in conflatorium. Non/
ne hoc eſt quod in euangelijs ſcribitur: Quia Iudas pœnitẽtia ductus reportauit pecuniam,&
proiecit eã in templo,& diſceſſit? Bene autem mercedem ſuam dixit,uelut imputantis & expro/
brantis affectu: etenim tam multa bona opera apud eos egerat, cæcos illuminauerat, clau/
dis pedes,paralyticis greſſum, mortuis quoq; reddiderat uitã. Pro his igitur omnibus bonis,
mercedem ei reſtituunt mortem, triginta argenteorum æſtimatione penſatam. Refertur item
in euangelijs, quod uinctus eſt: prædixit hoc ſermo propheticus per Eſaiam, dicens: Væ ani/
mæ eorum qui cogitauerunt cogitationem peſſimam aduerſum ſemetipſos, dicentes: Alli/
gemus iuſtum quia inutilis eſt nobis. Sed dicit aliquis: Nunquid hæc de domino intelligen/
da ſunt? Nunquid dominus ab hominibus teneri poterat, & ad iudicium pertrahi? Et de hoc
te idem propheta conuincet: Dicit enim his uerbis: Dominus in iudicium ueniet cum ſenio/
ribus & principibus populi. Iudicatur ergo dominus ſecũdum prophetæ teſtimonium,& non
ſolum iudicatur:ſed etiam flagellis cæditur,& palmis in faciem uerberatur,& cõſpuitur, & om/
ne pro nobis perfert opprobrium indignitatis. Et quia hæc ſtupeſcenda erant omnibus cũ præ
dicarentur ab apoſtolis:idcirco etiam ex perſona ipſorum propheta exclamat & dicit: Domi/
ne quis credidit auditui noſtro? Incredibile em̃ eſt, ut deus dei filius paſſus iſta dicat & prædi-
B ceturergo & prædicũtur per prophetas,ne qua credituris dubitatio naſceretur.Ipſe ergo ex ſua
perſona Chriſtus dominus dicit: Dorſum meum dedi ad flagella,& maxillas meas ad palmas,
& faciem meã nõ auerti a cõfuſione ſputorum. Scribitur etiã illud inter cæteras eius paſſiones,
quod alligantes eum duxerunt ad Pilatum. Præſignauit etiã hoc propheta,ubi dicit: Et alligan
tes adduxerunt eum xenium regi Iarim. Si obĳciat aliquis & dicat:ſed Pilatus non erat rex.Au/
di ergo quid in conſequentibus refert euangelium. Audiens, inquit, Pilatus eum eſſe de Ga/
lilæa,miſit eum ad Herodem, qui erat tunc rex in Iſrael. Et bene addit nomen Iarim,quod eſt
ſylueſter. Non enim erat Herodes de domo Iſrael,nec de illa uinea Iſraelitica,quam eduxerat
dominus de Aegypto & plantauerat in cornu in loco uberi:ſed erat ſylueſter:id eſt,ex ſylua alie
nigenarũ:& ideo recte ſylueſter eſt appellatus, quia de Iſraeliticæ uitis nequaq̃ palmitibus pul
lulaſſet.Sed ad hoc quod dicit propheta xenium, conuenienter aptauit. Tunc em̃ Herodes &
Pilatus(ut euangelium teſtatur)ex inimicis in concordiam reuocati ſunt:& uelut reconciliatio/
nis ſuæ xenium,iuſtum ſibĳnuicem mittebant Ieſum. Quid intereſt dummodo Ieſus ut ſalua/
tor diſſidentes reconciliet, & pacem reparet,ac etiam concordiam reddat? Vnde etiam de hoc
ſcriptum eſt in Iob: Dominus reconciliat corda principum terræ. Refertur item quod cum Pi/
latus uellet eum dimittere,omnis populus ſuclamauerit: Crucifige,crucifige eum. Prænunciat
hoc quoq; Hieremias propheta, dicens ex perſona domini ipſius: Facta eſt, inquit, hæreditas
mea mihi ſicut leo in ſylua:dedit ſuper me uocem ſuã,propterea exoſus ſum eam:& propterea,
inquit,dereliqui domum meam. Et iterũ alibi dicit: Supra quem aperuiſtis os ueſtrũ,& aduer/
ſus quem relaxaſtis linguas ueſtras? Cum iudicaretur ſcribitur tacuiſſe. Multæ de hoc ſcripturæ
teſtantur. In pſalmis dicitur: Factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo
increpationes.Et iterum:Ego tanq̃ ſurdus non audiebam,& ſicut mutus non aperiens os ſuũ.

C Et iterum alius propheta dicit: Sicut agnus coram tondente se: sic non aperuit os suum, in humilitate iudicium eius sublatum est. Imposita ei scribitur corona spinea. Audi de hoc in Cãticis canticorum, super iniquitatem Hierusalem mirantis de iniuria filij, dei patris uocem dicentis: Exite & uidete filiæ Hierusalem coronam qua coronauit eum mater sua. Sed & de spinis ita alius propheta cõmemorat: Et expectaui ut faceret uuam, fecit autem spinas & non iusticiam, sed clamorem. Veruntamen ut mysterij secreta cognoscas: oportebat eum qui peccata mundi uenit auferre, etiam terræ maledicta purgare, quæ peccante protoplasto sententiam prævaricatiõis acceperat, dicẽte domino: Maledicta terra in operibus suis, spinas & tribulos producet tibi. Propterea ergo spinis coronatur Iesus, ut prima illa condemnationis sententia solueretur. Ad crucem ducitur, & in ligno totius mundi uita suspenditur. Vis & de hoc propheticis testimonijs confirmari? Audi Hieremiam dicentem de hoc: Venite & inijciamus lignum in panem eius, & conteramus eum de terra uiuentium. Et iterum Moyses deflens eos dicit: Et erit uita suspensa ante oculos tuos, & timebis per diem & noctem, & non credes uitæ tuæ. Sed transcurrendum nobis est: iam enim propositæ breuitatis modum excedimus, & breuiatum sermonem longa disertione distendimus: pauca tamen addemus, ne penitus quod cœpimus prætermisse uideamur. Scribitur Iesus in latere percussus, aquam simul & sanguinem profudisse. Hoc quippe mysticum est, ipse enim dixerat: Quia flumina de uentre eius procedent aquæ uiuæ. Sed produxit & sanguinem, quem petierunt Iudæi uenire super se & super filios suos. Produxit etiam aquam quæ credentes diluat: produxit & sanguinem, qui condemnet incredulos. Potest tamen etiam intelligi illud quod duplicem gratiam baptismi figurauerit: Vnam quæ datur per aquam baptismi, aliam quæ per mysterium profusionis sanguinis quæritur: utrũq; enim baptismum nominatur. Quod & si hoc quæris cur non ex alio membro, sed ex latere potius produxisse dicatur aquam & sanguinem? Videtur mihi per costam mulier indicari. Quia ergo fons peccati & mortis de muliere prima, quæ fuit primi Adam costa processit: fons redemptionis ac uitæ de secundi Adam costa producitur. Scriptum est quod in passione eius ab ho-
D ra sexta usq; ad horam nonam tenebræ factæ sunt. Accipe & de hoc prophetæ testimonium, dicentis: Occidet tibi sol meridie. Et iterum Zacharias propheta: In illa, inquit, die non erit lux: frigus & pruina erit uno die: & dies illa nota domino, & neq; dies, neq; nox: & ad uesperam erit lux. Quid tam euidens a propheta dici poterat: ut iam tum hæc non tam futura prædici q̃ narrari preterita uideantur? Et frigus & pruinam prædixit: propterea em̃ Petrus calefaciebat se ad ignẽ, quia frigus erat: & patiebat frigus non solũ tẽporis, sed & fidei. Addit etiam, & dies illa nota domino, & neq; dies neq; nox. Quid est neq; dies, neq; nox? nonne aperte de insertis diei tenebris, & reuocata rursum luce disseruit? Non fuit illa dies, neq; enim incepit ab ortu solis. Neq; integra nox fuit, non enim peracto diei cursu, spatia sibi debita, uel ab initio suscepit, uel ad ultimum determinata perduxit, sed fugata per impiorum facinus lux reparatur ad uesperam: Post horam enim nonam depulsis tenebris sol redditur mundo. Et iterum alius de hoc ipso testimoniũ dicit: Et obscurabit̃ super terrã in die lux. Docet euangelij prædicatio quod etiã milites diuiserunt sibi uestimenta Iesu, & super tunicam eius miserunt sortem. Hoc etiam curæ fuit spiritui sancto, pphetarũ uocibus protestari cũ Dauid dicit: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & sup uestem meã miserunt sortem. Sed ne de illa quidem ueste quam dicunt̃ milites illudentes induisse eum: id est, de ueste coccinea prophetæ siluerunt. Audi enim quid dicat Esaias: Quis est hic qui uenit de Edom, rubor uestimẽtorum eius ex Bosra? Quare rubicunda sunt uestimenta tua, & indumentũ tuũ tã q̃ in torculari calcatum? Vnde & ipse respondit: Torcular calcaui solus filiæ sion. Solus est qui peccatum non fecit & abstulit peccata mũdi. Si enim potuit per unũ hominẽ mors introire, quanto magis per unum hominem qui & deus erat potuit uita restitui? Refertur etiam quod aceto potatus sit, uel uino myrrhato quod est amarius felle. Audi quid de hoc propheta prædixerit: Et dederunt, inquit, in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Ad quæ respondẽs iam tũc Moyses dicebat de populo illo: Ex uineis Sodomorum,

uitis eorũ

A uitis eorum,& palmes eorum de Gomorris,uua eorum,uua fellis, & botrus amaritudinis ipsi/
us.Et iterum exprobrans eos dicit:Populus stultus & non sapiens hæc domino retribuisti?Sed
& in Canticis eadem prænunciantur, ubi etiam hortus, in quo crucifixus est designatur. Di/
cit ergo:Intraui in hortum meum soror mea, sponsa mea, & uindemiaui myrrham meam:ubi
euidenter uinum myrrhatum quo potatus est declarauit. Et spiritum post hæc scribitur red/
didisse.Prænunciatum fuerat & hoc per prophetam dicentem ex persona filij ad patrem: In
manus tuas commendo spiritum meum.Sepultus perhibetur,& lapis magnus appositus an/
te ostium monumenti. Accipe etiam de hoc quid propheticus per Hieremiam sermo præ/
dixerit: Mortificauerunt, inquit, in lacum uitam meam, & posuerunt lapidem super me. Eui/
dentissima hæc sepulturæ eius indicia, propheticis uocibus designata sunt. Accipe tamen &
alia.A conspectu,inquit,iniquitatis ablatus est iustus,& in pace est locus eius.Et alibi: Et dabo
malignos pro sepultura eius.Et item alius: Recubans dormiuit ut leo, & ut catulus leonis, quis
suscitabit eum?Sed etiam quod in infernum descendit,euidenter pronunciatur in psalmis,ubi
dicit:Et in puluerem mortis deduxisti me.Et iterum: Quæ utilitas in sanguine meo, dum de/
scendero in corruptionem?Et iterum: Descendi in limum profundi & non est substantia. Sed
& Iohannes dicit: Tu es qui uenturus es(in infernum sine dubio)an alium expectamus?Vnde
& Petrus dicit:quia Christus mortificatus carne,uiuificatus autem spiritu qui in ipso habitat,
eis qui in carcere concluſi erant descendit spiritibus prædicare, qui increduli fuere in diebus
Noe.In quo etiam quid operis in infernum egerit declaratur. Sed & ipse dominus per pro/
phetam dicit tanc̃ de futuro:Quia non derelinques animam meam in inferno,nec dabis san/
ctum tuum uidere corruptionem. Quod rursum prophetice nihilominus ostendit impletum,
cum dicit: Domine eduxisti animam meam ab inferno, saluasti me a descendentibus in la/
cum. Sequitur post hæc. Tertia die resurrexit a mortuis.Resurrectionis quippe gloria in
Christo clarificauit omne quod prius infirmum & fragile uidebatur. Si tibi pauloante non
putabatur esse possibile,usq; ad mortẽ uenisse immortalem:aspice nunc,quia qui deuicta mor
B te resurrexisse dicitur, non potest esse mortalis. Sed bonitatem in hoc intellige creatoris,
quia ille eousq; te sequendo descendit, usq;quo tu peccando deiectus es. Nec creatorem om/
nium deum impossibilitatis accuses: ut ibi putes opus eius caduco lapsu potuisse concludi,
quo ille salutem operaturus peruenire non posset. Inferna & superna nobis dicuntur, qui cer/
ta corporis circumscriptione concluſi, intra regionis præscriptæ nobis terminos continemur.
Deo autem qui ubiq; est, & nusq̃ deest, quid infernum est, aut quid supernum?Verumta/
men in assumptione corporis etiam ista complentur. Resuscitatur caro, quæ reposita fuerat
in sepulchro: ut adimpleretur illud quod dictum est per prophetam: Quia non dabis san/
ctum tuum uidere corruptionem.Rediit ergo uictor a mortuis, inferni spolia secum trahens.
Eduxit enim eos qui tenebantur a morte, sicut & ipse prædixerat, ubi ait: Cum exaltatus fue/
ro a terra,omnia ad me ipsum traham.Attestatur autem de hoc euangelium,cum dicit:Monu
menta aperta sunt,& multa corpora dormientium sanctorum resurrexerunt & apparuerunt
multis, & ingressi sunt in sanctam ciuitatem: sine dubio ingressi sunt ciuitatem, de qua Apo/
stolus dicit: Quæ autem sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater omnium nostrum.
Sicut & ad Hebræos iterum dicit:Decebat enim eum propter quem om̃ia,& per quem omnia,
qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum per passiones consumari. Igi/
tur consumatam passionibus carnem humanam, quæ in mortem ceciderat per protopla/
sti lapsum, resurrectionis uirtute reparatam, in dextera dei sedens in altissimis collocauit,ut
& Apostolus dicit: Qui simul excitauit nos, simulq; sedere fecit in cœlestibus. Hic enim erat
figulus, qui ut Hieremias propheta docet, uas de manu sua collapsum & confractum, rur/
sum eleuauit manibus suis, & reformauit,sicut placuit in conspectu eius. Placuit autem ita, ut
corpus quod mortale & corruptibile susceperat de sepulchri petra leuatum, & immortale

C atq; incorruptibile effectum, iam non in terrenis, sed in cœlestibus & patris dextera collocaret. Plenæ sunt his sacramentis scripturæ ueteris testamenti. Nullus super hoc propheta, nullus legislator, aut psalmographus siluit: sed omnis pene sacra de his pagina loquitur: & ideo superfluum uidetur immorari nos ad congreganda testimonia. Pauca tamen admodum ponemus: ad ipsos fontes diuinorum uoluminum remittentes eos, qui potare abundantius cupiunt. Dicit ergo statim in psalmis: Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, quoniam dominus suscepit me. Item in alio: Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Et alibi sicut iam superius diximus: Domine eduxisti de inferno animam meam, saluasti me a descendentibus in lacum. Et in alio loco: Quoniam conuersus uiuificasti me, & de abysso terræ iterum reduxisti me. Euidentissime in octogesimo septimo psalmo de eo dicitur: Et factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Non dixit homo, sed sicut homo: sicut homo em̃ erat q descẽderat in infernũ. Sed inter mortuos liber erat, quia a morte teneri nõ poterat. Et ideo in uno natura humanæ fragilitatis, in alio diuinæ maiestatis potestas ostendit. Osee aũt ꝓpheta etiã de tertia die manifestissime ꝓnunciat hoc modo: Sanabit, inquit, nos post biduũ: in die autẽ tertia resurgemus, & uiuemus in conspectu eius. Hæc autem ex persona eorum dicit, qui cum ipso die tertia resurgentes, de morte reuocantur ad uitam. Et ipsi sunt qui dicunt: Die tertia resurgemus, & uiuemus in conspectu eius. Esaias uero aperte dicit: Qui eduxit de terra pastorem magnum ouium. Sed quod & mulieres uisuræ essent resurrectionem eius, scribis & pharisæis & populo non credente, etiam hoc prædixit Esaias his uerbis: Mulieres quæ uenitis a spectaculo, uenite: non enim est populus habens intellectum. Sed etiam de illis mulieribus, quæ post resurrectionem perrexisse ad sepulchrum dicuntur: & quæsisse eum & non inuenisse: sicut de Maria magdalenæ, quæ refertur uenisse ad monumentum ante lucem: & non inuento eo flens dixisse ad angelos: Quia tulerunt dominum, & nescio ubi posuerunt eum: etiam de hoc ita prædicitur in Canticis canticorum: In cubili meo quæsiui quẽ dilexit anima mea: in noctibus quæsiui eum, & non inueni. De illis quoq;
D qui inuenerunt eũ & tenuerũt pedes eius: prædicitur in Canticis canticorũ: Tenebo eũ, & nõ dimittam eum, quem dilexit anima mea. Hæc interim pauca de multis, breuitati enim studentes, plura coaceruare non possumus. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexterã patris: inde uẽturus est iudicare uiuos & mortuos. Consequenti breuitate in fine sermonis hæc continentur: in quibus quod dicitur quidem palam est. Sed consequenter quo sensu intelligi debeant, quæ dicuntur, ascendisse, & sedere, & uenturum esse, nisi secundum dignitatem diuinitatis intelligas, aliquid per hæc humanæ fragilitatis uidebitur indicari. Consummatis etenim his quæ in terra gerebantur: & anima de inferni captiuitate reuocata, ascendere memoratur ad cœlos, sicut prophe/ta prædixerat: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: illa scilicet dona, quæ Petrus in actibus apostolorum de sancto spiritu dicebat: Exaltatus igitur dextera dei effudit hoc donum quod uos uidetis & auditis. Donum ergo spiritus sancti dedit hominibus, quia captiuitatem quam prius diabolus per peccatum deduxerat in infernum, Christus per mortis suæ resurrectionem reuocauit ad cœlos. Ascendit ergo ad cœlos, non ubi uerbum deus ante non fuerat, quippe qui erat semper in cœlis, & manebat in patre, sed ubi uerbum caro factum ante non fuerat. Deniq; quia nouus iste ingressus portarum cœli ædituis & principibus uidebatur, uidentes naturam carnis secreta cœlorum penetrantem, dicunt adinuicem, sicut Dauid plenus spiritu sancto denunciat, dicens: Tollite portas principes uestras & eleuamini portæ æternales & introibit rex gloriæ: Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prelio. Quæ uox utiq;, non propter diuinitatis potentiam, sed propter nouitatem carnis ascendentis, ad dei dexteram ferebatur. Dicit & alibi idem Dauid: Ascendit deus in iubilatione, & dominus in uoce tubæ. In uoce etenim tubæ mos est uictorem redire de prelio. De ipso quoq; & illud dicitur: Qui ædificat in cœlo ascensionem suam. Et item alibi: Qui ascendit super cherubim, uolauit super pennas uentorum. Sedere quoq;

ad dexteram

A ad dexteram patris, carnis assumptæ mysterium est. Neq; enim incorporeæ illi naturæ conuenienter ista absq; assumptione carnis aptantur: neq; sedis cœlestis perfectio diuinæ naturæ, sed humanæ conquiritur. Vnde & dicitur de eo: Parata est sedes tua deus ex tunc a sæculo tu es. Parata igitur a sæculo sedes est, in qua dominus Iesus sessurus erat: in cuius nomine omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur ei, quia dominus Iesus est in gloria dei patris. De quo & Dauid ita refert: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quæ tamen dicta dominus in euãgelio differens, dicebat ad pharisæos: Si ergo Dauid in spiritu dominũ uocat eum: quomodo filius eius est? per quod ostendit se secundum spiritum dominũ, secũdum carnem filium esse Dauid. Vnde & ipse dominus iterum dicit: Verũtamen dico uobis: amodo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram uirtutis dei. Et Petrus apostolus dicit de Christo: quod est dextera dei sedens in cœlis. Sed & Paulus ad Ephesios scribens: Secũdum operationem, inquit, potentiæ uirtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans eum a mortuis, & sedere faciens in dextera sua. Quod autem ueniat iudicaturus uiuos & mortuos, multis quidem diuinarum scripturarum testimoniis edocemur. Sed priusq; propheticis hæc æloquiis prædicta doceamus, illud necessario arbitror admonendum: quod ista fidei traditio quotidie nos uult de aduentu iudicis esse sollicitos: ut actus nostros ita præparemus, tanq; reddituri imminenti iudici rationem. Noc em̃ erat quod & propheta dicebat de uiro beato: Quia disponit sermones suos in iudicio. Quod autem dicitur iudicare uiuos & mortuos: nõ ideo dicitur quod alij uiui, alij mortui ad iudicium ueniãt: sed quod animas simul iudicabit & corpora, in quibus uiuos animas, mortuos corpora nominauit. Sicut & ipse dominus loquitur in euangelio, dicẽs: Nolite timere eos qui possunt corpus occidere, animæ autem nihil possunt facere: sed timete potius eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nunc iam paucis si uidetur
B etiam per prophetas hæc prædicta esse doceamus. Plura autem testimonia cum uolueris, ipse tibi de scripturarũ latitudine cõgregabis. Dicit ergo Malachias propheta: Ecce ueniet dñs omnipotens, & quis sustinebit diem aduẽtus eius: aut quis sustinebit aspectũ eius? quia ipse ingreditur sicut ignis conflatorij, & sicut herba lauantium, & sedebit conflans & purgans, sicut argentum & sicut aurum. Vt autem euidentius cognoscas, quis sit iste dominus de quo hæc dicũtur: audi quid & Daniel propheta pronunciet: Videbam, inquit, in uisu noctis: & ecce cum nubibus cœli, quasi filius hominis ueniens usq; ad uetustum dierum peruenit: & in conspectu eius oblatus est liber: & ipsi datus est principatus & honor & regnũ: & omnes populi tribus & linguæ ipsi seruient: & potestas eius, potestas æterna quæ non præteribit, & regnum eius non corrumpetur. Ex his ergo edocemur, non solum de aduentu & de iudicio, sed & de potestate eius & regno: quia potestas æterna sit, & sine corruptionis fine sit regnum: sicut & in symbolo dicitur: Et regni eius non erit finis. Vnde ualde alienus a fide est, qui regnum Christi dicit aliquando finiendum. Scire tamen debemus, quod salutarem Christi aduentum hunc, conatur inimicus ad decipiendos fideles callida fraude simulare: & pro filio hominis qui expectatur uenturus in maiestate patris sui, filiũ perditionis in prodigijs & signis mendacibus præparare: ut pro Christo mũdo huic introducat antichristũ: de quo & dñs in euangelijs prædixit Iudæis: Quia ego ueni in noie patris mei, & nõ recepistis me: alius ueniet in noie suo, & ip̃m recipietis. Et iterũ dicit: Tũc uidebitis abominationẽ desolationis stantẽ in loco sancto, sicut dicit Daniel ppheta, q̃ legit intelligat. Daniel ergo de aduẽtu erroris istius, plenio & latius in suis uisionib⁹ edocet: ex q̃bus ualde operosum est nũc exẽpla ponere, qui satis amplis narrationibus dilatatur: & ideo scire de his plenius uolentẽ, ad ipsas magis recẽsendas remittimus uisiões. Sed & Apostolus dicit de eo: Ne quis uos seducat ullo modo, quoniam nisi discessio uenerit primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersat̃ & extollitur sup̃ omne quod dicitur de⁹ aut q̃d colitur: ita ut in tẽplo dei sedeat ostẽdens se tãq; ipse sit deus. Et paulopost: Et tũc reuelabit̃ iniquus, quẽ dñs Iesus interficiet spiritu oris sui & euacuabit eũ illũinatiõe aduẽtus sui, cuius est aduentus secũdum opera Satanæ in omni uirtute signis & prodigijs mendacibus. Et item paulopost:

C lo post: Et ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati. Propterea ergo propheticis & euāgelicis atq; apostolicis uocibus nobis prænunciatur hic error, ne qui pro aduentu Christi, aduētum credant antichristi, sed sicut ipse dñs dicit: Cum dixerit uobis: ecce Christus hic aut ecce illic, nolite credere. Venient em̄ multi pseudochristi & pseudoprophetæ, & seducent multos. Sed quomodo demonstrauerit iudicium ueri Christi uideamus. Sicut fulgur, inquit, de oriente resplendet usq; in occidētem, ita erit aduētus filij hominis. Cū ergo aduenerit uerus dñs Iesus Christus, sedebit & iudicium statuet: sicut & in euāgelijs dicit: Et segregabit oues ab hædis: id est, iustos segregabit ab iniustis: sicut & Apostolus scribit: Quia omnes nos stare oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; propria corporis prout gessit siue bona siue mala. Iudicabimur autem nō solum pro gestis, sed etiam pro cogitatis, secundum quod ipse Apostolus dicit: Inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiā defendētibus in die quo iudicabit deus occulta hominū. Sed & de his ista sufficiāt. Post hæc ponit̄ in ordine fidei: Et in spiritu sancto. Ea quæ in superioribus paulo latius de Christo sunt tradita, ad incarnationis & passionis eius mysterium pertinent: quæ dum media intercedunt personæ ipsius coaptata, sancti spiritus commemorationem paulo longius reddiderunt. Cæterum si solius diuinitatis ratio habeatur, eo modo quo in principio dicitur: Credo in deum patrem omnipotentem: & post hæc, in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum, ita iungitur: Et in spiritu sancto. Illa uero omnia quæ de Christo memorantur, ad dispensationem carnis, ut diximus, spectant. Igitur in sancti spiritus commemoratione adimpletur mysterium trinitatis. Sicut em̄ unus dicitur pater, & alius non est pater: & unus dicitur unigenitus filius, & alius unigenitus filius non est: ita & spiritus sanctus unus est, & alius non potest esse spiritus sanctus. Vt ergo fiat distinctio personarum, affectionis uocabula secernuntur: quibus ille pater intelligatur, ex quo omnia, & quia ipse non habeat patrem. Iste filius tāq; qui ex patre natus sit: & hic spiritus sanctus tāq; de utroq; procedens, & cuncta sanctificans.

D Vt autem in una eademq; trinitate diuinitas doceatur: sicut dictum est, in deo patre credi adiecta præpositiōe in: ita & in Christo filio eius, ita & in spiritu sancto memoratur. Sed ut manifestius fiat quod diximus, ex consequentibus approbabitur. Sequitur nāq; post hunc sermonē. Sanctam ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem. Non dixit, in sanctā ecclesiā catholicā, nec in remissionē peccatorum, nec in carnis resurrectionē: si enim addidisset, in, præpositionem, una cum superioribus eademq; uis fieret. Nūc autem in illis quidem uocabulis, ubi de diuinitate ordinatur fides, in deo patre dicitur, & in Christo filio eius, & in spiritu sancto: in cæteris uero ubi nō de diuinitate, sed de creaturis & de mysterijs sermo est: in, p̄positio non additur: ut dicatur, in sancta ecclesia, sed sanctam ecclesiam credendam esse: nō ut deum, sed ut ecclesiam deo congregatam. Et remissionem peccatorum credant esse, nō in remissionem peccatorum: & resurrectionem carnis credant, non in resurrectionem carnis. Hac itaq; præpositionis syllaba, creator a creaturis secernitur, & diuina separantur ab humanis. Hic igitur spiritus sanctus est, qui in ueteri testamento legem & prophetas: in nouo euangelia & apostolos inspirauit. Vnde Apostolus dicit: Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum. Et ideo quæ sunt noui ac ueteris testamenti uolumina, quæ secundum maiorum traditionem per ipsum spiritum sanctum inspirata creduntur, & ecclesijs Christi tradita, competens uidetur hoc in loco euidenti numero, sicut ex patrum monumentis accepimus designare. Itaq; ueteris testamenti, omnium primo Moysi quinq; libri sunt traditi, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numerus, Deuteronomium. Post hæc Iesus naue, Iudicum simul cū Ruth. Quatuor post hæc Regnorum libri, quos Hebræi duos numerant, Paralipomenon qui dierum dicitur liber, & Esdre duo, qui apud illos singuli computantur, & Hester. Prophetarum uero, Esaias, Hieremias, Eçechiel, & Daniel: præterea duodecim prophetarum liber unus: Iob quoq; & psalmi Dauid singuli sunt libri. Solomon uero tres ecclesijs tradidit, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica canticorum: in his conduserunt numerum librorum ueteris testamenti. Noui uero quatuor euangelia, Matthæi, Marci, Lucæ, & Iohannis: Actus apostolorum quos describit Lucas. Pauli apostoli epistolæ

A stoli epistolæ quatuordecim: Petri apostoli duæ: Iacobi fratris domini & apostoli una: Iudæ una: Iohannis tres: Apocalypsis Iohannis. Hæc sunt quæ patres intra canonem conclu-
serunt,& ex quibus fidei nostræ assertiones constare uoluerũt. Sciendum tamẽ est, quod & alij libri sunt qui nõ sunt canonici,sed ecclesiastici a maioribus appellati sunt:id est Sapiẽtia,quæ di-
citur Solomonis,& alia Sapiẽtia quæ dicitur filij Sirach: qui liber apud latinos hoc ipso genera-
li uocabulo Ecclesiasticus appellatur: quo uocabulo nõ author libelli,sed scripturæ qualitas co-
gnominata est.Eiusdẽ uero ordinis libellus est Tobiæ & Iudith & Machabæorum libri.In no-
uo uero testamẽto libellus,qui dicit̃ Pastoris siue Hermes,qui appellat̃ duæ uiæ,uel iudiciũ Pe-
tri.Quæ omnia legi quidẽ in ecclesijs uoluerũt:non tamen ꝓferri ad authoritatẽ ex his fidei cõ-
firmandã.Cæteras uero scripturas apocryphas nominarũt,quas in ecclesijs legi noluerũt. Hæc
nobis a patribus tradita sunt: quæ ut dixi opportunum uisum est hoc in loco designare,ad in-
structionem eorũ qui prima sibi ecclesiæ ac fidei elementa suscipiũt,ut sciant ex quibus sibi fon
tibus uerbi dei haurienda sint pocula. Tenet deinde ratio fidei,sanctã ecclesiã. Causam iam su-
perius diximus,cur non dixerint etiã hic,in sanctã ecclesiam.Hi igitur qui supra in uno deo cre-
dere edocti sunt,sub mysterio trinitatis credere etiã hoc debent unã esse ecclesiã: in qua est una
fides & unũ baptisma,in qua unus deus creditur pater,& unus dñs Iesus Christus filius eius,&
unus spiritus sanctus.Ista est ergo sancta ecclesia, non habens maculã aut rugam. Multi emi & alij ecclesias cõgregauerunt,ut Marcion,& Valentinus,& Hebion,& Manichæus,& cæteri om-
nes hæretici.Sed illæ ecclesiæ nõ sunt sine macula uel ruga perfidiæ: & ideo dicebat de illis pro-
pheta:O di ecclesiã malignantiũ,& cum impijs non sedebo.De hac autẽ ecclesia quæ fidẽ Chri-
sti integrã seruat,audi quid dicat spiritus sanctus in Canticis canticorũ: Una est columba mea,
una est perfecta genitrici suæ. Qui ergo hanc fidem in ecclesia suscipit,nõ declinet in cõcilio ua-
nitatis,& cum iniqua gerentibus non introeat. Conciliũ nãq; uanitatis est quod agit Marcion:
qui negat patrẽ Christi deum esse creatorem,qui per filium suum fecerit mundũ. Conciliũ ua-
nitatis est quod Hebion docet:ita Christo credi debere,ut circũcisio carnis & obseruatio sabba-
B ti & sacrificiorũ solẽnitas,cæteræq; omnes obseruãtiæ secundũ legis litteram teneant̃. Conciliũ
uanitatis est quod docet Manichæus:primo quod seipm paracletũ nominauit,tũ deinde quod
mundum a malo factum dicit,deum creatorem negat,testamentum uetus repudiat:unam bo-
nam aliam malam naturam sibi inuicem asserit coæternas: animas hominum secundum Py-
thagoreos in pecudes & animalia & bestias redire per diuersos nascendi circulos astruit:
resurrectionem carnis nostræ negat:passionem domini & natiuitatem,nõ in ueritate carnis,sed
in phantasijs fuisse confirmat. Concilium uanitatis est quod Paulus Samosatenus,& eius post
hũc successor Photinus asseruit,Christum non fuisse ante sæcula natum ex patre, sed ex Maria
cœpisse:& non eum deum hominem natum,sed ex homine deum factum existimat. Conciliũ
uanitatis est,quod Arius atq; Eunomius docuit:qui filium dei non ex ipsa patris substantia na
tum,sed ex nihilo creatum uoluit. Concilium uanitatis est,& quod illi aiunt,qui filium dei qui-
dem de substantia patris fatentur,sanctum uero spiritum separant & secernũt: Cum utiq; unã
eandemq; uirtutem & diuinitatem trinitatis ostendat saluator in euangelio cum dicit: Baptiça
te omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti:& est aperte impium separari ab ho-
mine quod diuinitus iungitur.Conciliũ uanitatis est & hoc,quod olim congregauit pertinax &
praua contentio:asserens Christum carnem quidem humanam suscepisse, non tamen & ani-
mã rationalem: cum utiq; & carni & animæ & sensui humano ac menti una eademq; salus
a Christo collata sit. Sed & illud concilium uanitatis est, quod Donatus per Africam tradi-
tionem ecclesiæ criminando contraxit: & quod Nouatus solicitauit,lapsis pœnitentiam dene-
gando:& secundas nuptias cum forte iniri eas necessitas exegerit condemnando.Has ergo om
nes uelut congregationes malignantium fuge. Sed & eos si qui illi sunt, qui dicuntur asserere,
quod filius dei non ita uideat uel nouerit patrem, sicut noscitur ipse & uidetur a patre: uel re-
gnum Christi esse finiendum,aut carnis resurrectionẽ non in integrã naturæ suæ substantiã re-
parãdã,futurũ dei iustũ erga oẽs negare iudiciũ,diabolũ a debita absolui dãnatione pœnarũ.
Ab his inquã oibus fidelis declinet auditus.Sanctã uero ecclesiã tene:quæ deũ patrẽ omnipotẽ

tem, &

C tem,& unicum filium eius Ieſum Chriſtum dñm noſtrũ,& ſpiritũ ſanctũ,concordi & conſona ſubſtantiæ ratione profitetur. Filiũ q; dei natũ ex uirgine,paſſum pro ſalute humana,ac reſurrexiſſe a mortuis in ea carne in qua mortuus eſt credit. Eũdẽ denicq; uenturũ iudicẽ omniũ ſperat:in quo & remiſſio peccatorum & carnis reſurrectio prædicatur. Verum de remiſſione peccatorum ſufficere debet ſola credulitas. Quis em̃ cauſas aut rationem requirat, ubi indulgentia principalis eſt cauſa? Cũ terreni regis liberalitas diſcuſſiõi nõ ſit obnoxia:ab hũana temeritate diſcutitur diuina largitio? Solent em̃ cum irriſione aduerſum nos dicere pagani, quod ipſi nos decipiamus qui putemus crimina quæ opere cõmiſſa ſunt,uerbis poſſe purgari:& aiunt:Nunquid poteſt qui homicidium fecit,homicida non eſſe:& adulter non uideri,qui adulterium perpetrauit? Quomodo ergo huiuſcemodi criminũ reus,ſanctus uobis effici ſubito uidebit? Sed ad hæc ut dixi melius fide q; ratione reſpõdeo. Rex em̃ eſt omniũ qui hoc ꝓmiſit: terræ cœliq; dñs eſt qui hæc pollicetur. Non uis ut ei qui me ex terra hominem fecit, credam quod ex criminoſo me faciat innocentem? Et qui me cum eſſem cæcus,fecit uidere:uel cum eſſem ſurdus,audire:qui mihi claudo greſſum reddidit,innocentiam mihi perditam non poterit recuperare? Et ut ueniamus ad ipſius naturæ teſtimoniũ: Occidere hominẽ nõ ſemp criminoſum eſt, ſed malicia non legibus occidere criminoſum eſt. Nõ ergo factũ me in talibus,quia interdũ & recte fit, ſed animus male cõſulens damnat. Si ergo animus in me qui criminoſus eſt effectus, & in quo fuit origo uitij corrigatur: cur tibi uidear non poſſe innocens effici qui prius fueram criminoſus? Si em̃ ut ſupra oſtendi conſtat,quod non in facto,ſed in uoluntate ſit crimen:ſicut mala uoluntas authore malo dæmone,peccato me & morti fecit obnoxium: ita in bonũ uoluntas mutata authore bono deo,innocẽtiæ me reddidit & uitæ. Similis cauſa & in cæteris eſt criminib9. Hoc modo fides noſtra non inuenitur naturalibus rationibus aduerſari:dum remiſſio peccatorum,nõ geſtis quæ mutari non poſſunt,ſed animo quem de malo in bonum conuerti certum eſt,deputetur. Sed & ultimus ſermo iſte qui reſurrectionem carnis pronunciat, ſummã totius perfectionis ſuccincta breuitate concludit: quãuis etiam de hoc non ſolum a gentilibus,ſed ab hæreticis
D fides impugnetur eccleſiæ. Nam Valentinus reſurrectionem carnis omnimodo negat, & Manichæi,ſicut ſupra oſtendimus. Sed iſti Eſaiam quidem prophetam dicentem: Reſurgent mortui & ſuſcitabuntur qui ſunt in ſepulchris,audire noluerunt: nec Danielem ſapientiſſimum proteſtantem: Quia tunc reſurgent qui ſunt in terræ puluere: hi quidẽ in uitam æternam, hi autem in opprobrium & confuſionem æternam. Tamen uel in euangelijs,quæ recipere uidentur,diſcere debuerũt a domino & ſaluatore noſtro Saduceos docente dictum: Quod autem reſurgant mortui: non legiſtis quomodo dicit Moyſi in rubo,deus Abrahã,deus Iſaac,deus Iacob,deus autem nõ eſt mortuorũ,ſed uiuentium. In quo etiam quæ ſit & quanta reſurrectionis gloria,in ſuperioribus memorauit,cum dixit: In reſurrectione autem mortuorum, neq; nubent,neq; nubentur:ſed erunt ſicut angeli dei. Reſurrectiõis autẽ uirtus,angelicum hominibus conficit ſtatum: ut qui de terra reſurrexerint, non iterum in terra cum pecudibus, ſed in cœlo cum angelis uiuant: quos tamen ad hoc ratio uitæ purioris admiſerit: illos ſcilicet qui iam nunc conſeruantes animæ ſuæ carnẽ in caſtis pudicitiæ actibus,obedientiæ ſancti ſpiritus ſubiugauerũt: & omni eam uitiorum labe tenuatam atq; in ſpiritalem gloriam ſanctificationis uirtute mutatam,angelorum quoq; meruerũt inferre conſortijs. Sed infideles clamant, & dicunt: Quomodo poteſt caro quæ putrefacta diſſoluitur,aut in puluerem uertitur, maris etiam interdum profũdo ſorbetur,fluctibuſq; diſpergitur,recolligi rurſum & reintegrari in unum,& corpus ex ea hominis reparari? Ad quos primam iterum reſponſionem ſermonibus Pauli faciamus,dicentis eis: Inſipiens tu quod ſeminas non uiuificatur, niſi prius moriatur. Et quod ſeminas nõ corpus quod futurum eſt ſeminas,ſed nudum granum tritici,aut alicuius cæterorum ſeminũ. Deus aũt dat illi corpus prout uult. Quod autem in ſeminibus quæ tu in terrã iacis per annos ſingulos fieri uides:hoc in tua carne quæ lege dei ſeminatur in terra,futurũ eſſe non credis. Cur queſo tam anguſtus & inualidus diuinæ potentiæ æſtimator es, ut diſperſum unuſcuiuſq; carnis puluerem,in ſuam rationem colligi & reparari poſſe non credas? An non cenſeas,cũ uideas quod etiam mortale ingenium demerſas in profundum terræ metallorum uenas rimatur? &

artificis

A artificis oculus aurum uidet, in quo imperitus terram putat. Hæc cur non concedimus ei, qui fecit hominem: quando tantum is qui ab ipso factus est assequi potest? Et cū auri esse propriam uenam & argenti aliam, æris quoq; longe disparem, ferri ac plumbi diuersam intra speciem terræ latere, mortale deprehendat ingenium: diuina uirtus inuenire posse ac discernere nō putabitur uniuscuiusq; carnis proprium sensum, etiam si uideatur dispersus? Sed ad hæc tenerius animas quæ deficiunt in fide, naturalibus rationibus adiuuare. Si quis diuersa semina in unum permisceat, & hæc indiscreta seminet uel passim spargat in terram: nonne uniuscuiusq; seminis granum quocūq; loci iactum fuerit, competenti tempore secundum naturæ suæ speciem germen producet, ut statum suæ formæ suiq; corporis reparet? Ita ergo uniuscuiusq; carnis substantia, cūius uarie diuersaq; dispersa sit: ratio tamen ipsa quæ inest unicuiq; carni est immortalis, quia immortalis animæ caro est ex eo tempore, quo seminatis in terram corporibus primū ueri dei uoluntati arrisit, collectum terræ attractumq; substantiæ suæ sensum reddit, ac reparat in illam speciem, quam mors aliquando dissoluerat. Et ita fit ut unicuiq; animæ, non confusum, aut extraneum corpus, sed suum quod habuerat reparetur: ut consequenter possit pro agonibus præsentis uitæ, cum anima sua caro uel pudica coronari, uel impudica puniri. Et ideo satis caute ecclesia nostra fidē symboli docet, quæ in eo quod a cæteris traditur carnis resurrectionem, uno addito pronomine tradidit huius carnis resurrectionem. Huius sine dubio, quā habet is qui profitetur, signaculo crucis fronti imposito: quo sciat unusquisq; fideliū carnē suā, si mundam seruauerit a peccato, futurum esse uas honoris, utile domino ad omne opus bonū paratum: si uero contaminatam in peccatis, futurum esse uas iræ ad interitum. Iam uero de ipsa resurrectionis gloria & de repromissionis magnitudine, si qs plenius scire desyderat, in omnib⁹ pene diuinis uoluminibus inueniet indicari. Ex quibus nos cōmonitionis tantummodo gratia pauca in præsenti loco memorantes, finem iniuncti a te opusculi faciemus. Igitur apostolus Paulus: qd' resurgat mortalis caro talib⁹ asserit argumentis, dicēs: Quod si resurrectio mor
B tuorum non est, ergo nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, uacua est & fides nostra. Et paulopost: Nūc autem Christus resurrexit a mortuis, initium dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut em̄ in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Vnusquisq; autem in suo ordine: initium Christus: deinde hi qui sunt Christi in aduētu eius: deinde finis. Et in sequentibus addit & hæc: Ecce mysterium uobis dico: om̄es quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur, siue ut in alijs exemplaribus inuenimus: Omnes quidē dormiemus, omnes autem immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet em̄ tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Sed & ad Thessalonicenses nihilominus scribens dicit: Nolo aūt uos ignorare fratres de dormientibus, ut nō cōtristemini sicut & cæteri qui spem nō habent. Nam si credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & deus eos qui dormierūt per Iesum adducet cum illo. Hoc em̄ uobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui reliqui sumus, in aduentu domini præueniemus eos qui dormierūt: quia ipse dn̄s in iussu, & in uoce archangeli & tuba dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt resurgēt primi. Deinde nos qui uiuimus, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera: & ita semper cum dn̄o erimus. Verum ne existimes hæc Pauli solius quasi nouella prædicatione signari: audi etiam quid Ezechiel propheta olim per spiritum sanctum prælocutus sit: Ecce, inquit, ego aperiam sepulchra uestra, & educam uos de sepulchris uestris. Iob quoq; mysticis redundans æloquijs, audi cū euidenter resurrectionē mortuorum prædicet. Est, inquit, arbori spes, si enim absciſſa fuerit, iterum pullulabit & uirgultum eius nūcq; deficiet. Q d' si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit trūcus ei⁹, ab odore aquæ reflorebit, & faciet fruticem sicut nouella. Vir uero si mortuus fuerit abijt: & mortalis si ceciderit, ultra non erit? Non tibi uidetur in uerbis his cum quodam pudore arguere homines & dicere: ita ne stultum est hominū genus, ut cum uideant excisæ arboris truncum rursum pullulare de terra, & lignum emortuū iterū uitam recipere, ipsis ne lignis quidem aliquid simile de semetipsis, nec arboribus opinētur? Vt autem scias, quod ueluti interrogātis modo legendū

C sit quod dixit,mortalis autẽ cũ ceciderit nõ resurget,de cõsequentibus ꝓbationẽ accipe.Subiungit nãq; statim:Si em̃ mortuus fuerit homo,uiuet.Et paulopost dicit: Expectabo usq;quo iterum fiam.Et itorum idem dicit:Qui resuscitaturus est super terram pellem meam,quæ hæc nũc haurit.Hæc quidem ad probationem dicta sunt professionis nostræ,qua confitemur in symbolo,huius carnis resurrectionẽ.Quod em̃ adiunctum est,huius,uide c̃ꝑ consonũ sit omnibus his quæ de diuinis uoluminibus memorauimus.Quid em̃ aliud indicatur in dictis Iob,quæ superius exposuimus:cum dicit,quia resuscitabit pellem meam,quæ hæc nunc haurit:id est,quæ ista tormenta perpetitur: nonne aperte dicit huius carnis resurrectionem futuram, huius inquam quæ tribulationum & tentationum cruciamenta nunc sustinet? Sed & Apostolus cum dicit: Oportet em̃ corruptibile hoc induere incorruptionem,& mortale hoc induere immortalitatẽ: nunquid non corpus suum quodãmodo contingentis & digito palpantis est uox? Hoc ergo quod nunc corruptibile corpus est, resurrectionis gratia incorruptibile erit: & hoc quod nunc mortale est,immortalitatis uirtutibus induetur: Vt sicut Christus resurgens a mortuis,ultra iã non moritur,mors ei ultra non dñabitur:ita & qui in Christo resurgent,nec corruptionem sentient ultra nec mortem:non natura carnis abiecta,sed conditione eius & qualitate mutata. Erit ergo corpus quod resurget a mortuis incorruptibile & immortale,non solum iustorum,sed etiã peccatorum. Iustorum quidem,ut semper possint permanere cum Christo. Peccatorũ uero,ut absq; interitione sua debitas luant pœnas. Quod autẽ iusti semper cũ dño nostro Christo permaneant,iam & in superioribus edocuimus,ubi ostendimus quia Apostolus dicit:Deinde nos qui uiuimus,qui reliqui sumus,simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera: & ita semper cum dño erimus.Nec mireris,si caro sanctorũ in tantam gloriã ex resurrectione mutabitur:ut in occursum dei suspensa nubibus,& in aere uecta rapiatur:cũ ipse Apostolus exponens quãtũ conferat deus his qui diligunt eum,dicat:Qui transmutauit corpus humilitatis nostræ,conforme fieri corpori claritatis suæ. Nihil ergo absurdum est, si sanctorũ corpora dicant
D nubibus in aera sustolli,cum ad formam corporis Christi,quod in dextera sedet, dicãtur reformãda.Sed & hoc sanctus Apostolus,uel de se uel de cæteris sui loci uel meriti addidit: & dicit: Quia consuscitabit nos cum Christo,simulq; faciet sedere in cœlestibus. Vnde cum hæc & eorũ similia c̃ꝑ plurima sancti dei in repromissionibus habeant in resurrectione iustorum: non erit iam difficile credere etiam illa quæ prophetæ prædixerant,quod iusti scilicet fulgebũt sicut sol, & sicut splendor firmamenti in regno dei. Cui em̃ difficile uidebitur eos fulgorem solis habituros,ac syderum ac firmamenti huius splendore decorãdos:quibus uel uita, uel conuersatio angelorum dei paratur in cœlis,uel conformandi dicuntur ad gloriam corporis Christi? Ad quã gloriam saluatoris ore promissam,respiciens sanctus Apostolus dixit:Quia seminatur corpus animale,resurget corpus spiritale. Si em̃ uerũ est,sicut certe uerũ est, quod iustos quoq; & sanctos,angelorum consortijs sociabit diuina dignatio:certum est,quod & corpora eorum in spiritalis corporis gloriam uertet. Nec hoc tibi contra naturalẽ corporis rationem uideatur esse promissum. Si em̃ credimus secundũ ea quæ scripta sunt,quod accipiens deus limum terræ, plasmauit hominẽ:& hæc fuit natura corporis nostri,ut uoluntate dei terra uerteretur in carnem:cur tibi aut absurdum,aut cõtrariũ uidetur,si ijsdem rationibus quibus terra proficisci dicit̃ in corpus animale:rursum corpus animale in corpus proficisci spiritale credatur? Hæc quidem atq; his similia multa inuenies in scripturis diuinis de resurrectione iustorũ. Dabitur autẽ etiã peccatoribus,ut supra diximus incorruptiõis & immortalitatis ex resurrectione conditio: ut sicut iustis deus ministrat ad perpetuitatẽ gloriæ:ita peccatoribus ad prolixitatem cõfusionis ministret & pœnæ. Sic em̃ propheticũ diffiniuit æloquiũ:cuius & pauloante meminimus,ubi dicit:Et multi resurgent de terræ puluere,hi quidem in uitam æternam,hi autẽ in confusionẽ & opprobrium æternum. Si ergo intelleximus qua ueneratione deus omnipotens pater dicatur, quoue sacramento dñs noster Iesus Christus unicus eius filius habeatur,& qua perfectiõe sanctus eius spiritus nominetur, utq; sancta trinitas unũ sit per substantiã, sed affectu ꝓsonisq; discreta: quid etiã partus uirginis,quid uerbi in carne natiuitas, quid sacramentũ crucis,quæ utilitas diuini ad inferna descẽsus, quid resurrectiõis gloria & animarũ de infernis reuocata captiuitas,quid etiã

ascensus

A ascensus eius ad cœlum,& uenturi iudicis expectatio:sed & sanctæ ecclesiæ aduersus congrega-
tiones uanitatis qualis haberi debeat agnitio,qui sacrorũ uoluminũ numerus,quæue hæreti-
corũ uitanda conuenticula,& qd'in peccatorũ remissione diuinæ libertati nequaq; ratio natura
lis obsistat,& ut carnis nostræ resurrectionem,nõ solum diuinæ uocis,sed & ipsi⁹ dñi & saluato
ris nostri exemplũ & cõsequentia naturalis rationis assignet. Si inquã hoc secundũ traditiõis su
pra expositæ regulã cõsequẽter aduertimus, deprecamur ut nobis & omnibus qui hæc audiũt,
concedat dñs fide quã suscepimus custodita,cursu cõsumato,expectare iusticiæ repositam coro
nam, & inueniri inter eos qui resurgunt in uitã æternam: liberari uero a confusione & oppro-
brio æterno,per Christum dñm nostrum,per quẽ est deo patri omnipotenti cum spiritusancto
gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hæc epistola non est unius hominis. Qui priorem scripsit partem,æmulatus est diui Hieronymi sti-
lum,ut qui ex huius epistolis ad Heliodorum ac cæteros,sentẽtias quasdam ac uerba sublegerit, homo
sicut apparet, nec ineruditus nec infans. Cæterum ab eo loco,cuius initium est:Itaq; inuitus Placẽtiam
te remitto, haud scio quisnam rabula,somnia quædam assuit de naturis animantium,nõ solum indocta,
sed nec ad rem quicq; pertinentia,in summa eiusmodi,ex quibus intelligas scriptorem qsquis fuit,non
caruisse febri. Videtur errore factum,uel scriptoris uel eorũ qui cõcinnant codicum paginas. Quod ne
quis miretur hic accidisse,uidimus in epistolis Plinianis,tot iã sæculis pro una lectam,& ab eruditis pro
una expositam,cum in medio decem intercederent epistolæ. Quod quidem ex uno dũtaxat exempla
ri deprehensum fuit,sed adeo uetusto,ut ætate Pliniana scriptum uideri possit. Nam quis hoc alioqui
diuinare ualuisset? Diuus Hieronymus in epistola ad Theophilũ,cuius initium,Ex eo tempore,testat
se uertisse librum pascalem Theophili,quem illic uehementer admiratur ac laudat. Verum hunc non
esse librum illum per se liquet,ex Hieronymiana descriptione:

## AD PRAESIDIVM DE CEREO PASCALI.

NVlla res(uetus inquit comicus)tam facilis est, quin difficilis fiat, si inuitus facias.
Quod si ille rem facilem difficulter fieri inuito animo putauit,quid me facere posse
existimas in re maxima,& nullius unq; edisserta æloquentia? Nam quicũq; uolue
B runt de laudibus cerei dicere, plenisq;(ut aiunt)uentis ingenij sui intendere uela,&
quasi quædã pelagi alta penetrantes,uicina abscondere littora:statim in orationis forib⁹ renitet
oratorũ clamor, florũ, pratorũq; descriptio:& in modũ sonãtis auræ molliter uerba cadentia,
dũ describunt apes,quod sine coitu generantur & generãt:qd'solæ a cõcubitu liberæ,natos ore
legunt, arte cõponunt, & quadã ratione uitali, animas apiculis,non de suo inserunt. Præterea
Vergilij totus Georgicorum liber profertur in mediũ. Rex aduolans agmen inducit, tantoq;
strepitu diuersa narrantur munia,ut militaribus castris interesse te credas. Sed cum hæc audie-
ris siue legeris,laudabis oratoris æloquentiam. Et ut breuiter signem,puto te Quintiliani con-
trouersiæ recordari, in qua pauper causatur,dolẽs ob interitum apum,flores ab impotẽtissimo
diuite uenenatos. Esto hæc iocunda sint,& aurem cõposito pede mulceãt,quid ad diaconũ,qd
ad ecclesiæ sacramenta, quid ad tẽpus pascæ quo agnus occiditur? cum accinctis lumbis car-
nes cum ossibus deuorantur? Cum tacente episcopo,& presbyteris in plæbeiũ quodãmodo cul-
tũ redactis, leuita loquitur: docetq; quod pene nõ didicit:& festiuissimo prædicans tẽpore,toto
dehinc anno iusticium uocis eius indicitur. Videsne q̃ grandia sint? Intelligis te difficilia po-
stulare. In eodem quippe momẽto & prædicanda conscribere, & cur ita prædicata sint docere,
omnium difficillimũ est. Nam illud pene me præterijt,quod diuinis magis q̃ humanis uocibus
differendũ est. Lege Pentateuchũ,instrumentũ pcurre uetus:nusq̃ in dei sacrificijs mella,nusq̃
ceræ usum,sed lucernarũ lumina,& oleo fotos uidebis igniculos. Quid causer de ueteri testamẽ
to? Nouos percurre libros. Hi(ut opinor)sunt euangelia quatuor,apostolorũ actus,epistolæ Io
hannis,Apocalypsis. Nihil præter ista,nunquid alicubi cereus? Nõne in fine euangelij detonan
tis inter septem candelabra & lucernas aureas, sponsus reuelatur incedens? Ad hæc respondeo
bis:Et ego a te fieri idcirco postulaui,quia sciui esse difficile quod petebã. Leuiter ois soluitur
quæstio,& par pari refertur sententia. Et ego me idcirco facere debere non putabo,quia rem dif
ficillimã postulasti:attamẽ ne te causando differã,si corã pariter fuerimus:audies uniuersa quæ
sentiam:ut si quid forte nescimus,in tua aure moriatur. Nam qui scribit, multos sumit iudices;

C alius in alterius liuet ac grassatur ingeniũ. Ille si unus sermo defuerit, quasi claudã oratiũculam diffugit. Alius si paululum se loquentis cothurnus extulerit, non presbyterum latrabit esse, sed rhetorem. Itaq; si uis te mihi hoc obligari munere, Placentinas delitias desere, sectare Abrahæ habitum, relinque natale solum, spretisq; urbibus ad deserta secede, ut possis orare cum Christo. Erit quidẽ durus & mucidus, & hordeaceus forte panis. Sed delicatũ militem rex nõ amat. Hierusalem quæ similam & mel, & oleum manducauit, fornicationis arguitur: nõ quod mali sint cibi, quos paterna indulget clæmẽtia: sed quod mollis præliator ad primã statim aciẽ concidat, & post umbrã solẽ ferre nõ queat. Post sudariũ galeã oneri potius reputet, q̃ tutamini. Quod si exire cupiẽti mater obsistit in limine, loquere ei uerbis dñi tui: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui faciunt uoluntatem patris mei, qui in cœlis est. Si uernaculæ cum quibus nutritus es flere, & paterni ruris memoria, ipsius quoq; domus anguli, & secreta retinere te cœperint, in quibus infans uolutatus es, lusisti puer, adolescentulus lasciuisti: recordare omnes, qui nunc accolæ eremi sunt, cœlestes illos choros, per eosdem erupisse tramites, ijsdem institisse uestigijs. Et ut longam orationem compendio breuiem (epistola quippe librum redolere nõ debet): aut parua aut magna sunt, quæ tibi deserenda suademus. Si parua, nõ difficile putes parua cõtemnere. Si magna, maiora magnis præmia præparantur. Sed dicis: Volo prius paternũ rus uendere, & exiguis sumptibus cõgregatis, siue uiaticum uiæ sternere, siue in pauperũ me alimoniã præparare. Et hic euãgelicam audi sententiam: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus & ueni & sequere me. Plures iam ãni sunt quod cœpisti seruire deo. Mens Christum sequens nõ diu sæculi sustinet onus, nec se patitur istiusmodi uinculis alligari. Quin potius timendũ, ne dum occasio distribuendi patrimonij prætendit, dum nõ uis rem maioris præcij minoris uendere, sit impedimentũ in proposito tuo. Decem aliquid emptũ est nũmulis, uel unum libenter accipiã: dum me ad preliũ festinantẽ, nullæ præpediant moræ. Matthæus sedens ad telonæũ audit: Sequere me. Nũquid prius ratiocinia supputauit, & reuersus domũ, suorũ passus est lachrymas, p̃diorũq; auctiõe sollicitus, nequaq̃ potuit dñi seq; uestigia, nisi mundi se prius onere liberaret? Ille discipulus qui renũciare parentibus ante cupiebat, uoce saluatoris arguitur. Et certe multũ est inter eũ, cuius breuis ad domũ recursus statim uenturi reprehenditur, & te qui tanto tpe, aut nõ uendis tua, quod cito potes facere: aut non cõtemnis, sed uides multa tibi impedimẽto esse ne facias. Cũ hæc legeris, ad asylũ Romuli fugies: & comœdiæ conscendes aram, uerba dñi sæuientis eludes. Diaconus, inquies, ecclesiã tuto deserere nõ possum: Vereor ne incurrã sacrilegiũ, si altaria derelinquã. Euge meus, plus de te exacturus sum, si ad uitam monachi, clerici aliquid dignitatis accedit: si in apostolico stans ordine, quotidie Christi corpus pia plæbi famulatiõe distribuis. Sed cõsydera obsecro, satis esse difficile locũ Stephani implere uel Pauli, in angelico stare ministerio, & populos subiacentes cãdenti desuper uestẽ despicere. Preciosum est margaritũ, sed cito frangit, fractũq; nõ potest instaurari. Nauis q̃uis sit rudis, & solidis cõfixa clauis, tumẽtes fluctus tabulata nõ sentiant: cito tamẽ si periculose nauigat, perforat: & licet plenis uẽtis lucrosius ad optata pueniat: tamẽ magis secura sunt quæ trãq̃lla: & ut apertius loquar, plus te quidẽ dicis habere mercedis, si in media urbe cõsistens, monachorũ uitam uictites. Hæc sunt uera quæ dicis, sed nõ tam facile explentur ope q̃ dicto. Vt eã cætera prætermittã, quæ nos ab austeriori uita retrahunt, illud inferam, ad cuius comparationẽ etiã quæ dissimulauerim, imo timuerim dicere, intelliges. Alius barbã cædit æqualiter, & hilaritatẽ frontis, nitenti desup coma protegit. Tu si paululũ, ut nos solemus facere rusticani, capillũ usq; ad cutẽ persecueris, risum præbebis oibus. Quod si pulla fuerit tunica, etiã prætereunitũ digitis denotaberis. Caue inquam ut nõ strictæ sint caligæ, ne crura nõ candeant. Nisi formosus fueris, sanctus esse nõ poteris. Aliquis inuitat de optimatibus ad prandiũ, oẽs uotiuis pergunt ferijs: certe aut eundẽ tibi est, aut negandũ. Si ieris, aut eisdẽ uescẽris cibis, aut alijs. Si alijs, cõuiuarũ offendentur oculi. Si ijsdẽ, perit abstinentia. Quod si ire nolueris, tũc miser in prandio comederis. Ad singulas quasq; phialas & delibuta mellis uina potaberis. Alius in tuũ uultũ cauillabit, ille incessum ridebit, hic habitũ. Et imitatores forsitan iudæorũ: nõne hic est, inquient, filius fabri? Nonne fratres eius & sorores apud nos sunt? Ego illũ memini ante tot ferme annos illud

D

feciſſe

A feciſſe turpe, dixiſſe turpius. Alius furem clamabit & mœchum, ſeq; ſceleris finget fuiſſe partici-
pem. Omnia pariter prandia conſonabunt, & in te temulentum conuiuiũ diſſoluetur. Quod
ſi uilibus abſtinueris carnibus, & non crebro balneas frequẽtaueris: tunc uere per omnes colum
nas Manichæi tibi titulus aſſcribet. Si uolucrũ eduliũ refutaueris, & tenellas colũbas, craſſoſq;
turtures expetenti gutturi durior dñs denegaueris, ſacrilegij crimen affigetur. Statimq; aient:
Hi ſunt qui creatorẽ mundi contẽnunt, in uſus noſtros facta ſunt omnia. Audiui, teſte dño, nõ
mentior, quendã in ſuam gulam diſertum, cum me rumore cognouiſſet eſculẽtioribus cibis ab
ſtinere, dixiſſe: Nunquid porcellus ideo factus eſt, ut togatus in ſenatu ſententiã diceret? Quo
uidelicet me ſtulticiæ cõdemnaret, qui putarem ea quæ ſunt in hominũ uſus creata non ſumere.
Hæc & iſtiuſmodi, cum uitam in urbibus lacerẽt bonam, quid facies frater in medio: aut uitijs,
aut anathemati colla ſubmittes, id eſt, aut ſectaberis quæ ſunt aduerſa continentiæ: aut ſi facere
nolueris, ipſe damnaberis. Prætermitto crebras ſalutationes, obſequia matronarũ, uariaſq; ille
cebras, qbus etiã rigidiſſimi emolliunt animi, & Sireneo cantu ad naufragia ptrahunt. Quod
ad ſpecioſas quaſq; formas oculus ſæpe inuitus abſtrahitur, quod aures obſcœna dicta feriũt:
nunc illud affirmo, quod etiã ſi iſta non eſſent, ad comparationẽ tam ingentis boni, minora de-
ſerere debueras. Adde quod diaconus es, ſed abſceſſu tuo, eccleſiæ damna non ſentient. Helias
uixit in eremo. Heliſeum prophetarum ſecutus eſt chorus. Præcurſor dñi Iohannes nutritus in
ſolitudine, ad hoc tantũ deſcendit ad Iordanis ripas, ut populos argueret confluentes, & phari-
ſæos intelligens clericos Iudæorum, generationes uipereas denotaret. Nuper Aegypti deſer-
ta uidiſti: intuitus es angelicam familiam. Quanti ibi flores ſunt? q; ſpiritalibus gemmis pra-
ta uernantia? Vidiſti ſerta, quibus dñs coronatur. Ille tibi in pectore ignis exæſtuet. Illa quoti-
die cogita, tracta, deſydera, & quaſi quodam carcere detentus exclama: Heu me quia peregrina
tio mea prolongata eſt. Et in paradiſum mente conſcendens, totiens in terra non eris, quotiens
B terram deſpexeris. Eadem nobis certe cum his qui habitant per deſerta conditio eſt. Iidem ocu
li, totidem manus. Iiſdem infirmitatibus, uel uirtutibus ſubiacemus. Si te aquæ potus uexat:
quanti nobiliores, non dicam uina neſciunt & carnium ignorant cibos, ſed infuſo tantũ legumi
ne ſuſtentantur? Si balnearũ te lauacra ſollicitant: quanti principes ciuitatum ſiue ob culpã p-
priam, ſiue ob inuidiam, ad inſulas deportati, ſine præmio futuraq; mercede abſq; balneis per-
ſeuerant? Nemo id neceſſitate pati non poteſt, quod pro deo uoluntate pati detrectat. Habe-
bis cellulam quæ te ſolum capiat. Imo non eris ſolus, angelica tecum turba uerſabitur. Tot ſo-
cij, quot ſancti. Leges euangeliũ, fabulabitur tecum Ieſus. Replicabis apoſtolos uel prophetas.
Nunquid poteris talem alium tuis ſermonibus habere conſortem? Terra ſumus & cinis: & per
omnia momenta de noſtra ſalute ſuſpenſi, continuo in puluerem diſſoluendi. Quid retracta-
mus de neceſſitate facere uirtutem? Certe quãdoq; moriendũ eſt, & ſtercoribus plena uitalia,
quæ nos quotidie noſtræ cõmonent uilitatis, in ſimilem putredinẽ omne ſecum tractura ſunt
corpus. Quã cito mũdi relinquamus anguſtias, & ſi forte ob continentiã (quod tamẽ raro acci
dit) dolere ſtomachũ, æſtuare febribus cœperimus, perpetuæ uitæ ianuã morbũ putemus, ple-
nãq; uictoriã. Quia ſcriptura docẽte cognoſcimus, nullũ ante uitæ huius finẽ plene beatũ eſſe
dicendũ. Quãti in mediis opibus, & inter inſulas cõſulatus, repentina morte ſubtracti ſunt? Nu
per imperator Valẽtinianus, cũ aduerſus Sarmatas, Quadoſq; ppter Illyrij uaſtationẽ in con-
ſiſtorio ſæuus infremeret, & totius gẽtis excidiũ rigidus minaret, ſanguine erũpente diſcrepuit.
Quid loquar de fratre eius, quẽ cõtra regale faſtigiũ Thraciæ ignis abſorbuit? Necdũ annus cõ-
pletus eſt, quo principẽ Gratianũ, pdẽte exercitu ſuo ante fœda captiuitas, de hinc miſerabilior
oppreſſit interitus. Et (ut iſta taceam) etiam qui cõmuni fine perierũt, poſt mortẽ pari cũ oibus
cõditiõe ſociant. Quotuſquiſq; eorũ in die iudicij minimo de monachis cõparabit? Sectemur
ſaltẽ mulierculas, ſexus nos doceat infirmior. Quãtæ diuitijs pariter & nobilitate pollẽtes (no-
lo eã uocabula dicere ne adulari uidear) relictis facultatibus, pignoribuſq; contemptis, id factu
facile iudicauerũt, quod tu proprio putaſti timore difficile? Id de cerei carmine diſce. Illud tibi
de uarijs floribus lumẽ exorna. Eſto & ipſe apis, Debore uictoriã imitare. Barach tecũ Siſaram
perſequat, & liberato Iſrael Iudicũ carmẽ ingemines, ut Chriſti mella componas. Si ſic lampa
dem præparas, ſponſo ueniente nõ dormies, cubiculum regis intrabis. Plura cum dicere uellẽ,

C & te mecum tali exhortatione retinere, ſubito nunciatū eſt aſellos eſſe cōductos, qui me Romā uſq; pertraherent. Itaq; inuitus Placentiam te remitto, ſub ea conditione quam noſti, ut quotiens hæc legeris, tibi ſcias eſſe quo pollicitus es ueniendum. Pellicani cum ſuos a ſerpente filios occiſos, mortuos inueniunt, lugent, & ſe & ſua latera percutiunt, & ſanguine excuſſo ad corpora mortuorum, ſic reuiuiſcunt. Aquila quando ſenuerit, grauantur ipſius pennæ & oculi, quæritq; fontē, & erigit pennas, & colligit in ſe calorē, & ſic oculi eius ſanantur: & in fontem ſe ter mergit, & ita ad iuuentutē redit. Phœnix auis eſt in India, & per quingentos ānos de Libano implet ſe aromatibus, & ſic nidificat ſacerdoti Heliopolitano mēſe Famenoth, aut Farmuth. Implet aram ſacerdos ſarmentis, & ibi confert Phœnix aromata, & electrum aræ imponit. Et primo ſolis ortu, Phœnix quidem mouet pennas, ſolis uero calore accenditur electrū, & ſic exuruntur aromata, & ipſa Phœnix incenditur. Craſtino die de cinere gignitur uermis: ſecundo pēnas effert: tertio ad antiquā redit naturā, & ſic ad ſua loca reuertitur. Anguis quādo ſenuerit, perdit aſpectū: & ſi uoluerit redire ad iuuentutē, ieiunat quadraginta diebus, ut laxetur pellis eius: & ſic anguſtū foramen inquirit, ut dum nititur exire inde, pellē ſenectutis dimittat. Coluber ad bibēdum ueniens, in aqua uenenū deponit, ne eū uenenū aqua cōcretū occidat. Nudū hoiem timet, ueſtitū pſequitur, caput tamen ſuū celat quādo pcutit, ubi ſcit eſſe mortē ſuam. Serpens qdem ſi ſemel calamo pcutiatur, moritur: ſin uero iterū pcutiatur cōfirmatur. Brumali tpe infirmior efficitur, & a ſoricibus deuincitur. Igitur ante hyemē circa ſe colligit ſegetes, ut illis eſcam p̄beat. Viperæ p os coitū faciunt, maſculi mortē cōtemnūt, ſed fœmina in ipſo coitu, ſiue magna dulcedine exagitata, ſiue futuri preſcia periculi, dum abſorbet ſemen, caput maſculi abſcidit, & ſic eū occidit. Sed cū conceperit, uiſcera illius ab ipſis quos cōcepit, comedūtur, & ſic matrē occidunt. Formicæ quæ nil portant, non rapiunt onera earū quæ portant: ſed cum depoſuerint triticū, diuidunt grana, timentes ne ſi fuerit pluuia, floreſcāt. Vulpes ſi diu eſurit, uolutat ſe in puluere, & fingit ſe mortuā. Ergo uolatilia ueniunt, & dū uolunt illā comedere, comeduntur. Vulpecula cū leporibus ludit, & ſic illos occidit. Panther pardo ſimilis eſt, & eſt uariį coloris, & mitis. Si ſaturatus fuerit, tribus diebus dormit. Poſt tertiū diē leuat ſe & clamat, & ſic odorē ſuauem emittit, & cōuocat oēs feras, quæ odore ducunt. Et eſt oibus feris amicus, præter draconem & aſpidem. Teſtudo marina, quæ eſt grandis ut inſula, dū emergit ſe de alto, oſtendit ſe in ipſo mari tanq̄ petrā, nec ſe mouet inde quoaduſq; hoies naues ligent. Et cum hæc ſenſerit, trahit ſe in altum. Sed cum eſurierit, aperit os, & bonū odorē reddit: ad quē cæteri piſces colligunt. Perdix aliena oua calefacit, perditis ſuis. Sed cū creuerint pulli ex nido euolāt, & ad parētes ſuos redeunt, mentitū parentē omittētes. Perdices ſibi inſidiantur, & ſi afferant illos ad ſyluā q eos habent, uocē emittunt abſconſi, & ſic cæteri ueniunt, & retibus capiuntur, plus pedibus q̄ pennis fugiunt aucupātes. Et ſi ad hoc fuerit ut capiātur, ſimilē ſibi colore lapidē quærunt, & ibi ſe ſupinos ponunt. Vultur cū cœperit oua ædere, primū de terra Indiæ Inſtintiū ſumit, & eſt tāq̄ nux, & int⁹ habet aliqd qđ mouet, & ſonū reddit, Hoc ſibi apponit: & multos quidē facit fœtus, unū uero remanet. Nam cū nō habuerint eſcam, obſeruāt ſe dormiētes & comedūt ſe uſq; dū unus remaneat. Myrmicoleon ab ante leo, retro formica, de duabus feris naſcitur. Eſca uero ipſius in primis eſt lac matris, id eſt, formicæ. Nutritur em̄ mater legumine tāq̄ formica.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Vt librū hūc fateor lectu nō indignū, ita ſtilus, ut nihil ſit aliud, euidētiſſime declarat nō eſſe ſcriptū ab Hieronymo. Inſcriptio uariabat in exēplarib⁹, in alijs erat titulus ad Terentiā, in alijs ad Theraſiam. Deinde in ipſo uolumine nulla fit ullius rei mētio quæ ptineat, uel ad eū qui ſcripſit, uel a d eos qb⁹ ſcripſit. Cū huiuſmodi ſoleat admiſcere diuus Hieronymus, præſertim in principio & in fine. Poſtremo cum ſit iuſtū uolumen, & de celebri argumēto, tamen nuſq̄ citat ab Hieronymo, q tamen illi mos eſt in cæteris. Si extaret index operū Tertulliani, fortaſſis inter illius lucubrationes reperiretur. Nam Phraſis ab illius ſermone non abhorret: quāq̄ extat epiſtola Paulini Titulo & Theraſiæ.

## DE VERA CIRCVMCISIONE.

SVperiore epiſtola quā ex me cōſultatio ueſtra deprompſit, quā & ad tuum & ſororis tuæ nomen miſi, rationē circūciſionis rapide tranſcurri, quoniā procinctus itineris mei, in quo cōfecta eſt, non ſolum ei limā nitoris, uerūetiam pfectionē operis inuidit, licet me & illa terreant quæ limantur. Quod ſi non placent impolita, formidat

animus

A animus cogitare quid iudicij mereantur informia: q̄ꝫ q̄ꝫ ego illā non ad iudicū ſubſellia, ſed ad
fauentiū mihi coronā tranſmiſi. Deniq; mea ſententia nō prodiſſet, niſi fuiſſet per uos de ſecre-
to uerecundiæ, uelut manu quadā charitatis educta. Sed quoniā iam illā melioré facere nō poſ-
ſum, placuit mihi, ut ſemel emiſſum repetens apud te uerbū retractarē, cuius cōuerſatio circūci-
ſionis eſt interpretatio, & uita totius legis enarratio. Ex eo ſiquidē lex uidetur obſcura, quoniā
rarus in quo cōſpicitur exiſtit: dei em̄ uerbū uita eſt; & nos aliter uiuendo q̄ꝫ uita eſt, uerbū dei
facimus obſcurū. Quod ſi ea uita quæ ſolū uita eſt uiueremus, narratione legis eius opus non
erat, quā facilius erat uidere q̄ꝫ loqui: quandoquidē non in ſermone eſt regnū dei, ſed in uirtu-
te. Nobis ergo ex abundanti licet apud te diſſertare, quod didicimus in te, tibi prodere quod
nobis uita tua præſtitit ne eſſet obſcurū. Sed quid nouū loquimur, ſi aut tu quod locuturi ſum⁹
hoc uiuis, aut ſi apud te quod in te didicimus hoc loquimur: cum & memor eorum quæ memi-
nit, monita nō quærat, & doctus non ea quæ iam callet inquirat? Tu quidem filia dilectiſſima
circūciſione uiuis: mihi tamen propoſitum eſt illud tecum loqui: quare non in digito, non in au-
re, aliaue corporis parte fiat circūciſio Iudæorum: quæ utiq; ſine ratione eſſe diceretur, ſi a deo
inuenta non eſſet. Nihil em̄ ſine ratione fit per deum: nihil caſibus, ut gentes loquuntur, fortui-
tis: nihil deniq; fortunæ in illo temeritati licet. Ipſi em̄ cæci ſunt qui illā putant habere aliquid
poteſtatis. Deus aūt q ipſe ratio eſt, ut nihil nō plena ratiōe formauit: ita nihil ab hoie fieri ſine
ratione mādauit. Nā ſi elemēta q̄ cernimus tāta ratiōe digeſſit, ut terra hæc cēt ſup quā reliqua
mouerent immobilis, ut aquarū uenæ altiorib⁹ mōtibus conderētur, a qbus orta flumina dū p
multa ſpatia decurrunt late, potandi uſum per omnē tractū curſus ſui animātibus exhiberent:
ut ipſum mare aquis influentibus non excreſcat, ſed ut uelut uenter quidam laticum aquas ſiti
te uideatur: ne uel fontibus in æternum manantibus, uel fluminibus ſine fine currentibus, uel
pluuijs aſſidue ruentibus, perpetuo terra diluuio tegeret: ut cœlū p̄ter plenitudinem illā lucis
B in ſole, nocturnis etiā ſyderibus radiaret, ne quod tēpus egenum luminis haberemus. Si ergo
hæc trāſitoria, ut ipe ait, Cœlū & terra trāſibūt: ſic ſapiētia deſcripſit, ut aliter ea nō potuiſſe eſſe
credam⁹, qd hoies ipſos, p qbus hæc nūc ita excogitauit, ordinauit, inſtituit, ſine rōne forte uiue
re pmiſit: q̄rū adoptio eſt filiorū, & gloria, & teſtamētū, & legiſlatio, & obſequiū & pmiſſa? Ex
quibus etiā eſt Chriſtus ſecundum carnē, qui eſt benedictus in ſæcula. Abſit ergo, ut a quibus
etiā filiū ſecundū hominē uoluit oriri, eis nō plena ratione cōderet teſtamentū. Sed q̄m tā eui-
dēter cōſtat oia ordinata per deū plena eſſe rōnis, ut aſſertore nō egeant: uideam⁹ unde digreſ-
ſi ſumus: quæ cauſa eſt, ut eā partē corporis, quæ ſecretior & occultior eſt, aut eam quæ a græcis
φύσις a nobis dicit natura ad circūcidēdū dñs elegerit: qui utiq; ob ſignū quo uolebat famulos
ſuos in Abrahæ ſemine cenſeri: id potuiſſet eligere, qd in ppatulo poſitū ab oibus cerneret, &
alio noie uocaretur: ubi nec in ſigno obſcuritas, nec cōfuſio eſſet in noie. Sed utraq; hæc imago
rationē habuit geminæ ueritatis: quā dū loquar impende patiētiā, ut quæ circūciſionē illā in ui-
ta tua nō eſſe credebas, nūc uitā tuā in illa circūciſiōe cōſpicias. Ac primū de ſecretiori parte cor-
poris qd figurabat aduerte. Illud ſine dubio qd poſtmodū dñs mōſtrauit, ne iuſticiā noſtrā co
ram hominibus faceremus, ſed in occulto corā eo ſolo, cui ſoli nihil occultū eſt: & quē ſolū remu
neratorē bonorū nouimus eſſe factorū. Nā hic noſtra circūciſio nō uidetur: q̄m ſtulticiæ uela-
mine uelut ueſte tegitur mundiali. Nec ſane a nobis magnopere deſyderandū eſt, ut contēpla-
tioni omniū circūciſio aperte ſubiaceat, ne merces operis penes eos ſit, quos uolumus hanc ui-
dere, dicente dño: Amen dico uobis, recœperunt mercedem ſuam: ſed ita modeſte, ita uerecūde
habenda eſt, & uelanda iuxta eam imaginem, quā abundantiori honore ueſtimus, ut uidentes
eā non uideant, ſed querentes rimāteſq; intus nos iuxta Apoſtolū, quos ſeductores putāt, uera
ces eſſe fateantur: quos nihil habere credebāt, oīa poſſidere cognoſcāt: quos mori iudicabant, ui
uere in æternū teſtātur. Hæc eſt gloria circūciſiōis occultæ: hæc partis uerecūdæ illis ad uidēdū,
nobis in noſtro corpore nō uerendæ: hoc teſtimonium glorioſum cum cōuerſi amare cupiunt,
quos odiſſe gaudebāt. Vnde nō in carne palam, ſed in occulto cordis Iudæi eſſe debemus, nō li-
tera, ſed ſpiritu. Nam littera oculis ſubiacet noſtris: ſpūs nobis carnalem refugit aſpectum: ut
laus iuxta Apoſtolū ex deo, non ex hoibus acquiratur: uereamur aūt audire a dño: Populus

C hic labijs me honorat,cor autē eorū longe est a me:Iuxta illum qui quod pertinebat ad labia, magistrū bonū de bono q̄situr⁹ appellat:cui uetus lex,id est, carnalis circūcisio uelut in supficie posita recitat',quā se cōplesse testat⁹,ubi qđ ad circūcisionē cordis ptinebat audiuit: Vende oia q̄ habes & seq̄re me,tristis abscessit:miser prorsus,q sequi noluit quē bonū ignorare nō potuit. Interius ergo illud est signaculū præfiguratum, quod in inuisibili mēte nostra,ab illo inuisibili nostro deo uidet': ut nō eum a quo inuocet' audiret,sed eū a quo crederet' attēderet. Oculi ēm dñi sup iustos,si ad iusticiā corde credat'. Verū autē nos credere toto corde mētimur, si ab hoibus accipimus honorē. Accipim⁹ ēm ab hoibus honorē,si eleemosynas nostras tuba populo p̄ dicatura p̄cedat,quas nec p officiū ministrandi dexterā cum sinistra cōmunicare cōcessum est. Accipimus ab hominibus honorē,si ieiunia nostra & abstinentiā ciborū,populi oculis fractior mentitæ infirmitatis cōmendet incessus, & fauorē uulgi tristi uultu aduocatus pallor acquirat: si uero formā leticiæ uultus erectus,lauacris etiā serenat',si caput ad imaginē festiuitatis inūgiet: ut soli deo ieiunia nostra cōmendātes possim⁹ dicere: Volūtarie sacrificam⁹ tibi dñe. Vides filia nempe quod uiuis,& cōuersationē tuā secretæ illius circūcisionis agnoscis:foris egena,intus larga,foris sine lege,intus sub lege:populi oculis publicū uitando cōuiuiū uocatorū sensu aut euā gelistæ sociādo meritum. Sed ad uerā ipsam uitā aliquādo ueniamus,id est,ad dñm nostrū Iesum Christum:uideamus an tale aliqd docuit & fecit,quoniā quod factū est in illo uita erat:si & ipse circūcisionē ueluti in occulta parte corporis operatus,uoluit ab hominibus,& ea quæ faciebat,& ipse quis esset agnosci. Ac primū post cœlestem illā doctrinā de monte descendens,populorū se admirantiū stipatus agminibus,leprosi hois sordes emaculans,pro salutis tantæ bñficio,nō laudē, nō celebritatē cōmuni hominū more desyderat: sed sibi soli qđ est esset cōscius, quod maiore nō indiget testimonio. Iubet illū nemini narrare suā uirtutē: secretū quoq; diuinæ maiestatis qđ mysteriū incarnatiōis occuluit,ab eo qui sanatus fuerat uult sileri:ne gloriam quasi homo quærere uideret',quā alio more & mystica ratiōe susc̄pit. Nam ut se ostendat sa-
D cerdoti & munus deo offerat imperauit:& hoc munus,quod p̄cepit Moyses in testimoniū illis, ut dū tacet quod quasi fili⁹ hois imperauit,legis potius mādata,quā Moysi deus ipse dedit effi ciat:ut & dū hominē quē in carne uiderat laudare,phibetur, deū tñ in muneris oblatione magnificet. Sic gloria filij hominis quæ per ianuā prohibetur, per se uterū uidetur intrare,dū uero quasi homo p̄dicandus est,cui ut deo sunt curationū uota soluenda:nec in platearū angulis carnaliter celebrandus,q spūaliter sit adorandus in tēplo: ut si secundū hoiem nil reqrit, secundū deū diuinæ uirtutis gloriā,pmeret'. Addit huic similia,ut ueritas locupletiori testimonio fulciret'. Quærit a discipulis qs habeat' in populo egregi⁹: Illi nominat pphetas. Quid ipsi sentiat, sollicit⁹ excutit. Cui beat⁹ Petr⁹: Tu es,inqt,Christ⁹ filius dei uiui:exclamat dñs beatū,cui nō caro istud reuelasset & sanguis,sed pater ei⁹q esset in cœlis. Tūc & Petrus uocatur a petra,postq̄ angularē illā petrā primus agnouit. Iubet tamē post multas donatas Petro benedictiōes potētiasq; uirtutis,ne quis discipulorū diceret quod ipse esset Christus. Mira ratio,non uult p̄dicari quod gaudet intelligi: agnosci amat & odit ostendi, sic mysteriū obtectæ circūcisionis exercens. Nā mauult se inuētum esse q̄ proditū, ut uirtus sua illum nō fauor manifestaret alienus: q̄q̄ in hoc p̄cepto & aliud intelligētiæ genus occurrat. Vetat dñs hoc unde Petrū laudauerāt p̄dicare:offendendus utiq; si cōtra uolūtatē eius qđ Petrus senserat faterentur,quoniā si facultatē loquendi tribuere uoluisset, excusatio,pditori p̄destinata uidebat':poteratq; dicere,permisisti nobis discipulis tuis,ut te omnibus panderemus,nec imputandū mihi est,si alio ad te aliquis animo uenit,q̄ ego te tuus laudator ostendi. Sed quoniā q̄quid,phibetur illicitum est, a nullo se uoluit digne celebrari dū a Iuda,pderetur indigne. Iubet ergo discipulis ne cui dicāt,qđ ipse est Christ⁹. Tendit sentētia interdictalis in Iudā & p̄uisum iugulat,pditorē,ipso uerbo p̄cepti maiestatē signās quæ erat designāda p̄cepto. Refert euāgelista his uerbis. Tūc imperauit discipulis suis,ut nemini dicerēt qđ ip̄e eēt Christ⁹. Et Iudas ,pditor his q cū ip̄o uenerāt ait: Ipse est tenete eū. In uerbū ,phibitiōis declinatio obsecūdatiōis incurrit, & ne obtētu ad excusationē esse posset obliuio,infœlix memoria in sacrilegum uoluēda suggessit,dum ipse proditur de sermone quo cauet,sic utriq; ratio non æquanda subsistit. Nam & dominus ostendit sic se proden-

dum

A dñ esse dñ prodit. Sed ignosce, quod in aliñ tramitẽ expositionis sensus dei uerbo copiosior excessit, licet te amplius cõtristẽt suppressa q̃ ꝑdita: & magis de his rebus silere tibi, q̃ dici copiosius irascaris, quæ dñi iudicia pro auro & preciosis lapidibus cõcupiscis, in qbus mel tibi fauñ q̃ cõpẽsas, & desyderiorũ nõ cares etiã plenitudine & si satureris. Ac proinde factũ adhuc exẽplũ ab ipso dño repetamus: ut iuxta legem in ore duorum uel triũ testium omne uerbũ cõsistat: & quẽ prodi se diximus noluisse, etiã se uideri uoluisse doceamus: ut nõ ab alijs se modo honorari pateret: uerũetiã ipse sibi inquantũ fieri poterat debitã detraheret dignitatẽ. Laçari amici sui mortẽ nõ audit & nũciat: faciebat hoc de deitate, quid mirũ? ut cum localiter ꝑspiceret in hoie, ex diuinitate nusq̃ abesse crederet. Festinat in Bethaniã, submussitantibus pene discipulis pietas factura miraculũ: defuncti sorores occurrerũt tetro habitu, ore lachrymoso, crine conscisso, quas bono animo iubet esse si credant. Laçarũ uiuere si illæ nõ sunt dubitaturæ cõfirmat: uidet etiã multitudinẽ Marthæ & mariæ, quæ ad solatiũ comes cõuenerat. Infremuit, inquit, euangelista spũ, & turbat⁹ est, & ait: Vbi eñ eũ posuistis? qd est hoc? quæ cõfusionis causa? quæ formidinis? Quid aut erubescit aut metuit, cũ & uirt⁹ sit peractura miraculũ, & deitas nõ sit subiecta terrori? Quæ sepulchri tã incõsulta requisitio? Vt omnino credas de turbato cõfusoq̃ ꝑfectã: Ille deus noster qui discipulis constanter dixerat de absente: Laçarus mortuus est, qui sororib⁹ eius cõfidẽter promiserat de mortuo resurrecturus est, sub noua nescio qua cõfusiõe sepulchrũ quærit, quasi hoc solum qui omnia & nosset & præstare poterat ignoraret: non plane hoc est: nam alius intellectus occulitur: in dictis promissisq̃ superioribus satis se diuinitas publicarat. Aderat turba Iudæorum, tantis semp nõ amica miraculis. In planũ, deus si nõ aliquid secundũ hominẽ uideretur ignorare processerat. Turbatus est, inquit, id est, fetulentia carnis diuinitati nõ prodendæ miscetur, & ad ignorantiam humanam deitas uelanda reuocatur. Sic turbatur & fons, cũ excitatus casu aliquo limus, puritatẽ liquidi densat elementi, & duarum rerũ una cõfusio discrimine ꝑprietatũ dum separatur excludit. Ait nãq̃, ubi eum posuistis? Et hic turbatus Iudæis deitatẽ celat in hoie, & splendori diuinitatis in tantæ opationis coruscatione ignorãtiã mortalitatis obducit, ut cũ possit in suscitando Laçaro deus adorari, homo in sepulchri ei⁹ ignoratiõe uilescat. Sic dũ a cæcis uidet, & a uidẽtibus nõ uidet: sic dũ de lapidib⁹ suscitat filios Abrahæ, filios ꝑditiõis in lapidẽ offensiõis impingit, illud mysterio occultæ opatiõis exequit: ut eũ infirmi ac debiles ad poscendã opẽ salutis nullo monstrante cognoscãt, & ꝑsecutores uel inimici quẽ tenere debeãt, nisi prodat ignorẽt. Hic est ille liber intus & foris scriptus, hic secretus & publicus, hic apertus & opertus, hic paginis superioribus uidendus, interioribus non uidendus quia incõprehensibilis. Intus siquidẽ scriptus est cũ ꝑpheta dicat: Generationẽ eius qs enarrabit? Foris scriptus est cũ euãgelista ait: Liber generatiõis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahã: Intus scribit, cũ deus dicit: Eructauit cor meũ uerbũ bonũ. Foris scribit, cũ Esaias uaticinatur: Ecce uirgo cõcipiet & pariet filiũ, & uocabis nomẽ ei⁹ emanuel: Int⁹ scribit, cũ ꝑ Iohãnẽ dicit: In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & de⁹ erat uerbũ. Foris scribit ꝑ Matthæũ: Christi aũt generatio sic erat: Cũ esset despõsata mater eius Maria Ioseph: Intus scribit, Inuẽta est in utero habens de spũ sancto. Quid utiq̃ habens uerbũ dñi, uerbũ carnẽ factũ sub lege. Foris scribit, cũ apostoli interrogati, quis esse dñs diceret: & alij dicerẽt Heliã, alij Hieremiã, alij autẽ unũ ex ꝑphetis responderẽt: Intus scribitur, cũ Petrus exclamat: Tu es Christus filius dei uiui. Vnde & ipse dñs: Nõ reuelauit tibi Petre, inquit, istud caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Cuius caro & sanguis? Nũquid nã Petri ipsius caro & sanguis obstabãt quin filius dei diceret? Nõ inquã, sed ipsius dñi caro & sanguis, in qbus dũ homo cernit qd erat dei fili⁹ nõ credebat esse quod erat. Impossibile eñ hoibus uidebat deũ credere cũ hoiem uiderent, & tantã illã maiestatẽ, in qua inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis, quã ipe nõ capit mũdus, in corpusculo despectæ etiã imaginis indusam. Ait ergo, nõ hæc caro mea tibi & sanguis, me esse dei filiũ ꝑdiderũt. Nã ista nõ patiunt me hoc credi. Deniq̃ ꝑpheta dixerat: Et hõ est, & qs cognoscet eũ? Euidẽter ergo illi secũdũ hoiem uel oculũ iudicãtes, me aut Heliã ꝑphetã, aut aliquẽ unũ ex ꝑphetis loquũt, qñ hoiem me esse habitu carnis agnoscũt, sed tibi reuelauit pater meus q in cœlis est. Qñ reuelauit? Quo tpe de⁹ cũ Petro locut⁹ est. Reuelauit, inqt, pater me⁹ q in cœlis est: hoc est dicere

B

operibus

C opibus credidisti quæ loquũtur filiũ dei. Sed ut loq̃bamur foris scriptꝰ est liber iste cũ dñs esurijt: Intus scribit, cũ qnq; panibꝰ multa hominũ milia saturauit. Foris scribit, cũ amici morte lachrymatur: Intus scribit, cũ ipm quẽ flebat exuscitat. Foris scribit, cũ affigit cruci: Intus scribit, cum paradisum latroni promittit in cruce. Foris scribitur, cũ spiritũ moriens secundũ rationem humanæ carnis emittit: Intus scribitur, cũ in passione sol fugit, dies abscõditur, terra concutitur. Foris scribit, cũ sepelit: Intus scribit, cũ tertia die sepulchri liminibꝰ remotis erũpit in lucẽ. Foris scribit, cũ apostolis clauorũ & lanceæ uulneribus ostẽsis, escam etiã postulat: Intus scribitur, cum inter eosdem apostolos, clausis ostijs qui intrare uisus nõ est apparet. Sed miro modo cum interior scriptura libri magis obscura sit, amplius hominũ mẽtes turbat exterior: & uidẽtes illa quæ per hominẽ uideri non possunt, ista quæ possunt per hominẽ uideri noua ratione nõ cernunt. Nam Manichæi quod uideri nõ potest credẽtes, id quod potest uideri nõ credunt: cũ beatus Iohãnes inuisibilẽ & uisibilem deũ & hominẽ, breui quasi charactere signauerit: sic em̃ ait: Quod fuit ab initio fratres, quod audiuimus: Ecce libri illius interiorẽ partem. Quod sequitur: & uidimus oculis nostris, & manus nostræ palpauerũt de uerbo uitæ: Ecce libri pars exterior, quæ oculis ac manibus subiecta hominũ, & uideri & tractari potest. Hanc partẽ libri Manichæus ignorat, uidẽs opa quæ fiũt & uidẽs facientẽ. Potest qdẽ dicere iste, tu es Christꝰ filius dei uiui: sed nõ potest dicere, dñs est sabbati filius hominis: & mira puersitate quod uident negantes, quod nõ uident cõfitent̃: inuisibilẽ in uirtutibus recognoscunt, uisibilẽ in homine, quod facillimũ esse debuit nõ agnoscunt. O cæcitas, O ignorantia ueritatis, & omni ratione damnãda p̃sumptio: isti sunt qui deo ipsi se præferunt, sic credendo in carne cõstituti, spiritaliter se uiuere p̃fitent̃, quod deũ non credunt potuisse. Minor em̃ sine dubio ab istis deus est, si quod isti possunt, ille nõ potuit. Nam si isti possunt in carne constituti alienam capere naturã: cur ille in carne positus suam seruare non possit: uidelicet ut semper deus sit, ne corruptelæ admixtus incipiat esse corruptus? Mira disputatio, deum destruit cũ honorat: Minoris aũt uirtutis est obtinere in terrena substãtia deitatem, cq̃ deum spiritaliter in deitate durare. Quid ergo mirabor in deo, nisi quod cũ homo esse dignatus sit, in hoie quod deus esset aperuit? Non quod ipse destitit esse quod fuerat, sed quod carnẽ fecit esse quod deus est: quod in excusationem materiæ uitiosæ mansit ipse sine excusatione, quod dũ pro nobis peccatũ factus esset, peccator esse non potuit. Sed hic Manichæus. Arianus iterũ superiorẽ partẽ libri utraq; circũplexus manu, illã interiorẽ paginã sicreserare formidat, quasi sacrilegiũ facturus sit, si deus in carne ueniens nõ amiserit deitatem: Videnscq; dñm in nauicula dormientẽ, non uidet uentis & fluctibus imperantẽ: cui deitatem se tribuere sine similitudine paterna mẽtitur. Deus em̃ esse nisi patri, id est, deo similis sit nõ potest: similem autẽ esse, nec illum qui foris scriptus est de interioribus aliquid perdidisse. Illos quotidianus sermo instruere debuisset, quo filios patribus suis similes ita cupimꝰ approbare, ut dicamus de ore eiꝰ exijt. Ergo omis filius quãlibet secundũ carnalẽ generationẽ aliter generet: tamẽ si forte patri per omnia similis sit, dicetur ab ore eius profectus. Quis nõ uidet deũ uerbum de corde patris eructatum, nec aliunde in spiritu cq̃ ore prolatũ, etiã iuxta cõmunem omnium sensũ patri similẽ iudicare? Quod ubi fideliter senserimꝰ te, & ea quæ foris scripta sunt, & ea quæ intus diuinitus annotantur credere, unum librũ dicere poterimus: in quo legem totam scriptã uidentes, nõ philosophorũ argumẽta sectemur, ut ueritatẽ opinatione colligamus: sed formã uitæ ante oculos cõstituamus, & eã ipsam tractabilẽ miremur, in qua quicqd obscurũ esse poterit effundet̃. Quã manichæi nõ uidẽtes in carne, Ariani nõ intelligẽtes in spiritu, unius libri paginarũ cõfœderatã dissecuere iuncturã, & mediatorẽ duorũ cõsertis manibus, hæretico furore ruperũt. Sed qd mirũ, si hos nimiũ sibi in singulis paginis sapiẽtes ac de mũdiali philosophia ueniẽtes, tãta operti aptiq; libri concatenationis subtilitas præteriuit: cũ eũ nec Iudæi q ipsius erãt cũ in sua uenisset agnouerunt? Qui dũ de cœlo signũ postulant, quasi cœlestia non essent quæ in salute, uel debilium, uel mortuorũ cœlesti uirtute faciebat, obcæcati infidelitate sua, uidendo etiã nõ uidere meruerũt. Iratusq; est dñs, cur in ipso deitatis cõtẽneretur operatio: illud de diuitijs sapientiæ suæ, pcurauit, ut & forma serui despicabilis haberetur: & quibus non per uirtutẽ suã diuinitas radiasset: his omnimodis positus contemptui, irreuerẽda in ipso iuxta sa-

D culum

A culum uideretur humanitas:& cum dñm ſuum in ſpiritu Iſrael nō receperit: cur uel fratrem ſuū in carne Iuda reciperet & cognoſceret? Neq; eī æquum erat,ut qui maiora ſubruerēt,& qui ſacrilegium ut uolebāt exiſtimari cōmitterent ignorātes,non homicidiū facerent ſcientes. Deniq; & Ionæ ſignū,pmittit infidis,& miſer quidē populus,in uno eodēq; homine,ſeruū dei cōtēptor ſui occidit: & quem iuxta legem ſuam nō agnouiſſet ut deum,hunc extra legem ſuam gentiliter damnaret ut reum. Næ itaq; ignobilia paſſionis,uelut uelata ſicut loquebamur opatione promeruit,cum deitatis naturā mortalitatis ueſte circūdat:dum apud erubeſcentes agnitionē eius ipſe cōfunditur:dū quod homo de deo ſit non credit:dum ipſum deniq; in ſe hominē indeſpicabilē cæteris formā, ut patiat̄ inclinat:dū apud diſcipulos dei uerbū eſt, & apud principes homo uerbū nō habēs inueniť. Vnde ſi dñs cœli & terræ:cuiꝰ nomē ſup oīe nomē eſt,formā ſerui accipiēs,nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualē deo,in hominē ſe deſpectū uelata ſtudioſe diuinitate proiecit:neq; uideri in ſe uoluit,quod non poterat non agnoſci:quid homines obſeruare ſub ſpecie ſecretæ circūciſionis expediet,quos præter natura exemplo humiliauit & præcepto? Conſultius utiq; facient, ſi etiam cum omnia fecerint dicant: Serui inutiles facti ſumus,quod imperatum eſt fecimus: ēq; fiducia præſumptionis elati,ut unus a dextris, & a ſiniſtris alius in regno eius ſedeant poſtulauerint:ne illis ipſe dominus reſpondeat qui illos amare amplius credebatur,neſcitis quid petatis. Quibus & ſtatim formido paſſionis ab eo opponitur,quæ iuxta carnem humiliat elatos:quā ubi intrepide popoſcerunt, recte quidem dicit illis, ſedere ad dexteram,aut ad ſiniſtram non eſt meum dare uobis. Nunquid nam hic ſe potentiæ indignū eſſe profeſſus eſt, aut omne ſibi non licere teſtatur,qui ait: Pater neminem iudicat,ſed omne iudicium dedit filio? Non eſt ait meum dare uobis:id eſt,ſic petentibus ſuperbe,inſolenter,elate de carnis tumore non ſpiritus lenitate. Nā ego qui reſiſto nūc uobis,humilibus dare gratiā cōſueui. Ita dñs dum humilitatem & uerbo & actu uere audientes docet:cur in ſecreta parte corporis
B præfigurationem ueræ circūciſionis habere uoluerit oſtēdit. Dixi de occulto circūciſionis,quæ putaui eſſe dicenda:ſupereſt ut de ipſa circūciſione tractemus,quæ figura ſit:cur nō oculo circūcidamur & manu dicente dño: Nam ſi oculus tuus ſcandaliçat te,erue eū:& ſi manus tua ſcandaliçat te,abſcinde eam: Quæ tāta ibi præfiguratio eſt,ut per unam partē corporis totus omnino homo circūciſus eſſe credat̄:& cū hoc nos poſt Chriſtū,ut Iudæi faciūt nō faciamus in carne,facere tamen per eundē iudicemur in corde? Veniamus ad regeneratiōis noſtræ ſacramēta cœleſtia,ut circūciſionē ſpiritalē in ſpiritali natiuitate quæramus:& in ipſis fidei noſtræ cunabulis,quo tpe circūciſio celebrat̄,primos uagitus ſacratæ repetam⁹ infantiæ:& abrenūciationē illā qua p̄putijs denudamur ante oculos collocemus:qm̄ ſicut qui carnaliter naſcebant̄ in mūdo,carnaliter circūcidebantur in lege: ita qui nunc ad cœlorū regna generant̄ ex uerbo,per uerbū circūcidūtur a mundo. Sic nāq; dicimus abrenunciare nos mundo & pompis eius, quoniā quicqd eſt in mundo,concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum eſt, & ambitio ſæculi, quæ non eſt a patre. Illa ergo promiſſio & circūciſio eſt,quam non patimur ut ſerui, ſed exhibemus ut liberi:nec poſtq; nati fuerimus celebram⁹,ſed ut renaſcimur offerimus:oīq; in p̄cinctu baptiſmatis indumēto nudati,ſola ſanctorū oculis cōfeſſiōe ueſtimur:nec ad ſpeciē naturā noſtrā arſura filiorū ueſte uelamus,quia in euangelio arbor foliis exuberās,cū in ea fructus nō eſſet repert⁹ exaruit: ſed cūcta carnis repudiata natura, ſexus immemores,nil ueremur:nec cū primo illo terreno hoie,Adā ubi es,deū fugiētes audim⁹:ſed cū illo ſecūdo cœleſti,ego hodie genui te deū ſequētes audim⁹. Præputia itaq; quæ Adā trāſgreſſor acq̄rit,p̄ ſubiectionē cœleſtis obediētiæ reſpuētes,naturā circūcidim⁹uitiorū,& p̄ unā corpalis mēbri formā oēs exercētes in p̄putiū ſenſus, p̄ſequimur ac trūcamus. Nō em̄ naturā,ſed naturæ ſuperflua reſecamus,ſciētes qm̄ quicquid amplius eſt,a malo eſt. Sic dñi dignationē cōſequimur, ut nos qui ſecundū carnē præputium dicimur:id eſt,uelut ignorantia quadā naturaliter obtecti:tamen reuelata facie gloriā dñi ſpeculemur:cum illi qui ſecundum carnē circūciſio dicuntur: tamen ne in legē introſpiciant, obtentis præ facie obcæcentur aulæis. Euacuata eſt itaq; circūciſionis figura corporeæ,& in uim nominis ei⁹ tota tranſcendit, quādo etiā ſic p̄putiū circūciſio reputat̄. Quod tūc euenit,ſi aut poſt uerbū dñi,naturæ huius corruptæ acq̄ſcim⁹ blādimētis,& denuo incētiua ſeq̄mur uitior̄: aut

etiam nō

C etiam non circũcisi in carne,eam ipsam naturam cum suis persequentes, uerbum domini dum non custodimus obterimus.Porro hæc an ita se habeant,& fidei patrem,& circũcisionis interrogemus authorem:quoniã ab ipso utraq; hæc,& quæ ad mentem, & quæ ad corpus pertinẽt, processerunt:ipse nobis respondebit ex gestis:utrum ne illum deo iudaica circumcisio: an uero nostra hæc quã dicimus comendarit: ac primum audit a dño: Exi de terra tua & de cognatione tua. Sub hoc uerbo iuxta carnem in præputio constitutus,a parẽtibus se circũcidit, & patriã naturamq; omnẽ qua per affectum tenebatur abrumpens, uerbum dñi sequitur peregrinus. Hinc deinde ex coniuge sterili & ãnosa: id est,& cõtra uitium naturæ:& contra conditionem deficientis ætatis,posteritatis promittitur multitudo:non consyderat corpus suum emortuum cũ iam fere centum esset annorũ,& emortuam uuluam Saræ coniugis suæ cui desierant fieri mulie bria,etiã si ante sterilis nõ fuisset:sed in promissionem spem supponens,iustificationem credendo promeretur, Prius ergo q̃ in carne circũcidatur, eligitur. Prius enim scriptum est: Credidit Abraham deo,& reputatum est illi ad iusticiam.Iubet igitur deus: Circũcidatur omne masculinum uestrum & circũcidemini carne præputij uestri.Addidit & significantiã huius rei,ne esset obscura. Ait em̃:Et erit in signum testamenti inter me & uos.Signũ ad oculos pertinet uidelicet,ut eorum esset agnitio qui non putarent eum mundialem naturam per uerbum dñi respuisse:ac si qui essent illi qui Abrahæ fidem & uirtutẽ operationis ignorarent,per signum uelut per imaginem aliqua comparatione depictam quid uerum esset agnoscerent. Deinde & propheta infideli populo,qui deum ex eo quod uideri non potest nollet credere,signum uisibile promittit dicendo:Dabit uobis deus uester ipse signum:Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filiũ, & uocabitur nomen eius Emanuel. Et ipsi Iudæi cum dñm tantũ in carne cõspicerent, & fidem eius uirtutibus denegarent,signum postulant de cœlo, nempe ut crederent si uiderent.Deus ergo pro tempore cum Abrahæ posteritas paribus si posset uestigijs ingredi in fidẽ electionis suæ,notã in signo hoc uoluit esse iusticiã, ut qui mundialẽ naturã animæ respuisset,ei circũcisio
D carnalis appareret in corpore, ac uelut per hoc quod uidet̃ posset intelligi. Sic multa quæ a pphetis populo denũciabant̃, ab ip̃is pri⁹ a qbus p̃conabant̃ effecta sunt! Nudos in captiuitatẽ filios Israel esse ducẽdos,p pphetã irat⁹ dñs minabat̃:certe dictũ iam ad partiũ omniũ intelligẽtiã poterat intrare. Vadit tamẽ nudus ipse ppheta p populos,& in se q d̃ alijs uaticinabat̃ ostẽdit. Videt uulgus, non audit,& in Esaiæ corpore quæ sibi erant uentura cognoscit. Fit signum de uate,& in libero adhuc populo amaritudinem sentit propheta captiui.Sic Abrahã designat in carne quod exercebat in mente,& per nomen membri uelut uirtutẽ circũcisionis intelligit,nõ per hoc signum exprimens carnis,sed signum fidei.Deniq; post illam carnis circũcisionem suæ, si erat plenitudo iusticiæ: quare maiora adhuc de⁹ in Abrahã fidei experimẽta quærebat? Cur in patrio postmodum tentatur affectu,si iam in illa circũcisione benedictionis summa tenebatur? Sed quoniam non illa uirtus,sed signum iubebatur esse uirtutis,quæritur a singulari uiro: utrum ne qui iam & patriæ & cognationi renunciasset, & circũcidi se passus esset, non parceret & filio? Quẽ ubi ad uictimã nõ tristis exhibuit, pro digna pignoris impietate fit carnali pietate sublimior. Lucratur orbitatẽ dũ parricidium meditatur:& cum unico nõ parcit in terris, stellas pro filijs annumerare iubetur in cœlis:carnalisq; despector naturæ, in natura syderũ collocat̃: & humani contemptor seminis,pater uocatur astrorum. Sic fidelis non filio,sed præcepto,dum mandatũ dñi religionem ducit esse non crimen,dum offerre filium deo sacrificium iudicat esse non parricidium,pene meruit præuidere,quod deus ad tentationem probandæ mentis parricidiũ uoluit offerri,sed noluit implere. Ab hac ueritate,forma Iudaicæ circũcisionis admissa est: hæc nois erat figura non membri. Sic naturã nostram deus uoluit denudari, ut non in nobis, aut cupiditas arderet,aut ambitio suaderet,aut affectus carne⁹ præmineret,sed ab om̃ib⁹ præputijs nos dei amor & præsentium cõtemptus exueret. Dixit qdã Satyricus gentiũ poeta, Probitas laudatur & alget. Testimonium hoc uerum est:nullus eam stipat populus,nulla multitudo ambit, homo nullus amplectitur:& in mundo isto uelut in nouercali domo horret,etiã necessarijs deoperta q̃ diu non uestem suæ habuerit dignitatis? Age si uidetur,totum tramitẽ ueritatis per patriarcharum gesta uelut per uiua uestigia decurramus,ut circũcisionẽ quæ sancti-

ficat

A ficat demonstremus. Transeo Isaac peregrinantem, quod ipsum in circūcisionis forma cōsistit: Rebeccamq; propter philistinorum insidias sororem de uxore dicentē. Quod æque cū magni sacramenti sit, tibi existimandum relinquo. Taceo Iacob per duas annorum hebdomadas, matres duodecim tribuum seruitute mercantem. Omitto eius filios, quos per patriam benedictionem & sanctitatem, naturalis quædam necessitas continebat. Ad Iob ueniam, in aliam generationis lineam de Isaac germine iam prolapsum, nec inter duodecim Iacob filios hæreditatum, per Esau genitum primitiuæ benedictionis extorrem, primogeniti dignitatibus expoliatum, inter Edom principes qui deo placeret inuentum. Hic tamen an circūcisionem naturalem æquanimiter possit ferre tentatur? Fit pauper ex diuite, sed hoc etiam sæculi homines cōtemnere nouerunt. Tot orbitatibus uulnerat', quot successionibus gloriabatur. Exclamat forti uoce, nudus censu, nudus & filijs, nudum se exisse de utero matris suæ, nudum etiam iturum sub terras, dñm dedisse, dñm abstulisse. O uirū naturā sæculi respuentē, non se lachrymis, non se gemitibus, nō se etiā tenebris tradidisse, sed potius detrimenta pignorū, suscepisse adiumēta meritorū, dolorū uictor, etiā sensu egen⁹, affectu sit fortior cū infirmat', & in ualle lachrymarū turrim occupat gloriarū. Vbi es in sola carne circūcisa Iudæa? Confer cū hoc uiro pedē, & contende gloria, attolle te maiorū superba uirtutibus: latusq; tuū benedictis nobiliū patriarcharū circūcinge nominibus: ut in te iustificationum uetus illa uirtus & auorū splendor appareat. Iob aduersum te, procedit in medium, sanguinis authores non erubescens, nec per Esau inconcessam benedictionis sortem transfusiōe mentitus. Nam illa, nec prodesse nouimus, nec obesse, dicente dño: Anima patris & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ac proinde ei spes est, quod in his uincat te omnibus, & procedit plus sibi de uirtute uendicans propria, quo minus ex gloria promittit aliena. Denicq; expoliatus Iob bonis oīmibus, nil requirit. Tu Aegyptū in eremo post manna delitiosa suspiras. Illum ab spe in deo posita, tot malorum tentamenta non auocant: te ad eam spem bonorum omnium blandimenta non prouocant. Ille manum dñi sentiēs benedicit in uulnere: tu uirtutibus de Pharaonis iugo exuta non subiaces. Huic illi & pro circūcisis ueniam postulare conceditur: tibi uelut incircūcisæ Amorræus pater & mater ingerit' esse
B Cethea: ut manifeste liqueat, & illum per uirtutes operū non per obseruantiam circūcisionis benedictionem sibi restaurasse quā proauus amisit: & te per iactantiam circūcisionis uirtutes negligente, eam benedictionem quam Iacob sola subtilitate acquisierat perdidisse. Quid em̄ sibi Iudæorum arrogantia non usurpet? Iob iste qui deo placuit quomodo gentis est meæ, & circumcisus est? Forte quoniam de Esau circumciso hucusq; generatur: licet in hoc non circumcisio fuerit prædicata, sed uirtus: nec an sine præputio uixerit sit quærendum, sed quod nihil labijs suis peccauerit sit tenendum. Ad alienigenas ad quos prouocauit ueniamus, quoniā nullam nobis arborem exemplorum ager diuinorum omni ligno feracium plantariorum, nec in eo germina de uimine, sed de fruge censentur. Ostendamus in Israel gloriam peregrinam: & benedictionis germen in ligno fluxisse non suo, dicimus Ruth, quo magis confundantur in fœmina. Promittitur per prophetas de radice Iesse uirga pro nostra salute proditura: in quā flos cōscenderet, quel solus utiq; pleni agri odore fragraret præ cōsortibus suis: quē in odorē unguēto rum super omnia aromata leticiæ oleo pater unxisset. Hic tamen Iesse auiam non Israelitica habuit, sed Moabitam. Cui tantum peregrinæ conceditur, quantū nulla de patriarcharum germine promeretur, ut suo utero destinatæ benedictionis semen accipiat, & Israeli non Israelita parturiat dignitatem: cornuq; populi sui, in alterius populi benedictionibus aliena sustollat. Vnde istud oro, pmeruit? Credo qa dicit socrui suæ: Populus tuus, ppls meus est: & deus tu⁹, deus meus est. O uirtutem uiris etiam præferendam. Abrahæ fidem incircūcisæ gentis mulier imitatur, quā uirilis circūcisio dereliquit, & per aliena uestigia meritū iustificationis ingreditur, a quibus maiorum cæca hæreditas deuiauit. Deos suos Moabita contemnit cū tu Israel desyderes alienos. Illa in unum deum suorum iam oblita coniurat, & tu post multitudinem fornicaris idolorum: hinc eligitur a domino, hinc fit Israelita mente non genere, fide non sanguine, uirtute non tribu: hinc usq; adeo benedicitur, ut, pphetarum tuorum mater uocetur & regū. Lucet prorsus die darius, regnum cœlorum uim pati, & a uim facientibus inuadi, diripi, posslideri: nec iustifi-

C cationem gentis esse,sed uitæ:quando non circũcisi per frugem probitatis,aulam sanctificatio/
nis introeunt:& circũcisi in eadem aula geniti,per pudenda gestorum sceptrum sanctificatio/
nis amittunt.Sed rursum ad benedictum uelut duodecim tribuum sanguinem redeamus: ut
in eo iam tunc præcedens ecclesiastici mysterij ueritatis umbra probetur.Longum est singulo/
rum formas enumerare sanctorum, eorumq; gesta tuis filia dilectissima enarrare uirtutibus:
quid sit, quod Ioseph de domo Aegyptij regis ueste proiecta nudus aufugerit? Quid sit quod
hic populus mare transierit,& Pharaonis non transijt exercitus,& species labentis naturæ sub
hominum pede mutatur. Quid est, quod ipsum mare euadentibus Aegyptum Iacob filijs
occurrat. Tibi hæc cuncta examinanda,& iuxta tuam uitam,& iuxta ecclesiæ mysteria derelin/
quo: ut in his ueritate circũcisionis arcana quã in Abrahã aspicies,uacuatã formã signi Iudai/
co non mireris. Igitur quoniam strictim uniuersa dicenda sunt, ne in longum sermo procedat,
seges mihi omnis Israelitæ gentis est inuadenda, & in ea ipsius circũcisionis uentilandus effe/
ctus.Iesus Naue populos hæreditaturus in terris,prius illa omnia uelut diuinæ plæbis circũci/
dere iubetur examina, quasi uero non tota eremus per uarias peccaminum plagas circũcisæ
gentis ossibus albicaret. Quid ergo iubebat hoc fieri,quod peccati meritum non sanabat? Di/
cit dominus,fac tibi cultellos petrinos nimis acutos. Quid est,quod tantopere cauet,ne habean
tur obtusi? Nimis ait acutos,ut uidelicet non qui particulam aliquam corpusculi sui sensu dolo
ris abscindãt,sed multa lima atq; usu cotis assiduo tenui acie,mortiferos sensus mẽtis subtiliter
discriminent.Circũcidit ergo ni fallor in illis Aegypti desyderium, murmurationem, contuma/
ciam,idolorum fornicationem,consuetudinem peccandi,pro quibus iram domini eorum sen/
sere maiores.Et illis etiam sine dubio circũcidit metum positorum ante faciem preliorum.Nã
iam ante cẽ terras,pmissas sibi Iesu illas speculãte uidissent, gigãtes ibi esse fortissimos cõque/
rebantur,cum quibus manus conserere formidarent.Circũcidit & oculos,ne alienigenarum cõ
iugia contra licitum concupiscant:aliudq; in illis regionibus uelint possidere cẽ terras.Non emi
si non circũcidantur,sed si hæc negligant,per iram domini moriuntur: quoniam illud signum
D est benedicti,non meritum benedicendi.Sed pleni sunt omnes libri, plena exemplorum uetu/
stas,quod non præfectione nescio cuius membri,sed naturæ nostræ circũcisione dominus dele
ctatur:in qua se cum etiam ille maior omnium prophetarum Iohannes circũcidit, non uestitur
mollibus,non exquisitis ad gulam dapibus saginatur:sed in hoc mundo pene sine mundo est,
cunctã desyderiorum deserens curam mundialem,setosa durum uirum horridant tegmina nõ
decorant,humifero esu, melleo tenuiter sudore saturatur:quæ alia circũcisio præstantior debe/
bit inquiri? Deniq; hic non agnum illum quem in umbra ueritatis soliti erant Iudæi habere p
pasca,per quem mundi peccata non poterant aboleri:sed illum uerum agnũ,cuius omnis esset
mortalitas cruore saluanda,relictis nonaginta & nouẽ ouibus unã gestari pastoris ueri hũeris
primus agnouit,dicendo:Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.Illud etiam in eo miran
dũ est,qd eremũ elegerit,dñi prædicaturus aduentũ,non in tẽplis,nõ loquitur in plateis,multi
tudinẽ multitudini profuturus horrescit, & cur uox est damantis, si declinatur auditor? Opus
est utiq; multitudo doctori.Et quæ in eremo multitudo? Sine dubio nulla.Et quid faciet pro/
pheta,q uox est & uox damãtis? Elegit ni fallor locũ,nõ ubi eũ nullus audiat,sed ad quẽ popu
los de naturæ corruptæ cõuersatione reducat,ut in propheta nouam uitam uidentes, diuinam
mirari discant,seq; oĩbus uitijs circũcisos in eremo esse patiant. Locus ergo ipse forma doctri/
næ est,& ipsa prædicatio solitudo est uirtutum.Operatur habitatio dum urbiũ frequentiã sol/
licitus relinquit auditor,& eremum a contagione mundi uelut a theatro hoc uoluptatum auul
sus ingreditur.Prohibet deniq; ne Abraham patre glorientur:uidelicet quod eius uestigia non
sequantur.Certe si ad circũcisionem illam iudaicam ueniamus,circũcidamur ut Abraham fuit
circũcisus.Si ad sanguinem,cur filij Abrahæ nõ dicantur esse qui filij sunt.Sed & fidei pater nõ
potest esse nisi credentium:& filij non de signo circũcisionis,sed de operis similitudine recogno/
scuntur. His ergo cum inhibebatur, ne se Abraham parente iactitarent:illud ostendebatur,
non quia signum fidei illius,sed quia signum patrium non haberent. Tunc autẽ rite filij Abra/
hæ sunt dicendi,si ad formam parentis non facie,sed uita respondeant.Si ad uerbum domini,

nec

A nec patria diligatur,& filius possit occidi: cum ipse etiam totus homo illi qui pro nobis mortuus est,pari debeat charitate commori. Sic Symeon senex: Nunc dimittis, ait, domine seruū tuum in pace: Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Forma est utiq; quod qui Christum uidet,iam sit sæculo moriturus. Et hæc est circūcisio,non adhuc sub tabernaculo significationis adumbrata,sed præfiguratione ueritatis occultata,etiam in lucem facis imagine expoliata procedens: quā Abraham priorū mysteriorū pene omniū initiator ostēderat,cum post uerbum domini locum sibi a filijs Heth,non ubi uiueret,sed ubi moreretur acquirit. Magi quoq; adorato domino,ne cui genti ut docuimus,præputium corporale fraudi esset ad gloriam,suis se affectibus circūcidere,cum thesauris suis,id est, secretis mētiū patefactis,animorū motus mactauere pro munere: eosq; morbos per quos aliqd, aut cupim⁹,aut metuimus,aut dolemus,uelut ante pietatis arā & misericordiæ altare foderūt: ut uel in auro,auaricia: uel in thure,idololatria: uel in myrrha fieret domino subiecta mortalitas: a quo eius utiq; erat captiua ducenda captiuitas: & in hanc petram & sacra pecuniæ cupiditas, & profana errorum superstitio, & amara mortalitatis conditio,uelut illisæ morerentur: iam pridem Babyloni psalmista præcinente: Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Sub his ergo magorum & nominibus & oblationibus,omnimode ille diuinorū operū interpellator exuitur: Quoniā deus erat in Christo mūdū reconcilians sibi. Quis enim iam aut aurum sibi audeat possidere,si domini est: aut idolis thura concremare, si Christi sit: aut mortuum nisi mortuus sepelire, si myrrha iā uiui est: Deniq; & a diabolo uelut per hāc triū aleā tesserarum dñs ipse tētatur. Nam & continentia in fame,& religio in adorando,& uita in præcipitio periclitatur. Sed facile cuncta superauit, quia pater & rex bonorum omnium thesaurorum,& sacerdos repositorum ante sæcula mysteriorum, & resurrectio destinatus fuit mortuorū. Magi tamen ex illo ueteris uitæ reliquere uestigia: nouūq; iter ingressi,uacui sarcinis,non uacui benedictione cantauerūt: Reuertere anima mea in requiē
B tuam,quia dominus benefecit tibi. Nec non ille ad quem dominus ingressus est,omni dicitur præputio circūcisus uitiorum: nam & dimidium ex substantia sua dat egenis: & si cui quid fraudauit,reddit in quadruplum. Ille utiq; qui dominum non poterat uidere dum diues esset, nisi postq; de terra,in qua cor ipsius uidebatur esse cum thesauro, sycomorum qua dominus esset transiturus ascendit: Tunc uelut de cognata necessitate a crucifigendo conspectus in arbore cognoscitur,& filius dicitur Abrahæ. Cur dicitur? Si erat,testimonio non egebat. Sed quoniam non omnes erant filij Abrahæ, qui esse credebantur: hic de opere agnoscitur filius,non de gente: & uirtute,non de sanguine. Hæ circūcisiones sunt notæ de circūcisionis effectu. Iam ne uides filia,iam ne consyderas totam circūcisionem per operum formam,uelut per quædam membrorum liniamenta deductam,& per actuum diuersitatem quasi colorum uarietate depictam: in unum tamen iustificationis apicem uirtutum gradibus impletam? Cernis alium patriam relinquentem, nec de parricidio dubitantem: alium tanti census naufragium non curantem,nec in orbitatibus lachrymantem, imo & in putredine corporis sui de peccato potius coniugis q̄ suo uulnere suspirantem. Illam populos suos deosq; deserentem, nec in alienam gentē in opē uirilis auxilij uenire metuentē. Hūc repromissionis ingressurū terras cultelloq; animorū nō in ense ponentem,sed de caute facientem,ut ex se habeat petrinus quod ferreus acquirit aliunde. Alium in solitudine uiam domini præparantem,& rectas semitas in eremo facientem. Alium porro dimitti de sæculo deprecantem,& pacem domini malle q̄ mundi. Hos uero suis affectibus spoliatos, in auro, thure & myrrha conuersationum itinere mutato,qui per Herodem uenerant, per angelum redeuntes. Istum etiam nunc aceruos fraudium cum fœnore remouentem,& Abrahæ filium non naturæ beneficio,sed gestorum suffragio nuncupatum: ut euidenter appareret omnem mūdi naturam per singulorū operationes fuisse dimissam. Sed quoniā tāq̄ circa nuptialis cōuiuij finē,pene uinū quod per patriarchas ministrabatur expendimus,& nouum cœpimus aquarum conuersione libare: de nouis quoq; utribus aliqua proferamus, ut quale sit quod receperunt,de eo quod ipsi redolent æstimemus. Feruet quidem uniformiter

¶ per omnium apoſtolorum mentes plenis muſto pectoribus:& menſuram corpoream inunda
tio ſpiritalis excedens,ebrietatem non celat glorioſam.Nobis tamen ab illo eſt incipiendum a
quo hauriendi ſitis eſt inchoata:ut ex deſyderij magnitudine,ſacræ infuſionis plenitudinẽ do-
ceamus ex uno ſitim parilem ſociorum,non auara diuinæ ſobrietatis propinatione propina/
tam. Ecce indytam ſodalitatem. Auguſtũ caput Petrus extulit noui ſignifer teſtamẽti & in ¶rea
tione eius primitiuus: alius quod ſine dubitatione loquor Abraham, neſcio an maior: certe
quod ſentio non ſecundus.Illi generatio larga promittitur,huic generatio paſcenda committi-
tur.Ab illo iuſtificanda procedunt:in hoc iuſtificata fundantur: ita quod ille ſperat,hic accipit.
Illi dicitur:Faciam te in gentem magnam:huic dicitur:Faciam te piſcatorem hominum.Illi dici/
tur.In ſemine tuo benedicentur omnes gentes: huic dicitur, Iudicabis duodecim tribus Iſrael.
Illi dicitur: Vt ſtellæ erit ſemen tuum:huic dicitur: Tibi dabo claues regni cœlorum.Ac per hoc,
ille fœcunditate ſeminis benedicti impletur:hic ante ſemen ipſum euangeliçaturus aſciſcitur.
Abrahæ pro filijs claritas monſtratur aſtrorum, ſed Petro traduntur regna cœlorum:uidelicet
ut in ea ſine Petro,nec filij Abrahæ poſſint intrare.Hic ergo non quo circũciſus ſit iuxta gentẽ
ſuam apud dominum gloriatur,ſed dicit:Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te,quid
erit nobis? Quæ ſunt iſta omnia apud eum,qui præter inſtrumentum artis piſcatoriæ nihil ha
bebat? Omnia,inquit,utiq; quæ ad concupiſcentias mundus ingerit,quæ præputia poſſunt di
ci,ſi congregantur ad lenocinia peccati:quæ uehementius præcidenda ſuccreſcunt, ſi cum pro/
uentu mentitæ felicitatis adulantur: interioremq; illam mentis noſtræ naturam circumueſti/
re nituntur:ut maioribus tenebris ipſum etiam quod nobis pro lumine datum eſt tenebreſcat.
Omnia(inquit Apoſtolus)reliquimus,& ſecuti ſumus te.In fidem ueteris exempli nepotũ uir-
tus tam ſera ꝙ mira,per diſcipulum primogenitum nouæ iuſtificationis aſpirat:& obſoleſcen/
tibus iam pene imaginibus ueritatis, Abraham reformatur in Petro: oĩa ſe reliquiſſe teſtatur:
non in alto fluctuat,artis cura non geritur,nec ſocrus egra ſine domino uiſitatur. Omnis ſingu
laris uiri affectus in Chriſto eſt:hũc ſequitur ſubſtantiæ contemptor,ſtudij negligens, affinita
D tis oblitus:& id quod Abrahæ ut faceret imperatum eſt,hic iam feciſſe non celat:uidelicet ut ſi/
mili circũciſione ſicut uirtutis hæres eſt,fiat hæres & gloriæ. Omnia,inquit, reliquimus & ſecuti
ſumus te,quid erit nobis? Hoc eſt dicere,totis uitæ prioris uitijs deſecatis,in forma utris in prui
na iacentis,dum te ſequor exarui:nihilq; in hoc mundo præter te, quo impleri cuperem elegi:
cuius non fruſtra huiuſmodi ſiccitas ſancti ſpiritus ubertate penſatur:per quam ebrietatem no
uæ gratiæ in ſe Apoſtolus ipſe,dum linguis infidelium infamatur agnouit. Sed & cæteri apoſto
li eiuſdem muſti ſpumauere feruore,& unius botrionis ſuperfluenti maduere uindemia:qui ta/
men in odorem eius nectaris ad beati Petri ſimilitudinem cucurrerunt. Aſpice illos geminum
ſydus in terris,nec incaſſum tonitrui filios nuncupatos,cymbam,linum,patrem q; deſerẽtes,nec
uictus ſollicitudine dubitantes,nec officij uſibus inhærentes, nec poteſtatem paternam reuerẽ/
tes,ſumptu,negociatiõe,affectione caſtratos. Quid aliud utiq; ꝙ natura ſæculi circũciſos ueſte,
fluctu arida,manu ſicca ære,corde pietate non molli: nudo etiam de nauali parata ueſtigio.
Credo ad eam formam,iam tunc & Moyſi,ut pedum ſolueret uincula præceptum eſt: Quam
ſpecioſi pedes euangeliçantium pacem.Et ideo non ſunt uelanda quæ pulchra ſunt in conſpe/
ctu domini,nec mortuis ueſtienda quæ uita diligit. Hunc rurſus reſpicit de telonæo publica-
nũ,quæſtũ damnantẽ,conſuetudinẽ reſpuentẽ,& nomen actus fidei nomine cõmutantẽ,ut ab
omnibus omnino non pars corporis,ſed natura prorſus iniquæ conſuetudinis circumciſa mon
ſtretur. Totum dicerem nouæ uocationis examen,niſi in ſimilibus conuenirent, & eandem uir
tutem haberet diuerſitas perſonarum,naturamq; mundialem multitudo licet hominum, uno
tamen contemptu rerum uelut falce ſuccideret. Et quoniam ſatis abundeq; exempla & uete/
rum protulimus & nouorum:mentiſq; curſum ne uelut cæca nocte ad ignorantiæ ſcopulos de/
ueniret,ſanctorum imaginibus quaſi per ſermonem cœli notandis ſyderibus inſtruximus:nũc
ex obſcuro noctis egreſſi,non ſolum diem & ſolem,ſed ipſius ſolis & luminis lumen, ſub quo

errati

A errari non poteſt contemplemur. Illorum enim quærit ipſa multitudo iudicium,& in copia for marum, neceſſe eſt ut eueniat ſubinde ſimilitudo flammarum:ut ſæpe nautis confuſę attonitis per pauorem,ut lucifer ueſperum,& ueſper luciferum mẽtiatur:ſolis ſine ſocietate parili ſola eſt claritudo mirãda: cum dubia etiam ſub nubilo a ſimilitudine ſit uendicata ſi paruit. Ac per hoc etiam num dominus, quoniã carnem ſumpſit,& homo eſſe dignatus eſt,aliquid tale fecerit re quiramus:ut uelut ſolem ſub nubilo,ita ſub ſpecie corporali etiam id quod radiauerit admire mur: aliũqꝫ potius opponamus cꝫ ipſum aliũde ſumpſiſſe credamus. Quẽ aũt aliũ pro fide di uina humanaqꝫ in hoc ſæculi pelago nũcꝫ ſine metu naufragij nauigantes ad dirigendum ueri tatis curſum ſequemur,cꝫ illũ qui diſcluſa penitus parilitate ſui,ſolus etiã cũ ꝓ nobis in noſtra carne obſcuratur immẽſus eſt? Qui nec in homine poteſt celari,dum mortalitatis naturam ſub ſtantia diuinitatis exuperat,qui non elementum,ſed uirtus elementorum eſt:in quo tenemus initium & conſummationem & medietatem omnium:per quẽ ſolum ſolis & anni curſus ſunt, & ſtellarum diſpoſitiones,menſium quoqꝫ mutationes:quoniam in ipſo uetera tranſierunt, & facta ſunt omnia noua. Et cum magorum iter eius ſtella duxerit,quid mirum erit,ſi nos quoqꝫ geſtorum eius claritas, uelut ipſo theſauro immẽſi fulgoris inſtruxerit? Atqꝫ utinam ad certã dationem tanti ſplendoris & luminis,noſtrorum oculorum auertatur infirmitas, ut ille ſe ſub traheret & negaret inquis? non,ſed palam omnibus cœleſtis ſplendor appareret: modo ad eũ ſequax mens amica uoluntate conuertatur,in ſolo inueniet plenitudinem quam guttatim per ſingulos colligebat. Octauo die circumciditur, a matre utiqꝫ quaſi homo qui promiſſus fue rat ipſi Abrahæ, cum de circumciſione doceretur, dicente domino: Et erit teſtamentum meum in carne ueſtra in teſtamẽto æterno. Dei teſtamentum in noſtra carne eſſe, domino in noſtra carne dignante quis dubitat? Illudqꝫ teſtamentũ æternũ uideri quod citharis & pſalteriſs pſal leretur. Cuius rei quoniam prolixa eſt diſputatio,& neceſſaria uidetur eſſe trãſcurſio,ne per ra morum copiam robur ipſum propoſitæ materiæ derelinquens,incaſtigata erret effuſio:præſer tim cum mihi difficilius ſit naturam eius implere cꝫ quærere, & ſatis ſuperfluum mœrentibus brachiſs laborare,cꝫcꝫ ipſam materiam gracile nõ ſuſtentet ingenium: & neceſſarium pene ſit,
B ut & diſputationibus aliquibus circũcidamur,dum de circũciſione tractamus,quãdo nobis ad excuſandam etiam imperitiam noſtram,oportunitatem materiæ ipſius præſtet authoritas. Igi tur ad propoſitum redeuntes,interrogemus ipſum hominem ſuum:nam de domino loqueba mur,ipſo qui erat in homine circũciſo,cum iam ſecũdum legem circũciſus haberetur, clamat ut euãgeliſta teſtatur: Vulpes foueas habẽt & uolucres cœli nidos ſuos ubi requieſcant,filius autẽ hominis,non habet ubi caput ſuum reclinet. Rogo hic ubi ſub Cyrino cenſus inueſtigatio? ubi ædictum Cæſaris? ubi neceſſitas profitendi? ubi Ioſeph ipſa profeſſio? Noua ratio illic habet nihil quod deſcriptor inueniat,& uere. Nulla em̃ dominum ſæculo mancipata delectant, nec ſibi uſurpat quicquã qd̃ uel Cæſari,uel mundo uoluit eſſe captiuũ:docens nullum duobus do minis poſſe ſeruire. Circumciditur ergo hæreditate Ioſeph & Maria,nihilqꝫ ſibi de mũdialibus uendicat ſub tributo,qui utiqꝫ eis dixerat: Neſcitis quia oportet me in paternis meis eſſe:ſcilicet in templo,non in ſæculo:in ſacrificiorũ myſterio,non in malignãtium concilio,in paternis utiqꝫ ſpiritalibus:nam patrem in carnalibus non habebat. Deniqꝫ de eo templo & oues abegit & bo ues, & menſas nummulariorum & cathedras uendentiũ columbas euertit. Sic tẽplum etiam ipſum quod figura eſt corporis ſui,carnali cõcupiſcẽtia circũcidit,ut intelligeret homo hæc ſibi in ſua mente eſſe facienda: nec ſane ſuis parcit affectibus:nam eũ gladiũ quo alios circũcidebat docendo: Si quis amauerit patrẽ & matrẽ ſupra me,non eſt me dignus:ſua cõuertit in uiſce ra,& ſibiſpſi facit quod credentibus eſt facturus cũ dicit: Quæ eſt mater mea & qui ſunt fratres mei. O myſterium:matrem Mariam ſibi dominus abiurat, cum extra uerbi eſſet audientiam conſtituta,eo potiſſimum tempore quo uerbum prædicaretur a uerbo, & ipſum ſe miniſtran dum diſcipulis miniſtraret: quod apertius poſtmodum in illa unguenti effuſione patefecit dicendo: Me autem non ſemper habebitis. Iraſcitur ergo cum eum magiſtrum uita docen da non eligat qui eam matrem per uirginem parturiendus elegit, & cur ad eum quem extranei

C etiam tam facile interpellare possent,mater nollet intrare:nam fratres eius necdũ credebant in ipsum? Quis hic erit rogo, qui excusationẽ præferat, aut gratiæ,aut amori? si & Mariã merito nulla uincit,& Christũ dñm nostrum nemo superat pietate. Illa mater enim negatur a filio,ut uera illa circũcisio doceatur:quoniam magister & parens uitæ debuit uiuere,ꝓ ut docebat esse uiuendum. Hic est ille gladius fœmoralis,quo leuitæ suos propinquos & proximos occiderũt: quo etiam dominus ipse a patre iubetur accingi:quem omnes capiunt qui seipsos castrauerũt propter regnum cœlorum:quem gladium dominus mittit in terras,ut filiũ separet a patre,filiũ a matre sua,nurum a socru sua. Hoc gladio etiam beatus Paulus ecclesiã circũcidit,dicens: Reliquum est:ut qui habent uxores tanq̃ non habentes sint:& qui emunt, tanq̃ non possidentes sint:& qui utuntur hoc mundo,tanq̃ nõ utantur. Hic totius iusticiæ uirtus,hic ratio est circumcisa omni carne,id est,parentum,fratrum,cognationum,affinitatum,nullum amplius amare q̃ dominum:ut ad crucis imaginem dei uerbo,non ad aliquos mũdi actus, moneamur affixi matrẽ cõmendare discipulo. Res loquitur ipsa, cur illa pars corporis per quã Iudæus se autumat iustificari, desectioni adiudicata uideatur:adeo ut difficilius fuerit modum adhibuisse sermoni,q̃ argumenta requisisse:& hanc ueram esse circumcisionem,si abrenunciãtes mundo,ex quo iuxta carnem nostra natura est, & parentibus, & quæ fidei scandalum faciunt circumcisis, oculo etiã & manu & pede, nudi & soli debiles,etiam si fieri potest dñm sectemur: cantantes uere: Quoniã pater meus & mater mea dereliquerunt me:ut a domino mereamur assumi,& corporea denudati natura, spiritalium indumentis actuum glorioſius uestiamur, scientes quoniam quod de carne nascitur,caro est:& quod de spiritu,spiritus est,dicente Apostolo:Et si cognouimus Christum secundum carnem,uerum iam nõ nouimus,in quo nobis mũdus crucifixus est, & nos mundo:ut præputijs quæ sunt in superficie conuersationis abscisis,nudum illud & solum nostræ generationis secretum,quod superfluis tegebatur appareat. Si em̃ fœnum quod hodie est & cras in clibanum mittitur,deus sic uestit:quantomagis nos,si fide modicos non esse præuiderit? Cultello itaq; petrino corporis nostri circũcidenda est natura. Petra autem Christus
D est:cuius cultellus amor est,quo crescente in nobis,sæculi desyderia decrescent. Quem qui amauerit,dicit patri,non noui te:naturamq; circumcidens suam,nec ut patrem sepeliat mortuum separabitur a Christo:& expoliatus ueterem hominem cum actibus suis,quod præputiũ est,aliã naturam suæ uidebit esse substantiæ: id est,ut sicut primus homo terrenus a terra: ita secundus cœlestis incipiat esse ex cœlo:nec dicet iam cuius circũcisa est natura patrem præter eum qui in cœlis est se habere:sed præcepto domini lucido,illuminatis oculis,sedere ad dextram uirtutis filium hominis agnoscat. Obterendæ sunt omnes animi uoluptates, relinquenda studia delectationum,quoniam hic circumcisionis est ueritas non figura. Nitendum in summa,ut cunctis naturalibus amputatis, conuersatio nostra tẽdat ad cœlum,ubi Christus est ad dexteram dei. Quod ita uerum erit,si ludi, si iocus,si conuiuium,si sermo pene familiarium deserãtur: & tamẽ qui circũciduntur arescunt,ut non nos mundo qui uitæ imagines sumus, sed mundus nobis mortuus esse credatur: nec adglutinari eorũ aliqua quæ circũcisa sunt inimici arte sinantur:sed clamemus,sedit sanguis circumcisionis:ut cum in nobis uitæ calculus cœperit operari:in quo nomen nouum solus nouit ille qui accepit,non timeamus in loco reuelationis occidi: quinimo & imputantes aliqua nostro domino per amorem: nam & operarius ibi benignus admittitur: ut superius in beato Petro nouæ gratiæ susceptore didicim9:tota credulitatis nostræ harmonia intortis uehementius per artem fidibus resultemus: Propter uerba labiorum tuorum domine ego custodiui uias duras. An ne est aliquid tam durum,tam ferreum q̃ repugnare naturæ? Et cũ omnia in mũdo per deum nobis sint facta,ipsos nos uelut nõ nostra circũstent repellere nõ uidere:mundumq; ipsum nobis se cum omnibus diuitijs & pulchritudinibus suis ingerentem manu quadam repudiare uirtutis: Obseratisq; omnibus sensibus quibus ad animã substantia uitalis accedit,pene ad imaginem obrigescere mortuorum: Non uisu,non auditu, non odore,non tactu,non sapore capi: Et in natura corporis naturam corpoream non habere: hominemq; se quod homo sit obliuisci: cum tamen hocipso quod ambiat nõ teneri,quia uere quod

homo

A homo ſit teneat,& eo magis deſpiciat ſe,quo ſe magis agnouerit. Tũ quia durũ eſt p̃ſentia ſibi abdicare dũ uiuit: & futura ſperare poſt uitã. Hæc natura corporis,hoc ut diximus niſi circũciſa nõ patit̃: facileq; ſe geſtit iactare in ſuis,ſibi cernẽs terras,ſibi maria,ſibi uidens ſolẽ & uniuerſa cœli aſtra ſeruire: & quãdo ſe fraudari a terreſtribus patiet̃ cũ dñetur & cœlo? Tãtorũ ergo elementorum tam importuno circumuenta famulatu,uſq; ad obliuionem ſuæ conditionis inducitur:& in deſpectu totius ſublimata mundi,uincere ipſa ex eo quod ſibi obſequuntur præſumit elementa:hinc montes ſcrobibus fodiendo, hinc ualles ſubſtructionibus opplendo, hinc maria molibus arando, nunc arida irriguis fœcundando, nunc ſtagna paludeſq; ſiccando, uel cãpos conſitis nemoribus ueſtiendo,ac ſyluoſor; montiũ iuga,uetuſtis nemoribus denudãdo, ut pene dominã ſe naturæ eſſe nõ credat,ſi fecerit aliter. Cui⁹ naturæ cõcuſſiõe,natura noſtra his meditationibus agitatur,durũ eſt uias domini cuſtodire,in quibus nõ experimentis,ſed detrimentis potentiæ deſudatur: nec quæritur ut ſupra nos quod amat uniuerſa mortalitas, ſed ut ſub nos uita dicatur: ne amplius nos exiſtimando c̃p; ſumus,incipiamus nec id obtinere quod ſumus:cum per hocipſum ſi uelimus deſpicere quod ſumus,mereamur in melius eſſe c̃p; ſumus, dicente dño: & noſtræ illi imputationi quã præſumimus ſubſcribente:Amen dico uobis,nemo eſt qui relinquat domum, aut parentes,aut fratres,aut uxorem,aut filios propter regnum dei, qui nõ recipiat centuplũ in tempore hoc,& in ſæculo uenturo uitam æternã hæreditabit. Et talibus p̃miſſiõib⁹ uiæ illæ duræ,quas ob uerbũ dñi cuſtodire neceſſe eſt molliunt̃. In quarũ cuſtodia utiq; multa retributio eſt. His mercedib⁹ inuitamur quos oportebat & cogi dũ uelle nos ambit quod poterat & iubere. Deniq; cum uerbum uitæ durum dicerent eſſe ſermonem,& ob hoc turbati oẽs qui eum ſequebantur abſcederent:reſpiciens diſcipulos ſuos: nunquid nam & ipſi abire uellent,inquirit iratus:adeo eligit potius ſe nobis bona omnia debere ſi uolumus, c̃p; imperare ſi cogimur, dicente Apoſtolo: Si em̃ uolens hoc ago,mercedem accipio:ſi autẽ inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt. Hæc uoluntas fœmoralis illius uagina cultelli eſt: quæ ubi in ſe amorem dei quem cultellum eſſe diximus receperit,merebitur intelligere dominum uera prædicaſſe:Iugum em̃ meum ſuaue eſt,& ſarcina mea leuis eſt: quoniam ſuperfluis omnibus amputatis, & cunctis oneribus circumciſis,beluæ quadam ſarcinalis imagine tenuata: uere etiam
B nos cum pſalmiſta dicimus,qui uel per glaciem,uel per liquidam etiam mollemq; ſubſtantiam anguſtum illud acus foramẽ tranſire poſſumus, quod introire qui in equis ſperant & curribus non ualebunt, quoniam tales etiam uia illa quæ lata eſt, & ſpacioſa uix capiet. Laborum itaq; arduos montes & difficultatum propemodum muros,quibus cœleſtia ab humanis uelut prouinciæ cuiuſdam limitibus ſeparantur, diuina inuitatrix munificentia liberalitaſq; deplanat. Et ſicut tubis ſacerdotalibus muros illius Hiericho:ita prophetarum uocibus turrim noſtri interitus elidet,ſi modo contra ſpem in ſpe credentes & quodam concitatorum luminum uidendi ſaliente tranſpectu,in fraudem præſentium caducorum promiſſa tanc̃p; manibus iam apprehenſa miremur:& hac circũciſi natura in aliamq; naturam trãſpoſiti,mente illa & animo teneamus,quæ nec oculus uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit dominus his qui diligunt eum:de quorum numero non eſt, niſi qui per demonſtratam ſuperius circumciſionem uelut cum domino confixus in cruce,ſemper peccatis ſuis paſſione eſt dignus. Ille uero dominum noſtrum dignum tali paſſione non credẽs dixerit: Domine memor eſto mei cum ueneris in regnum tuum. Cuem dum adhuc loquitur,ipſe dominus promptus interpellantis auditor conſolari(ut conſueuit)pro ſua pietate dignabitur dicendo:Forti animo eſto: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo.

## CENSVRA EPI STOLAE SEQVENTIS.

Hanc epiſtolam nõ eſſe Hieronymi,etiam ſi parũ argueret ſtilus,ex hoc certe poterat intelligi, quod is qui ſcripſit,non ſemel teſtatur,ſeſe Græci & Hebræi ſermonis ignarum. Extat autem inter epiſtolas Auguſtini,ſuo titulo prænotata. Stilus quoq; cum titulo conſentit.

C LEctis litteris tuis,ubi me commonuisti,ut debitū redderem de reſiduis enodandis quæſtionibus,quas iam longe ante quæſieras:gratiſſimū mihi atq; chariſſimū deſyderiū ſtudiȝ tui amplius tolerare nō potui. Et ꝯuis in mediȝs aceruis occupationū meaȝ hāc feci ꝑcipuā:ut ad ea quæ me interrogaſti,tibi reſponderē. Diuti⁹autē de tua epiſtola diſputare nolo,ne hocip̄m me impediat iā tādē redhibere qd debeo. Quæris quæ cauſa ſit,cur anniuerſarius dies celebrandæ dominicæ paſſionis,non ad eundē redeat anni diē, ſicut dies qua traditur natus? Et deinde ſubiungis,ſi hoc ſit propter ſabbatum & lunam: quid ſibi uelit in hac re obſeruatio ſabbati & lunæ? Hic primū oportet ut noueris diem natalem domini, non in ſacramento celebrari: ſed tantum in memoriā reuocari,quod natus ſit: ac per hoc nihil opus erit,niſi reuolutū diem anni,quo ipſa res acta eſt feſta deuotione ſignari. Sacramentum eſt autē in alia celebratione,cum rei geſtæ ita rememoratio fit,ut aliquid etiam ſignificari intelligatur:quod ſancte accipiendum eſt. Eo itaq; modo agimus paſca:ut non id ſolum quod factum eſt in memoriā reuocemus,id eſt, quod mortuus eſt Chriſtus & reſurrexit: ſed etiā ut cætera quæ euangeliū atteſtatur ad ſacratam ſignificationem nō omittamus: Quia em̄ ſicut dicit Apoſtolus: Mortuus eſt propter delicta noſtra:& reſurrexit propter iuſtificationem noſtrā. Tranſitus quidē de morte ad uitam in illa paſſione dñi & reſurrectione ſacratus eſt. Nam etiā uocabulum ipſum quod paſca dicitur,non Græcū ſicut uulgo uideri ſolet,ſed Hebræū eſſe dicunt,qui linguam utrāq; nouerunt. Neq; em̄ a paſſione(quoniam παθεῖν græce,latine dicitur pati)ſed ab eo quod trāſitur,ut dixi de morte ad uitā,Hebræo uerbo res appellata eſt. In quo ælquio paſca tranſitus dicit᷑ ſicut ꝓhibent q hoc ſciūt. Quod uoluit & ipſe dñs tangere,cū ait: Qui credit in me trāſiet de morte in uitam:& maxime idē euāgeliſta hoc intelligit᷑ exprimere uoluiſſe, cum celebraturo dño paſca cum diſcipulis,ubi cœnā eis myſticam dedit: Cū uidiſſet(inquit) Ieſus,quia uenit eius hora,ut tranſiret de morte,ſeu de hoc hoc mūdo ad patrē. Tranſitus ergo de hac uita mortali in aliam uitam immortalem(hoc eſt em̄ de morte ad uitam): in paſſione & reſurrectione dñi cōmendatur. Hic tranſitus a nobis modo agitur per fidem quæ nobis eſt in
D remiſſionem peccatorū in ſpem uitæ æternæ diligētibus deū & proximū,quia fides per dilectionem operatur. Et iuſtus ex fide uiuit. Spes autem quæ uidetur,nō eſt ſpes. Quod em̄ uidet qs, quid ſperat? Si autem quod non uidemus ſperamus,per patientiam expectamus ſecundū hāc fidem,& ſpem,& dilectionem ꝯ cœpimus eſſe ſub gratia:iam cōmortui ſumus cum Chriſto,& cōſepulti illi per baptiſmū:ſicut dicit Apoſtolus: Quia & uetus homo noſter ſimul cōfixus eſt cruci cū illo:& reſurreximus cum illo,quia & ſimul nos excitauit,& ſimul ſedere fecit in cœleſtibus. Vnde eſt & illa exhortatio: Si aūt reſurrexiſtis cū Chriſto,quæ ſurſum ſūt q̄rite:ubi Chriſtus eſt ad dexteram dei ſedens: Quæ ſurſum ſunt ſapite,nō quæ ſuper terrā. Sed quod ſequit᷑ & dicit: Mortui em̄ eſtis,& uita ueſtra abſcondita eſt in Chriſto in deo,cū Chriſt⁹apparuerit uita ueſtra tūc & uos cū illo apparebitis in gloria: ſatis indicat qd uelit intelligi,quia tūc trāſitus noſter de morte ad uitam, qui fit per fidē in ſpe peragitur futuræ in fine reſurrectionis & gloriæ:cum corruptibile hoc,id eſt,caro iſta,in qua gemimus,induet incorruptionē, & mortale hoc induet immortalitatē. Nō em̄ iam quidē habemus per fidē primitias ſpiritus,ſed adhuc in nobiſmetipſis ingemiſcimus,adoptionē expectantes,redēptionē corporis noſtri. Spe em̄ ſalui facti ſumus. In hac ſpe cū ſumus,corpus quidē mortuū eſt ꝓpter peccatū:ſpiritus aūt uita eſt ꝓpter iuſticiā. Sed uide quod ſequitur: Si autē ſpiritus eius,inquit,q ſuſcitauit Chriſtum Ieſum a mortuis habitat in uobis: q ſuſcitauit Chriſtū a mortuis,uiuificabit & mortalia corpora ueſtra per inhabitantē ſpiritū eius in uobis. Hoc igit᷑ eccleſia uniuerſa quæ in peregrinatione mortalitatis inuēta eſt, expectat in fine ſæculi,quod in dñi noſtri Ieſu Chriſti corpore p̄mōſtratū eſt,q eſt primogenitus a mortuis,quia corpus ei⁹ cuius caput eſt ipſe,nō niſi eccleſia eſt. Nōnulli etiā attēdentes uerba quæ cōtinue dicit Apoſtolus: Quia & mortui ſum⁹cū Chriſto, & reſurrexim⁹ cū eo: nec intelligētes quatenus dicant᷑: arbitrati ſunt iā factā eſſe reſurrectionē, nec ullā ulteri⁹ in fine temporū eſſe ſperandā. Ex qbus eſt(inquit) Hymeneus & Philetus,qui circa ueritatē aberrauerunt, dicentes reſurrectionem iam factam eſſe, & fidem quorundā ſubuerterunt. Idem

Apoſtolus

A Apostolus eos arguens detestatur:qui tamen dicit nos resurrexisse cū Christo. Vnde:nisi quia hoc per fidē,& spem,& dilectionē factū esse dicit in nobis,secundū primitias spiritus:Sed quia spes quæ uidet nō est spes:& ideo si quod nō uidemus speram⁹,p patiētiā expectam⁹:Restat utiq; redēptio corporis nostri,quā expectātes in nobismetipsis ingemiscimus. Vnde est illud: Spe gaudentes,in tribulatione patientes.Hæc igit innouatio uitæ nostræ,est quidā transitus a morte ad uitam:Qui fit primo per fidem,ut in spe gaudeamus, & in tribulatione patientes simus,dum adhuc exterior noster homo corrumpitur,sed interior renouatur de die in diem propter initium nouæ uitæ,propter nouum hominem, quem iubemur induere & exuere uetera rem, expurgantes uetus fermentum, ut simus noua consperſio, quoniam pascha nostrum immolatus est Christus. Propter hanc ergo uitæ nouitatem,primus mensis in āni mensibus celebrationi huic attributus est: Nā ipse dicitur & mensis nouorū. Quia uero in toto tēpore sæculi, nunc tertiū tempus apparuit: ideo resurrectio domini triduana est. Primum em̄ tempus est ante legem: secundum sub lege:tertium sub gratia:ubi iam manifestatio est sacramenti prius occulti in prophetico ænigmate.Hoc ergo & in lunari numero significatur. Quia em̄ septenarius numerus solet in scripturis ad quandam perfectionem mysticus apparere,tertia hebdomada lunæ pascha celebratur:id est,qui dies occurrerit a quartadecima in uigesimam primam.Est illic & aliud sacramentum, quod si tibi obscurum fuerit, quia in talibus inquisitionibus minus eruditus es,nō contristeris.Nec ideo me putes esse meliorem,quia in studijs hæc puerilibus didici.Qui em̄ gloriatur,in eo glorietur,inquit,scire & intelligere,quia ego sum dominus. Nōnulli ergo studiosi talium rerum quæsierunt multum de motibus & numeris syderum. Et qui subtilius scrutati sunt ista,incrementa & decrementa lunaria,ex conuersione globi eius coniecerunt. Non quod aliquid substantiæ uel accedat ei cū augetur,uel decedat cū minuitur.Quod delyramentum imperiti Manichæi opinantes,repleri eam dixerūt,sicut repletur nauis ex fugitiua diei
B parte:quā cōmixtam principibus tenebrarum,& horum sordibus inquinatam, corde & ore sacrilego, & credere,& loqui non dubitant. Hinc ergo impleri lunam dicunt, cum magna pars diei magnis laboribus ab inquinamento purgata, de toto mundo atq; omnibus cloacis fugiens redditur deo lugenti dum redeat. Repleri uero per mensem dimidium, & alio dimidio in solem refundi uelut in aliam nauem. Nec tamen inter illas anathematiçandas blasphemias aliquid unq̄ fingere potuerunt, cur uel incipiens lucere, uel desinens,corniculato lumine fulgeat: aut cur a dimidio mense incipiat minui:& non ad refundendum plena perueniat. Illi ergo qui hæc certis numeris indagarunt:ita ut & defectus solis & lunæ, non solum cur fierent, sed etiam quando futuri essent longe ante prædicerent, & eos determinatis interuallis temporum;canonica supputatione præfigerent:litterisq; mandarent,quas modo qui legūt atq; intelligunt, nihilominus eos prædicūt,nec aliter aut alias accidunt q̄ prædicunt. Tales ergo (quibus non est ignoscendum,sicut scriptura sancta dicit: Quia cū tantū ualerent scire ut possent æstimare sæculum,quomodo dn̄m eius supplici pietate non facilius inuenerūt)ex ipsis cornibus lunæ,quæ a sole auersa sunt,siue crescentis,siue decrescentis:coniecerunt eam uel a sole illustrari, & quanto magis ab eo recederet, tanto magis ab ea parte quæ terris apparet,radios eius excipere:quāto aūt ad eū magis post dimidiū mēsem ex alio semicirculo ꝓpinquaret, tātomagis a superiori parte illustrata ab ea parte quā terris auerteret,nō posse excipere radios:&,ꝓpterea uideri decrescere:uel si haberet suū lumē:illud haberet ex una pte in hemisperio,quā partē cū recedēs a sole paulatim terris ostenderet,quasi augmēta mōstrare dū nō addat qd deerat,sed perdat qd inerat,ac rursum paulatim abscōdere qd patebat,& ideo uideri decrescere. Sed qd libet horū duorū sit:illud certe manifestū est,& cuiuis aduertēti facile cognitu,qd luna nō augeatur ad oculos nostros,nisi a sole recedēdo:neq; minuat,nisi ad solē ex parte alia appropinquādo. Attende nūc quod in Prouerbijs legimus: Sapiens sicut sol ꝓmanet,stultus autē sicut luna mutat. Et qs est sapiens q ꝓmanet,nisi sol ille iusticiæ:de q̄ dicit: Ortus est mihi sol iusticiæ:& quē sibi nō fuisse ortū,in die nouissima,plangētes impij dicturi sunt: Et iusticiæ lumē nō luxit nobis, & sol nō est ortus nobis? Nam istū carnis oculis uisibilē solem facit oriri super bonos & malos deus

C deus:qui etiã pluit ſup iuſtos & iniuſtos. Ducũtur aũt ſemp ex rebus uiſibilibus inuiſibiliũ cõ/
gruæ ſimilitudines. Quis ergo eſt ille ſtultus qui tãc̃p luna mutatur:niſi Adam in quo omnes
peccauerunt? Anima quippe humana recedens a ſole iuſticiæ,ab illa ſcilicet interna contempla
tione incommutabilis ueritatis:omnes uires ſuas in terrena conuertit, & eo magis magiſq; ob
ſcuratur in interioribus ac ſuperioribus ſuis:ſed cũ redire cœperit ad illam incommutabilem ſa
pientiam,quãtomagis ei propinquat affectu pietatis, tãtomagis exterior homo corrumpitur,
ſed interior renouatur de die in diem:omniſq; lux illa ingenij,quæ ad inferiora uergebat, ad ſu
periora conuertitur & a terrenis quodãmodo aufertur,ut magis magiſq; huic ſæculo moriatur,
& uita eius abſcondatur cũ Chriſto in deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediẽs,
& in uita ſua proijciens intima ſua:& hoc terræ,id eſt, eis qui terrena ſapiunt melius uideť,cum
laudatur peccator in deſyderijs animæ ſuæ:& qui inique gerit benedicitur. Mutatur autem in
melius,cum intentionem ſuam & gloriam a terrenis, quæ in hoc ſæculo apparent,paulatim
auertit:& ad ſuperiora interiora conuertit:& hoc terræ,id eſt,eis qui terrena ſapiunt deterius ui
detur. Vnde illi impij poſtremam infructuoſam agentes pœnitentiam, etiam hoc ſunt in/
ter multa dicturi: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum,& in ſimilitudinem improbe
rij: Nos inſenſati uitam eorum æſtimabamus inſaniam. Ac per hoc ſpiritus ſanctus de uiſibili/
bus ad inuiſibilia,& de corporalibus ad ſpiritalia ſacramenta ſimilitudinẽ ducens: tranſitum il/
lũ de alia uita in aliam uitam,quod paſca uocatur,a quartadecima luna uoluit obſeruari:ut nõ
ſolum propter tempus tertiũ quod ſupra memoraui, quia inde incœpit hedomada tertia: ſed
etiam propter ipſam tertiam conuerſionem,ab exterioribus ad interiora lunæ ſimilitudo aſſu/
meretur: uſq; ad uiceſimam uero & primam, propter ipſum numerum ſeptenarium quo uni/
uerſitatis ſignatio ſæpe figuratur: qui etiam ipſi eccleſiæ tribuitur propter inſtar uniuerſitatis:
ideo Iohannes apoſtolus in Apocalypſi ad ſeptem ſcribit eccleſias. Eccleſia uero adhuc in
iſta mortalitate carnis cõſtituta,propter ipſam mutabilitatẽ lunæ nouæ appellatione in ſcriptu
D ris ſignificať. Vnde eſt illud,Parauerunt ſagittas ſuas in pharetra,ut ſagittarẽt in obſcura luna
rectos corde. Prius eñ c̃p fiat illud,quod dicit Apoſtolus: Cũ Chriſtus apparuerit uita ueſtra,
tunc & uos cum illo apparebitis in gloria: obſcurabitur eccleſia in tẽpore peregrinationis ſuæ,
inter multas iniquitates gemẽs,& tunc ſunt timendæ inſidiæ fallacium ſeductorũ,quas noie ſa
gittarum intelligi uoluit. Vnde alio loco propter nuncios fideliſſimos ueritatis, quos ubiq; pa/
rit eccleſia dicitur Luna teſtis fidelis in cœlo. Et cum de regno domini pſalmiſta caneret: Orieť,
inquit,in diebus illis iuſticia & abundantia pacis,quouſq; interficiatur luna:id eſt, abundantia
pacis intantum creſcet, donec omnẽ mutabilitatem mortalitatis abſumat. Tunc nouiſſima ini/
mica deſtruetur mors,& quicquid nobis reſiſtit ex infirmitate carnis. Vnde nobis perfecta pax
nondũ eſt: Conſumetur omnino,dum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale
hoc induerit immortalitatem. Vnde & illius ciuitatis muri quæ Hiericho appellatur,quod in
Hebræo æloquio luna interpretari dicitur, ſeptimo circuitu teſtamenti arcæ corruerunt. Quid
eñ nunc aliud agit annunciatio regni cœlorum,quam circuitio arcæ ſignificauit,niſi ut omnia
munimenta mortalis uitæ,id eſt,omnis ſpes huius ſæculi,quæ reſiſtit ſpei futuri ſæculi, in dono
ſeptenario ſpiritus ſancti per liberum arbitrium deſtruatur? Ob hoc eñ circũeunte arca nõ im/
pulſu uiolento illi muri,ſed ſponte ceciderunt. Sunt & alia teſtimonia ſcripturarum,quæ nobis
ingerunt per commemorationem lunæ eccleſiæ ſignificationem,quæ in iſta mortalitate ab illa
Hieruſalem,cuius ciues ſunt angeli ſancti,in erumnis,& laboribus peregrinatur. Non ideo ta
men putare debent ſtulti, qui nolunt in melius commutari, adoranda eſſe iſta luminaria,
quia ducitur ex eis aliquando ſimilitudo ad diuina myſteria figuranda. Ex omni enim crea/
tura ducitur. Nec ideo in ſententiam damnationis debemus irruere, quæ ore apoſtolico de
quibuſdam profertur: qui coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius, c̃p creatori qui eſt be/
nedictus in ſæcula. Sicut enim non adoramus pecora c̃puis dictus ſit Chriſtus, & agnus, & ui/
tulus: nec feram,quia dictus eſt leo de tribu Iuda:nec lapidẽ,quia petra erat Chriſtus:nec mon/
tem Sion, quia in ipſo figuratur eccleſia: Sic nec ſolem & lunam c̃puis ex ea cœleſti creatura,

ſicut ex

A sicut ex multis terrestrib⁹ sacramentorū figuræ ad informationes mystícas sumātur. Quapro/pter mathematicorum delyramenta cum detestatione ridenda sunt. Quibus cum obiiceremus uana commenta: unde homines in errorem præcipitant, quo prius præcipitati sunt, garruli si/bi uidēt, cum dicunt nobis: Cur & uos ex solis & lunæ computatione pasca celebratis; quasi nos ordines syderum, & uicissitudines temporum a summo atq; optimo deo conditas argua/mus: & non eorū peruersitatem, quæ rebus sapientissime conditis, ad stulticiæ suæ uanissimas opiniones abutitur? Nam & si mathematicus nobis contradicturus est de syderibus & lumina/ribus cœli ad sacramenta mystice figuranda similitudines ducere: cōtradicant & augures, ne di/cat nobis: Estote simplices sicut colūbæ: Cōtradicant & Marsi, ne dicat nobis: Astuti sicut serpē/tes. Cōtradicāt histriones, ne in psalmis citharā nominem⁹. At qd ex his reb⁹ ad mysteria uer/borū dei, similitudinū signa sumuntur? Dicam si placet, uel auspicia uos captare, uel uenena cō/ficere, uel theatricas affectare luxurias, quod dementissimum est dicere. Non igitur nos de sole & luna annuis menstruisue temporibus actionum nostrarum euenta coniicimus, ne in uitæ humanæ periculosissimis tēpestatibus, tāq; in scopulos miseræ seruitutis illisi, a libero arbitrio naufragemus: sed ad rem sacrate significandam, similitudines aptas religiosissima deuotione suscipimus, sicut de cætera creatura, de uentis, de mari, de terra, de uolatilibus, de piscibus, de pe/coribus, de arboribus, de hominibus. Ad sermonē quidē multipliciter: ad celebrationem uero sacramentorum iam Christiana libertate parcissime: sicut de aqua, de frumento, de uino, de oleo. In seruitute autem ueteris populi multa etiam celebrari imperata sunt, quæ nobis tantū/modo intelligenda traduntur. Non utiq; dies obseruabimus, & menses, & annos, & tempora: ne audiamus ab Apostolo: Timeo uos, ne forte sine causa laborauerim in uobis. Eos em̄ incul/pat, qui dicunt: Non proficiscar, quia posterus dies est, aut quia luna sic fertur: uel proficiscar ut pspere cedat, quia ita se habet positio syderū. Nō agā hoc mense cōmertiū, quia illa stella mihi facit mensem, uel agā qa suscepit mēsem. Nō plantē hoc āno uineā, quia bissextus est. Non aūt quisq; sapiens arbitretur obseruatores tēporū reprehēdendos, qui dicūt: Nō proficiscar hodie,
B quia tempestas exorta est. Aut non nauigem, quia adhuc sunt hybernæ reliquiæ. Aut tempus seminandi est, quia imbribus autumnalibus terra satiata est. Vel si qui forte alij naturales effe/ctus circa motus aeris & humoris ad uariandas temporum qualitates in syderum ordinatissi/ma conuersione notati sunt: de quibus dictum est dum conderentur: Et sint in signis, & in tem/poribus, & in diebus, & in annis. Si quæ autem figuræ similitudinum, non tantum de cœlo & syderibus, sed etiam de creatura inferiore ducuntur ad dispensationem sacramētorum: eloquē/tia quædam est doctrinæ salutaris, mouendo affectui discentium accommodata, a uisibilibus ad inuisibilia, a corporalibus ad spiritalia, a tēporalibus ad æterna. Nec quisq; uestrum atten/dat, quod eo tempore quo pasca celebramus sol in ariete est: sicut illi appellant quendam syde/rum locū, ubi reuera mense nouorum inuenitur sol: sed siue illi arietem, siue aliquid aliud eandē partē cœli uocare uoluerint: Nos de scripturis sanctis hoc didicimus, quod oia sydera deus cōdi/dit, & locis cœlestibus quib⁹ uoluit ordinauit: quæ stellis distincta & ordinata, in quaslibet par/tes diuidant, quibuslibet uocabulis uocent: ubicūq; sol esset mense nouorum, illic esse reperietur hæc celebratio: propter similitudinē sacramēti renouandæ uitæ, de qua satis supra disseruimus. Quod si etiam locus ille syderum aries possit uocari propter aliquā figuræ congruentiam, neq; huiusmodi timeret sermo diuinus aliquā sacramēti similitudinē ducere: sicut & de alijs nō solū/ cœlestibus, sed terrestrib⁹ creaturis: sicut de Orione, de Pleiadibus: sicut de mōte Sina, de monte Sion: sicut de fluminibus quæ uocantur Geon, Phison, Tigris, Euphrates: sicut de ipso totiens in sanctis mysterijs nobilitato fluuio Iordane, rerum figurate insinuandarū mysticas similitu/dines adduxit. Sed quantū interfit inter obseruationes syderum ad aereas qualitates accom/modatas: sicut agricolæ, aut nautæ obseruāt, aut ad notandas partes mūdi cursumq; aliquo & aliunde dirigendum, quod gubernatores nauium faciunt, & hi qui per solitudines arenosas in interiora austri nulla certa semita gradiūtur, aut cū ad aliqd in doctrina utili figurate significā/dum, fit nonnullorū syderum aliqua cōmemoratio. Quantū ergo interfit inter has utilitates & uanitates hominū ob hoc obseruātiū sydera, ut nec aeris q̄litates, nec regionū uias, nec solos tē/

porum

C porum numeros,nec ſpiritalium ſimilitudinem,ſed quaſi fatalia rerum euenta perquirant,quis non intelligat? Sed iam deinceps uideamus:cur etiam id obſeruetur cum paſca celebrat, ut ſabbatum occurrat:Hoc enim proprium Chriſtianæ religionis eſt. Nam Iudæi tãtummodo menſem nouorum, & lunam obſeruant a quartadecima uſq; ad uiceſimam primam. Sed quia illud eorum paſca quo paſſus eſt dominus ita occurrit, ut inter mortem eius, & reſurrectionem medius eſſet ſabbati dies: addendum patres noſtri cenſuerunt,ut noſtra feſtiuitas a Iudæorum feſtiuitate diſtingueretur.Et quod non fruſtra factum eſſe credendum eſt,ab illo qui eſt ante tempora,& per quem facta ſunt tempora, & qui uenit in plenitudine temporum, & qui habet poteſtatem ponendi animam ſuam, & iterum recipiendi eam: & ideo non fatalem,ſed opportunam ſacramento,quod commendare inſtituerat horam expectabat,cum diceret:Nõdũ uenit hora mea. Vt igit ãniuerſaria paſſiõis eius celebratione a poſteris ſeruaret:quod em nũc ut ſuperius dixi fide ac ſpe agimus, atq; ut ad id ꝓueniamus dilectiõe ſatagimus: requies quædam ab omni labore omnium moleſtiarum ſancta atq; perpetua eſt: In eam nobis ex hac uita fit tranſitus,quem dñs noſter Ieſus Chriſtus,ſua paſſione demonſtrare & cõſecrare dignatus eſt. Ineſt autem in illa requie nõ deſidioſa ſegnitia,ſed quædã ineffabilis trãquillitas actionis ocioſæ.Sic em ab huius uitæ operibus in fine requieſcitur: ut in alterius uitæ actione gaudeatur.Sed quia talis actio in dei laude agitur,ſine labore membrorum,ſine angore curarum, non ad eam ſic tranſitur per quietem,ut ipſi quieti ſuccedat,id eſt,non ſic eſſe incipiat actio, ut eſſe deſinat quies. Neq; enim reditur ad curas & labores,ſed permanet in actione: & quod ad quietem pertinet,nec in opere laborare,nec in cogitatiõe fluctuare.Quia ergo per requiem ad primã uitã reditur unde anima lapſa eſt in peccatum,propterea ſabbato requies ſignificat.Illa aũt prima uita quæ de peregrinatiõe redeuntibus & primã ſtolã accipiẽtibus reddit,ꝑ unã ſabbati,quẽ diẽ dñicũ dicimus figurat.Quere ſeptẽ dies Geneſim legẽs,inuenies ſeptimũ ſine ueſpera,quia requiẽ ſine fine ſignificat.Prima ergo uita,non fuit ſempiterna requies peccanti.Requies aũt ultima ſempiterna eſt,ac per hoc & octauus ſempiternã beatitudinem habebit:quia
D requies illa quæ requies ſempiterna eſt,excipitur ab octauo,non extinguitur.Neq; em eſſet aliter ſempiterna. Ita ergo erit octauus qui primus,ut prima uita nõ tollatur, ſed æterna reddat. Sabbatũ tamen cõmendatum eſt priori populo in ocio corporali tẽporaliter celebrandum,ut figura eſſet ſanctificationis in requiem ſpiritus ſancti.Nuſq; em legimus in Geneſi ſanctificationem per omnes ſuperiores dies: ſed de ſolo ſabbato dictum eſt:Et ſanctificauit dñs diẽ ſeptimũ. Amant em requiẽ ſiue piæ animæ,ſiue iniquæ. Sed an ꝓueniant ad id quod amãt plurimũ, neſciunt: nec aliqd aliud appetunt etiã ipſa corpora ponderibus ſuis, niſi quieſcere a motibus ſuis.Nã ſicut corpus tã diu nitit pondere ſiue deorſum uerſus ſiue ſurſum uerſus, donec ad locũ quo nititur ueniẽs cõquieſcat.Pondus ꝙppe olei ſi mittat in aere,deorſum: ſi autẽ ſub aquis,ſurſum nititur. Sic animæ ad ea quæ amant propterea nituntur,ut perueniendo requieſcant. Et multa quidẽ ꝑ corpus delectant,ſed non eſt in eis æterna requies, nec ſaltem diuturna. Et propterea magis ſordidant animã & aggrauant potius,ut ſyncerum eius pondus quo in ſuperna fertur impediant. Cum uero anima ſeipſa delectatur,nondum re incõmutabili delectatur:& ideo adhuc ſuperba eſt,quia ſe pro ſummo habet, cum ſuperior ſit deus: nec in tali peccato impunita relinquitur,quia deus ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiam. Cum autem deo delectatur,ibi ueram,certam,æternam inuenit requiem quam in alijs querebat,nec inueniebat. Proinde admonetur in pſalmo: Delectare in domino,& dabit tibi petitionem cordis tui.Quia ergo charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ,qui datus eſt nobis:ideo ſanctificatio in ſeptimo die cõmemorata eſt,ubi requies cõmendatur. Quia uero nec bene operari poſſumus,niſi dono eius adiuti,ſicut Apoſtolus dicit:Deus enim eſt qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate:nec agere,nec requieſcere poterimus poſt omnia bona opera noſtra,quæ in hac uita gerimus,niſi eius dono ad æternitatem ſanctificati atq; perfecti.Propterea de ipſo deo dicitur: Cum feciſſet omnia opera ualde bona,ſeptimo die requieuit ab omnibus operibus ſuis quæ fecit. Futuram enim requiem ſignificabat,quam poſt bona opera daturus erat nobis hominibus. Sicuti enim cum bene operamur ipſe dicitur operari in

nobis

A nobis cuius munere operamur: ita cū requieſcimus ipſe requieſcere dicitur quo donāte requieſcimus. Hinc eſt quod etiam in tribus primis præceptis decalogi,quæ ad deum pertinent:cætera enim ſeptem ad proximum pertinent:id eſt,ad hominem,quia in duobus præceptis tota lex pendet:tertium ibi de obſeruatione ſabbati poſitum eſt: Vt in primo præcepto patrem intelligamus:ubi prohibetur coli aliqua in figmentis hominum dei ſimilitudo: non quia non habet imaginem deus:ſed quia nulla imago ei collibebat,niſi illa quæ hoc eſſet quod ipſe, nec ipſa ꝑ illo,ſed cum illo. Et quia creatura eſt mutabilis, ac propterea dicitur: Omnis creatura uanitati ſubiecta eſt,quoniam natura uniuerſi etiam in parte demonſtratur:ne quiſq; filium dei uerbū, per quod facta ſunt omnia,ideo putaret eſſe creaturam: ſequitur aliud præceptum. Non accipies inuanum nomen dei tui. Spiritus autem ſanctus,in quo nobis requies illa tribuitur,quam ubiq; amamus,ſed niſi deum amando,non inuenimus:cum charitas dei diffundatur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Quia ergo ſanctificauit deus diem ſeptimum,in quo requieuit:tertio præcepto legis inſinuatur:quod ſcriptum eſt de obſeruatione ſabbati:non ut iam in iſta uita nos requieſcere exiſtimemus:ſed ut omnia quæ bene operamur,nō habeant intentionem,niſi in futuram requiem ſempiternam. Memento enim maxime quod iam ſupra commemoraui, qua ſpe ſalui facti ſumus: ſpes eī quæ uidetur,non eſt ſpes:ad iꝑm autem ignem amoris nutriendum & flāmandum quodammodo: quo tanq; pondere ſurſum uel introrſum referamur: ad requiem hæc omnia pertinent, quæ inſinuantur nobis figurate. Plus enim mouent & accendunt amorē, cꝫ ſi nuda & ſine ullis ſacramentorū ſimilitudinibus ponerentur. Cuius rei cauſam difficile eſt dicere: Sed tamen ita ſe habet:ut aliquid per allegoricam ſignificationem intimatum,plus moueat,plus delectet,plus honoretur, cꝫ ſi uerbis ꝓpriꝭs diceret apertiſſime: Credo qđ ipſe animi motus cꝫ diu rebus adhuc terrenis implicatur,pigrius inflammatur:ſi uero feratur ad ſimilitudines corporales:& inde feratur ad ſpiritalia,quæ illis ſi-

B militudinibus figurantur:ipſo quaſi tranſitu uegetatur,& tanq; in facula ignis agitatus accendi-tur:& ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Ideoq; inter omnia illa decem præcepta ſolum ibi quod de ſabbato poſitum eſt, figurate obſeruandum præcipitur: quā figuram nos intelligendam: non etiam per ocium corporale celebrandum ſuſcepimus. Cum enim ſabbato ſignificet ſpiritalis requies: de qua dictū eſt in pſalmo: Vacate & uidete,quoniā ego ſum deus:& qua uocātur hoīes ab ipſo dño dicente: Venite ad me oēs qui laboratis & onerati eſtis: & ego uos reficiam. Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiem animabus ueſtris. Cætera tamen ibi p̄cepta, proprie ſicut præcepta ſunt ſine ulla figurata ſignificatione obſeruamus. Nam & idola non colere manifeſte didicim⁹, & non accipere inuanum nomen domini dei noſtri:& honorare patrem & matrem,& non mœchari,non occidere,non furari,non falſum teſtimonium dicere,non concupiſcere ullā rem proximi:nō em̄ figurate aliud prætendunt,& myſtice aliud ſignificant,ſed ſic obſeruantur ut ſonant. Obſeruare tamen diem ſabbati non ad litteram iubemur ſecundū ocium ab opere corporali, ſicut obſeruant Iudæi:Et ipſa eorum obſeruatio,quia ita præcepta eſt,niſi aliam quandā ſpiritalem requiem ſignificet,ridenda iudicatur. Vnde non inconuenienter intelligimus ad amorē excitandum,quo ad requiem tendimus ualere omnia quæ figurate in ſcripturis dicuntur:quandoquidem hoc ſolū in decalogo figurate præcipitur:ubi requies cōmendatur, quæ ubiq; amatur:ſed in ſolo deo certa & ſancta inuenitur. Dies tamen dominicus non Iudæis, ſed Chriſtianis reſurrectione domini declaratus eſt:& ex illo habere cœpit feſtiuitatem ſuam. Animæ quippe omnium ſanctorum ante reſurrectionem corporis ſunt quidem in requie: ſed in ea nō ſunt actione qua corpora recepta uegetantur. Talem quippe actionem ſignificat dies octauus, qui & primus,quia non aufert illam requiem,ſed glorificat. Non enim redit cum corpore difficultas ex corpore:quia nec corruptio. Oportet enim corruptibile hoc indui incorruptionē,& mortale hoc indui immortalitatem. Quapropter ante reſurrectionē domini, cuius ſanctos patres plenos ſpiritu ꝓphetico octaui ſacramentum nequaq; lateret,quo ſignificatur reſurrectio. Nā & pro octaua pſalmus inſcribitur:& octauo die circumcidebantur infantes: Et in eccleſiaſte: ad duorum teſtamentorum ſignificationem dicitur: Illis ſeptem & illis octo reſeruatum eſt: tamē

C illis est occultatum,& solum celebrandum sabbatum traditum est:quia erat antea requies mor/
tuorum:resurrectio autem nullius erat,donec ueniret Christus,qui resurgens ex mortuis, iam
non moreretur,& mors illi ultra non dominaretur. Sed postq̃ facta est talis resurrectio in cor/
pore dominico:ut præiret in capite ecclesiæ quod corpus ecclesiæ speraret in fine : Iam etiã dies
dominicus:id est octauus qui & primus inciperet celebrari: Ipsa etiam causa intelligitur,cur ob/
seruandum pasca,ubi agnum occidere & comedere iubentur:quod manifestissime passionẽ do
mini præfigurat:non eis ita præceptum est,ut attenderent occurrere sabbatum:& cũ mense no/
uorum & tertiam lunæ hebdomadam concurrere,ut eundem quoq; diem dominus potius sua
passione signaret:qui etiam dominicum:id est,octauum qui & primus est declaraturus aduene
rat. Attende igitur sacratissimũ triduũ crucifixi,sepulti,suscitati. Horũ trium opere quid signi/
ficet crux,in præsenti agimus uita:qd aũt significet sepultura & resurrectio,fide ac spe gerimus.
Nunc em̃ dicitur homini: Tolle crucem tuam & sequere me. Cruciatur autem caro, cum mortifi
cantur membra nostra,quæ sunt super terram,fornicatio,immundicia,luxuria,auaricia:& cæte/
ra huiusmodi:de quibus idem dicit: Si secundum carnem uixeritis,moriemini: si autem spiritu
facta carnis mortificaueritis,uiuetis. Hinc etiam de seipso dicit: Mundus mihi crucifixus est, &
ego mundo. Et in alio loco: Scientes,inquit, quia uetus homo noster simul confixus est cruci
cum illo: ut euacuetur corpus peccati:ut ultra non seruiamus peccato. Quamdiu ergo id agunt
opera nostra, ut euacuetur corpus peccati : quãdiu exterior homo corrumpitur : ut interior re/
nouetur de die in diem,tempus est crucis . Hæc sunt etiam bona opera quidem: tamen adhuc
laboriosa:quorum merces est requies. Sed ideo dicitur: Spe gaudentes, ut cogitantes requiem
futuram,cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatẽ significat crucis latitudo in trã/
uerso ligno,ubi figuntur manus. Per manus em̃ opera intelligimus. Per latitudinem hilaritatẽ
operantis,quia tristicia facit angustias. Per altitudinem uero cui caput adiungitur, expectatio-
nem retributionis de sublimi iusticia dei,qui reddet unicuiq; secundum opera sua: In his quidẽ
D qui secundum tolerantiam boni operis,gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus
uitam æternam. Itaq; etiam longitudo qua totum corpus extenditur:ipsam tolerantiam signi/
ficat:unde longanimes dicuntur,qui tolerant. Profundum autem quod terræ infixum est,secre-
tum sacramenti præfigurat. Recordaris em̃ ni fallor quæ uerba apostolica in ista designatione
crucis expediam:ubi ait: In charitate radicati atq; fundati,ut possitis comprehendere cũ omni/
bus sanctis quæ sit longitudo,latitudo,sublimitas & profundum. Ea uero quæ nondum uide/
mus & nondum tenemus:sed fide & spe gerimus:in alio biduo figurata sunt. Hæc em̃ quæ nũc
agimus:tanq̃ clauis præceptorum in dei timore confixi:sicut scriptum est : Confige clauis a ti/
more tuo carnes meas:in necessarijs deputantur,non in eis quæ per seipsa appetenda & concu/
piscenda sunt. Vnde illud quod est optimum se dicit cõcupiscere : Dissolui & esse cum Christo.
Manere autẽ in carne necessariũ inquit ,ppter uos. Quod ergo inquit: Dissolui & esse cũ Chri/
sto: Inde incipit requies quæ non interrumpitur resurrectione,sed clarificatur:quæ tamen nunc
fide retinetur: Quia iustus ex fide uiuit. An ignoratis, inquit, quoniam quicunq; baptiçati su/
mus in Christo Iesu,in morte ipsius baptiçati sumus? Consepulti ergo illi sumus per baptismũ
in mortem. Vnde nisi fide? Neq; em̃ iam in nobis perfectum est,adhuc in nobismetipsis inge/
miscentibus adoptionem,& expectantibus redemptionem corporis nostri . Spe em̃ salui facti
sumus: Spes autem quæ uidetur non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat? Si autẽ quod
non uidemus speramus: per patientiam expectamus: Quod memento q̃ sæpe cõmemorem:
nec iam nunc in ista uita nos beatos fieri debere arbitremur,& ab omnibus difficultatibus libe
ros:ac sic in angustijs rerum temporalium aduersus deũ ore sacrilego murmuremus, quasi nõ
exhibeat quod promisit. Promisit quidem etiam huic uitæ necessaria: Sed alia sunt solatia mi/
serorum:alia gaudia beatorum. Domine,inquit,secundum multitudinem dolorum meorum
in corde meo,exhortationes tuæ iocundauerũt animã meã. Non ergo murmuremus in difficul
tatibus,ne perdamus latitudinem hilaritatis:de qua dicitur: Spe gaudentes:quia sequit: In tri/
bulatione patiẽtes. Noua ergo uita in fide nũc inchoatur & spe geritur: Nam tũc perfecta erit,
cum absorbebitur mortale a uita,cum absorbebitur in uictoriã,cum illa nouissima inimica de/

A ſtruetur mors,cũ immutati fuerimus & æquales angelis facti. Omnes em̃,inquit, reſurgemus: ſed non omnes immutabimur:Et dominus:Erunt,inquit,æquales angelis dei. Apprehenſi em̃ ſumus modo in timore per fidem:tunc autem apprehendemus in charitate per ſpem. Quãdiu em̃ ſumus in corpore peregrinamur a domino:per fidem enim ambulamus non per ſpeciem. Ipſe itaq; Apoſtolus qui dicit: Tunc apprehendam ſicut apprehenſus ſum,aperte ſe non app̃hendiſſe confitetur. Fratres,inquit,ego me nõ arbitror apprehendiſſe. Sed tamẽ quia ipſa ſpes ex promiſſione ueritatis certa nobis eſt cum diceret: Conſepulti igitur ſumus illi,per baptiſmũ in mortem:ſubiunxit & ait: Vt quemadmodum ſurrexit Chriſtus ex mortuis per gloriam patris:ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Ambulemus ergo in re laboris,ſed in ſpe quietis:in carne uetuſtatis,ſed in fide nouitatis. Dicit em̃:Corpus quidem mortuum eſt propter peccatũ: ſpiritus autem uiuit propter iuſticiam. Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum a mortuis habitat in uobis:qui ſuſcitauit Chriſtum a mortuis,uiuificabit & mortalia corpora ueſtra,per inhabitantem ſpiritum eius in uobis. Hoc ex authoritate diuinarum ſcripturarũ & uniuerſæ eccleſiæ quæ toto orbe diffunditur conſenſione,per anniuerſariũ paſca celebratur. In magno utiq; ſicut iam intelligis ſacramento:& in ſcripturis quidem ueteribus ad agendum paſca, non eſt præceptum tempus,niſi ex menſe nouorum:a luna quartadecima,uſq; ad uiceſimã primam:Ex euangelio tamen quia iam manifeſtum eſt:quo etiam die dominus crucifixus ſit:& in ſepultura fuit & reſurrexit: adiuncta eſt etiam ipſorum dierum obſeruatio, per patrum concilia:& orbi uniuerſo Chriſtiano perſuaſum eſt,eo modo paſca celebrari oportere. Quadrageſima ſane ieiuniorum habet authoritatem: & in ueteribus libris ex ieiunio Moyſi & Heliæ, & ex euangelio:quia totidem diebus dominus ieiunauit:demonſtrans euangelium non diſſentire a lege & prophetis. In perſona quippe Moyſi lex,in perſona Heliæ prophetæ accipiuntur: Inter quos & in monte glorioſus apparuit:ut euidentius emineret, quod de illo dicit Apoſtolus: Teſtimonium habens a lege & a prophetis. In qua ergo parte anni congruentius obſeruatio quadrageſimæ conſtitueretur,niſi confinis atq; contigua dominicæ paſſioni? Quia in ea ſignificatur hæc uita laborioſa,cui opus eſt continentia: ut ab ipſius mundi amicitia ieiunetur,
B quæ utiq; fallaciter blandiri: & illecebrarum fucos circũſpargere atq; iactare non ceſſat. Numero autem quadragenario uitam iſtam propterea figurari arbitror:quia denarius in quo eſt perfectio beatitudinis noſtræ,ſicut in octonario,quia redit ad primum:Ita in hoc mihi uidetur exprimi,quia creatura quæ ſeptenario figuratur adhæret creatori: in quo declaratur unitas trinitatis per uniuerſum mundum temporaliter annuncianda:quia mundus & a quatuor uentis delimatur,& quatuor elementis erigitur,& quatuor anni temporum uicibus uariatur. Decẽ autẽ quater in quadraginta conſumuntur:quadragenarius autem partibus ſuis computatus, addit ipſum denarium,& fiunt quinquaginta tanq; merces laboris & cõtinentiæ. Neq; em̃ fruſtra ipe dominus,& quadraginta dies poſt reſurrectionem in hac uita & terra cum diſcipulis conuerſatus eſt:& poſteaq; aſcẽdit in cœlũ,decẽ diebus interpoſitis,pmiſſum miſit ſpiritũ ſanctũ. Cõpleto die pentecoſtes:qui dies quinquagenarius habet alterum ſacramẽtum:quod ſepties ſeptem, quadragintanouem ſunt:& cum reditur ad initium quod eſt octauus qui & primus dies, quinquaginta complentur,qui celebrantur poſt domini reſurrectionem: iam in figura non laboris, ſed quietis & læticiæ:propter hoc & ieiunia relaxantur,& ſtantes oramus:quod eſt ſignũ reſurrectiõis. Vnde etiã omnibus diebus dominicis id ad altare obſeruatur,& alleluia canitur:quod ſignificat actionem noſtrã futurã non eſſe niſi laudare deũ,ſicut ſcriptum eſt:Beati qui habitãt in domo tua domine, in ſæcula ſæculorum laudabũt te. Sed dies quinquageſimus & in ſcripturis cõmendatur:non tantum in euangelio:quia tunc ſpiritus ſanctus aduenit: ſed etiã in ueteribus libris. Nam & ibi poſteaq; paſca occiſo agno celebrauerũt: dies quinquaginta numerant, uſq; ad diem quo lex data eſt in monte Sina famulo dei Moyſi digito dei ſcripta: In libris aũt euangeliꝝ apertiſſime declaratur digitum dei ſignificare ſpiritũ ſanctum. Cum em̃ unus euangeliſta dixiſſet:In digito dei eijcio dæmonia: alius hoc idem ita dixit: In ſpiritu dei eijcio dæmonia. Quis hanc læticiam diuinorũ ſacramentorum cũ ſanæ doctrinæ luce clareſcunt, nõ præferat uniuerſi mundi huius imperijs,etiã inuſitata felicitate placatis? Nõne tanq; duo ſeraphim clamant adinuicem concinentiam laudis altiſſimo: Sanctus,ſanctus,ſanctus,dominus deus ſa

C baoth: Ita duo testamenta fideliter concordantia, sacratam concinunt ueritatē deo: Occiditur ouis, celebratur pasca & interpositis quinquaginta diebus, datur lex ad timorem scripta digito dei. Occiditur Christus qui tanq̄ ouis ad immolandum ductus est, sicut Esaias testatur: Celebratur uerum pasca, & interpositis quinquaginta diebus datur ad charitatem spiritus sanctus qui est digitus dei, contrarius hominibus sua quærentibus: & ideo iugum asperum & sarcinam grauem portantibus, nec inuenientibus requiem animabus suis: quia charitas non quærit quæ sua sunt. Ideo animositas hæreticorum semper inquieta est: quos magorum Pharaonis habere conatum, declarat Apostolus dicēs: Sicut em̄ Iamnes & Mambres restiterūt Moysi: sic & isti resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient. Dementia em̄ eorum erit manifesta omnibus, sicut & illorum fuit. Quia em̄ per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in signo tertio defecerunt: fatentes sibi aduersum esse spiritū sanctum qui erat in Moyse. Nam deficientes dixerunt: Digitus dei est hic. Sicut autem consiliatus & placatus spiritus sanctus, requiem præstat mitibus & humilibus corde: ita cōtrarius & aduersus immites ac superbos, inquietudine exagitat. Quā inquietudinē muscæ illæ grauissimæ significarūt, sub qbus Magi Pharaonis defecerūt dicētes: Digitus dei est hic. Exodū lege, & uide ubi pasca celebrauerūt, post quot dies data sit lex. Loquit̄ deus ad Moysen in monte Sina in tertij mēsis die. Nota ergo unū diē egressus ipsius tertij mēsis, & uide qd dicat inter cætera: Descēde, inquit, testare populo & purifica illos hodie & cras, & lauent uestimenta sua, & sint parati in diē tertiū. Tertia em̄ die descēdit dn̄s in montē Sina corā om̄i populo: tunc data est lex, tertio scilicet die tertij mēsis. Numera itaq; a quartodecimo primi mēsis die, quo factū est pasca usq; ad diē tertiū tertij mēsis: & inuenies decem & septē dies primi mensis, triginta secūdi, tres tertij: qui fiunt quinquaginta. Lex in arca est, sanctificatio in corpore dn̄i, per cuius resurrectionē nobis requies futura ꝓmittit̄, ad quā pcipiendā spū sancto charitas inspirat̄. Spūs aūt nondū erat datus, cū Iesus nōdū erat clarificatus. Vnde ꝓphetia illa cātata est: Exurge dn̄e in requiē tuā tu & arca sanctificatiōis tuæ. Vbi requies, ibi sanctificatio. Vnde nūc ut amemus & desyderemus, pi-

D gnus accepimus. Vocant̄ aūt ad requiē alterius uitæ quo ab ista trāsitur: quod pasca significat, oēs in noie patris & filij & spūs sancti. Propterea qnquagenarius numerus ter multiplicatus, addito ad eminentiā sacramēti ipso ternario, in illis magnis piscibus inuenit̄: quos iam dn̄s post resurrectionē nouā uitā demonstrās, a dextera parte leuari imperauit: nec retia dirupta sunt, qa tūc hæreticorū inquietudo nō erit. Tūc homo pfectus & quietus, purificatus in anima & in corpore per æloquia dn̄i casta, argentū igne examinatū, terræ purgatū septuplū: accipiet mercedē denariū, ut sint decem & septē. Nā & in hoc numero sicut in alijs multiplices figuras exhibentibus, sacramētū mirabile reperit̄. Nec immerito etiā psalmus septimusdecimus in Regnorum libris solus integer legit̄, quia regnū illud significat, ubi aduersariū nō habebimus. Titulus enim eius est: In die qua eruit eū dn̄s de manu omniū inimicorū eius & de manu Saul. Quis em̄ figuratur in Dauid, nisi ille q uenit secundū carnē ex semine Dauid? Qui utiq; in corpore suo, quod est ecclesia, adhuc patitur inimicos. Vnde illi persecutori quē uoce mactauit, & in suū corpus trā-

ꝺciens quodāmodo māducauit, sonuit de cœlo: Saule Saule quid me persequeris? Quādo aūt eruet̄ hoc corpus de manu omniū inimicorū eius, nisi cum & illa nouissima inimica destruetur mors? Ad hoc tēpus pertinet numerus ille centū quinquagintatriū piscium. Nam & ipse numerus septimusdecimus surgēs in trigonū, centū quinquagintatriū summā cōplet. Ab uno quoq; usq; ad decē & septem surgens oēs medios adde: & inuenies ad unū scilicet: & adde duo, fiunt utiq; tria: adde tria, fiunt sex: adde quatuor, fiunt decem: adde quinq;, fiūt quindecim: adde sex, fiunt uigintiunū: adde ita cæteros & ipsum decimūseptimū, fiūt centū quinquagintatria. Hæc de scripturis firmissime tenentur: id est pasca & pentecoste. Nam ut quadraginta illi dies ante pasca obseruent̄, ecclesiæ cōsensio roborauit: Sic etiā ut octo dies neophitorū, distinguant̄ a cæteris: id est, ut octauus primo concinat. Vt autē Alleluia per illos solos dies quinquaginta in ecclesia cantet̄, nō usq; quaq; obseruatur. Nam & in alijs diebus uarie cantat̄ alibi atq; alibi: ipsis tamē diebus ubiq;. Vt autē stantes in illis diebus & omnibus dn̄icis oremus: utrū ubiq; seruet̄ ignoro: tamē qd in eo sequat̄ ecclesia, dixi ut potui: & arbitror esse manifestū. De lauandis uero pedibus, cum dn̄s hoc propter formā humilitatis, quā docendam uenerat cōmendauit: sicut ipse

cōsequēter

A cõsequenter exposuit:quæsitũ est:quo nã tẽpore potissimũ res tanta etiã facto doceret,& illud tẽpus occurreret, quo ipsa cõmẽdatio religiosius inhæreret. Sed ne ad ipm sacramẽtũ baptismi uideret ptinere:multi hoc in cõsuetudinẽ recipere noluerũt. Nõnulli etiã de cõsuetudine auferre dubitauerũt. Aliqui autẽ ut hoc sacratiore tẽpore cõmendaret:& a baptismi sacramẽto mutaretur:uel diẽ tertiũ octauarũ:quia ternarius numerus in multis sacramentis maxime excellit: uel etiã ipsum octauũ,ut hoc facerẽt elegerũt. Miror sane quid ita uolueris: ut de his quæ uarie per diuersa loca obseruant,tibi aliqua cõscriberem:cũ & nõ sit necessariũ,& una in his saluberrima regula retinenda sit:ut quæ nõ sũt cõtra fidem,neq; cõtra bonos mores:& habẽt aliquid ad exhortationẽ uitæ melioris:ubicũq; institui uidemus,uel instituta cognoscimus:nõ solũ,nõ improbemus,sed etiã laudando & imitando sectemur:si aliquor infirmitas,nõ ita impedit ut amplius detrimentũ sit. Si em eo modo impediat,ut maiora studiorũ lucra speranda sint,q; caluniatorũ detrimenta metuenda,sine dubitatiõe faciendũ est:maxime illud quod etiã de scripturis defendi potest:sicut de hymnis & psalmis canẽdis:cũ & ipsius dñi & apostolorũ habeamus documenta & exempla & præcepta de hac re tam utilia. Ad mouendũ pie animũ & accendendũ diuinæ lectionis affectũ,uaria cõsuetudo est:& plæraq; in Africa ecclesiæ membra pigriora sunt:ita ut Donatistæ nos reprehendãt,quod sobrie psallimus in ecclesia,diuina cãtica ppheta rũ:cũ ipsi ebrietates suas ad canticũ psalmorũ hũano ingenio cõpositorũ quasi ad tubas exhortationis inflãment. Quãdo autẽ nõ est tẽpus cũ in ecclesia fratres congregant sancta cantandi, nisi cũ legitur aut disputat,aut antistites clara uoce deprecant,aut cõmunis oratio uoce diaconi indicit? Alijs uero particulis tẽporũ , quid melius a cõgregatis Christianis fiat,q utilius,q sanctius,omnino non uideo. Quod autẽ instituitur præter cõsuetudinẽ,ut quasi obseruatio sacramenti sit,approbare non possum : Etiam si multa huiusmodi ,pter nõnullarũ uel sanctarũ uel turbulentarũ personarũ scandala deuitanda,liberius improbare non audeo. Sed hoc nimis
B doleo,quia multa quæ in diuinis libris saluberrima præcepta sunt,minus curantur: & tam multis præsumptionibus sic plena sunt oĩa:ut grauius corripiatur qui per octauas suas terrã nudo pede tetigerit,q; qui mentẽ uinolentia sepelierit. Omnia itaq; talia quæ neq; sanctarũ scripturarum authoritatibus cõtinentur:nec in cõcilijs episcoporũ statuta inueniuntur:nec consuetudine uniuersæ ecclesiæ roborata sunt:sed diuersorũ locorum diuersis moribus innumerabiliter uariantur:ita ut uix aut omnino nũq; inueniri possint causæ,quas in eis instituendis homines secuti sunt:ubi facultas tribuitur sine ulla dubitatione resecanda existimo. Quãuis em neq; hoc inueniri possit,quomodo cõtra fidẽ sint:ipsam tamen religionẽ quã paucissimis & manifestissimis celebrationũ sacramẽtis misericordia dei esse liberã uoluit,seruilibus oneribus præmũt: ut tolerabilior sit cõditio Iudæorũ:qui etiã si tẽpus libertatis nõ agnouerint:legalibus tamẽ sarcinis,non humanis psumptiõibus subjciunt . Sed ecclesia dei inter multã paleã multaq; çiçania cõstituta,multa tolerat:tamẽ quæ sunt cõtra fidẽ,uel bonã uitã:nõ approbat;nec tacet,nec facit. Itaq; illud quod scripsisti:quosdã fratres ita tẽperare a carnibus edendis:ut immũdos q comederint arbitrent:aptissime cõtra fidẽ sanãq; doctrinã est. Sed hic ego si diutius disputare uoluero:poteris putare ante in illis obscuri aliqd hinc Apostolũ pcepisse:qui etiã post multa quæ de hac re dixit,sic detestatus est hæreticorũ impiã opinionem,ut diceret: Spũs aũt manifeste dicit: Quia in nouissimis tẽporibus recedẽt quidã a fide,intendẽtes spiritibus seductorib9:& doctrinæ dæmoniorũ in hypocrisi mẽdaciloquiorũ:cauteriatã habẽtes cõscientiã suã;phibentes nubere:abstinentes a cibis quos deus creauit ad percipiendũ cũ gratiarũactiõe fidelibus,& his q cognouerũt ueritatẽ:quia oĩs creatura dei bona est:& nihil abjciendũ est,quod cũ gratiarũactiõe pcipit. Sanctificat em p uerbũ dei & orationẽ. Et alio loco de his rebus loquit: Oĩa,inquit,mũda mũdis: immũdis aũt & infidelibus nihil est mũdũ,sed polluta sunt eor & mens & cõsciẽtia Tuipse lege cætera,& recita quibus potes,ne in se irritã faciant gratiã dei:quia in libertate uocati sunt:tantũ ne libertatẽ in occasionẽ carnis assumãt. Et ideo iam uoluit refrenandæ carnalis cõcupiscentiæ causa,a qbuslibet cibis tẽperari:quia nõ eis hoc pmittitur supsticiose atq; infideliter facere. Hi uero q de paginis euangelicis sortes legũt:& si optandũ est ut hoc potius faciant, q; ut ad dæmonia cõsulenda concurrãt:tamẽ etiã ista mihi displicet cõsuetudo,ad negocia sæcularia & ad uitæ huius uanitatẽ propter aliã uitã loquẽtia,oracula diuina uelle cõuertere. Hæc tibi

C si satis esse ad ea quæ requisisti nō putaueris:nimis ignoras & uires & occupationes meas. Tantum em̄ absum ab eo qđ putasti nihil me latere,ut nihil in epistola tua legerim tristius: quia & apertissime falsum est:Et miror quia hoc te latet:quod nō solum in alijs innumerabilibus reb⁹ multa me latent:sed etiā in ipsis sanctis scripturis multo nescíam plura q̄ sciam. Et ideo spem in noie Christi,nō infructuosam gero:quia non solū credidi deo meo in illis duobus præceptis, totā legē ꝓphetasq̄ pendere:sed etiā expertus sum experiorq̄ quotidie:quādoquidē nullū mihi sacramentū,aut aliqs sermo admodū obscurior de sacris litteris aperiet:ubi nō eadē p̄cepta reperiā. Finis em̄ p̄cepti est charitas de corde puro,& cōscientia bona,& fide nō ficta:Et plenitudo legis charitas. Itaq; & tu charissime,siue ista,siue alia:sic lege,sic disce,ut memineris uerissime dictum:Scientia inflat,charitas ædificat. Charitas aūt nō æmulat,nō inflat. Sic itaq; adhibeat scientia tāq̄ machina quædā,per quā structura charitatis assurgat quæ maneat in æternū, etiā cum scientia destruet:quæ ad finē charitatis adhibita,multū est utilis:per se autē ipsam sine tali fine:non modo supflua,sed etiā pnitiosa ꝓbata est. Scio autē q̄ te cogitatio sancta custodiat sub umbraculo alarum dñi dei nostri. Sed ideo hæc & si breuiter monui:quoniā noui eandem ipsam charitatem tuam,quæ non æmulatur:hanc epistolam multis daturam atq; lecturam.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Dictu mirum,q̄ hic liber diuersus habebatur in exemplaribus. Nec idem erat initium,& alia in alijs supererāt aut deerant, tum plæraq; diuersa habebant. Stilus palā arguit,nō esse Hieronymi,etiā si nō indignum censeam qui legatur. Gustus phraseos non abhorret ab oratione diui Augustini.

## IN SVSANNAM LAPSAM OBIVRGATIO.

PVto leuius esse crimē ubi homo peccatū suū ultro cōfitet:q̄ ubi celans mala,inuit⁹ detegit & nolens publicat. Quid taces anima? Quid cogitationibus æstuas? Quid nō erumpis in uocē,& mētis tuæ exponis ardorē:ut aliquod solatiū capias? Hoc plane hoc erit quasi remediū quoddā egritudinis tuæ, si aperto ore cōceptū digeras scelus. Nā & ulcus cum fuerit tumidū,q̄uis suppuratū,euaporans præstat refrigeriū passioni.

D Audite nunc qui prope estis & qui longe,qui timetis deū,& ecclesiæ eius gaudio cōgaudetis,& tristiciæ cōlugetis:sicut scriptū est: Gaudere cū gaudentibus,flere cū flentibus. Vos inquā appello, qui charitatē Christi uerissimā retinetis,& nō sup iniquitate gaudetis,sed potius ingemiscitis. Aduertite potius uerba oris mei:& an hæc iusto ex dolore ꝓcedant iudicate,& detecti sceleris qualitatē mecū pariter perhorrete. Virgo nobilis & dicata Christo,sapiens,erudita,ruit in foueā turpitudinis:cōcepit dolorē,& peperit iniqtatē:se pdidit,ecclesiā maculauit. Hinc ois ania Christiana graue uuln⁹ accepit,qa datū est sctm̄ canib⁹ & margaritæ missæ sūt añ porcos. A falsis em̄ hoib⁹ laceratū est nomē sanctitatis, & ab immūdis & luteis ꝓpositū castitatis. Hinc æst⁹ animo meo,hinc insanabilis dolor. Quia unū malū bona plurima secū trahit:& uni⁹ nubecula peccatricis,totā lucē pene obscurauit ecclesiæ. Audite me oēs populi,& uidete dolorē meū. Virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatē. Vere hæc est captiuitas, ubi animæ peccato captiuæ ducūtur. Assumā ergo sermonē,pphetícū,& flebiliter dicam. Ad te nunc mihi meus sermo sit,quæ caput horū & causa malorū es:quæ multipliciter misera,cū gloria uirginitatis nomē etiā perdidisti. Nefas em̄ est Susannā uocari nō castā. Nō licet nominare,quod nō est. Vnde incipiā,quid primū,quid ultimū dicā? Bona cōmemorem,quæ perdidisti: an mala defleam, quæ inueneristi? Eras uirgo in paradiso dei: utiq; in ecclesia eras sponsa Christi, eras templum dñi, eras habitaculū spiritus sancti. Et cū dico totiens eras,necesse est ut totiens ingemiscas: quia nō es quod fuisti. Incedebas in ecclesia tāq̄ columba illa:de qua scriptū est: Pennæ columbæ deargētatæ & posteriora dorsi eius in specie auri. Splendebas ut argentū,fulgebas ut aurū,syncerā cōscientiā p̄ferebas. Eras tāq̄ stella radiās in manu dñi,nullū uentū, nullas nebulas ꝓtimescēs. Quæ est ista subita cōuersio? quæ est ista repentina mutatio? De dei uirgine facta es corruptio satanæ,de spōsa Christi facta es scortū execrabile,de tēplo dñi fanū immūdiciæ,de habitaculo spūs sancti tuguriū diaboli. Quæ incedebas cū fiducia ut columba,nūc lates in tenebris ut stellio. Quæ fulgebas ut aurū ꝓpter uirginitatis decorē,nūc uilis facta es tāq̄ lutū platearū:ut etiā indignor̄ pedibus cōculceris. Quæ fueras stella radiās in manu dñi, ueluti de alto ruens cœlo, cōuersa es in carbonē nigrū. Væ tibi misera,& iterum uæ,quæ tanta bona,parua tēporis luxuria per

A ria perdidisti. Quã tibi spem apud Christum dñm reliquisti: cuius membra tollens, fecisti membra meretricis? Quis te spiritus sanctus uisitabit cum eum repudiaueris, qui se a cogitationibus quoq; sordidis longe facit? Sed ueniamus ad humana, ut p illa diuina cognoscant. Aspice qui sanctorum, quæ sanctaꝝ tibi approximare non horrent? Aperi oculos si potes: erige frontẽ si audes: aliquẽ sanctoꝝ fiducialiter intuere. Nõne tuã faciẽ cõscientiæ cõmissa tanq; plumbũ inclinãt & p̃munt? nõne tenebræ ante oculos tuos ut dura caligo uersant? Nõne timor & tremor animã tuã & mẽbra tua quassant? Si ergo hoies in carne constitutos, & alicuius forsitan delicti obnoxios non potes intueri, graui utiq; cõfusione sepulta: quid facies corã Helia & Daniele, & tantoꝝ exercitu prophetarũ? Quid facies corã Maria? Quid facies coram Iohanne & Tecla maculato thoro puritatis? Quid deniq; facies coram angelis sanctis. Nonne splendore & charitate immaculatorum, quasi fulminibus perculsa combureris? Sed dictura es forsitan, non potui sustinere: quia carnem fragilem circũferebam. Respondebit tibi beata Tecla cum suis innumerabilibus sociabus: & nos eadem carne amictæ fuimus: nec tamen plenum propositum castitatis nostræ, aut fragilitas carnis potuit mutilare, aut sæuitia tyrannorũ per uaria tormenta deijcere. Reuera non potest caro corrumpi nisi mens fuerit ante corrupta. Remanebit ergo in crimine anima quæ carnẽ præcedit in crimine. Sed dicis: Nolui hoc malũ, passa sum uiolentiã. Respondebit tibi illa fortissima Susanna, cuius tu nomẽ fallaciter baiulas: Ego inter duos presbyteros posita, inter duos utiq; iudices populi, sola inter syluas paradisi constituta, uinci non potui quia nec uolui. Tu ab uno ineptissimo adolescente, in media ciuitate, quomodo uim potuisti perferre, nisi quia ultro uiolari uoluisti? Quis deniq; tuas uoces audiuit? quis collucta-
tiones sensit? Vt autem hæc omittã, certe post illatam uiolentiam, detegere scelus, si non alijs,
B uel tuis parentib9, uel tuis sororibus debuisti. Esset em̃ excusatio infelicitatis: esset & cõsciẽtiæ plena purgatio, si hostem pudicitiæ deduxisses in publicum. Sed erubuisti, ne forsitan te uiolatam multi cognoscerent. Vt quid timuisti, ubi non erat timor: nisi ut tacendo crimen cum adultero sæpius te sotiares? Esto autem, pudor te prohibuit confiteri: quid de secunda cõmixtione dicis? quid de tertia? quid de frequenti cõmertio fœditatis? Cessat cessat iam uiolentiæ figmen tũ, cessat ruboris argumentũ, ubi totiens membra dicata Christo cœlesti, medici tui uisceribus polluenda præbuisti. Horret horret animus meus, mens hebescit cum ad imum sceleris peruenitur. Nam & medicus q̃uis fortis sit animi: tamen cum altius secat uulnus, puto ex parte aliqua sustinebit horrorem. Heu perdita, iam ne intelligis omnes tibi uias excusationis penitus clausas? Iam ne sentis quantũ tibi mali & in carne & in anima nefaria libido contulerit? Non istam de te confusionem tuus expectauerat pater, qui te sibi singularem gloriam computabat. Nõ hunc luctũ & has lachrymas, ex te sibi crediderat tua nasci mater, quæ partus sui gemitus, per tuam uirginitatem solabatur. Non fratres tui, non sorores, hoc ex te dedecus expectabãt: quos oẽs quasi uno gladio tui sceleris grauiter sauciasti. Si fuisses cõmuni sorte defũcta, deflessent te ad modicum parentes: sed exultassent gaudentes: quia immaculatã præmiserant uirginem, hostiam uiuã domino, propiciatricem suorum uidelicet delictorum. At nũc plangunt mortuam & non mortuã, plangunt uiuam & non uiuam. Mortuam utiq; gloria uirginitatis: uiuam dedecore turpidinis. Iratus est pater suis uisceribus, de quibus seminata es: Maledicit mater suo utero, ex quo in hanc lucem infeliciter processisti: nec tamen modum suo dolori reperiunt, nisi hoc plane solum uidentur sibi habere solatium: quia nec te pater compulit: nec mater coegit ut uirginitatem profitereris, quã ultro & propria uoluntate professa es. Nam scio cũ multas difficultates tua genitrix proponeret: cum arduum esset iter seruandæ uirginitatis integræ, te non solum pertinaciter restitisse: sed etiam reuelationes tibi datas dixisse terribiles. In quantum ergo mercedem sibi sperabant, ex quo non tuo proposito resisterent: intantum tibi misera intellige pondus iudicij crescere, quia non seruasti quod ultro promisisti. Quibus te spinis serpens ille nequissimus obligauit? Quibus te uenenis infecit ille qui Euam decepit: ut tãta te cæcitate percuteret: ut tantam animæ tuæ faceret obliuionem? Non es memorata diem sanctum, diem dominicæ resurrectionis, in quo diuino altari te obtulisti uelandam. In tanto nãq; solenni conuentu ecclesiæ dei, inter lumina neophytorũ, inter candidatos regni cœlestis, quasi regina regi nuptura processeras. Non es memorata, qualis ad te die illo est facta allocutio.

C Aſpice filia,intuere uirgo:quantus ad ſpōſi tui & dñi gloriā cōuenerit populus:ſeruare te opor/
tet fidē quā ſub tātis teſtibus polliceris.Semp cogita cui uirginitatē ſpopōderis tuā. Facilius te
oportet ſanguinē cū ſpiritu fundere,q̄ perdere caſtitatē.Quātis in illo die cōſecrationis tuæ di/
ctis,& multis ſup caſtitatē p̄conijs,ſacro uelamine tecta es: ubi oīs populus dotē tuā ſubſcribēs,
nō attramēto,ſed ſpū pariter clamauit:Amē. Vincor lachrymis,cū hæc recordor: cōpungor ſti/
mulis,cum ad hæc humana exēpla cōſydero.Nā ſi tredecim teſtibus ſponſalib⁹cōſumatis,quæ/
uis fœmina uiro cōiuncta mortali:non ſine magno periculo perpetrat adulterium: quid putas
fore cū inter innumerabiles teſtes eccleſiæ,corā angelis & exercitibus cœli,facta copula ſpiritalis
p adulterium ſoluit᷑? Neſcio an poſſit ei condigna mors ac pœna excogitari.Dicit aliquis:Me/
lius eſt nubere q̄ uri.Hoc dictū ad nōdū pollicitā p̄tinet,ad nondum uelatā.Cæterum quæ ſe
ſpopondit Chriſto,& ſanctū uelamē accepit, iā nupſit, iā immortali iuncta eſt uiro: & iā ſi uo/
luerit nubere cōmuni lege cōiugij,adulteriū p̄petrat:ancilla mortis efficit᷑.Si hoc ita eſt:qd de ea
dicēdum eſt:quæ occulta furtiua q̄ turpitudine conſtuprat᷑, & fingit ſe eſſe quod nō eſt:habitu
uirgo,facto non uirgo:bis adultera,& in aſpectu,& actu. Sed ad te iterū redeo,quæ obliuionē
tantorū paſſa bonorum es: & receptaculū tantorum facta malorū es: Quomodo tibi in actu
ignominioſo illo non ueniebat in mentē habitus uirginalis,proceſſus ad eccleſiam inter uirgi/
neos choros? Quomodo oculos tuos non perſtringebat lux uirginalis:aures tuas non penetra
bat hymnor̄ ſpiritaliū cantus:mentē tuā non uentilabat lectionū cœleſtiū uirtus? Hoc uel ma
xime clamante Apoſtolo:Fugite fornicationē:Quia omne peccatum quod fecerit homo,extra
corpus eſt. Qui aūt fornicatur,in corpus ſuū peccat.Et cū dicit,in corpus ſuū: tamen in Chriſto
peccare demonſtrat: quia ſubiungit, non eſtis ueſtri.Empti enim eſtis precio magno:glorifi/
cate & portate dñm in corpore ueſtro.Et iterum dicit:Fornicatio autē & immundicia,nec nomi
netur inter uos,ſicut decet ſanctos: & ſepoſita omni adulatione, ſententiā figit Apoſtolus:Hoc
ſcitote,inq̄t,intelligētes:quia oīs fornicator aut immūdus,nō erit hæres in regno Chriſti & dei.
D Hæc tāta & tā terribilia nō ueniebāt tibi in mētē,cū ad illud op⁹ nefariū tua mēbra peterēt᷑: ſed
mortifera te obliuio tāc̄q̄ in gurgitē altiſſimū demergebat:& quaſi captiuam execrabilis libido
ducebat.Nōne uel illū locū tabulis ſeparatū,in quo in eccleſia ſtabas recordari debuiſti:ad quē
religioſæ & nobiles matronæ certatim currebāt,tua oſcula petētes, quaſi ſanctioris,quaſi digni
oris? Nonne uel illa p̄cepta q̄ oculis tuis ipſe ſcriptus paries ingerebat recordari debuiſti:diuiſa
eſt mulier & uirgo? Quæ nō eſt nupta,ſollicita eſt quæ dñi ſunt,quomodo ſit ſancta corpore &
ſpū. Tu aūt in cōtrariū uerſans,ita agebas:ut nec corpore eſſes ſancta,nec ſpū.Corpore q̄dem
fornicādo:ſpū aūt uirginitatē mentiendo.Prohnefas,ſolet fama ſubſequi factū: tuū autē malū
fama præuenit.Nā cū ante trienniū rumor quidā & ſuſurratio de te fuiſſet:tu ſynceritatē prætē/
debas,& uindictā de maledicis in eccleſia publice poſtulabas. Quos æſtus ego ſuſtinui? quos
pater tuus p̄ tua ſuſtulit opinione labores, req̄rentes ſingulos, ſingulos aſtringētes ut authorē
infamiæ inueniremus. Graue em̄ erat nobis & intolerabile de dei uirgine uel turpe aliq̄d dici.
Nec hoc uerita es, nec ante oculos habuiſti:ut uenires inimicis in gaudiū: & eos haberes infen/
ſos,q̄,p tua opinione laborabāt.Multū audax multū q̄ temeraria es:ſi te cōſcientia non terret,
ut ſimulata uirginitate,putes te etiā dñm poſſe fallere,q̄ dixit:Nihil occultū quod nō reueletur:
nec abſcōditū q̄d nō ſciat᷑. Et uos,inq̄t,feciſtis in occulto:ego aūt faciā in manifeſto:ille q̄ nō mē
tit᷑ furtiuū ſcelus deduxit in publicū:& in cōſpectu ſolis hui⁹ tenebrar̄ tuar̄ opa nudauit.O,in
q̄t,q̄ p̄tēdit ſermonē,crudeliora incurrit:& cupiēs moderari nō inuenit. Oblita ergo p̄poſitū,ob
lita parētes, oblita eccleſiā totā, oblita gloriā uirginitatis,oblita honorē dignitatis etiā p̄ſentē,
oblita promiſſionē regni,oblita terribile iudicium:amplexa es corruptionē & p̄tuliſti fructū cō
fuſiōis:finē uero mortē ſæuiſſimā & interitū ſempiternū. Et certe nō habes quod de noſtra ne
gligentia cōquæraris.Quodcunq̄ em̄ ad officiū pertinuit paſtoris,& tibi ut omnibus nō nega/
tum eſt. Dilectio ſpecialis adhibita,communio ſancta non defuit. Oblita domum patris: ſicut
ſcriptum eſt,ad monaſterium uirginale tranſiſti,ut inter tot poſita, non ſolū dico tuta eſſe de/
buiſti ſi uoluiſſes: ſed etiam de alijs tutelā præſtare debuiſſes. Sed fruſtra hæc & alia ſunt pro/
uiſa:fruſtra hymnum uirginitatis expoſui, quo gloriam propoſitam & obſeruantiam pari/
ter decātares.Seminaui ſecus uiā,ſeminaui in ſpinis,ſeminaui in petroſa terra.Aut em̄ ex corde

tuo

A tuo uerbum meũ uolucres,id eſt,dæmones rapuerunt, aut malis tuis cogitationibus ſuffocatũ eſt,aut aruit nimio ardore libidinis. Heu me,qa ubi me putabã ædificare aurꝫ,argẽtũ & lapides precioſos:inuẽta ſum ligna,fœnũ,ſtipulã,arſuras materias laboraſſe. Dicã & ego ſecundũ prophetã. Heu me, quia factus ſum,ſicut q colligit ſtipulã in meſſe. Et quidẽ ſi tibi ſola damnum feciſſes:erat quidẽ triſticia, ſed forſitan tolerabilis. Nũc uero quãtas animas hoc tuo ſcelere ſauciaſti? quãtas animas ꝓpter te de propoſito ſuo pœnitere feciſti? Quanta labia etiã fidelium inquinata ſunt,uiam domini blaſphemando. Aperuit in nos gentilitas os ſuum. Aduerſus eccleſiam ſanctam,ſynagoga Iudæorum per tuum dedecus exultauit. Quod ſi is qui unum ſcãdali ꝙuerit,mola circũdatus præcipitari debet in mari:quid de te pronũcias:de cuius ſcelere omnis anima ſauciata eſt:& nomen domini in gentibus blaſphematum? Nonne quotiens dicitur uirgo,totiens tibi cumulus iniquitatis accreſcit? Iaces ecce uulnerata, iaces ecce proſtrata. Cupio prodeſſe,ſed ſubuenire nõ poſſum,quia totũ caput in dolore eſt,& totũ corpꝰ in mœſtitia a pedibus uſqꝫ ad caput:ſicut ait Eſaias: Nõ eſt malagma imponere,infirmitas tua omne humanæ medicinæ excludit auxilium. Et licet tam boni ꝙ mali iuſta indignatiõe permoti,te omni depopulatione dedecoratam, omni tormentorꝫ genere diſcruciatam,iudicent morte mulctandã,aut ignibus exurendam: Ego tamen qui ſcio grauiora facinoris ſeruari tormenta, & ſine fine impias animas manere cruciatus:non temporalem utiqꝫ, non animam perditurus ego:ſed ſecundum diuinam ſententiam dabo conſilium. Solum em̃ & unicum tentandum eſt remedium illud:quod diuina uox per Eçechielem miſeris porrigit. Nolo mortem,inquit,peccatoris:tantũm ut conuertatur & uiuat. Et iterum: Poſt hoc,inquit dixi: Conuertere ad me,nunquid reſina non eſt in Galaad:aut medicus non eſt ibi: Quare non aſcendit ſanitas filiæ populi mei? Hæc itaqꝫ dicta pœnitentiã ſapiunt:hæ ſententiæ dei,uocant ad pœnitentiã,reuocãt ab errore. Pœnitudo ergo eſt neceſſaria lapſis:uulneratis neceſſaria medicamina. Sed quãta putas & qualis neceſſaria eſt:ut aut æquet crimẽ,aut certe excedat. Vide ergo ſi ſimplex hoc peccatũ adulterij eſt, aut duplex:duplex ergo fit ꝓ illã necem quæ facta dicit̃ in occulto:& ſecundũ cõſcientiæ molẽ exhi-
B benda eſt pœnitẽtiæ magnitudo. Pœnitẽtia autẽ nõ uerbo agẽda eſt,ſed facto. Hæc aũt ſic agit̃, ſi tibi ante oculos ꝓponas de quãta gloria lapſa fueris: & de quo libro uitæ nomẽ tuũ deletum ſit:& te iam poſitã credas prope ipſas tenebras exteriores:ubi erit fletus oculorũ & ſtridor dentium ſine fine. Cum hæc certa fide ſicut eſt,animo cõceperis:quia neceſſe eſt peccatricem animã tartareis pœnis & gehennæ ignibus tradi: nec aliud eſſe remedium conſtitutum poſt unicum baptiſma, ꝙ pœnitentiæ ſolatium, quãtumuis laborem & indecorem ſubire contende, dum modo ab æternalibus pœnis libereris. Ergo hæc tecum cogitans,& mente contractans,facti tui ipſa iudex eſto crudelior. In primis omnis cura uitæ huius intermittenda eſt tibi, & quaſi mortuam te exiſtima,ſicut es,quomodo poſſis reuiuiſcere cogita. Deinde lugubris tibi accipienda eſt ueſtis,& mens & membra ſingula digna caſtigatione punienda. Amputentur crines,qui per uanam gloriam,occaſionem luxuriæ præſtiterunt. Defluant oculis lachrymæ,qui maſculum nõ ſimpliciter aſpexerunt. Paleſcat facies,quæ quondam irrubuit impudice. Totum deniqꝫ corpus iniurijs & ieiunijs maceretur:cinere aſperſum & cilicio perhorreſcat:quia male ſibi de pulchritudine placuit. Cor uero ſit liqueſcens tanꝙ cera in ieiunijs,inquietans ſeipſum, & cogitationibꝰ, uentilans quare ſit ab inimico ſubuerſum. Senſus etiam crucietur, quia in mẽbra corporis,cum haberet dominationem,malum geſſit imperium. Talis actio pœnitentiæ, ſi fuerit perſeuerãs, audebit hic ſperare, ſi non gloriam, certe pœnæ euacuationẽ: Dicit em̃ deus: Conuertimini ad me,& conuertar ad uos. Conuertimini in toto corde ueſtro,in ieiunio, & fletu, & luctu: dirumpite corda ueſtra,& non ueſtimenta:quia deus pius & miſericors eſt. Sic conuerſus ille magnus Dauid iuſtificatus eſt. Sic Niniue peccatrix illa ciuitas,incumbentẽ ſibi inuaſit interitum. Peccator ergo ſi ſibi non pepercerit, a deo illi parcetur: & ſi futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo uitæ ſpatio compenſauerit,ſeipſum ab æterno iudicio liberabit. Grandi plagæ, alta & prolixa opus eſt medicina. Grandæ ſcelus,grandem habet neceſſariam ſatiſfactionem. Non eſt dubium leuius eſſe crimen,ubi homo peccatum ſuum ultro confitetur pœnitens. At ubi celans mala ſua inuitus detegitur,& nolens publicatur:illud grauius ſcelus eſt:quod utiqꝫ tibi proueniſſe negare non ꝓ·oteris. Et ideo fortius eſt dolendum,quia peccatum eſt fortius. Si mente

cernerent

C cernerent homines quale iudicium emittet deus mundo: ſenſus humanus non diſpergeretur uanitate ſæculi,ſi non infidelitate grauarentur. Quantumuis,& qualemuis cruciatum ad præſens libentiſſime ſufferrent,etiam ſi eſſet longior uita, dummodo illas pœnas æterni ignis non incurrerent. Sed tu quæ iam ingreſſa es agonem pœnitentiæ,inſiſte miſera,fortiter inhære tanq̃ naufragus tabulæ, ſperans per ipſam te poſſe de profundo criminum liberari. Inhære pœnitentiæ uſq; ad exitum uitæ tuæ:nec tibi p̃ſumas ab humano die poſſe ueniã dari, quia decipit te,quicũq; tibi hoc polliceri uoluerit:quæ em̃ ꝓprie in dño peccaſti,ab illo ſolo quære remediũ.

In corruptorem inuectio.

DE te autem quid dicam fili ſerpentis:miniſter diaboli:uiolator tẽpli dei:qui in uno ſcelere duo crimina ꝓpetraſti:adulteriũ utiq; & ſacrilegiũ? Sacrilegiũ plane ubi uas Chriſto oblatum,dño dedicatum,dementi temeritate polluiſti: ſicut Baltaſar rex ille perſarũ, qui quia in uaſis dominicis,quæ de templo Hieruſalem fuerant a patre eius ſublata, bibere cum ſuis amicis & concubinis uſurpauit,ipſa nocte angeli manu percuſſus,crudeli morte punitus eſt. Quid de te arbitraris,perdite pariter & perditor,qui uas rationabile cõſecratũ Chriſto, ſanctificatũ ſpiritu ſancto,temerariæ impietatis ſacrilegio polluiſti: & tui ꝓpoſiti immemor,& iudiciꝭ diuini contẽptor. Melius em̃ fuerat te fuiſſe nõ natũ,quã te ſibi gehẽna ꝓpriũ filiũ uendicaret. Et licet teipſum conſcientia ſceleris agat per diuerſa præcipitem: Fugit em̃ impius nemine perſequente,licet & duræ peccati imagines dormientem quoq; perterreant,necdum uigilantem:tamen cum neq; a paſtore etiam oui morbidæ uel morituræ denegatum ſit pœnitentiæ remedium:do conſilium:petas ultro carcerem pœnitentiæ,obruas catenis uiſcera: animam tuam gemitu ieiunijſq; diſcrucies,ſanctorum petas auxilium,iaceas ſub pedibus electorum, ut nõ tibi per cor impœnitens theſauriçes irã in die iræ & iuſti iudiciꝭ dei:qui reddet ſingulis ſecundum opera ipſorum. Nec te in eorum numero conſtituas,quos luget Paulus. Qui ante peccauerunt, inquit, & non egerunt pœnitentiam ſuper immundicia & fornicatione, & libidine,quã geſſerunt. Nec tibi de multitudine peccantium ſimilium blandiaris & dicas: Non ſolus hoc egi, multos habeo ſocios: ſed recogita, quia multitudo ſociorũ impunitatem non facit criminum.

D Nam in Sodoma & Gomorra,& in totis quinq; ciuitatibus innumerabiles utiq; habitabant; ſed ecce omnes pariter qui libidinoſe corpora ſua tractauerunt, imbribus igneis conflagrati ſunt:ſolus autem Lot de illo ineuitabili incendio effugit, quia ab illa turpitudine ſe præſtiterat alienum. Exclude ergo uel nunc infelix de corde tuo blandimenta ſerpentis: & luctu & fletibus dum in corpore tuo immundo anima illa tenebroſa uerſatur,remedium tibi in die neceſſitatis acquire: ſemp ante oculos habens Apoſtoli ſententiã: Quia oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti,ut referat unuſquiſq; ꝓpria corporis ſui ſecũdũ qd̃ geſſit ſiue bonũ ſiue malũ.

Ad lapſam conſolatio.

QVis cõſolabit̃ te uirgo filia Sion, quia magna facta eſt ſicut mare contritio tua? Effũde cor tuũ ſicut aquã coram facie dñi. Extolle ad eum manus tuas pro remedio peccatorum tuorum. Accipe igitur lamentum, & primo quidem nullo die quinquageſimus pſalmus intermittatur:qui in negocio tali cantatur:uſq; ad uerſiculum illum: Cor contritum & humiliatum deus non ſpreuit:gemitu lachrymiſq; percurre: Inſuper hanc lamentationem,non ſine compunctione cordis in conſpectu dei iudicis funde. Quis dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontem lachrymarum, ut defleam uulnera animæ meæ. Conuerſi ſunt dies feſti mei in luctum:cantica mea in lamentationem. Receſſit ſonus hymnorum,& lætitia pſalmorum,& ſucceſſit dentium ſtridor,& fletus oculorum. Obmutui,& humiliata ſum, & ſilui a bonis, & dolor meus per ſingulos dies renouabitur. Concaluit cor meum intra me,& in meditatione mea exardeſcit ignis. Timor & tremor uenerunt ſuper me,& contexerunt me tenebræ. Abyſſus circũdedit me,extremo dimerſit caput meum in ſciſſura inferi. Heu me quia facta ſum ſicut Sodoma,& cõbuſta ſicut Gomorra. Quis miſerebitur cineri meo? Durius offendi q̃ Sodoma,quia legem neſciens illa deliquerat: ego accepta gratia peccaui. Si homo peccet in hominem,erit qui interueniat. Ego peccaui in domino quem propiciatorem inueniam? Concepi dolorem, & peperi iniquitatem. Lacum fodi, & incidi in foueam quam operata ſum. Ideo conuerſus eſt dolor in caput meum, & in uertice meo iniquitas mea deſcendit. Immundicia mea

A dicia mea ante pedes meos, non fui memor nouissimorum, & cecidi miserabiliter: nec est qui consoletur me. O cꝫ acerbus fructus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio. Quomodo facta sum in desolationē? subito defeci, periꝫ, ppter iniquitatē meam, uelut somnium surgentis: Ideo in ciuitate dñi uilificata est imago mea: deletū est de libro nomen meum. Facta sum sicut nycticorax in domicilio, sicut passer unicus in ædificio, nec qui cōsoletur me inuenio. Consydero a dextris & uideo, nec est qui cognoscat me. Periit fuga a me, & non est qui requirat animā meam. Facta sum sicut uas perditū. Audiui uituperationē omniū circūhabitātium. Væ diei illi, in quo me infelicem genuit uterus, & lux ista crudelis accepit. Oportuerat me potius fuisse non natam, cꝫ sic in gentibus fabula fierem. Propter me confusio & improperium factum est famulis dñi, & eum digne colentibus. Lugete me montes & flumina, quia fletus filia ego sum. Luge te me bestiæ syluarum, reptilia terræ, & uolucres cœli, & omnes animæ, quæ uita fruimini. Nunc uos beatæ feræ & uolucres, quibus nullus metus de inferis est, neqꝫ postmodū reddituræ estis rationem. Nobis manet pœna crudelis tartari, quia habentes sensum delinquimus. Ideo non est pax peccatoribus. Meum peccatum, mea iniquitas non sunt similia offensis hominum: quia horribilis est hæc impietas, carne polluere uirginem, & castitatem professam. Mentita sum in dñm altissimum: ideo non est mihi fiducia inuocandi dñm altissimum, quia obstructum est os loquentium iniqua. Nam malum meū propheta cecinit, quod qui elongant se a dño, peribūt. Disperdit omnem fornicantem a se. Et si abest lingua faucibus meis, & in puluerem mortis deducta sum: uerūtamen clamabo ad dñm. Adhuc tempus est, dum datur spacium, quia in morte non erit memoria. In inferno nō est confessio. Dñe ne in furore tuo arguas me, neqꝫ in ira tua corripias me. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, nec est sanitas in carne mea. A uultu iræ tuæ, non est pax ossibus meis, a facie peccatorum meorum. Quoniā iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū, & sicut onus graue grauatæ sunt sup me. Cōputruerūt & deteriorauerūt ci-
B catrices meæ, a facie insipientiæ meæ. Miserijs afflicta sum, & curuata in finē, rugiebā a gemitu cordis mei. Cor meū cōturbatū est, deseruit me fortitudo mea & lumen oculorū meorꝫ, & ipm nō est mecū. Deus repulisti me, & destruxisti me, ostēdisti mihi dura, potionasti me uino cōpūctiōis. Expulsa sum ab oculis tuis, iam nō adijciam ut respiciā ad templū sanctū tuū, facta sum in exterminium. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionē? Nunquid mortuis facies mirabilia? Tuus sermo est, tua promissio est: Nolo mortē peccatoris, sed cōuersionē. Vt possim uiuere ad te deus conuerto me, qui solus potes nouare omnia: Tu ab inferis animas reuocas, & soluis compeditos: Tu deus erigis elisos, cæcos illuminas, mortuos suscitas: erraui sicut ouis perdita, quære famulam tuā, ne lupus crudelis glutiat me. Multi dicūt animæ meæ non est salus ipsi in deo eius. Sed & tuum consilium tecum est. Quot sunt dies famulæ tuæ, quādo facies de me iudicium. Sed ne intres in iudicium cū famula tua. Defecit anima mea in salutari tuo, defecerunt lachrymis oculi mei, effusa est in terram gloria mea. Quādo respicies propter iniquitatem. Corripuisti hominem, & tabescere feciſti sicut araneam animam meam. Memento domine quod puluis sum. Vide humilitatem meam, & laborem meum, & remitte mihi ut refrigerer priusqꝫ abeam, & amplius non ero.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hæc nec inæloquens est, nec indocta, quāqꝫ ab Hieronymiana dictione longe lateqꝫ dissidens. Magis autem Paulinum resipit cꝫ Augustinum. Nam si uerus esset titulus, qui testabatur ab Hieronymo scriptā ad Euagrium: Si ad episcopum scribit Euagrium, stultum est eum uocare fratrem: si ad nondum episcopum, nulla uestigia familiaritatis in epistola.

## IN EVAGRIVM OBIVRGATIO QVOD LEVITAM LAPSVM NON CONSOLATVS SIT.

NIsi uererer beatissime frater, ne inter simulatos amicos Iob, mihi portio poneret, qui uidentes plagam eius, ueluti qui non haberent consolationē, iugi silentio quieuerūt: prope fuerat, ut ego suppositā manu ori, & obdurata linguæ fistula, ianuas labiorū meorū, taciturnitate cōcluderē. Sed absit hoc a fide mea, ut aliquā plagam

dicam

C dicam esse,quæ non habeat consolationem,cum mihi propheta proclamet:Nunquid medicus non est in Galaad:aut resina non est illic? Quare nõ ascendit sanitas filiæ plæbis meæ? Galaad eñ aceruus testis interpretatur:& hunc aceruum testem,totum canonem diuinorum librorum esse sentimus,ubi indissolubilium cumulus testimoniorum,uelut quidam cõgestus est lapidũ: in quo cumulo medicus uerus deus meus Iesus Christus,si quæsitus fuerit inuenietur. Resina autem quid nisi continentiæ uirtus est,quæ dissoluta coniungit,& scissa cõglutinat? Quod nos scientes non dubitamus ad consolationem plagæ quæ contigit, oris nostri lamenta miscere. Audiuimus eñ horrendæ cladis excidium, audiuimus exultantes de ruina Christi, milites Satan:& iubilatio uocis quã in triumpho suo diabolicus dedit exercitus,ad aures nostras usq; peruenit. Et testem deum inuoco in animam meam:quia ita commota sunt uiscera mea,ita contremuerunt ossa mea:ut omnem partem corporis mei sentirem eadem plaga torqueri. Absq; damno meo hoc accidisse nõ dixerim malũ,ubi membra corporis mei diabolica sagitta percussit,cum Apostolus dicat:Si patitur unum membrum,compatiuntur omnia membra. Sed non admittitur animus meus in totum lamẽtationi uacare uel fletui,quia & aduersum uos mihi est locus irascendi. Ecce contra cõmunes inimicos processit uobiscum frater in prelio,qui subito prostratus est casu. Hunc uos nec sepulturæ dignum iudicastis honore, sed reliquistis eum feris, & alitibus deuorãdum. Vbi est misericordia Christianæ religionis, quã magister noster sacrificio docuit esse meliorem? Ecce iacet frater ab hoste percussus,adhuc forsitan palpitans: & uos quia sine uulnere reuertimini, ne consolationem quidem obtulistis. Nolite esse sine formidine beatissimi fratres,fortiorem percussit inimicus,ut celerior ei postmodum aditus esset ad reliquos. Vt quid rogo spernitis uulneratum,aut sicut putatis & mortuum? Melior illa Respha concubina saulis,quæ corpora mortuorum,quæ Dauid pro Gabaonitarum ultione percusserat,eousq; accincta sacco,hoc est cilicio,custodiuit:donec eis roraret aqua de cœlo: id est, donec pro uenia eorum misericordia cœlestis defluere t. Melior ille Iudas machabæus, qui etiã pro mortuis fra-
D tribus orationem credidit esse faciendam,quos furata de Iamina ciuitate idolorum dona prostrauerant. Vt quid rogo medicus noster inter librorum suorum loculos tot constituit genera pigmentorum,si nihil est ex emplastris eius quo possit sanari uulnus quod infixit inimicus? Ita ne fieret aliqua plaga,quæ scientiam nostri lateret archiatri,cui nequaq; artis suæ peritia prouideret? Et si placet aperiamus scholam medici nostri,& a principio canonis & uulnerum & medicaminum species requiramus. Et ecce in limine ipsius scholæ occurrunt illi seminis carnalis authores,qui uenenato serpentis ore percussi, nõ statim perpetuæ pœnæ mortis addicti sunt, sed eiecti de paradisi delitijs:id est,de ecclesiæ libertate,& sacri cõmunione mysterij:ideo temporaliter sub typo mœroris tribulationisq; damnati sunt,ut malagmate pœnitentiæ sanarentur: & usq; eo a ligno uitæ:id est Christi participio exules fierent: donec ad illam, aut per rompheã: id est,ignitam martyrij passionem,aut per cherubim dñi,qui interpretatur multitudo scientiæ commearent. De quibus nunc per singula non est temporis loqui. Quid uero ille fratricida, cui ob mandatum signum imponit,ne ab aliquo possit occidi? Non uult eñ mortẽ peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Non longe ab his distat ille princeps patrum,qui primus credidit: & reputatum est illi ad iusticiam:qui captum ab hostili legione filium fratris assumpta uernaculorum turba eripuit,quem postmodum de Sodomæ plaga:id est, de incendio gehennæ,habito cũ diuina maiestate colloquio,hunc liberationis suæ merito liberauit. Et tu ergo assume uernaculorũ turbam:id est,proprio opere tuo non alieno,fratri auxiliũ præsta captiuo. Loquere cum dño,hoc est ora:ad opus eorũ accingere qui stuprũ sororis in alienigenarũ manibus incidẽtis, nõ solum horruerunt,uerũetiã uindicauerunt. Require tamẽ qui ultores fuere peccati. Nonne Symeon atq; Leui? Et tu qui ex tribu Leui es,qui ecclesiastico seruis officio (Symeon autẽ obediens interpretat'):tu ergo q obediens fuisti dei uolũtati,inobedientẽ animã liberare aut uindicare cur cessas? Anima enim fratris soror tua est:quã si passus fueris alienigenis seruire,peccasti. Sed dicis forsitan,Leuita est ille qui cecidit,non potest ei iam remedij medicina conferri. Erras frater,erras,recurre ad scholam medici. Ecce in secũdo loco:id est Exodi libro,ubi totius populi uulnus plagaq; describitur,etiam Leuitæ peccasse referuntur,qui priores ad correptionẽ legislatoris

A latoris,emendati esse perhibentur:& nō tam in eis peccati crimen arguitur,q̄ uelox cōuersio in pœnitētiæ celebritate laudat. Cui rei simile etiā in Ezechiele dns noster dicit de leuitis. Qui primi a me exierūt,cum errasset Israel. Ipse quoq; pontifex ad suggestionē populi idolum fabricauit,pro quo orans Moyses,fraterno liberatur auxilio. Sed dicis forsitan: Adhuc nec leuitæ sanctificati erant:nec pontifex consecratus,cum istius mali crimen cōmissum est. Non contradico peritiæ tuæ,quā ex scripturarū uoluminibus cōcepisti. Tamen sic possem respondere tibi secūdum apostolicam sententiam,qua loquitur ad Hebræos:quia in Abrahæ lumbis latens Leui: decimas a Melchisedec accepit & dedit. Aut ipe Aaron:quid tibi minus uidet habuisse de pontificali honore uel gradu, cum Aegyptios signis percussit horrendis,& egrederetur nocte cū populo & sanctum pasca celebrauerit? Scimus autem quia sine sacerdote pasca non potest celebrari. Sed prætermissis his interrogare te uolo : quid erat Aaron cum aduersus Moysen inuidiæ uirore percussus,iūcta sibi Maria murmurauit? At fortasse dicas:minus est inuidia q̄ fornicatio. Lege ergo beatum Apostolum,qui dicit: Neq; fornicarij,neq; inuidi,neq; maledici, neq; auari, neq; detractores, regnum dei consequentur. Vides ubi uelut æqualia sibi similiaq; iunguntur: quæ ad cœlorum regna non subeunt. Et aduerte cuius pœnæ sententiam mereatur inuidia:pro qua prophetissa Maria lepræ fœditate percutitur: uel cuius auaricia, pro qua Gieçi Helisæi minister simili sorte damnatur. Tu ergo qui auarum non detestaris,qui inuidum non refugis:fornicatorem fratrem, & ad tempus ruentem,æternæ mortis pœna condemnas? Nec ideo hoc dicimus:ut peccandi frena laxemus: Sed aduertat qsquis hæc legerit:quia nō uiuētibus loquimur: sed mortuum consolamur. Deniq; resurgat:& uidebis,quia statim ei trademus psalmistæ uersum dicentis: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Accipiat ergo uirgam correptionis & baculum quo sustentari possit infirmus. Ita enim intelligimus Apostolum: Quia neq; inuidi,neq; fornicatores,neq; auari,neq; aliena appetentes, regnum dei possidebunt:id est, quos in hoc uitio tempus recessionis inuenerit. Quia alibi dns dicit: Vnūquēq; in uijs suis iudicabo. Et ipse Apostolus ait:Quales antea fuerint,nihil mea interest. Et in epistola sua beatus Iohannes,orari mandat pro fratre qui non habet peccatum usq; ad mortem. Credo qui non usq; ad
B extremum uitæ finem,peccatorum suorꝝ malis fuerit subiectus. Nam de leuitis,quod superius dixeras nō eos fuisse sanctificatos q tamē peccatis fuere polluti,quid tibi uidetur illud in beati Esdræ libris:ubi reuersi de captiuitate Babyloniæ:& restructis nuper templi dni fundamentis: non solum plæbs uulgi,uerum & sacerdotalis familia:& illius Iesu magni,inuenitur mulieribus alienigenis:hoc est Syris, Idumæis, Moabitis, & Ammanitis esse permixta? Qui tamen omnes peccati eiusdem accipientes consilium Esdræ: & reijcientes mulierum alienigenarum consortia, sorde caruerūt. Vnde uides,quia sicut peccati cōtagione maculamur:ita expulsiōe eiꝰ abluimur.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Stilus est alicuius recentioris. Apparet fragmentum esse decerptum ex commentarijs alicuius:nam & abruptum est initium, & similiter desinit ut incipit. Neq; uideo cur quisq; hoc existimarit Hieronymo tribuendum,nisi forte deceptus hac coniectura,quod interpretatur aliquot uoces hebraicas.

## DE DECEM TENTATIONIBVS POPVLI ISRAELITICI.

HAec sunt uerba quæ locutus est Moyses ad omnem Israel, in transitu Iordanis, in solitudine campestri :contra mare rubrū inter Pharā, & Tophel & Laban & Hazeroth & auri abundantiam:undecim dierum iter de Horeb ad mōtem Seir usq; Cades barne. Hæc sunt uerba quibus corripuit Moyses filios Israel pro decē tentatiōibus qbus dnm tentauerūt. Vnde dns in libro Numerorꝝ dicit: Attamen omēs hoies qui uiderunt maiestatem meam:& signa quæ feci in Aegypto,& in solitudine,& tentauerunt me iā per decem uices,nec obedierunt uoci meæ:non uidebunt terram pro qua iuraui patribus ipsorum. Quas tentationes hic breuiter & obscure Moyses enumerat, dicens: In solitudine, in qua ostendit eos pro aquæ penuria duabus uicibus tentasse dominū . De prima tentatione ita in Exodo legitur: Iurgatus populus contra Moysen ait: Da nobis aquam ut bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgamini contra me:cur tentatis dominum? De secunda tentatione

Cita in libro Numerorũ dicitur: Cũ q; indigeret aqua populus &c. usq; ad eum locum in quo ait: Hæc est aqua contradictionis, ubi iurgati sunt filij Israel contra dñm & sanctificatus est in eis. Tertia tentatio continet, in eo quod ait: In cãpestri contra mare rubrũ: in quo loco murmurasse dicuntur contra dñm: quia perimẽdos Aegyptios esse Moysi non crediderunt, sibi de uerbo dñi dicẽti: sed potius eos se subsequi timuerũt. Vnde dicit in psalmo: Patres nostri nõ intellexerunt mirabilia &c. Quarta & quinta tentatio, continetur in eo quod ait: Inter Pharã & Tophel & Labã. Pharã interpretatur, onager. Tophel, stultitia. Labã, album. Quod ita intelligitur, quia similes onagro facti, filij Israel stulte egerunt tentantes dominũ duabus uicibus, super albo, id est, super manna: Mãna uero albũ dicitur: ut est illud Exodi: Appellauit q; domus Israel nomẽ eius Man, quod erat quasi semen coriandri album. Vna tentatio fuit super eodẽ manna: sicut in Exodo dicitur: Hic est sermo quẽ præcepit dñs: colligat ex eo unusquisq; quantũ sufficit ad uescendũ: Et post pauca. Dixit ad eos Moyses, nullus ex eo reseruet in mane. Qui nõ audierunt eum, sed dimiserunt ex eo quidam usq; mane. Altera fuit tentatio, de qua post pauca in eodem loco dicitur: Sex diebus colligite: in die autem septima sabbatum est dñi, idcirco non inuenietur: Venit autem septima dies: & egressi de populo ut colligerent, nõ inuenerunt. Dixit autem dñs ad Moysen: usq; quo non uultis seruare mandata mea & legem meam &c. Sexta tentatio continet in eo quod ait, & Hazeroth. Hazeroth uero ciuitas est solitudini uicina, & interpretatur uilla: in cuius territorio, id est, in sepulchris cõcupiscentiæ, facta fuisse legitur secũda tẽtatio carniũ, in qua etiã prima tẽtatio carniũ cõplectitur. De prima ita in libro Exodi legit: Dixerũt Moyses & Aaron ad oẽs filios Israel: Vespere scietis quod dñs eduxerit uos de terra Aegypti, & mane uidebitis gloriã dñi. Audiuit em̃ murmur uestrũ, nec cõtra nos est murmur uestrũ, sed cõtra dñm. Et post pauca. Locutus est dñs ad Moysen, dicẽs: Audiui murmuratiões filiorũ Israel: Loquere ad eos: Vespere comedetis carnes & mane saturabimini panibus, scietisq; quod ego sum dñs deus uester. Factũ est ergo uespere, & conscendens coturnix operuit castra. De septima aũt tentatiõe in Numeris dicitur: Interea ortum est murmur populi, quasi dolentiũ pro labore cõ
D tra dominũ. Quod cum audisset iratus est, & accensus ignis dñi deuorauit extremã partẽ castrorũ. Et post pauca: Sanctificamini, cras etem̃ comedetis carnes. Ego aũt audiui uos dicere, quis dabit nobis escas carniũ? Bene nobis erat in Aegypto. Dñs em̃ dabit uobis carnes & comedetis, nõ uno die nec duob9 uel quinq;, aut decẽ, aut uiginti quidẽ: sed usq; ad mẽsem dierũ, donec exeat p nares uestras, & uertatur in nauseã, eo qd reppuleritis dñm, q in medio uestri est: & fleueritis corã eo, dicentes: Quare egressi sumus de Aegypto? Itẽ paulopost: Adhuc carnes erãt inter dentes eorum: nec defecerat huiusmodi cibus: & ecce furor domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Octaua tentatio continetur in eo quod ait: Vbi auri est plurimum. Notandũ nãq; quod in Hebræo, & abundantia auri habeatur. Abundantia aũt auri intelligitur uitulus aureus, quem fabricati sunt filij Israel sibi in deos, morante Moyse cum domino in monte Sinai. Idcirco abundantia auri dicitur, quia in idolo moles omnium peccatorum consistit, & idolum pro omnibus peccatis abundat. Nona tentatio continetur in eo quod ait: Vndecim diebus de Horeb per uiam montis Seir. Quod in Hebræo ita habetur: Vndecim diebus iter de Horeb ad montem Seir. Fabricato itaq; in Horeb idolo, undecimo die uenerunt ad montẽ Seir, qui est in suburbano ciuitatis Cades barne, ubi filij Israel tentauerunt dominũ: sicut in libro Numerorũ scribitur: Vsq; quo multitudo hæc pessima murmurat cõtra me? Quærelas filiorũ Israel audiui. Dic ergo eis: Viuo ego dicit dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam uobis. In solitudine hac iacebũt cadauera uestra. Et post paululũ. Iuxta numerũ quadraginta dierũ quibus conspexeratis terram, annus pro die computabit: quadraginta annis recipietis iniquitates uestras: & scietis ultionẽ meã, quoniã sicut locutus sum, sic faciam huic multitudini pessimæ: quæ conspurrexit aduersum me: in solitudine hac morietur & deficiet. Item: Locutus est Moyses uniuersa hæc ad filios Israel, & luxit populus nimis: & ecce mane primo surgẽtes ascenderunt uerticem montis, & dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum, de quo locutus est dominus, quia peccauimus. Quibus Moyses: Cur, inquit, transgredimini uerbum domini, quod uobis non cedit in prosperum? Nolite ascendere, non em̃ est dominus in medio uestrũ,

ne corruatis

A ne corruatis corã inimicis uestris. Item q; post pauca. At illi contenebrati ascenderunt in uerticẽ montis. Arca autem testamenti domini & Moyses non recesserunt de castris. Descendit Amelechites & Chananæus qui habitabant in monte, & percutiens eos atq; concidens persecutus est eos usq; Horma. Mons iste, in quo Amelechites & Chananæus habitare dicuntur, mons Seir intelligitur, sicut in Deuteronomio scribitur. Itaq; egressus Amorræus qui habitabat in montibus, & obuiã ueniens persecutus est uos: sicut solent apes persequi, & cecidit de Seir usq; Horma. Decima tentatio, cõtinetur in eo quod ait, usq; Cades barne. Hæc tẽtatio fuit in Cades barne. Vnde Moyses misit exploratores ad consyderandam terram Chanaan: sicut in libro Numerorum dicitur. Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Mitte uiros qui consyderent terrã Chanaã quã daturus sum filijs Israel &c. Et paulo post. Et dixit dominus ad Moysen: Vsq; quo detrahet mihi populus iste, quousq; non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis: feriam igitur eos pestilentia atq; consumam: te autem faciam in gentem magnam. Iterum post paululũ. Attamen omẽs homines qui uiderunt maiestatẽ meã & signa, quæ feci in Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me &c. non uidebunt terram pro qua iuraui patribus eorum: nec quisq; ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. Nec moueatur quis quod a deserto Pharã, nõ de Cades barne Moyses exploratores misit. Cades emm barne ipsa est Pharã: quod in libro Iosue ita dicitur: Locutus est Caleph ad Iosue: Nosti quid locutus sit deus ad Moysen hominem dei de me & de te in Cades Barne. Quadraginta annorum eram quando me misit Moyses famulus domini ad terram consyderandam.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Apparet hoc fragmẽtũ esse ex Homilijs alicui⁹ in Psalmos mysticos, certe nihil habet Hieronymianũ.

## EXPLANATIO IN PSALMVM QVADRAGESIMVMPRIMVM.

B OMne psalterium sagaci mente perlustrans: nusq; inuenio quod filij Chore aliqd triste cantauerint. Semper in psalmis eorum læta sunt & iocunda: semper terrenis humilibusq; contemptis, cœlestia & æterna desyderant: congruẽtes interpretationi nominis sui. Siquidẽ Chore interpretatur caluities. Quia ergo dñs noster in loco Caluariæ crucifixus est & sepultus: quicũq; in cruce eius credũt & in resurrectiõe, hi filij Chore, id est, filij Caluariæ nominantur. Super qua Caluaria dñs noster Iesus, post resurrectionẽ ad cœlorum regna conscendens, irridetur a paruulis & ab incredulis Iudæorum. Sed Heliseũ irridentes ursi comederunt. Hoc de titulo scriptũ dixisse sufficiat: nunc ad psalmi principium reuertamur. Sicut ceruus desyderat ad fontes aquarum: ita desyderat anima mea ad te deus. Ceruorum natura est, ut serpentum uenena contemnant: quin potius naribus suis eos extrahunt de cauernis: ut interficiant atq; dilacerent. Cum uenenum cœperit intrinsecus æstuare, & cũ uis eos non possint occidere: tamen sitis ardorem & incendium tolerant: tunc illi fontes desyderant, & purissimis aquis, feruentia uenena restinguũt. Quomodo itaq; illi cerui desyderant fontes aquarũ: ita illi qui de Aegypto & de sæculo recedẽtes interfecerunt Pharaonem in aquis suis: & omnem exercitum eius in baptismo necauerunt: post interfectionem diaboli, desyderãt fontes ecclesiæ, patrem & filium & spiritum sanctum. De patre quod sit fons scribitur in Hieremia: Me dimiserunt fontẽ aquæ uiuæ, & foderunt sibi lacos detritos, qui non possunt aquã continere. De filio quodam in loco legimus: Dereliquerunt fontem sapientiæ. Porro de spiritu sancto: Qui biberit de aqua, quã ego dedero ei, fiet in eo fons aquæ saliẽtis in uitam æternam: statim exponitur euangelista dicente: quod ex spiritu sancto sermo fuerit saluatoris. Ex quo manifestissime liquet tres in ecclesia fontes esse trinitatis mysterium. Hos desyderat anima credẽtis: hos desyderat anima baptiçantis, & dicit: Sitiuit anima mea in deum fontem uiuum. Non emm leuiter uidere uoluit deum: sed toto desyderabat ardore, toto sitiuit incendio anteq; baptisma consequeretur. Loquebantur inter seinuicem atq; dicebant: Quando ueniam & apparebo ante faciem domini? Ecce fratres demum impletum est, quod petebam: Venerunt & steterunt ante faciem dei: apparuerunt ante faciem altaris, & mysterium intellexerunt. Hoc enim non mentent uidere, nisi illi qui ex conscientia, & ex imo proferunt corde memorantes: Fuerunt mihi

C lachrymæ meæ panes die ac nocte. Per omnem enim quadrageſimam uacauerũt orationi atq; ieiunio: in ſacco & cinere dormierunt, futuram uitam peccatorum ſuorum confeſſione querentes. Sed quia fuderũt lachrymas & fuerũt triſtes, dicitur eis: Qui ſeminant in lachrymis in gaudio metent. Et, beati lugentes, quoniam ipſi conſolabũtur. Pro quibus uniuerſis, cum illis diabolus inſultaret & diceret: Vbi eſt deus tuus? admiſſi & in uitali fonte renati, confidenter loquuntur: Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, uſq; ad domum dei. Domus dei eccleſia eſt: hoc eſt admirabile tabernaculum: quia habitat in eo uox exultationis & confeſſionis & ſonus epulantis. Gaudent quippe ſub fide & conſecutione uitæ æternæ, quã fratres noſtri, nũc accipere meruerũt, ut angeli in cœlis omneſq; uirtutes. Si em̃ ſuper uno peccatore agente pœnitentiã: & in una ouicula morbida quæ paſtoris humeris eſt recepta, gaudẽt angeli atq; letant: quãtomagis in tot fratribus in tali gurgite renatis atq; mundatis, uniuerſa exultant regna cœlorũ, uidentia hoies ueteri peccatorũ labe purgatos ſuo incolatui præparari? Diſcite ergo q̃ Chriſtũ nũc induti eſtis, & ductum noſtrũ ſequentes, quaſi piſciculus hamo: ita ſermone dei de gurgite ſæculi iſtius ſubleuamini: in nobis rerum natura mutata eſt. Piſces em̃ qui de mari extracti fuerint moriuntur. Nos autem ideo apoſtoli de mundi iſtius mari extraxerũt atq; piſcati ſunt: ut uiui ex mortuis fieremus. Quãdiu eramus in hoc ſæculo, oculi noſtri in profundo, & uita noſtra uerſabatur in cœno: poſtq̃ de fluctibus erepti ſumus, cœpimus ſolẽ uidere, cœpimus uerũ lumen aſpicere, & præ nimio gaudio conturbati, ad animam noſtrã dicimus: Spera in deo, quoniam confitebor illi: ſalutare uultus mei & deus meus. Et deinceps. Propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonim a mõte modico. Abyſſus abyſſum inuocat. Et nos de terra Iordanis, id eſt, de flumine ubi dñs baptiçatus eſt, & Hermonim: hoc eſt de ſæculi huius maledictione, quoniam Hermon interpretatur anathema, & de mõte modico huius mũdi: q̃uis em̃ aliquis ſanctus ſit: dum in iſto uerſatur ſæculo, non eſt in monte grandi atq; ſublimi: ſed in mõte modico atq; humili, clamamus ad dominum, & profundum ipſius ſcripturarum ſenſum de

D aliꝭ ſcripturarum teſtimoniꝭ interpretamur. Quicquid in abſconſo ueteris teſtamenti nõ poſſumus inuenire, hoc de abſconſo noui teſtamenti ſoluimus in uoce cataractarum dei, hoc eſt prophetarum ipſius & apoſtolorũ. Om̃ia excelſa domini, & fluctus ipſius, & impetus fluminis qui lætificant ciuitatem dei, ſuper nos tranſierunt in Chriſto Ieſu, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum: Amen.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Eiuſdem eſt farinæ, cum homília quæ proxime præceſſit, & eundẽ ſapit authorem.

## EXPLANATIO IN PSALMVM CENTESIMVM DECIMVMSEPTIMVM.

IN omni pſalmo dominus noſter Ieſus Chriſtus prophetatur atq; canitur. Siquidem ipſe habet clauem Dauid, quæ aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit: Sed præcipue in centeſimodecimoſeptimo pſalmo, qui nũc pſallendo lectus eſt, reſurrectiõis myſterium prædicatur. Hic em̃ pſalmus, in quo a ſpiritu ſancto præſignati uocantur ad confitendum domino in laude: uel ad confeſſionẽ gentium ueri Iſraelitæ in pœnitentia ueri ſacerdotis Aaron domus, quod eſt in eccleſia: ſiue generaliter omnes timentes deum recte pro tantis muneribus pietatis patris qui filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum, a confeſſione incipitur. Quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius. Quis em̃ noſtrum poterit eſſe conſyderans ea, quæ in eo quotidie exultans canit eccleſia: hoc eſt paſſionem domini ſaluatoris, reſurrectionem ſiue aſcenſionem: & nõ magis erumpat in uoce, compos illorum paruulorum effectus, domino cum ramis & palmis exultantium. O domine ſaluos nos fac, o domine bene proſperare. Vnde & ipſe uictor ad patrem aſcẽdens imperat angelis, dicens: Aperite mihi portas iuſticiæ: & ingreſſus in eas confitebor domino. Hæ ſunt portæ, de quibus in uiceſimo tertio pſalmo inter ſe inuicem angeli loquebantur ingreſſum domino præparantes. Leuate portas principes ueſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Sed pulchre leuari iubentur portæ, & in ſublime erigi. Si quidẽ iuxta diſpenſationem carnis & myſteriũ & uictoriam crucis, maior regreditur ad cœlos q̃ ad terras ue-

nerat.

A nerat. Hæc porta domini, iusti intrabunt per eam. Per hanc portã ingressus est Petrus, ingressus est Paulus, ingressi sunt omnes apostoli, ingressi sunt & martyres, & quotidie sancti quiq; ingrediuntur. Per hanc portam primus latro cum dño ingressus est. Habetote fiduciam, & uos spera te similia. Sic em̃ ipse Apostolus dixit: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quæri/te: ubi Christus in dextera dei sedet. Nõ dicit hic psalmus, soli apostoli, soli ꝓphetæ & martyres intrabũt per eam: sed iusti introibunt per eã. Quicũq; ergo iuste agit: & inter iustos dñi esse me/ruit, fiducialiter agat in eo sperans, quia intrabit per hanc portã. Quia dominus nõ quærit san/guinem confitentiũ: sed fidem pro qua sanguis effunditur credentium. Si habuerimus fidem quæ potest sanguinem fundere, imputabitur nobis & cruoris effusio. O uere infelices Iudæi: o miseri atq; miserabiles: lapidem, qui per Esaiam repromissus est, quod poneretur in fundamentis Sion, & populũ utrũq; coniungeret, esse dñm saluatorem, esse filium dei nõ agnouistis. Hũc uos reprobastis, ædificantes quondã congregationem dñi, & templi dei mysteria custodientes: qui reprobatus a uobis, factus est in caput anguli: & primam ecclesiã de Iudæorũ populo con/gregatam & credentes ex nationibus in unum gregem & ministerium fœderauit. A dño factũ est illud: hoc est mirabile in oculis nostris: ut nos qui ante passionẽ domini sine testamento eramus exleges, adoptaremur in filios dei: & priori cingulo putrescẽte, aliud sibi deus lumbare cõtexeret, aliũ populũ ꝑpararet. Vos ergo Iudæi habetis scripturã, uos legitis libros, & nos in eũ q in eis scriptus est libris, ipsum adorantes credimus. Vos tenetis paginas, nos sensum paginarũ. Vos complicatis membranas animalium mortuorum, nos possidemus spiritum uiuificãtem. Quid mirabilius potest esse istiusmodi sacramento? Quid hac die felicius, in qua dominus Iudæis mortuus est, nobis surrexit? In qua synagogæ cultus occubuit, & est ortus ecclesiæ: in qua nos homines fecit secum surgere, & uiuere, & sedere in cœlestibus. Et impletum est illud quod ipse dixit in euangelio: Cum autem exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me. Hæc est dies quam fecit dñs, exultemus & lætemur in ea. Omẽs dies quidem fecit dominus, sed cæteri dies possunt esse Iudæorum, possunt esse hæreticorum, possunt esse gentiliũ. Dies dominica, dies resurrectionis, dies Christianorum, dies nostra est. Vnde & dominica dicitur: quia in ea dominus
B uictor ascendit ad patrẽ. Quod si a gentilibus, dies solis uocatur: & hoc nos libentissime confitemur. Hodie em̃ lux mũdi orta est, hodie sol iusticiæ ortus est, in cuius pẽnis est sanitas. Nũquid sol pennas habet? Respondeant Iudæi, & qui tantũ secundum litteras scripturas intelligũt similes Iudæorum. Nos autem dicimus, quicunq; sub alis istius solis fuerit: qui dixit in euangelio: Quoties uolui congregare filios tuos, quasi gallina pullos suos sub alas, & noluisti: iste securus erit ab accipitre diabolo, ab aquilis uolantibus in Ezechiele, & omnia peccatorũ eius uulnera sanabuntur. Vt autem sciatis fratres mei quod proprie psalmus iste de dño scriptus est: & in euãgelio pueri, sicut meminimus qui intrante Hierosolymam saluatore palmas leuantes clamauerunt atq; dixerunt: O sanna in excelsis, benedictus qui uenit in nomine dñi, osanna in excelsis: de centesimodecimoseptimo psalmo istos uersiculos assumserũt: O domine saluũ me fac. In Hebræo scribit׳ הוֹשִׁיעָה נָּא Hosia na. Vnde & Iudæi impatienter ferentes uolunt prohibere paruulos: de quibus in Esaia loquebat׳ dñs: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit dominus. Tacentibus em̃ senibus & inuidiæ liuore cruciatis, paruuli clamabant & Christum paruuli confitentur. Quod si & illi tacuissent, lapides utiq; clamarent, id est, gẽtilium populus: de quibus in euangelio scriptũ est: Potens est dominus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: nos significans qui duro quondã corde fuimus: sed nunc credentes in Christo Iesu in filios Abrahã, in filios dei omnipotentis, adoptati sumus per ipsum dñm, cui est gloria in sæcula sæculorũ: Amen.

CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hoc haud scio cuius fragmentum, uix dignum est uel hoc ordine. Tantũ abest, ut Hieronymo sit tribuendum.

C COgor a te,ut tibi Dardane de aliquibus generibus muſicorũ,ſicut res docet,uel uiſione,uel auditu breui ſermone reſpondeam. Alia eñ ad lucidum proferre nõ poſſum: quia unaquæq; res ſecundum ingenium eius eſt:quæ autem poſſunt enarrari libenter explicabuntur:primum omnium ad organorum, eo quod maius eſſe his in ſonitu & fortitudine nimia computantur,clamores ueniam:de duabus elephantorum pellibus concauum coniungitur:& per duodecim fabrorum ſufflatoria cõprenſatur: per quindecim cicutas æreas in ſonitum nimium,quos in modum tonitrui concitat: ita ut per mille paſſuum ſpatia ſine dubio ſenſibiliter utiq; & amplius audiatur, ſic apud Hebræos de organis quæ ab Hieruſalem, uſq; ad montem oliueti, & amplius ſonitu audiuntur comprobatur. Duo genera organi a plæriſq; eſſe dicuntur. Primum eſt,quod prædiximus: & aliud quod de peregrinatione Iſraelitici populi apud Babylonios inſcribitur: Super flumina Babylonis &c. Hoc totũ figuraliter ac ſpiritualiter ſignificat euangeliũ Chriſti: quod & illud duabus pellibus,id eſt,duarum legum aſperitate coniungitur per quindecim ſufflatoria fabrorũ,id eſt, per patriarchas ac prophetas: per duodecim cicutas æreas, id eſt,per apoſtolos,ſonum nimium emittit,ſicut ſcriptum eſt: In omnem terram exiuit ſonus eorum:& reliqua. Quod eſt in modum tonitrui,id eſt, uox euangelij in toto orbe terrarum: ſicut ſcriptum eſt: Vox tonitrui tui deus in rota:per mille paſſus,id eſt,perfectum numerum decem uerborũ legis impletur:ſonus eius in ſalicibus, id eſt, per laborem uniuſcuiuſq; doctoris labiorum euangeliũ prædicatur. Tuba itaq; de qua in Daniele ſcriptum eſt: Cum audieritis uocem tubæ,fiſtulæ,citharæ,& reliqua,diuerſis figuris ac formis efficitur. Aliter eñ eſt tuba congregationis populi, aliter conductionis,aliter uictoriæ, aliter perſequendi inimicos,aliter concuſſionis ciuitatum: & reliqua. Tuba autem conſuetudinis apud rerũ peritiſſimos hoc modo intelligit̃:tribus fiſtulis æreis in capite anguſto inſpirat̃,in capite per quatuor uociductus æreos, qui per æreum fundamẽtũ quaternas uoces producũt,mugitum nimium uehementiſſimũq; profert. Ita euangelium terna confeſſione trium perſonarũ ſanctæ trinitatis in capite anguſto, id eſt, in natiuitate Chriſti diuinitate inſpirat̃: & per quatuor uociductus,id eſt quatuor euangeliſtas, per eremũ fundamentũ ſtabilitatẽ fidei & operũ in toto orbe uoce nimia clamores, quos in modũ tubæ congregationis fortiter emittit. Fiſtula præterea artis eſſe myſticæ:ſicut fuſores earũ rerũ affirmant, reperit̃ ita bombulũ æreũ ductile quadratum latiſſimumq;,quaſi in modum coronæ cum fiſocolo æreo ferroq; cõmixto, atq; in medio concuſſo,quod in ligno alto ſpatioſoq; formatũ ſuperiore capite conſtringitur:alterum altero capite demiſſo:ſed terram non tangi a plæriſq; putatur: & per ſingula latera duodecim bombula ærea:duodecim fiſtulis in medio poſitis, in catena fixis dependent: ita tria bombula,in uno latere per circũitũ utiq; figuntur,& concitato primo bombulo,& concitatis duodecim bombulorũ fiſtulis in medio poſitis,clamorem magnum fragoremq; nimiũ ſupra modum ſimul proferunt.Bombulum itaq; cum fiſtulis,id eſt,doctor in medio eccleſiæ eſt, cũ ſpiritu ſancto qui loquitur in eo:conſtringit ur in ligno alto, id eſt, Chriſto,qui a ſapientibus ligno uitæ comparatur:in catena, id eſt, in fide: & non tangit terram,id eſt,opera carnalia: duodecim bõbula,id eſt,duodecim apoſtoli:cum fiſtulis,id eſt,diuinis eloquijs. Cithara de qua in quadrageſimoſecũdo pſalmo ſcriptum eſt: Confitebor tibi in cithara deus deus meus,propriæ conſuetudinis eſt apud Hebræos,quæ cum chordis uigintiquatuor: quæ in modum deltæ litteræ, ſicut peritiſſimi tradũt,utiq; cõponitur:& per digitos Pindari uarijs uocibus tinnulis ictibuſq; in diuerſis modis cõcitatur. Cithara autẽ de qua ſermo eſt,eccleſia eſt ſpiritaliter :quæ cũ quatuor & uiginti ſeniorũ dogmatibus trinam formã habens,quaſi in modũ deltæ litteræ per fidẽ ſanctæ trinitatis manifeſtiſſime ſine dubio ſignificat:& per manus uiri Petri apoſtoli,qui prædicator illius eſt in diuerſos modulos ueteris & noui teſtamenti,aliter in littera,aliter in ſenſu figuraliter cõcutitur. Sambuca itaq; quæ apud peritiſſimos Hebræorum ignota res eſt; antiquis temporibus apud Chaldæos fuiſſe reperitur:ſicut ſcriptum eſt: Cum audieritis uocem tubæ, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ:& reliqua. Bucca uocatur tuba apud Hebræos: deinde per diminutionẽ buccina dicitur: Sambuca autem ſol apud Hebræos interpretatur:ſicut ſcriptum eſt, Samſon ſol eorum. Propterea autem apud eos ſambuca inſcribitur:quia multi corticem arboris eſſe putant,&

D per ſoliditatẽ

A per soliditatem mellis uenei ac mutabilitatem, quasi in modum tubæ de ramo arboris mo-
ueri potest: ideo sambuca dicitur: quia æstatis tempore fieri potest: & usq; ad frigoris tēpus du-
rare potest. Aresçit enim secundum cōmunem consuetudinem. Typus eorum qui dominum
in bonis operib⁹ laudant, & in tempore frigoris, id est, tribulationum uel persecutionis laudare
eum non possunt propter infidelitatem uitæ & abundantiā diuitiarum suarū. Psalteriū quoq;
Hebraice nablon: Græce autem psalterium: Latine autē laudatoriū dicit. De quo in quinqua-
gesimoquarto psalmo dicitur: Exurge psalterium cum cithara. Est autē cū chordis decem: sicut
scriptum est: In psalterio decem chordarum psallam tibi: forma quadrata. Psalteriū itaq; cum
decē chordis, id est, cū decē uerbis legis cōtritis cōtra oēm hæresim, quadrata p quatuor euāge-
lia potest intelligi. Tympanū paucis uerbis explicari potest: quæ minima res est, eo qd in ma-
nu mulieris portari possit: sicut scriptū est in Exodo: Sumpsit aūt Maria ꝓphetes soror Aaron
tympanū in manu sua: & est minima sapiētia legis ueteris in manu Iudæorum, Synagogæ an-
tiquis temporibus fuit chorus quoq; simplex pellis cum duabus cicutis æreis, & per primā inspi-
ratur, per secundam uocem emittit. Typus populi prioris qui angustam intelligentiā legis acce-
perat: & per angustam uoluntatem prædicationis omnia infirmiter prædicauit. Si autem terre-
na sapienter ac diligenter respiciam, & spiritaliter ac mystice intelligenda sunt.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nullam hic umbram Hieronymiani pectoris possis deprehendere.
Et in alijs codicibus alio atq; alio titulo prænotatur.

## DE RESVRRECTIONE DOMINI SERMO.

EXulta cœlum, & in lætitia esto terra: dies iste amplius nobis ex sepulchro radiauit
q̄; de sole refulsit. Quet infernus, quia resolutus est: gaudeat, quia uisitatus est: re-
sultet, quia ignotam lucem post sæcula longa uidit, & in profundæ noctis caligine
respirauit. O pulchra lux quæ de candido cœli fastigio promicasti: & inter fluenta
B purpurea sedentes in tenebris, & in umbra mortis subita claritate uestisti. Cōfestim igitur æter-
na nox infernorum Christo descendente resplenduit: siluit stridor ille lugentium, dirupta ceci-
derunt uincula damnatorum: attonitæ mentes obstupuere tortorum: omnis simul officina im-
pia contremuit cum Christum repente in suis sedibus uidit. Mox igitur ferruginei ianitores de
scendente Christo, talia inter se cæci per umbrosa silentia cum umbra submurmurāt: Quisnam
est iste terribilis, & miro splendore coruscus? Nunquā talem noster excepit tartarus: Nūquā
in nostra cauerna talem euomuit mūdus: inuasor est iste, non debitor: & fractor est, non preca-
tor: iudicem uidemus non supplicem: pugnare uenit non succumbere, eripere non manere. Ubi
nam putatis socij nostri ac ianitores dormiebāt cū ille debellator claustra uexabat? Iste si reus
esset, audax nō esset. Si eū aliqua dilecta fuscarēt, nūq̄ fulgore suo nostras tenebras dissiparet.
Sed si deus est, ut quid huc uenit? Si homo est, quid p̄sumpsit? Si deus, qd in sepulchro facit?
Si homo, quare captiuos soluit? Nunquid nam cum authore nostro fœdus composuit? An for
te & ipsum aggressus uicit, & sic ad nostra regna transiuit? Certe mortuus, certe uictus erat. Illu-
sus est preliator noster in mundo, nesciuit quia hic stragē procuraret inferno. O crux illa falles
gaudia nostra, & parturiens damna nostra. Per lignum ditati sumus, per lignum euertimur.
Perijt potestas illa cunctis semper populis formidata. Nullus sub sede nostra captiuus palpita
uit. En quod gemebundum est exultat. Non iam audiuntur antiqui fletus, nulli iam resonant
eiulatus, omnis mugitus gentiū obmutuit. Putasne iste sine nostro redibit exitio? Nemo ad
nos unq̄ uiuus intrauit, nemo sic audax fuit, nemo sic carnifices terruit: nunq̄ in hac habita-
tione nigra semper & fuligine cæca iucundum lumen apparuit. An forte sol de mundo migra-
uit. Sed nec cœlū nobis astraq; parēt: & tamē infernus lucet. Quid faciemus? Quo cōuertemur
cōtra istū. Cruentas domos & obtinere nostræ cauernæ portarū custodias non ualemus, male
intrauimus, tantā lucē obtenebrare nequiuimus, opprimere tāta uirtute p̄ditū nō ualemus, no-
stra quoq; urgeri colla cōspicimus, & de nostro insup interitu formidam⁹. Quid nobis e cœlo.
Plagis recentioribus ultra iustam ultionem flagellamur: nocte nostra contenti fuimus: antris

C nostris occultabamur. Quare radijs solis prodimur? quare uiolentia disturbamur? quare in nostris sedibus captiuamur? Mox igitur Christus in ipsos crudeles ministros, pœnarum acies dirigit, atq; implacabiles turmas, framea diuina cõcidit: fremunt diri sub tortore carnifices, & rabiosis adacti stridoribus cõtabescunt. Ipsa quoq; antra ferrei cubilis intrante fortissimo, a fortiore æternis nexibus colligantur. Hoc nãq; ita futurum dñs ipse promiserat, dicẽs: Nemo intrat in domum fortis, & uasa eius diripit, nisi prius alligauerit fortem, & sic uasa eius diripiet. Tristes igitur mox lugentesq; diuturno squalore turbæ populiq; uexati concurrunt: & rectoris sui uestigijs aduoluuntur. Ecce apostolica dicta probantur, in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum. Mox igitur captiuæ animæ de custodijs relaxatæ, a tartaro prodierunt, regnaq; cœlorum ista supplicatione deplorant. Venisti tandem clæmentissime Iesu, succurre iam & parce fessis: Nunc Christe sæuas extingue minas, iam miserandos resolue mugitus: redemisti uiuos cruce tua: eripe mortuos morte tua. Pari nobiscum sorte mundus ipse interierat, & ad aduentum tuum omnis creatura pendebat: tibi nostra tormenta suspirabant, te semper infernus iste pauebat. Dum hic es absolue reos, dum ascenderis defende tuos: dum hic es uniuersa claustra soluantur, dum ascenderis non claudantur. Tu solus caput draconis comminuere potuisti, tu portas æreas & uectes ferreos uoluisti cõterere. Pateat quæsumus precantibus ianua: lux non desit pia: & si redieris ad corpus maiestate tua, non priuetur infernus potentia tua. Post auditas itaq; preces, post compositas leges, post demersos in altæ uoraginis fossa tortores, rex noster hodie de inferis triumphator & laureatus exiuit, nec candidatũ officium defuit: sed læta cum principe suo, omnis beatorum turba processit: sicut in euangelio scriptum est: Quia resurgente domino, multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt cum eo: & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Repedat igitur ad stadium suum triumphator iterum uiuus, ut nouerit omnis mundus, quia rediuit ab inferis Christus. Glorientur ergo credẽtes: Plaudant manibus omnes gentes, quia rex noster & in sæculo triumphauit & inferos uicit. Beneficia dei nostri cũ magna atq; mirifica sint: tamẽ nec noua probãtur esse, neq; subita: sed ab initio sæculi & prædicta sunt oraculis, & præfigurata mysterijs. Sacram domini passionem ab ipsis mundi coalescen

D tis exordijs, ueteris testamẽti responsa cecinerunt: & ideo Christum dominum prædicatum, ac enunciatum suis fidelibus apparere: ex ipsorum libris & uoluminibus asserimus. Validis absq; dubio nititur priuilegijs, qui causam suã de aduersarij asserit instrumentis: speciosa uictoria est contrariã partem chartulis suis, uelut propijs laqueis irretire: & testimoniorum suorũ uocibus confutare, & æmulum telis suis euincere, ut oppugnatoris tui argumenta, tuis probentur utilitatibus militare. Itaq; in domini nostri persona, dum ex Adæ primi hominis costa mater cunctorum uiuentium Eua producitur: ex huius sacro latere, & salutari uulnere ecclesia omnium fidelium parens, reparanda monstratur. In eius typo Abel uictus occiditur: & innocens fraterna tã cq; Iudaica impietate mactatur. Hic idem dominus in nouissima mundi senescentis ætate per figuram beati Abrahæ lõgæui patris offertur ad uictimã: quo tempore dum nouo sacrificio innici filij sui iugulum pius parricida consurgit, ex improuiso aries oculis eius apparuit: sicut eloquitur sermo diuinus: Et uidit Abraham arietem inter uepres hærẽtem cornibus. Inter uepres inquit. Requiramus quæ ista sit nouitas: id est, in multitudine circũstantium peccatorũ: hærentem cornibus: id est, ad crucis cornua dauorum cõfixione pendentem: sicut in alio loco legimus: Cornua in manibus eius sunt. Hoc ideo, quia uenerandas manus eius patibuli brachia susceperunt. Inter spinas autem deputatus est, quando spineo serto innocentiæ & iusticiæ author illusus est. Sed aliud introspicere debemus quidnam sit: quod Isaac a patre altaribus admouetur, ac subito aries pro eo nõ mutata, sed duplicata oblatione supponit. Gemina hic adorãda substantia redemptoris ostenditur. Dei em̃ unigenitus offertur & uirginis primogenitus immolatur. Hoc quoq; dominicæ passionis præfigurabat insignia: quod legimus beatum Helisæum sepulchro conditum, ingesto a latrunculis cadauere intra tumulum suum corpus extincti tactu sacri corporis suscitasse. Quis hic alius præfigurabatur, nisi dominus noster Iesus Christus, qui resurrectionem de morte largitur, & uitam sepultus operatur? In latronibus, etenim

mũdum, in

A mundum:in prophetæ uirtutibus,Christum dominũ recognosce. Adhuc celeberrime per scripturas sanctas,etiam in prophetæ Ionæ laboribus & erumnis,Christi passio ac resurrectio præsignantur. Nic Ionas(quod fidei uestræ non arbitramur incognitum)typum domini gessisse præscribitur. Ipse enim dominus dixit: Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Hic inquam Ionas ad prædicandum Niniuitis iræ cœlestis offensam domino iubente dirigitur: præscius tristem sententiam propheta populi conuersione uacuandam: nauim profugus quæ Tharsum petebat ingreditur:sed nautis exorta tempestate turbatis,sorte fluctibus datur, & faucibus ceti piscis demersus excipitur. Sed pisce illesum eructante depositum,tertia die terris refunditur. Videte dominũ etiam in ueteri testamento in serui forma mirabiliter apparere: uidete quomodo se ante actis sæculis indicauit,secundum seruilis formæ humilitatẽ uenturũ. Ionas iram dñi prædicaturus ad magnã Niniuitarũ destinat᷑ urbẽ,dicturus,Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Et Christus ad mundi mittitur ciuitatem,ut diem salutis & præfinitum iudicij tempus annunciet. Ionas nauim expetit, Christus ecclesiam. Ionas fluctibus agitatur,Christus mundi turbinibus exercetur. Nisi Ionas perditum detur,nauis periculum non sedatur. Sic non liberatur ecclesia,nisi Christi morte saluetur. Nautæ dimissuri Ionam, tamen uerentur & dicunt: Dñe ne des super nos sanguinem innocentem: nõne uobis uidetur nautarum imprecatio Pilati esse confessio? Qui tradit Christum:& tamen lauat manus suas,& dicit:Mundus ego sum a sanguine iusti huius:q̃ congrue per personam gentilẽ fides gentiũ prædicatur. Dicit itaq̃ Ionas in oratione sua: Tolle igitur domine animã meam,quia melior est mihi mors q̃ uita. Dicat hoc nobis dominus noster Iesus Christus:quia melior est mihi mors q̃ uita: id est,uiuens unam Iudæorum gentem saluare non potui,moriar ut uniuersus mũdus mea morte saluetur. Ionã cetus piscis excepit immersum,sed non contigit deuoratũ:& quẽ malicia hominum perdidit, bestia esuriens custodiuit,plenis uisceribus famã patitur,& in prædã quã absorbuit, nil sibi licere mirat᷑. Quis est iste qui inter auidos rictus absumi potest,cõsumi nõ potest? Cibus est, corruptio nõ est. Tradit᷑ perditiõis,pfũdo & seruatur ipsius mortis obsequio. Quis est iste qui uastissimos sinus periculorum totus ingreditur, & sub altitudine conclusus, immẽsa atq̃ mortifera uitali aere pascitur:& dimissus in alienam rerum naturam in uitæ exilium cũ uita peregrinatur,& mortis superstes annunciat mundi salutem. Puto quod hic est dominus noster Iesus Christus,quem sæua mors,inexplebilis belua,in escam suam rapuit,& prædam suam captiuam contremuit:quem etsi terra sorbuerat crucifixũ:tamen quẽ nõ inuenerat reum,nõ poterat tenere damnatũ,quia culpã nõ facit pœna,sed causa:quasi solitũ cibum perditũ in origine mundi hominẽ deuorauit:sed magnã esse cibi ipsius dignitatẽ præfocata cognouit. Atq̃ ideo diuinus sermo commemorat & præcepit pisci,& euomuit Ionam in aridam. Præcepit ergo bestiæ,præcepit morti semper esurienti: præcepit abyssis & inferno,ut mundo restituant saluatorem. Euomuit autem hoc debemus accipere, quod ex imis uisceribus mortis, uictrix uita remeauerit:atq̃ eam ex imis præcordijs inferni perditio exulcerata reddiderit. Videmus itaq̃ in prophetæ afflictionibus apertissime præfiguratam, pariter & mortem & resurrectionem. Qua propter quod impletum cernis in seruo,credere non cuncteris in domino. Quæ cũ ita sint,perspice homo quantũ ualeas,& perpende quid debeas:perspice quantũ ualeas,ut tandẽ uilis esse tibi desinas:ut uel per hoc erubescendis subiacere uitijs dedigneris,dum generositatem tuã decreatoris ac reparatoris dignitate metiris. Habet causas quibus te ipse confundat: cur indignis dominis uicto corde subdatur,cui gloria æterna promittitur:& sic gemino priuilegio, qui dudum diuinæ imaginis participatione fulgebas, efficeris etiã cõmercij nobilitate præcios̃us. Vnde q̃ fortis esse possis contra hostem tuum:interroga statum tuũ,quod tibi dominus ad debellandum in membris tuis mundi principem,& spiritales nequitias superandas liberam contulit facultatem:ac sic impossibile nõ putes ut transferri obtineas in angelicas beatitudines: cum in hoc sæculo angelicas deuiceris potestates. Non ergo te degenerem ac despectũ faciat uita, quẽ uel factura probat᷑ illustrẽ protulisse uel gratia: sed cursum fidelis Christi sanguis ad supna fiducialiter extollat. Nã q̃ se cœlesti p̃cio uident redẽptos,ad cœlestia non dubitent præparatos.

B Video

CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

C Video dubitatum & ab alijs, cuius sit hæc homilia. Cuius sit nō pronuncio, quāq; Leonē aut Maximū refert. Hieronymi non esse palam est.

DE NATIVITATE DOMINI SERMO.

HOdie uerus sol ortus est mundo: hodie in tenebris sæculi lumē ingressum est. Deus factus est homo, ut homo deus fieret. Formā serui dominus accepit, ut seruus uerteretur in dominum. Cœlorum habitator & conditor habitat in terris: ut homo colonus terræ, migraret ad cœlos. O dies omni sole lucidior: o tempus cunctis sæculis expectatius. Quod præstolabantur angeli: quod Cherubim & Seraphim & cœlorū ministeria nesciebāt: hoc in nostro tempore reuelatū est. Quod illi uidebāt per speculū & p imaginem: nos cernimus in ueritate. Qui populo Israelitico loquebatur per Esaiam, Hieremiā cæterosq; prophetas, nunc nobis per filium loquitur. Videte quid sit inter uetus testamentum & nouum. In illo loquebatur per nebulam: nobis loquitur per serenum. Ibi deus uidebatur in rubo: hic de uirgine deus nascitur. Ibi ignis erat populi peccata consumens: hic homo est populi peccata dimittens, imo ignoscens seruis suis. Nemo enim potest peccata dimittere, nisi solus deus. Siue hodie dñs Iesus natus, siue hodie baptiçatus est, diuersa quidē opinio fertur in mundo, & pro traditionū uarietate, sententia est diuersa. Nobis illud constat ad liquidū qd siue hodie natus ex Maria uirgine est, siue renatus ex baptismo, & natiuitas carnis & spūs nobis profecit: utrūq; mysteriū meū, utrūq; utilitas mea est. Dei filius non habebat necessariū ut nasceret, ut baptiçaretur: Neq; em̄ peccatum fecerat quod ei remitteretur in baptismo: sed illius humilitas, nostra sublimitas: illius crux nostra uictoria est, illius patibulum noster triumphus est. Gaudentes hoc signum leuemus in humeris nostris: uictoriarum uexilla, & immortale lauacrum portemus in frontibus. Cum hoc signum diabolus conspexerit in frontibus nostris, contremiscit. Qui aurata capitolia non timent, crucem timent. Qui contemnunt sceptra regalia &
D purpuras Cæsarū & dapes, Christianorum sordes & ieiunia pertimescunt. Denicq; in Eçechiele propheta, cum omnes qui missus fuerat angelus occidisset & interfectio cœpisset a sanctis: illi tantūmodo sospites reseruantur, quos Thau littera, id est, crucis pictura seruauerat. Exultemus itaq; ad crucis similitudinē: sanctas in cœlū leuemus manus: cū sic nos armatos dæmones uiderint opprimēt. Quando Moyses erectas habebat manus, uincebatur Amalech: si paululū illæ conciderant, inualescebat. Antēnæ nauium & uelorum cornua, sub figura nostræ crucis uolitant. Aues quoq; ipsæ quando in sublimiora tollūtur & pendent per aerem: extēsis alis imitant crucem. Sed & trophæa ipsa & uictoria triumphorū, ornamēta crucis sunt: quā non solū in frontibus sed in manibus quoq; nostris habere debemus: ut si sic fuerimus armati, calcemus sup aspidē & basiliscū, per dñm nostrū Iesum Christū, cui est honor & gloria in sæcula sæculorū: Amen.

CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nec de hac qcq; habeo quod pronunciē, nisi nō esse Hieronymi. Et addubitāt inscriptiōes exēplariū.

DE EPIPHANIA DOMINI SERMO.

DIes Epiphaniorum græco nomine sic uocatur. Quod enim nos apparitionem, uel ostensionem dicimus, græci ἐπιφάνειαν uocant. Hoc autē ideo, quia dominus noster hodie & saluator apparuit in tenebris. Licet em̄ olim natus esset ex Maria: & triginta iam annorū explesset ætatem: tamen ignorabatur a mundo. Eo tempore cognitus est, quo ad Iohānem baptistam, ut in Iordane baptiçaretur aduenit, & uox de cœlo patris intonantis audita est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quem pater de cœlis monstrauerat uoce: hūc spūs sanct⁹ uersus in columbā & sup caput illius sedens, tactu quoq; ipso uoluit demonstrare, ne quis alius dei filius putaretur a populo. Quid hac humilitate sublimius? quid hac uilitate nobilius? Baptiçat a seruo, & a domino filius appellat. Inter publicanos, & meretrices, & peccatores ad lauacrū uenit, & sanctior est baptista suo. Lauat a Iohāne in carne, & ipse Iohānē in spū lauat. Aquæ q̄ cætera mūdare cōsueuerūt, dño nostro lauāte mūdatæ sūt. Iordanis fluui⁹ q eo tpe quādo populū Israel eduxit Iesus ad terrā repromissionis fuerat exiccat⁹: nūc mēbris dñi tactis, si potuisset undas uno loco uoluerat cōgregare: ut dñi corp⁹ attingeret. Videte fratres, quō id qd in euāgelio lectū est: in uigesimo octauo psalmo fue-

rat ante

A rat ante prædictū. Vox dñi ſuper aquas. Locut⁹ eſt em̄ dei filius ad Iohānē: Sine modo, ſic em̄ oportet nos implere omnē iuſticiā. Sequit̄: Deus maieſtatis intonuit, quādo pater filio teſtimonium reddidit, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Vox domini cōfringentis cedros. Baptiçatus eſt enim Chriſtus, & erecti prius atq; ſublimes dæmones corruerūt: ſuccidit eos dominus tanq; cedros Libani: & comminuit eos dominus tanq; uitulus fragmenta arborum uentilans, & calcibus ſtirpes in diuerſa diſpergens. Et econtrario de ſaluatore quid dicit: Et dilectus ſicut filius unicornium. Dilectus, dominus noſter atq; ſaluator eſt, filius unicorniū, filius crucis: de quo dicit̄ in cātico Habacuc: Cornua in manibus eius, ibi abſcondit fortitudinē ſuam. Poſtq; ergo dilectus iſte crucifixus eſt: impletum eſt illud quod ſequit̄ in pſalmo: Vox domini intercidentis flammā ignis. Illo em̄ baptiçato, & uniuerſo mūdo Chriſto lauante mundato, gehēnæ ignis extinctus eſt. Vox domini cōcutientis deſertū. Deſerta fuit eccleſia, quæ prius filios nō habebat. Ad p̄dicationē Chriſti, deſerta cōmota eſt, & parturiuit & peperit: & nata eſt in una die gēs tota ſimul illa, quæ ante dicebat̄ deſertū Cades, hoc eſt deſertū ſanctitatis: Siquidē quæ non habuerat ſanctitatē, cœpit parere ceruos, & ſanctorū emittere greges, qui ſerpentes interficiunt, qui uenena contēnunt: qbus diſcurrentibus in toto orbe, & Chriſti euangelium prædicantibus: in templo eius omnes dicent gloriam deo. Sequit̄: Dñs diluuiū inhabitare facit. Conſyderemus totum orbem, reſpiciamus barbaras nationes, Romanū quoq; mente luſtremus imperium: ubiq; in Chriſtum credunt, ubiq; in nomine domini baptiçantur: & ita fit ut non una aqua: ſed quodāmodo ſit diluuium baptiſmorū. Qua propter conſummatū eſt tabernaculum: hoc em̄ pſalmi iſtius titulo prænotatur: quoniā eccleſia ex uiuis lapidibus extructa eſt. Afferamus domino filios dei, afferamus ei filios arietum, apoſtolorum & ſanctorum: & imitemur ſaluatorem noſtrum: quia ipſe & paſtor & agnus & aries appellatur, qui pro nobis immolatur in Aegypto, qui pro Iſaac cornibus tenetur in ſentibus, & dicamus: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ, ibi me collocauit. Super aquā refectionis educauit me: cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum: Amen.

B ¶ CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

¶ Adeo non ſapiunt hæc Hieronymū, ut parum abfuerit, quin in extremā claſſem relegarim: niſi quod malui in hanc peccare partem, ut indigna lectu ferrem q̄ ut digna reiicerem.

¶ SERMO DE QVADRAGESIMA.

QVomodo miles ſemper exercetur ad prelium: & ſimulatis ictibus, ueris poſtea uulneribus præparatur: Ita omnis quidem Chriſtianorum uita indiget abſtinētia: ſed maxime quando hoſtis prope eſt, & præparatum aduerſum nos exercitum ducit inimicus. Omni ſeruis dei tempore ieiunandum eſt: ſed tunc amplius cum ad immolationem agni, ad myſterium baptiſmatis, ad Chriſti carnem & ſanguinem præparamur. Statim em̄ ut oues ſuas recedere uelle de ꝓprio grege uiderit diabolus, fremit, iraſcit̄, furit, & totis aduerſus eas uiribus commouetur, perire ſibi exiſtimans quicquid Chriſto ſaluatur: & morti ſynagogæ ſuæ, quicquid eccleſiæ uiuificatur. Quia ergo fratres chariſſimi, ad domini ſacramē/tum quadraginta dierum ieiunio præparamur: ieiunemus tot diebus pro peccatis noſtris, quot pro ſceleribus noſtris dominus ieiunauit. Illum poſt baptiſmum tentat diabolus. Non enim ſciebat eū eſſe filium dei: propterea negligebat. Deniq; poſtea cognoſcere cupit in tentatione, dicens: Si filius dei es: dic ut lapides iſti panes fiant. Et ſi filius dei es, mitte te deorſum. Nos autem quia ſcit uelle filios dei fieri, propterea expugnare nititur: & quaſi ſerpens lubricus noſtros inuoluere pedes, ne aſcendere ualeamus ad cœlū. Si autē dominū tentare auſus eſt uerſipellis & nequā: quātomagis nos decipere nō timebit? Si cōtra dei filiū & figulū ſuū, uas perditū repugnauit: quātomagis cōtra nos qui inferioris ab eo naturæ ſumus audebit inſurgere? Si iuſtus uix ſaluabitur, impi⁹ & peccatores ubi permanebunt? Nō quo domin⁹ noſter decipi potuerit a diabolo, ſed quo formam ſerui acceperit, in omnibus ſe tribuere uolens exēplum, ut nemo ſibi in ſanctitate confidat, cum etiam ille tentatur, quem non poſſunt tentamenta ſuperare. Hoc totum idcirco replicamus fratres chariſſimi: ut ſollicita mēte caueamus, ne exeuntes de Aegypto: & per quadraginta dies, quaſi per quadraginta annos ad repromiſſionis terram per eremum

feſtinantes

C festinantes,desyderemus carnes & ollas Aegypti, & a serpentibus mordeamur. Exiuimus de Aegypto:quid nobis de Aegyptijs cibis? Qui habemus cœlestē panem,terrena alimenta quid quærimus? Reliquimus Pharaonem, inuocemus auxilium dñi:ut nobis Aegyptius rex in credētium baptismate submergatur. Ibi pereant equi & ascensores eorū:ibi fremens aduersarij negetur exercitus. Non murmuremus aduersus dñm,ne a domino percutiamur. Nō detrahamus sacerdotibus nostris:& magis a uitijs ieiunemus q̄ a cibis:licet & ciborum abundantia sint fomenta uitiorum. Si Aaron & Maria contra Moysen murmurantes,dei pro seruo suo sensērūt uindictā:quātomagis si aliquis nostrum præpositum suum uipereo ore lacerauerit diuina sententia punietur? Sed & sacerdotibus simpliciter præcauendum est,ne duplici mente sint, ne dñi ambigant potestatem. Si etiam Moyses & Aaron(qui ad aquam contradictionis uisi sunt fluctuare)non meruerunt terram repromissionis intrare: utiq; multomagis nos qui peccatorum præmimur pondere, non ualebimus fluentum Iordanis transire : & ad locum circūcisionis:id est,Galgala peruenire,si scandaliçauerimus unum de minimis istis. Vnde tam labores pastoris q̄ gregis fœcūditas : tam ubertas messium q̄ agricolæ studium, domini horreis præparentur. Toto nisu ac labore tendamus, ut digni efficiamur aduētu pascæ,& carne ac sanguine agni Christi Iesu: Amen.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Eundem & hic sermo resipit authorem,ut paucis quod sentio dicam.

## IN VIGILIA PASCAE DE ESV AGNI SERMO.

O die fratres charissimi,populus Israel,& uere homo uidens deum(hoc quippe interpretatur Israel)egredi iubetur de Aegypto. Hodie agnus dei qui tollit peccata mundi pro omnium salute iugulatur:hodie sanguine illius postes domorum, id est,frontes nostræ depingūtur:hodie occidūtur Aegyptij, & de seruitute Pharaonis populus dei liberatur:hodie percutiuntur primogenita Aegyptiorum & Israelitarum, non solum liberi: sed etiam irrationabilia iumēta saluantur: Homines & iumenta saluos facies domine. Præparemus nos fratres charissimi ad immolationem agni : & apprehēdamus illum,
D nō quādo dubia lux est,& adhuc lunæ cornua nō implent:nō quando crescere incipit uel decrescere:sed quartadecima die,id est,lumine cōsummato atq; perfecto,quādo tota eius lampade totus orbis impletur. Nec putemus agnū istū ānīculū ubicūq; posse comedi. Præcipitur nobis, ut in una illū comedamus domo,id est,ne extra ecclesiam immolari agnum putemus. Ex quo manifestum est,quod Iudæi & hæretici,& omnia cōuenticula dogmataq; peruersorum, qui agnū in ecclesia non comedunt,non eos agni carnes comedere:sed draconis:qui datus est(iuxta psalmistam)in escam populis Aethiopū. Quomodo em̄ in diluuio nō saluatur,nisi qui in arca fuerit Noe:& corruente Hiericho una tantummodo Raab meretrix,id est,ecclesiæ credentis ex gentibus custoditur domus:Ita in immolatione agni,tunc uere agnus occiditur,cum in una mactatur domo. Erit,inquit,uobis agnus immaculatus:de agnis & hædis sumetis eum. Præcipitur & in alio loco:ut qui primo mense pasca facere nō quiuerit,secundo faciat:iuxta quod & nunc iubetur:ut qui non potest habere agnū,saltē habeat hædum. Christus em̄ non ex hædis fit, quos a sinistris stare iubet:sed pro diuersitate meritorum,unicuiq; aut agnus,aut hædus fit. Quærit etiam quare non in die agnus iste immolatur,sed ad uesperam. Hæc causa manifesta est. Dñs em̄ noster atq; saluator in consummatione sæculorum passus est. Vnde & Iohannes in epistola sua loquitur: Filioli,nouissima hora est:quādo aūt nouissima hora est:finito die,noctis initiū est. Sed hoc intelligendū est,quod q̄diu in isto sæculo sumus,id est,uersamur in Aegypto:non sumus in clara luce, sed in tenebris atq; caligine:licet ecclesia,id est,luna quasi in nocte resplendeat:tamen ueri solis nō possumus habere perfectum fulgorem. In una,inquit,domo comedetis carnes assas igni:& açyma cum amaritudinibus manducabitis. Non comedetis ex eis crudū aut coctū in aqua : sed assum tantum igni. Iubetur nobis ut panes absq; fermento ueteri, malitiæ & nequitiæ comedamus. De quo fermento in euangelio dominus discipulis dicit: Cauete a fermento pharisæorum:& postea interpretatur fermentum pharisæorum esse doctrinam. Et nos igitur si a doctrina sæculi istius uolumus esse alieni: & quasi extraneos a mundi conuersa-

tione

A tione nos facere,perſecutionibus & preſſuris ſubiecti ſimus:& ſecundum Apoſtolum comedamus açyma ſynceritatis & ueritatis. Vis intelligere quod dico. Dic quod uerū eſt:loquere quod ſyncerum eſt: nullius perſonam accipias,non diuitis,non potentis,q̄libet ſit potens,q̄libet ſit nobilis,ſi peccauerit corripe eum: & comediſti açyma ſynceritatis & ueritatis in amaritudine. Vnde & Apoſtolus ait:Inimicus factus ſum uobis uera dicens. Et prouerbium ſæculi,gentilis quoq; poeta exprimēs:Obſequium,inquit,amicos ueritas odium parit. Quod autem ſequit̄: Nō crudas carnes agni,neq; elixas comedamus:illud eſt,ne ſcripturas diuinas(quæ uere carnes agni ſunt)aut iuxta hiſtoriam tātum intelligamus,& ſicut crudas eas aſſumamus in cibum: aut rurſum ſecundum hæreticos,quibuſdā allegorijs & nubilo interpretationis ad peruerſa quæq; dogmata deriuemus & eneruemus eas:& ſucci ueritate ſublata,umbras quaſdam & imagines effundamus, Sed intelligamus eas & iuxta hiſtoriam ſicut ſcriptæ ſunt: & nihilomin⁹ eas ſpiritus ſancti excoquamus ardore. Et quicquid in illis ſecundum litteram uidetur incongruum eſſe uel clauſum,ſpiritali expoſitione pandamus. Caput cum pedibus & inteſtinis comedetis. Caput mihi uidetur eſſe agni illud quod in euangelio Iohannis ſcribitur: In principio erat uerbū, & uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum:hoc erat in principio apud deum. Pedes autē homo,quem pro noſtra ſalute dignatus eſt aſſumere. Sed & aliter ſentiri poteſt. Caput, intelligentia ſpiritalis:pedes,ſimplex iuxta hiſtoriam narratio: inteſtina autem quicquid intrinſecus in littera latet,quicquid in ſuperficie non uidetur:ſed diligenti examinatione commolitum atq; ruminatū a doctoribus profertur in mediū: & quod putabatur eſſe fœdum & indecorum,hoc reperietur eſſe uitale. Verbi gratia:quid turpius in ſcripturis dici poteſt, q̄ ſi Oſee meretricem iubetur habere uxorem:& Iudas cum Thamar nuru ſua concūbat:& Dauid Bethſabeæ adulterio ſordidetur:& Onā filius Iudæ ſemen proijciat in terram,ne liberos generet. Hæc ſi ſecundū litteram intelligantur,nonne a gentibus & ab incredulis quibuſq;, quaſi ſcripturarum ſtercora
B condemnātur atq; irridētur? Sed ſi illa excutias,ſi laues,ſi ſpiritus ſancti igne excoquas,uertun/tur in cibum:& quod putabatur inutile,inuenitur myſterium. Non relinquetis de eo in mane, & os non conteretis de eo,& quod reliquum fuerit de eo uſq; in mane,igne comburetis illud. Nihil de carnibus agni uſq; in futurum ſæculum reſeruemus. Quantumcū q; poſſumus comeda/mus. Quod ſi qua in ea fortia ſunt dogmata uidelicet eccleſiaſtica,de trinitate,de reſurrectiōe, de anima,de angelis,de cæteris iſtiuſmodi:hæc non iuxta noſtrā opinionē prauis interpretationibus diſſeramus, nō conteram⁹ illa: ſed ita ut ſunt fortia prædicemus. Si quid aūt quaſi hoies præterierit,& non poterim⁹ de carnibus agni comedere:ſcire debem⁹ quod in futuro ſæculo doctrina ſpiritus ſancti nobis aperiendum ſit,& comedemus illud. Sic autē comedetis illud:Lumbi ueſtri accincti,& calciamenta ueſtra in pedibus ueſtris,& baculum in manibus ueſtris, & comedetis illud cū feſtinatione: Paſca eſt em̄ dñi dei ueſtri. Hucuſq; p̄ceptū eſt quales agni carnes comedere debeam⁹:nūc iubet̄ q̄ a nobis habitu comedēdæ ſūt. Lumbi,inq;,ueſtri accincti, Et ad aplos dicit̄: Sint lūbi ueſtri accincti & lucernæ ardētes in manib⁹ ueſtris. Et Iohānes çona pellicea cingit̄. Et Helias nihil habēs in ſe molle atq; muliebre,ſed totū uirile & rigidū(homo q̄ppe hirſut⁹ erat)cingulū habuiſſe deſcribit̄. Et nos ergo ſi uolum⁹ carnes agni comedere, mortificem⁹ lūbos noſtros,mortificem⁹ opa carnis. Et hoc quod in Iob de diabolo dicit̄: Virt⁹ eius in lūbis eius,& fortitudo eius in umbilico uētris eius,occidat̄ in nobis,ne caro cōcupiſcat ad uerſus ſpiritū,ſed ſpū opera carnis mortificemus,& purificati ueſcemur agni carnibus. Vt autē ſciamus fratres chariſſimi,quoniam quicūq; uxori debitum reddit,uacare non poteſt orationi, nec de carnibus agni comedere: Moyſi præcipitur,ut populus qui aſcenſurus erat ad montem Oreb,ante tres dies purificet̄. Et Dauid cū ueniſſet ad Abimelech ſacerdotē,interrogatus ſi mūdi ſunt pueri: Reſpōdit purificatos eos eſſe ab heri & nudiuſtertius. Si autē panes propoſitionis non poterant ab his qui uxores ſuas tetigerant comedi:quātomagis panis ille qui de cœlo deſcendit non poteſt ab his qui coniugalibus pauloante hæſere complexibus uiolari atq; contingi. Non quo nuptias condemnemus(hoc em̄ non dicimus)ſed quo eo tempore quo carnes agni manducaturi ſumus,uacare operibus carnis non debeamus. Quod autem ſequitur:Et calciamēta in pedibus ueſtris:& baculum in manibus ueſtris:hoc iubetur:ut q̄diu in eremo iſtius

C sæculi gradimur,calciati simus calciamẽtis pacis: necubi in deserto scorpius & coluber obrepat, necubi serpens plantam gradientis inuadat. Quod si forte aduersum nos consurrexerit,habeamus uirgam in manibus, & percutiamus eum,& dicamus: Virga tua & baculus tuus,ipa me cõsolata sunt. Vide mysterium scripturarũ. Quãdiu per solitudines ambulamus,necesse habem⁹ habere & pelles pro calciamentis quibus nostri tegantur pedes. Quando uero terrã repromissionis intramus, dicit nobis cum Iesu Naue: Solue calciamenti tui corrigiam: locus em̃ in quo stas sanctus est. Et nos ergo quando intrauerimus regna cœlorũ,non habebimus opus calciamentis,non his præsidijs quibus custodimur in sæculo: sed ut nouum dicam,agnum illum qui p nobis occisus est sequemur. Sed uidete ut de nobis dicat Iohãnes. Isti sunt qui uestimẽta sua non coinquinauerunt,uirgines em̃ permanserunt: qui sequuntur agnum quocũq; uadit Christũ Iesum. Cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ex eadem & hic sermo profectus est officina,& ad fratres charissimos pertinet.

## DE RESVRRECTIONE DOMINI SERMO.

NOn queo fratres charissimi, quem mente concepi ore proferre sermonem, & cordis mei læticiam lingua non explicat. Hoc autẽ nõ solum ego patior qui cupio narrare quæ sentio: sed etiam & uos mecum patimini,plus exultantes in conscientia q̃ æloquio proferentes. Videtur mihi hic dies cæteris diebus esse lucidior: sol mundo clarior illuxisse: astra quoq; & omnia elementa lætari: & quæ patiẽte domino proprium lumen retraxerant & fugerant,& noluerant creatorem suum aspicere crucifixum, hæc nunc uictorem illum,& ab inferis resurgẽtem,suo(si dici potest)fulgore, suo prosequũtur officio. Credit cœlum, credit terra: & sagena quæ totum mũdum piscata est,Iudæos tenere non potuit. Hæc dies quã fecit dominus,exultemus & lætemur in ea. Quomodo Maria uirgo mater dñi inter omnes mulieres principatum tenet: ita inter cæteros dies hæc,omniũ dierum mater est. Rem nouam dico,
D sed quæ scripturarum uocibus comprobatur. Hæc dies & una de septẽ & extra septem est. Hæc est dies quæ appellatur octaua. Vnde & in quibusdam psalmorũ titulis superscribit pro octaua. Hæc est in qua synagoga finitur & ecclesia nascit. Hæc in cuius numero octo animæ saluatæ sũt in arca Noe. Similiter, inquit, Petrus,& uos saluos facit ecclesia. Hæc est de qua Ecclesiastes præcipit: Date partes septẽ,date & octo. Hi sunt octo gradus,per quos in Ezechiele templũ dei scandimus. Hæc octaua dies,de cuius sacramento, & omniũ nationum in Christi fide, octauus quoq; psalmus incipit: Dñe dñs noster,q̃ admirabile est nomen tuũ in uniuersa terra. Et quid me necesse est infinita replicare? Dies me deficiet,si uoluero omne diei istius exponere sacramentum. Hoc tantũ dico,quod uniuersa sabbati gratia & antiqua illa festiuitas populi Iudæorum,diei istius solẽnitate mutata est. Illi in sabbato non faciebãt opus seruile, nos in die dñica: hoc est resurrectionis,opus seruile non facimus: quia uitijs & peccatis non seruimus. Qui em̃ facit peccatũ,seruus est peccati. Illi de domibus suis nõ egrediebãtur: & nos de domo Christi nõ egredimur,sumus em̃ in ecclesia,Illi non accendebant ignẽ in die sabbati: nos ecõtrario accendimus in nobis ignẽ spiritus sancti,& om̃e uitiũ excoquimus peccatorũ: de quo igne dñs ait: Ignẽ ueni mittere in terrã: & quam uolo ut ardeat. Desyderat dñs ignẽ istũ ardere in nobis: secundũ Apostolũ: id est,spũ nos sancto feruere: ut non refrigescat in nobis charitas dei. Illi per diẽ sabbati non ambulant in itinere: perdiderunt em̃ illum qui dixit: Ego sum uia: nos autẽ dicimus: Beati immaculati qui ambulant in lege dñi. Et iterum: Viam ueritatis elegi,& uiam iustificationum tuarum doce me. Illi de spinis dominum coronauerunt: nos autem si fuerimus lapides precios̃i,dominũ nostrum coronabimus. Caput imperatorũ istius sæculi ornat diadema: nos ideo in capite nostri regis imponimur,ut ornemur a capite. Illi non susceperunt Christum & susceperuri sunt Antichristum: nos recepimus humilem filium dei,ut postea habeamus triumphãtem. Ad extremum noster hircus ante domini immolatur altare: illorum hircus antichristus cõsputus & maledictus,proijcitur in solitudinem. Noster latro cum domino ingreditur paradisum: illorum latro homicida atq; blasphemus,moritur in peccato suo. Illis Barrabas dimittitur:

nobis

A nobis Christus occidit. Pro quibus uniuersis fratres charissimi, consona pariter uoce cantemus: Hæc est dies quã fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Ignitam illam rompheam & paradisi ianuam quã nullus potuit effringere, hodie Christus cũ latrone reserauit: ideo hodie Christus dixit ad angelos: Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino: quæ cũ semel aperta est, nũq; credentibus clauditur. Ex eo tẽpore quo passus est dominus usq; ad præsentem diem, semper hæc porta clausa & reserata est. Clausa est peccatoribus & incredulis. Reserata est iustis & credentibus. Per hanc ingressus est Petrus: ingressus est Paulus. Per hanc oẽs sancti & martyres intrauerunt. Per hanc quotidie de toto mundo iustorum animæ ingrediuntur. Duæ portæ sunt, porta paradisi & porta ecclesiæ. Per portam ecclesiæ intramus portam paradisi. Ita debem⁹ uiuere, ne eiiciamur de domo illa, & eiecti foras a bestijs deuoremur: quas in alio loco propheta formidans ait: Ne tradas bestijs animas confitentium tibi. Ecce nunc dominus stans in paradisi ianua loquitur ad nos, qui sumus in domo ipsius: quã quicũq; sanctorum fuerit ingressus: cui diabolus prohibeat, cui inimicus accuset: ipse est siquidẽ accusator fratrum nostrorũ, ipse est uindex inimicus: sicut in centesimouicesimosexto psalmo dicit: Qui sanctus fuerit non cõfundetur, cũ loquetur inimicis suis in porta: in Christo Iesu, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum: Amen.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nisi quemadmodum dixi modestius esse ducerem in hãc peccare partem: sermonem hunc in extremam huius tomi seriem reiecissem. Nam plane sapit impostoris illius artificium. Miror autem cum asserit Eustochij nomen, non item addiderit, Ego Hieronymus.

## AD EVSTOCHIVM DE VINCVLIS BEATI PETRI.

Saepissimo rogatu o uirgo Christi Eustochium a me tua deposcit charitas: ut tibi tuisq; uirginibus notũ faciam: unde beati Petri apostoli in Kalendis Augusti, quæ celebratur festiuitas initium habuerit, & quare nec post, nec antea, sed prima die mensis. Ingeritis autem quosdam esse qui hoc die apostolum Petrum eductũ esse ab angelo de carcere credant. Ad ultimum petitis uobis declarari, qualiter psalmus centesimus
B tricesimussextus apostolorum principi beato Petro cõueniat, uel si de ipso prophetatus sit. Ad quæ duo priora, breuiter me respondere oportet, ut in postremo mihi liceat immorari: Beatũ Petrum apostolum hoc die de carcere eductum esse qui credit, ipsius repetitionis euangelicæ legat textum: & inueniet errorem se passum esse: intantum enim aperte refertur, ut cunctis legentibus facile sit ad intelligendum. Nam Herodes rex, Herodis maioris filius qui in saluatoris necem cõsentiens fuit: domini nostri Iesu Christi doctrinam quæ per apostolos prædicabatur subuertere studens, misit manus ut affligeret quosdam de ecclesia. Ibi datur intelligi plures ipsius significatos conatus esse, qui adhuc superbiæ suæ ramos extendens occidit Iacobum fratrem Iohannis gladio, & hoc tantum facinus diebus açymorum facere studuit. Erat, inquit, dies açymorum. Et qui dominũ saluatorem anno præterito diebus açymorum occiderãt, Petrum apostolũ in ipsis diebus extinguere satagebãt. Quem cũ apprehendisset, misit in carcerem: tradensq; quatuor quaternionibus militum custodiendum: uolens post pasca producere eum populo. Sed non est consilium, non est scientia, non est sapientia, nec fortitudo aliqua contra deũ. In ipsa, inquit, nocte cum producturus esset eum Herodes, erat Petrus dormiens inter duos milites uinctus catenis duabus: & custodes ante ianuã custodiebãt carcerẽ: & ecce angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris. Percussoq; latere Petri: excitauit eum dicens: Surge uelociter: Et ceciderunt catenæ de manibus eius, & exiens sequebatur angelum. Ecce quomodo Petrus diebus açymorum incarceratus, post pasca ereptus sit, & nõ in kalendis augusti. Sed hæc festiuitas tanti apostoli qualiter adinuẽta sit pandam. Octauianus cæsar imperij sui æmulum M. Antonium habuit: quem assiduis congressionibus ac prelijs uix extinguere ualuit: quẽ Cleopatra coniunx mortuum dolens, seq; ipsam uiuam sepeliens, uberibus suis aspides apponens, maluit uiro suo cõmori q̃ manus incurrere Romanorum. Cæsar uero de tyranno celebrata uictoria, Romam repedauit ducens secum infinitum captiuorum numerum, & antiquorum Ptolemæorum omnium gaças: ut nec ante, nec post tanta copia auri argenti gemmarũq;

C Romam adducta fuisse noscatur. Cum autem hoc die Romam ingrederetur, ob triumphũ tantæ uictoriæ ac pacem firmissimam toti orbi collatam: uocatus est Augustus, qui primo solum Cæsar dicebatur. Coronatur ciuitas, fit lætitia ingens in populo, statuitur a senatu, & omnibus Romanis scriptis firmaẽ, nũciaturq; per uniuersum orbẽ, omnibus gẽtibus Octauianũ Augustum inter deos debere coli: & ut mensis iste qui antiquitus in ordine mensium Sextilis dicebatur, in honorem Augusti Augustus uocetur: & hoc tripudium solẽnitatis ob triumphũ Augustalis uictoriæ, lege perpetua uolumus custodiri. Sic quousq; ad magni Constantini imperium uentum est: qui postꝯ dignatione superna, per sanctos apostolos Petrum & Paulũ uisitatus, & per Siluestrum papam baptiçatus est, & ex persecutore fidei defensor, & mandatorum Christi custoditor assiduus factus: harũ solẽnitatũ phãtasmata perhorrescẽs, papæ dicit Siluestro: Hactenus pater humanis utens legibus, sicut ipse nosti, omni studio, & hos dies & alios excolebam. Nunc quia placuit domino Iesu Christo, me peccatorem sibi famulum facere: iniquũ mihi uidetur harum celebritatũ fauorabilibus laudibus extolli. Vide ergo quomodo ad honorẽ summi dei, beato Petro apostolo hanc diẽ dedicem. Sanctus autem Siluester hoc audiens, gaudio repletus, gratias deo retulit. & cum sui cleri consilio Augusto respõdit: Est carcer in quo beatus Petrus Apostolus pro Christo agoniçãs, uinculatus fuit: & sacri fontis lauacro, pluribus ibi baptiçatis dedicauit: hunc omni sorde purgari facias: quatenus ecclesia ibi fabricata ad honorem tanti apostoli, fidelium uota perenniter reddantur. Hoc audiens Augustus, lætus efficitur: purgatur locus, fabricatur ecclesia, & hæc cõsecratur ab eodem papa. Affuit ibi Augustus: & sacris scriptis per ueredarios toti orbi mandare studuit in hæc uerba. Notum esse uolumus omnibus Christum pie colentibus, beatũ Petrum apostolũ a deo nobis datum pastorem & principẽ summo studio uenerari uelle assidue, & maxime in hac die Kalendarũ Augustarꝝ, in quo ut deus a uobis soliti eramus adorari: ut ipse pius pastor precibus deo fusis, nos & imperiũ nostrum adiuuare dignetur. Valete. ¶ Sanctus aũt Siluester hunc diem celebrem omnibus ecclesijs esse instituit, ut sicut celebratur ad honorem terreni principis, ad decus celebretur clauigeri

D cœlestis. Accepit autem hæc celebritas nomen beati Petri apostoli ad uincula, propter uinculorũ quæ ibi passus est tormenta: ut ubi abundauit peccatũ, superabũdaret & gratia. Hæc domꝰ uinculorũ, hoc ordine facta est domus sanctarũ orationũ. ¶ Hæc breuiter ad duo inquisita respondi: nunc ad psalmũ ueniã: & si beato Petro conueniat, ut in nullo uestrũ bonum desyderium fraudetur ostendam. Dicat ergo uerbis propheticis dño beatus Petrus: Dñe probasti me quoniã uocasti: cognouisti, quoniã præsumpsi & ausus fui dicere: Etiam si oportuerit me mori tecũ nõ te negabo. Tu aũt cognouisti oẽs cogitatiões meas a longe anteꝯ eas cogitarẽ: semitã meã & directionẽ meã inuestigasti: & omnes uias meas præuidisti & probasti, quia nõ erat dolus in lingua mea cum dicerem: Si me oportuerit mori tecũ, nõ te negabo. Tu autẽ firmasti me & posuisti manũ tuã super me: firmasti me de tua præscientia, quod essem negaturus: & posuisti manum tuã super me: ut peccatum lachrymæ sequerentur. Mirabilis facta est potentia tua ex me: confortata est, nec potero ad eam. Conatus sum nõ negare: promisi etiam me mori magis eligere ꝯ negantis crimen incurrere: sed præscientia tua ita confortata est: ut non potero ad eam: quid nunc faciam, negaui dñm & magistrum, nec (ut quidam opinantur) hominem negaui. Ego illũ negaui, cui dixi: Tu es Christus filius dei uiui. Illum negaui quẽ pedibus ambulantem super aquas expertus sum. Illum quem uocæ sola uidi mortuum uocãtem de sepulchro. Illum quem cœlis patentibus, uidi cum Moyse & Helia, & uocem audiui super eum de cœlo: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Illum qui cæcũ tactu suo illuminauit, qui uerbo leprosos mundauit, qui iussu dæmonia expulit, & multas uirtutes suæ deitatis ostẽdit. Quid nunc facimus Nouatiane? Perdimus apostolum Petrum: an recipimus reuertentem ad Christum? Ecce Christus eum recipit, tu eijcies. Sed clamat cõtra te Paulus: Si deus iustificat: tu quare condemnas? Dicis, credite, baptiçatis non debet pœnitentibus subueniri. Ecce Apostolo pœnitenti succurritur, qui est episcoporum episcopus & maior gradus redditur ploranti ꝯ sublatus est denegãti. Quod ut doceam, illud ostendo quod nullus apostolorum pastoris nomen accepit: soli eĩ huius nominis potestatẽ post resurrectionem suã Petro pœnitenti dominus concessit, & ne

gatus

A gatus,quâ ſolus habuit, Petro tribuit poteſtatem:ut non ſolũ recuperaſſe quod amiſerat pro/
baretur:uerum & multo amplius pœnitendo q̃ negando perdiderat acquiſiſſe. Hoc magiſter
bonus in electo diſcipulo formauit exemplum:ut omnis diſcipulus Chriſti ſit integro animo,
& pœniteat ſi ita euenerit uel delinquat,nec rem noxiam ſibi permittere debet ut decreſcat.Sed
qui tãto citius uincitur,tanto citius expurgatur. Certe omis ſanctitas ad deũ ducit,& omne pec
catum ad diabolum.Et ſub dño bono poſiti,quomodo credimus nobis poſſibilitatem ad dia/
bolum eundi cõceſſam: & reuertendi ad dominũ denegatam? Addo aliquid.Certe hominem
per peccatum a ſe recedere deus non uult:& peccatorem ad ſe uenire omnem uult:& ſi illud po/
tuit fieri quod deus nõ uult:quãtomagis poteſt fieri quod deus uult.Ideo deniq; cogitatio pec
cati,non eſt ideo a deo prohibita per naturam,ſed per imperium:ut laboris eius pugna incum/
beret,& præmiũ de certamine proueniret. Voluit enim deus homini operis fatigationem relin/
quere,ne in aliqua detrimenti parte præmium impediret.Duos certe bonorum & malorum po
pulos eſſe,nemo eſt qui neſciat.Bonos dicimus credentes,& peſſimos non credentes.Non credẽ
tes eſſe ſub diabolo:& credentes ſub deo.Magna prædicatio tua,qui ſeruum diaboli ad te uo/
cas,ſeruum dei a te repellis:quaſi qui uelis deum lucrari quod nõ habet,& perdere quod habet.
Hinc ad dei cõputans diuitias : quod poſſit deus mortuos ſuſcitare : & infirmos ſaluare non
poſſit.Nam increduli mortui,& credentes licet peccatores ſint,uiuunt in infirmitate ſua.Et ſi ſal
uator noſter habet,imo quia habet poteſtatem ſuſcitandi mortuos,quomodo uirtutem nõ ha/
bet quæcũq; fuerint infirmitates curandi? Ex utroq; latere blaſphematur a uobis,qui pœniten/
tibus negatis effectum. Si eĩ poſſe eum docetis infirmitatem omnẽ curare : ſed ſi nolit,impiũ
arguitis. Si uelle & nõ poſſe eum forſitan dixeritis,a deitate excluditis: ut miſericordiam uobis
ex utroq; latere condemnati denegetis:cum negatis familiæ dei pereunti nõ poſſe ſuccurri! Ha-
ctenus cum Nouatianis ſim locutus:reuertamur ad apoſtolum pœnitentem & flentem amariſ
B ſime atq; dicẽtem: Quo ibo a ſpiritu tuo,& quo a facie tua fugiam? Scio quia tu es Chriſtus fi/
lius dei uiui:quã ſciẽtiam nõ reuelauit mihi caro & ſanguis,ſed pater tuus qui in cœlis eſt. Quo
fugiam qui te deum noui & omnipotentem agnoui? Si in cœlos aſcendero,tu illic es:ſi deſcen/
dero in infernum ades.Ibi eĩ per paſſionem ſpecialiter deſcẽdiſti: ubi per potentiam tuã,ſicut
ubiq; generaliter præſto es. Si ſumpſero pennas meas diluculo,id eſt,ante lucem.Pẽnas hoc lo
co pro cogitationibus ponit,quæ repentino uolatu ubiq; ſunt:in cœlo, in terra,in abyſſo,& ubi
cũq; finiuntur maria.Si ergo,inquit,illuc ante lucem tuæ reſurrectionis uadam , ubicũq; inacceſ
ſibilitas ſolet fugitiuum abſcondere,ut illuc ire poſſim,manus tua deducet me:& quaſi fugitiuũ
tenebit me dextera tua.Ante lucẽ hic,ante reſurrectionẽ poſuit ſaluatoris : quia in tenebris fuit
omne ſæculũ iacente dño in ſepulchro: in quo tempore pœnitentia Petri agebatur.In quo etiã
dicit: Forſitan tenebræ cõculcabunt me:& in tribus negationibus ſuis,tres fugarum partes clau
ſas eſſe ſibi ſi fugeret memorabat:in cœlo,in inferno,& in poſtremis maris:ergo negare,tenebræ
ſunt,& fugere conculcatio tenebrarum:hoc timens,ne comprehenſus ab ipſis tenebris cõculcare
tur, quaſi tenebris malis ſuis ſubmerſus,operibus eſſet deditus tenebrarum , habens tractum
perennem, iuges lachrymas,dolores æternos . Hoc enim modo conculcantur tenebræ mortis
huius, qua corporaliter morimur . Si uere fuero moriens,inquit, non conculcabor a tenebris :
ſed ad delitias ſanctorum attingam.Nox ipſa illuminatio mea eſt in delitijs meis. Ibi enim ha
bebo lucem Chriſtum meum, qui non patitur obſcuritatem tenebrarum : in cuius conſpectu
nox ſicut dies illuminabitur: hæc docti prædicante Petro apoſtolo & cantamus & credimus.
Sicut tenebræ eius ſunt,ita & lumen eius eſt. Tenebræ enim non omnibus creaturis obſcurum
faciunt. Siquidem & feræ omnes, ſed & noctiuagæ beſtiæ, noctium nullum patiuntur obſcu/
rum. Sed & aues ſunt quæ in noctibus uolant. Vnde docemur natura oculos non omnia ani/
malia a creatore hos eſſe ſortita,ut in tenebris uidere non poſſint. Deus enim ad requiem ho/
minum noctes inſtituit:ut generationi humanæ quiete poſſet eſſe conſultum.Ipſius ergo ſunt
tenebræ,cuius eſt lux:quod Manichæus negat. Ipſe etiam creator corporum noſtrorum cõtra
quod ſuſcipit qui impœnitens Petrus dicitur: Tu poſſediſti renes meos qui ſuſcepiſti me de

C utero matris meæ. Sicut enim in ore dum loquimur, & in opere dum aliqua operamur, cordis nostri cogitata ostēdimus: ita quod cogitamus antequā dicēdo uel operando pandatur, a renibus gignitur, secundū illud quod in alio psalmo dicimus deo. Quoniā tu possedisti renes meos. Dicit enim, quia ita tibi in me nihil occultatū est: ut non solum quæ sunt cogitata consyderes: sed & cogitāda quæ sunt in renibus cernas. Tu domine qui suscepisti me ex utero matris meæ: ita ut quicquid ab ortu meo semisonis balbutientis infantiæ uerbis aliquando forte peccaui cognoscas: in hoc etiam confitebor tibi: quia terribiliter mirificatus es, mira opera tua, quæ & oculis meis uidi, & exercente te domine Iesu Christe cognoui: & anima mea cognouit nimis: intra me est quod credidi: nō in superficie uerborum, sed intus in uisceribus animæ: quod ita esse tibi non est occultum. Siquidem tibi occultum non est nec os meum, id est, os meum quod fecisti in occulto. Si ergo nec os meum tibi occultum est, quod occultum naturaliter esse uoluisti: quomodo ante te occultum erit in corde, quod manifestari iussisti? Ad altiora ducimur cum de ossibus & substātia, quæ in inferioribus est terræ tractamus. Agitur em̄ in hoc loco quod cū dies resurrectionis aduenerit, ubicūq; fuerit os meum: & si in inferioribus terræ fuerit substantia mea, imperfectum meum uidebunt oculi tui, quia solo aspectu oculorum tuorum exurget. In libro em̄ resurrectionis qui nati sunt scribuntur quotquot de die in diem formabuntur: & nemo est in eis qui ibi scriptus nō sit: in quo libro mihi nō sunt in amore & honore, nisi soli amici tui deus: nimis em̄ confortatus est principatus eorum. Siquidem participes eos tui æterni imperij repromittis. Nec hæretici audiendi sunt qui dicunt: nō debuit mundus subsistere per eū, qui præscius erat homines per peccata & scelera sua ad æternum gehennæ incendium destinandos. Si em̄ ita putetis fieri debuisse, cōsultum magis reis iudicabitis q̄ sanctis: si enim mūdus fuisset a suo transitu reuocatus, nullus fuisset sanctorum particeps regni: & dum prouidebatur malis, ne ad interitum deuenirent, & ut non perirent pro merito suo malis: hanc boni accipiebant sentētiam, ne uel temporalem uitam susciperent quibus debebatur æterna. Nos autem cum propheta gau

D deamus cum sanctis dei, atq; cum apostolo Petro dignis honoribus amicos domini recordemur: quorum tantus est numerus, ut super arenam multiplicati esse noscantur. Quid autem erit si occidat dominus peccatores: occidat Neronem, & post eum om̄es uiros sanguinarios qui sanctos domini occiderunt? Si uestrum o hæretici deus esset secutus cōsilium, ne perirent Nero aut Diocletianus, uel cæteri interfectores sanctorum, nec fecisset apostolos, nec martyres nasci: esset par iudicium, iustis & iniustis, & omnes una præueniens sententia, per quam omnes uiderentur ante puniti q̄ nati. Sed uos o uiri sanguinū declinate a nobis, qui dicitis, quia inuanum accepe/runt ciuitates suas: hoc est sine causa sunt mortales effecti: & omnia cum mundo pereunt & pa/est ipsa perditio. Nō est ita, omnes enim in libro scripti sunt, omnes resurgent: sed alijs dabitur odor uitæ in uitam æternā, alijs odor mortis in mortē perpetuā, ubi deuenient hi quibus dicit: Nonne qui oderunt te deus odio habui, & super inimicos tuos tabescebam? Hæc Petrus loqui/tur & ecclesia in Petro pronunciat: Perfecto odio oderam illos & inimici facti sunt mihi. Et his ideo anathematiçatis, proba me domine & scito cor meum, quid de te sentiam: quid de te credam: interroga me, & scito semitas meas: sit tibi sollicitudo de ecclesia tua, & de ouibus tuis: & de pastoribus tuis, & uide si uia iniquitatis in me est. Via iniquitatis diabolus est, qui se ad ambulandum in ea incredulis & hæreticis præbet. Et uide, inquit, in populo tuo ne sit aliquis, in quo uia iniquitatis iter erroribus præbeat: excludensq; uiam iniquitatis deduc me in uiam æternā: ut portæ mortis & inferi non præualeant mihi: secundum uerbum tuum domine Iesu Christe, qui regnas in sæcula sæculorum: Amen.

CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Et hæc eiusdem, quod aiunt farinæ est: nec in hoc esset ordine, nisi magis meæ modestiæ, q̄ illius meriti rationem haberem.

DE OBSERVATIONE VIGILIARVM.

A Dignum est fratres aptumq; prorsus, satisq; conueniens de sanctis uigilijs nunc dicere & proferre sermonem: quando ipsa lucubratio exigitur a sollicitis. Nox ecce est caligo corporis, quæ non solum homines, sed etiam cunctos somno detinet animantes: ut reformatis uiribus per soporem, possint diuturnos labores sustinere uiuentes. Bonus deus, qui ita prospexit, ita constituit, ut homo exiturus ad opus suum, & ad operationem suā usq; ad uesperam, haberet uicarium tēpus, in quo a duris laboribus, & multa fatigatione requiescere præstitit. Nouimus autem multos hominum, ut aut maioribus suis placeant, aut sibi aliquid peculiariter prosint, noctis particulam ad aliquod opus segregare: id pro lucro ducere, quod furati de sopore suo operari potuerint. A Solomone uero laudatur & fœmina: quæ pensa & lanificium ad lucernam uigilanter exercet. Addidit etiā quod ex hoc laus uiro eius in portis & gloria magna nascatur. Quod si in carnalibus instrumentis: id est, uictui aut uestitui necessarijs: quæ uigilat non reprehenditur, imo laudatur: mirari me fateor esse aliquos qui sacras uigilias tam spirituali opere fructuosas, orationibus, hymnis, lectionibusq; fœcundas, aut superfluas existimant, aut ociosas: aut quod his est deterius, importunas. Et quidem si sunt homines a religione nostra alieni qui ista sic sentiunt, non est mirū. Quomodo enim prophanis religiosa placere possunt? quibus si placerent, nostri essent: quia sumus utiq; Christiani. Si uero nostri sunt quos uigiliarum salutifer actus offendit: ut nihil de
B his deterius suspicer: aut pigri sunt, aut somniculosi, aut quod his est proximum senes, uel infirmi. Si pigri sunt, erubescant, quia illis insonant uerba Solomonis: Vade ad formicam o piger, & æmulare uias eius. Si somniculosi sunt, expergiscantur, scriptura proclamante: O piger quousq; dormis? Quando autem de somno surges? paululum quidem dormies, modicum sedebis, pusillum autem dormitabis, pusillum uero complecteris manibus pectus: Deinde superueniet tibi tanq̄ uiator paupertas: inopia tanq̄ bonus & leuis cursor cito ueniet. Si senex es, quis te compellit ut uigiles? quamq̄ & non compulsus pro ætate tamen uigilas. Et si stare non potes, & tuam cogitas impossibilitatem, non debes iuuenes & ualentes ad tuum reuocare torporem, quos propter uarias tentationes iuuentutis seipsos propensioribus macerare decet uigilijs. Si uero infirmus es membris, quod facere non potes noli reprehendere: imo riga & tu secundum prophetam lachrymis stratum tuum, & dic: Sic memor fui tui super stratum meum. Iniunge etiam uigilantibus, ut te suis præcibus iuuent: quo adiutus a domino super lectum doloris tui canere possis, & tu aliquando merearis dicere: In matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus. Alioquin stultum & satis extraneum est: ut quia ipsi currere non ualemus, bene currentibus derogemus. Nam & si non possumus debemus congratulari potentibus. Sicut enim de consensu malitiæ participatur cum facientibus pœna: sic participatio gloriæ speranda est de consensione bonitatis. Alios enim effectus coronat: alios uoluntas pia lætificat. Nec sane oneroſum, uel difficile uideri debet etiam delicatis corporibus in septimana duarum noctium: id est, sabbati atq; dominicæ, portionem aliquam dei ministerio deputare. Ista enim quasi purificatio est dierum quinq; uel noctium, quibus stupore carnalium ingraueſcimus, aut mundanis actibus oſcitamus. Nec erubeſcat aliquis in bono studio sanctitatis: cū nō erubeſcant improbi in perpetrando opere fœditatis. Merito ergo scriptura in Prouerbijs ingerit. Est confusio quæ ducit ad peccatum. In bono enim opere confundi peccatum est: sicut in malo faciendo non confundi pernicies est. Si sanctus es, ama uigilias: ut thesaurum tuum uigilando custodias, & ipse in sanctitate seruetis. Si peccator es: ma-

C gis cura, ut uigilando & orando purgeris: dum tunſo pectore frequentius clamas: Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce ſeruo tuo. Qui enim iam ab occultis deſyderat emundari: neceſſe eſt ut eum non delectet iſtis miſeriſs inquinari. Res exigit chariſſimi: ut de authoritate uigiliarum & antiquitate deq; ipſa utilitate pauca dicamus. Magis eñ quilibet labor ſuſcipitur: ſi ante oculos ꝓponat ipſius laboris utilitas. Antiqua eſt uigiliarũ deuotio, familiare bonum omnibus ſanctis. Eſaias deniq; propheta clamat ad deũ: De nocte uigilat ſpiritus meus ad te deus, quoniam lux præcepta tua ſuper terram. Dauid regio & prophetico ſanctificatus unguento: ita canit: Domine deus ſalutis meæ: in die clamaui & nocte coram te. Et in alio pſalmo: Memor fui nocte nominis tui domine, & cuſtodiui legem tuam. Sed forſitan in lectulo ſuo poſitus hæc cantabat: quod aliquanti pigriores ſufficere putauerunt: ſi tantum in ſtratu ſuo aut oret unuſquiſq;, aut pſalmum ſubmurmuret. Quod quidem & ipſum bonũ eſt: dei ſemper & ubiq; meminiſſe ſalutare eſt. Sed quod ſit melius exurgere & cõſpectui diuino aſſiſtere: accipe eiuſdem prophetæ aliam uocem: quæ & tempus & locum & habitũ deprecãtis oſtendit. In noctibus inquit extollite manus ueſtras in ſancta, & benedicite dñm. Et ne ueſpertinas tantũ horas noctis exiſtimes appellatas, occurrit & dicit: Media nocte ſurgebam, ut confiterer tibi, ſuper iudicia iuſticiæ tuæ. Habes & tempus expreſſum exurgendi, & ſollicitudinem, quomodo deo confitearis oſtenſam. Adhuc conſyderanti mihi intentionem ſanctorum: maius aliquid & laborioſius occurrit, & ultra humanæ naturæ conditionẽ ſuggeritur: cum eundem audio prophetam pſallentem: Si aſcendero in ſtratum lecti mei: ſi dedero ſomnum oculis meis & palpebris meis dormitationem & requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. Quis enim tantum ſtupeat dei amorẽ & animi deuotionem: ut ſomnum ſibi, ſine quo humana uiq; corpora deficiũt penitus interdixerit: donec locum ad templum domino fabricandum rex & propheta reperiret? Quæ res nos debet fir-
D miter admonere: ut ſi ipſi locus dñi eſſe uolumus: & tabernaculũ eius ac templũ cupimus habe-
ri perpetuum: ſicut Paulus aſſerit, dicens: Vos eſtis templum dei uiui: inquantum poſſumus exemplo ſanctorũ, uigilias diligamus: ne de nobis dicatur, ut pſallitur: Dormierunt ſomnũ ſuũ: & nihil inuenerunt manib⁹ ſuis. Quin potius gratulabũdus unuſquiſq; iam dicat: In die tribulationis meæ deũ exquiſiui manibus meis nocte corã eo, & non ſum deceptus. Quia bonũ eſt confiteri domino, & pſallere nomini tuo altiſſime: Ad annunciandũ mane miſericordiã tuã: & ueritatem tuam per noctem. Hæc & huiuſmodi tanta ac talia, ideo ſancti cecinerunt & ſcripta reliquerunt: ut nos eorum poſteri paribus excitaremur exemplis, ad celebrandas etiam noctibus ſalutis noſtræ excubias. Sed a ueteribus ueniamus ad noua: de miniſtris legis ad miniſtros euangeliſ: de nouo etiam teſtamento uigiliarum gratia conſignetur. Anna Phanuelis filia uidua, continuis orationibus & ieiunijs domino ſeruiens: nõ diſceſſiſſe de tẽplo die ac nocte in euangelio legitur. Paſtores illi ſanctiſſimi, dum ſuper greges ſuos nocturnas exercẽt uigilias, & angelos in ſplẽdore & Chriſtũ natũ in terris primũ audire meruerunt. Iã uero inſtitutio ſaluatoris, nõne tota diligẽtia ad uigilandũ auditores exuſcitat: ſiue in parabola boni ſeminatoris dicẽdo: Dũ dormirent homines uenit malus homo, & ſuꝑſeminauit çiçania in triticũ, & abijt? Quod ſi non dormiſſent, nec malus fortaſſe çiçania ſeminare potuiſſet: ſiue cum dicit: Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris: & uos ſimiles eſtote hoibus expectantibus dñm ſuũ quãdo reuertatur a nuptijs. Beati ſerui illi quos cum uenerit dñs inuenerit uigilantes. Et ſi ueſpertina, inq;t, hora uenerit, ſi media nocte, ſi galli cãtu, & inuenerit eos uigilantes, beati ſũt. Illud aũt ſcitote, quia ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur ueniret, uigilaret utiq;, & non ſineret perfodi domum ſuam. Itaq; & uos eſtote parati: quia qua hora nõ putatis, filius hominis uenturus eſt. Nec ſolum uerbis docuit uigilias: ſed etiam docuit exemplo. Nãq; teſtatur in euãgelio: Quia erat Ieſus pernoctãs in oratione. Pernoctabat dñs, nõ ſibi, ſed ut ſcirent ſerui inopes & infirmi quid agere deberent: quando dñs dives in omnibus, nec ullius indigẽs ꝙ fortiſſime per noctẽ in oratione duraret. Sic & increpat Petrum tempore paſſionis, dicens:

Non

A Non potuisti una hora uigilare mecum? Et ad omnes iam dicit: Vigilate & orate: ne intretis in tentationem. Hæc uerba, hæc & eiusmodi exempla: oro uos quem non de profundo etiam somno & morti simillimo ualeant suscitare? His instructi sermonibus, his confirmati documentis beati apostoli, & ipsi uigilarunt, & uigilias imperarũt. Petrus ab angelo in carcere suscitatur, & ipso referante portam ferream in domum Mariæ peruenit: ubi erant multi congregati: non stertentes utiq;, sed orantes. Idem in sua epistola ponit ac dicit: Sobrij estote, ac uigilate: quia aduersarius uester diabolus tanq; leo rugiens circũit, quærens quem deuoret. Paulus & Silas in custodia publica circa medium noctis orantes, hymnum audientibus uinctis dixisse memorantur: Vbi repente terræ motu, concussis carceris fundamentis, & ianuæ sponte apertæ, & omnium uincula sunt soluta. Idem beatus Apostolus a Troade profecturus, sermonem ducebat usq; ad mediam noctem, accensis laternis q; pluribus in cœnaculo. Ex quo Euthycus adolescẽs somno oppressus, disputante Paulo prolixius a fenestra deductus, cecidit de tertio tecto, & sublatus est mortuus: quo statim reddito uitæ usq; ad lucem sermocinatus, deo gubernante profectus est. Quã plene idem q; copiose super exercendis uigilijs adhortatus Thessalonicensibus scribens ait: Itaq; non dormiamus sicut & cæteri: sed uigilemus & sobrij simus. Nã qui dormiunt, nocte dormiũt: & qui inebriant, nocte ebrij sunt. Nos autẽ qui dei sumus, sobrij sumus. Et mire cõcludit, Siue inquit, uigilem9, siue dormiamus: simul cũ illo uiuamus. Ad Corinthios autem: Vigilate, state in fide, confortamini, uiriliter agite. Sic & ad Ephesios scribit: Orãtes in omni tempore in spiritu. Et ipse uigilantis quoq; exemplũ ponens in catalogo uirtutum suarum, fructũ de uigilijs multis apud Corinthios gloriatur. Hæc sufficiant de antiquitate & authoritate uigiliarũ. Supereſt ut secundum promissum ordinem de earum utilitate aliquid conferamus: quãq; sentiri magis possit per exercitium ipsa utilitas, q; loquẽtis sermo narrare. Gustandum em̃ uidetur, quia suauis est dns: sicut scriptũ est. Qui ergo gustauit, intelligit & sentit quantũ pondus pectoris uigilando deponitur, quãtus mentis stupor excutitur, quanta lux animã uigilantis & orantis illustrat: quæ gratia: quæ uisitatio mẽbra uniuersa lætificat. Vigilando timor omnis excluditur, fiducia nascitur, caro maceratur, uitia tabescunt, charitas roboratur, recedit stulticia, accedit prudentia, mens acuitur, error obtundit, criminũ caput diabolus, gladio spiB ritus uulneratur. Quid hac utilitate magis necessariũ? quid istis lucris cõmodius? quid hac delectatione suauius? quid hac felicitate beatius: teste etiam propheta: qui in principio psalmorũ suorum, beatum uirum describẽs, summam beatitudinem eius in hoc uersiculo collocauit. Si in lege domini meditetur die ac nocte. Bona est quidem diuturna meditatio, sed efficatior est nocturna: quia per diem necessitates uariæ obstrepunt, occupationes distrahunt mentem, sensum duplex cura dispergit. Nox quieta, nox secreta, oportunã se præbet orantibus, aptissimam uigilantibus: dum carnalibus occupationibus expeditum, collectum sensum, intentũ hominẽ diuinis conspectibus sistit. Inde diabolus diuinarum semper rerum callidus æmulator, sicut ieiunia & uirginitatem, uana baptismata & inania suis cultoribus dedit: ita & hoc sanctum æmulatus officiũ, nocturna sacra & uigilias suis cõmessationibus addidit. Vnde iam nostri fideles, si de suorum institutione nõ excitantur ad habendas uigilias sacras, in aduersa uarietatis usurpatione cernentes, alienas a dei rebus non esse fateãtur: quas nõ æmularetur iniquus ad deceptionem, nisi deo placitas esse cognosceret ad celebrantium benedictionem. Tamen charissimi fratres: qui uigilat oculis, uigilet & corde: qui orat spiritu, oret & mente: quia ualde inutile est oculis uigilare animo dormiente. Cum econtrario ex persona ecclesiæ scriptura testat: Ego, inquit, dormio: & cor meum uigilat. Curandum est etiam ne nimietate cibi uel potus uigilaturi pectus oneretur: ne cruditates eructantes & crapulam, non solum ipsi nobis insuaues simus, sed & gratiæ spiritus indigni iudicemur. Quidam nanq; uir inter pastores eximius: Sicut fumus, inquit, fugat apes, sic indigesta eructatio auertit & abijcit spiritus sancti charismata. Ergo tanq; diuino functuri ministerio, ante nos per abstinentiam parare debemus: ut ingrauati expeditius uigilare possimus. Cogitatio quoq; mala pellatur, ne male uigilantis oratio fiat: sicut legitur in peccatum. Sunt enim & ex maligno uigiliæ: sicut in Prouerbijs legitur: Quare ablatus est somnus ab oculis eorum. Non enim dormiunt inquit, nisi male fecerint. Ab-

) sint

C sint fratres, absint ab hoc conuentu tales uigiliæ. Sit potius uigilantium pectus dausum diabolo, apertum Christo: ut quem labijs sonamus, corde teneamus. Tunc erunt acceptabiles nostræ uigiliæ: tunc pernoctatio salutaris erit: si competenti diligentia & deuotione syncera, ministerium nostrum, diuinis obtutibus offeratur. Hæc de uigiliarum authoritate & antiquitate, necnon utilitate dicta sufficiant. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis: Amen.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ipsa phrasis indicat hanc eiusdem authoris esse, cuius est quæ proxime præcessit. Nempe Paulini.

## HORTATVR MILITEM SAECVLI VT CHRISTO MILITET.

ET si ignotus tibi sim facie, iam tamen te corde cognoui: quia filius meus in dño charissimus Victor, referens mihi religiosam uitam tuam: fecit ut te (cuius absentem) cognoscerem, & sicut consortem futurum in Christo diligere inciperem. Retulit enim mihi quomodo & in militia sæculari (in qua adhuc tu teneris) socius & secutor contubernij tui fuerit. Vnde magis præsumpsi scribere ad te per ipsum. Spero etenim te ex eadem uia ad uiam nostram esse uenturum. Quandoquidem istum de tuis socijs ad nos præmisisti: quem pro pignore tuo ecclesia tenet, ut te post eum capiat. Nihil em̃ est bñdicte fili, quod possit aut debeat præferri ei, qui est uerus dominus, & uerus pater & imperator æternus. Cui enim rectius uitam nostram impendimus, cũ illi a quo accepimus, & cui eam usq; in finem debemus? quia ipsius beneficio uiuimus. Si tamen in hoc sæculo ipsi militauerimus: tunc ad ipsum transire merebimur. Quod si magis dilexerimus hoc sæculum, & maluerimus Cæsari militare cũ Christo: postea non ad Christum, sed ad gehennam transferemur: ubi principum huius sæculi uertitur causa. Ideo nec affectum, nec patriam, nec honores, nec diuitias deo præferre debemus: quia scriptum est: Præterit huius mundi figura. Et, qui hunc mundum dilexerint, cum ipso & peribunt. Ideo ipe dominus in euangelio contestatur & dicit: Qui amat patrem aut matrem plus cũ me, non est me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ suã & sequitur me: nõ potest meus esse discipulus. De
D diuitijs autẽ sæculi huius: quas quidã pro summo bono, & necessario amplectuntur & diligũt, ita dicit: Quia non proderunt thesauri iniquis: iusticia autẽ eripit a morte. Et iterũ per prophetam dicit: Exterminati sunt oẽs qui exaltati fuerant auro & argẽto. In euangelio quoq; damat atq; pdamnat diuites sæculi, dicẽs: Væ uobis diuitibus, quia habetis cõsolationẽ uestrã. Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Noli ergo diutius diligere hunc mundum, neq; militiam eius, quia secundum scripturæ authoritatem inimicus dei est, quicunq; est amicus sæculi. Et qui militat gladio, mortis minister est. Qui autẽ suum uel alienum sanguinem fundit, hic recipiet fructum stipendiorum. Aut enim exitij mortis tenebitur reus, aut criminis. Quia necesse est, ut miles in bello: in quo tamen nõ tam pro seipso, p alio dimicat, aut suam mortẽ uictus inueniat, aut mortis causam uictor acquirat: quia uictor esse non poterit, si effusor sanguinis ante nõ fuerit. Ideo dicit dominus: Non potestis duobus dominis seruire. Sed quia uni deo seruiendum est, facile puto posse discerni: cui potius seruiri debeat: deo an mammonæ, Christo an Cæsari: cũ ipse Cæsar Christi seruus studeat esse: ut aliquarum gentium rex esse mereatur. Neq; enim quicunq; rex terrenus, totius terræ dominus est. Christus autem totius mundi rex est: quia omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Et ipse est rex regum, & dominus dominantiũ: & in terris, in mari, in abyssis omnia quæ uult facit. Hunc igitur sequamur: huic militemus: cui coniunctus nunq; disiungitur miles, qui militantibus sibi, gloriam uitæ æternæ, honorem regni cœlestis, & diuitias hæreditatis suæ, & diuinæ cognitionis consortium perenne largitur. Scriptum est autem: Qui pecuniam diligit, non iustificabitur: & qui terrenas possessiones concupiscit, in illis (sicut scriptum est) implanabitur. Nam in Ecclesiastico per Salomonem loquitur diuina sapiẽtia: Quia multi periclitati sunt auri causa: & facta est in facie illius perditio ipsorũ. Lignũ, inquit, offensionis eius est aurum: & deijcit illos qui sectantur illud. Sed nõ omnis nisi imprudens disperiet in illo. Quãobrẽ fuge ab illo fili, sicut a facie serpentis, credens Christo: qui in euãgelio testatur oibus hoibus: Quia nõ in

abundantia

A abūdantia cuiuſcꝫ uita eius eſt, ex his quæ poſſidet. Sed te forſitan ætatis tuæ fiducia,& ſtipes dignitatum, uel diuitiarum augmenta ſollicitant, ut dicas: adhuc iuuenis ſum,eſt nunc tempus ut parumper militem, & uxorē ducam,& filios habeam,& poſtea deo ſeruiam. Ad hæc tibi reſpondet:non ego,ſed dominus:qui loquitur in prophetis & apoſtolis ſuis: & Sapiens dicit: Ne tardaueris conuerti ad dominum,nec differas de die in diem, ne ſubito ueniat ira illius. In euangelio autem quo ardore properandū ſit ad conuerſionē,oſtendit cū dicit: A diebus aūt Iohannis uſqꝫ ad hodiernum diem,uim patitur regnū cœlorū:& qui uim faciunt rapiunt illud. Talis uiolentia deo grata eſt,quæ neminem concutit,nullius damno committitur. In hanc rapi nam manus tuas uerte,quæ crimen non habet & confert ſalutem. Et quid tibi militarium ſtipēdiorum curationes, cum inuidia uiolentiæ curare: cum forſitan pro tua honeſtate etiam debitorum moderatus exactor ſis? cū ſine cuiuſcꝫ inuidia,& cum dei gratia poſſis eſſe uiolentus: ut rapias regnū cœlorū:quod ſibi auferri patit̄,& gaudet Chriſtus inuadi:qui pro abundātia charitatis & potentiæ ſuæ capax eſt largiendi quod tenet,& quod donauerit obtinendi: Nam quādo ſanctis ſuis in regno ſuo regnare conceſſerit:ipſe regnabit in illis quos conſortes regni cœleſtis aſſumpſerit. Scriptum eſt em̄:Et regnum dei cum ſanctis fore:& ipſos ſanctos eſſe regnum dei: quod propitio deo cum conuerſus fueris,& legendo cognoſces,& credendo intelliges. De ætatis autem flore primo quis audeat gloriari? Admonet diuina ſcriptura,dicens: Omnis caro fœnum eſt, & omnis claritas eius,ut flos fœni. Aruit fœnum & flos decidit:ſermo autem domini manet in æternū. Ideo propheta, illa potius in quibus æterna corporis rediuiui gloria poſt reſurrectionem poſſit manere,deſyderans clamat: Quam amabilia ſunt tabernacula tua domine uirtutum,concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Et de uinculis coniugalibus & cæteris temporalium rerum tam ſpinoſis cꝫ inanibus curis, Apoſtolus (in quo Chriſtus loquitur) admonet,ne in longū huius ſæculi tempus irrita uota mittamus :& cognoſcere nos iubet: quia
B tempus breuiatum eſt,& dicit: Reliquum eſt ut qui habent uxores,tancꝫ non habentes ſint: & qui flent,tancꝫ non flentes:& qui gaudent,tancꝫ non gaudentes:& qui emunt,tancꝫ non poſſidentes:& qui utuntur hoc mundo,tancꝫ non utentes. Quod cum dicit:oſtendit liberos non debere implicari:quādoquidem liberari ſuadeat impeditos. Si ergo iam forſitan alligatus es uxori:noli quærere ſolutionem. Quod ſi adhuc liber es ab uxore:noli quærere implicationem. Nō em̄ Apoſtolus propter cōiugij condemnationē hoc dicit: quādoquidē huius fœderis religionē, magno Chriſti & eccleſiæ ſacramēto cōparat:ſed ꝓpter inſtantē neceſſitatē bonū eſſe aſſerens hominē ſic eſſe quēadmodū ipſe erat. Volo,inquit,uos ſine ſollicitudine eſſe:hoc eſt ut nihil p̄ter deū & ſalutem noſtrā cogitemus. Nā uxor & filij,cꝫcꝫ & ipſa diuinitus nobis pignora data ſint,tamē grauiſſimarū curarū onera ſūt. Vnde idē Apoſtolus ait: Quia tribulationē carnis habebūt huiuſmodi: quia neceſſitudinis noſtræ carnes,quāto chariores nobis ſūt,tāto magis nos diſcruciant & fatigāt. Nā uxore accepta,primū optant̄ filij: & ſi nō ſuſcipiuntur,ſterilitas luget̄: ſi ſuſcipiuntur,orbitas timetur. Ac proinde nūcꝫ in carnalibus affectionibus, ita requieſcit animus ut cruciatu careat,dum neceſſitudines ſuas, aut bonas amat cum amittendi metu, aut malas odit cum amittendi uoto: in utroꝫ miſerijs ſuſtinendis ſemper obnoxius. Miſer eſt em̄ qui uxorē bonā perdit,miſerior qui malam poſſidet. Inter hæc duo accidentia,ſatis felicior eſt qui utrūꝫ non nouit. Similiter & de filijs: ſæpiſſime em̄ ſunt miſerrimi parentes, uel qui amabiles habent quibus orbantur :uel qui tales habent,ut non habentibus inuidere cogātur. Audi ergo fili mi & inclina aurē tuā mihi: & diſrumpe oīa uincula tua quæcūꝫ in hoc ſæculo te implicatū tenent: cōmuta in melius militiam: ut æterno regi incipias militare. Et nunc ut audio,qui adiutor & tutator es ciuium,fias comes Chriſti. Deinde in hac militia ſoletis in uotis habere hanc officij promotionem, ut protectores efficiamini. Si autem deo te probaueris:ipſum deū incipies habere protectorem. Vide ad qualē militiam te inuito collegam: ut quod homini eſſe optas, hoc tibi deus ſit. Quem ſi cœperis ſequi:& in eius comitiua inceperis militare, finis militiæ tuæ erit regnum,non terræ & temporis,ſed æternitatis & cœli.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

C Queso lector, ut de sermonis habitu nihil dicam, quid est in hac epistola, quod ad Pammachium aut Oceanum pertinere uideatur? Obiurgat eos, quorum pietatem semper alias prædicare solet, postremo quo signo deprehendas ad duos scriptam potius q̄ ad unum?

## AD PAMMACHIVM ET OCEANVM EXHORTATORIA.

QVi æthiopem inuitat ad balneas, & si nigredinem nō auferat illi: certe uel pecuniā accipit sibi: & licet in illius candore nō gaudeat: certe uel suo in lucro lætatur: Ita sine dubio inobedientem qui diuinis sermonibus monet, c̄uis refragrantis peccata non tollat: mercedem tamen de ministerio ueræ charitatis sibi acquirit. Sed ideo hoc dico: quia uos sperno? Ideo loquor: quia uos forte non diligo? Respondeo Apostoli uoce: Testis est deus, quod facio & faciam, non contemno, sed doleo infidelitatis in meis argumenta apparere, non fidei: quia Iudaica in uobis testimonia, nō Christiana cognosco. Quoniā uidentes, non uidetis: & audientes, non uultis audire. Rem fortem dicturus sum. Ex utroq; cōturbor. Timeo auditores offendere, sed plus timeo contemptores præceptorum: qui uerbum dei audire dissimulant, peiores idolis habentur. Illa quidem aures habent, sed non uoluntatem: nō audiunt, non palpant manibus, nec capiunt. Vnde in malorum hominū comparatione meliora sunt: quia nec concupiscunt oculis, nec per contraria & deo inimica discurrunt. Et naturaliter surda, recte meliora inobedientibus iudicantur. Dicat propheta, si mentior. Loquatur Dauid, qui huiusmodi homines comparandos esse serpentibus non negauit: Sicut aspidis, ait, surdæ obturantis aures suas, ne uocem audiat incantantis. Et uideant si non recte serpentibus comparant, qui quod audiunt naturæ beneficio, dissimulant calliditatis astutia. An Christiani dici possunt: qui etiam nomen primæ humanitatis amittunt? Ecce Hieremias dicit: Incircūcisæ aures eorū, q̄ hoc non possunt audire. Non quia non possunt, sed impossibilitatem uoluntas naturæ inimica superduxit: dum longo uitio sitatis usu, genuini mores per aduersam consuetudinem corrupti,
D malis operibus ceciderunt. Etiam uasa limo plena, liquorem puri elementi recipere & continere non possunt. Ager spinosus nisi ante cultoris labore fuerit extirpatus, nō nutrit in se iacta semina, sed suffocat: Ita & animus sæcularium sollicitudinum plenus illecebris, uerbum non potest sustinere diuinū: nisi prius ipsas mūdi sollicitudines culparū q̄ omniū materias, euāgelica in se falce succiderit. Modo quibusdā minus forsitan uideor (deo dissimulāte) peccare: sed aderit illa dies, qua facta nostra quasi in quadam tabula depicta monstranda sunt. O quantis in die illa expediret: si in hac uita & membrorum sensu & uiscerum uigore caruissent. Et quanti illic elingues & muti, feliciores loquacibus tunc erūt! Et quanti pastores philosophis. Quāti rustici oratoribus. Quanti hebetes argutijs præferendi Ciceronis? Iob sanctus in tentatione ad suam gloriā deuotus: sic in dolore suo damabat: Quid prodest in tormēto lux? Vt qd mihi iuncta sunt genua? ut quid ubera suxi? Cur non in uentre mortuus sum: & mox ut de utero exiui, non protinus obij? Si hoc dei amicus dicebat in luce: quid ab inimicis eius dicetur in tenebris? Si ille ingemiscit quem febris urebat: quid faciet quem gehenna cōsumet? Si ille sibi dolet genua fuisse coniuncta, cuius pedes semper in dei amore cucurrerunt: quid dicturus est, cuius nūc̄q; in ueritate steterunt? Displicet illi quod natus ex utero uixerat, qui bene uixit: quia eum uermis moriturus edebat: quid male uiuentes facient, quos ignis æternus, & uermis nunc̄q; moriturus expectat? Durus est hic sermo: quis potest audire eum? Hoc dixerunt illi discipuli, qui Christi uestigia in euangelio reliquerunt: & de diuino uerbo scandalum passi, sæculum maluerunt amare c̄q; deum: quorum uenter deus, cultum nolunt audire ieiunij. Luxurioso uerbum castitatis offensio est: sicut ꝓpheta dicit: Abominatio est uiro iniquo directa uia. Iam antiquitus dictum est ab Esaia: quod Christus infidelibus lapis offensionis extiterit. Adulari non possum, ne & fratrē decipiam, & me sermo percutiat Salomonis, qui ait: Verba adulatorū mollia sunt: hæc autem feriunt interiora uentris. Non est fidelis medicus qui ante digestam putredinem superducit uulneri cicatricem. Non possumus semper lac dare: quia nec uos semper paruuli esse debetis. Dicite mihi quot anni sunt ex quo regenerati sumus in Christo? Consyderet unusquisq; quantum ex eo tempore in illa cœlesti ætate profecerit? Nescio qualiter placeāt parentibus illi infantes, quibus sunt anni quinq; uel decem: si in ea qua nati sunt modicitate perdurant.

A durant. Quid de nobis dicendum est: quos temporis ratio, nō modicos sed abortiuos inuenit? Ibunt de uirtute in uirtutem, de bonis scriptū est Christianis. Videamus si Christiani sumus: quid in nobis (ex quo regenerati sumus in Christo) uirtutis accesserit. Quid humilitatis in prosperis, quid patientiæ in aduersis, quid in tribulatione gaudij, quid felicitatis in damnis, quid in dulgentiæ in offensis, quid castitatis in occasione luxuriæ? Alij de uirtute quotidie transeunt ad uirtutem: nos de infirmitate ad infirmitatem. Alij meliores per momenta fiunt: nos deteriores sæpe efficimur, quasi non eundem iudicem expectemus. Stulti sumus si unum probauimus credentium saluatorem: & non unum iudicem fore credamus. Vnam fidem, unum baptisma, unā ecclesiam, unum deum dicit Apostolus. Qui ergo hodie malus, crastina peior: hodie auarus, crastina auarior. Ante annū meæ cupiditati, una uilla suffecerat: iam hoc anno quinta forte nō sufficit. Prius extendebatur animus ut decem solidos possiderem: iam nunc centū parui esse cœperunt. Et cum ueri Christiani ueri filij dei qui uadunt de uirtute in uirtutem, si perdiderint aliquid de uirtutis occasione lætantur: ego nisi aliena accepero, securus prandere non possum. Quid agis cæca cupiditas? Quid crudelis in paruulo? Quid sæua in alieno filio? Ordinem naturæ an religiōis euertis? Iam fecisti in pedibus, quod in capite esse debuerat? Aurū insensibile pariter oībus dnatur. Et quid est illud rogo uel quale est quod nos auertit a deo? Quis splendor & quantus est, per quē mihi splendor ueri solis amittitur? Aurū & argentū lutum exquisitū ex arena & minera: & ut propheta ait, lignū offensionis est aurum: quia iudicio mentis euerso, per aurum libidini mancipatur: qui eodem astu acquirit solidum, quo animam perdet: lucratur imperatoris imaginem & amittit imaginem Christi. Vis nosse cp̄s pernitiosus sit amor habendi & amor requirendæ pecuniæ? Per hunc Iudas tradidit saluatorem. Et certe quando auditur, aut quando legitur, tantum scelus abhorremus omnes? Et quantū in nobis est, impium discipulum condēnamus: & per ignorantiā nostrā nostro nos mucrone confodimus. Quāti inter nos Iudæ Iudam damnant. Quanti in semetipsis cum per cupiditatem suas animas æternis cruciatibus tradunt: & traditores fiunt pariter & occisi? An putamus fratres quod iocādo prædicent prophetæ, ridendo loquātur apostoli, inutiliter Christus iudicium cōminetur? Sed ioci nō sunt
B ubi supplicia intercedunt, si iocando passi sunt, credantur iocādo locuti. Esaias serra secatur. Daniel leonibus deputatur. Paulus truncatur gladio. Petrus in cruce, dñi exemplo suspenditur. Et hoc totum ut nos a peccatis sua doctrina reuocarent. Sed timeo ne inobedientibus in contrarium diuina beneficia deputētur, & proficiat ad pœnā in iudicio quod hic datum fuerat ad salutem. Timeo ne fides nostra magis iocalis sit, cp̄s fides & uerba illorum. Timeo ne nos iocādo non saluemur: & quomodo per risum introimus in ecclesiā: sic rideat ille de nobis: sicut scriptū est: Qui habitat in cœlis irridebit eos. Multa sunt quæ dicantur, sed fastidio uestro quod aspera & inculta facit oratio: & labori meo finem ponit membranæ cōclusio. Vnum dico quod cupio, quia Christiani cœlum debent amare non terram: & uerbo dei plus obedire cp̄s diabolo: & iudicium æternum magis timere cp̄s hominum.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Tota specie refert parentem eundem, hæc epistola quem superior, quam in plærisq; codicibus absq; titulo repperi: nullo indicio, nec ad quem scripta fuerit, nec a quo.

## AD QVENDAM QVI IN SAECVLO POENITEBAT.

AD te surgo hominem quem scio esse fidelem. Ad te increpatio mea festinat, quem sentio esse superbum. Pœnitere te asseris, qui totus in sæculo conuersaris. Pœnitere te asseris qui ea quæ uomeras, iterum sumis. Pœnitere te asseris qui dum opera diaboli sequeris, dominum prætermittis. Scire a te desydero quid pœniteas. Nescio quid sit tua pœnitentia. Pœnitere te asseris, qui dum iusticia dei præcinctus es, superinduxisti superbiam. Pœnitere te asseris qui dum alienam carnem sequeris, sic fatigaris ut canis reuersus ad uomitū suū: sicut canis famidus, aut sus a calore defecta in limū terræ, pstrata. Quæ sit tua pœnitētia nō inuenio. Ambulaui in locum pœnitētiæ & nō inueni pœnitentiā tuā. Tu qui sæculum deseruerās, iterū ibidem inueniris. Qui carnis superbiam deposueras, submittis humerū, ut iterū portes. Qui auariciæ dederas dorsum, denuo illi obuiam reuerteris. Qui uanitati re-

C mediū dederas, iterū reuerteris in gratiā eius. Qui pompam ſæculi fugaueras, iterū in manus illius incidiſti. Ambulas autem ſuperbus & elatus ceruice, neſcis ſcriptum eſſe: Quid nobis profuit ſuperbia, & quid honeſtas cum iactatione nobis cōtulit? Iterum dictum fuiſſe: Tranſierūt omnia illa tāq̄ umbræ. Fidelem te meminiſti qui per aquā baptiſmi fueras renouatus: ſicut ſcriptum eſt: Lauamini, mundi eſtote: auferte nequitias ab animis ueſtris. Illos ad lauandum hortatur: tu autē cū eſſes mundus, ſordidus factus es. Nō potes iam denuo lauari, ſicut dicit Petrus ad dñm: Dñe non ſolum pedes, ſed & manus laua & caput & me totum. Qui ſemel lotus eſt, denuo non indiget lauari. Si uis aūt ut iterum emunderis, da eleemoſynam, & ecce oīa tua mūda ſunt: Quia eleemoſyna eſt, quæ purgat omnē ſordem. Humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiā. Subditus eſto & obſecra eum, ne æmuleris ut nequiter facias. Nam: qui malignantur, exterminabūtur. Ora dñm quotidie cū lachrymis, ſi forte peccata tua ſoluantur. Quoniā ſuperbis deus reſiſtit, humilibus autē dat gratiā. Memēto filiū in longinquo poſitū luxurioſe uiuēdo ſubſtantiā in meretricib⁹ diſpenſaſſe, poſtea hūilis factus, reuerſus eſt in ſemetipm & ait: Quāti mercenarij in domo patris mei abundāt panibus: & ego hic fame pereo? Surgā itaq̄, & uadā ad patrē meum, & dicam illi: pater peccaui in cœlū & coram te, iam nō ſum dignus uocari filius tuus: fac me ſicut unum de mercenarijs tuis. Pater autem cum uidiſſet humilitatem filij: & nimis inopia defeſſum, miſericordia cōmotus eſt: pro filio humili, occidit uitulū ſaginatū. Memento ergo fili quoniam Chriſtus pro te mortuus eſt, qui ante fuerat uitulus ſaginatus. Filius autem illius maior contriſtatus eſt. Quare occiſus eſt Chriſtus, qui erat uitulus ſaginatus. Pater autem illius corripiebat illum, dicens: Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt: Gaudere te oportet, quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit: perierat & inuentus eſt. O q̄ beatum populum pro quo Chriſtus mortuus eſt: quale gaudium pater portat quando quod mortuum fuerat, reuiuiſcit: & quod perierat inuentum eſt: Ecce ſanus iam factus es: noli peccare: ne tibi aliqd deterius cōtingat. Attende ergo unde ceciderīs, & plange & age pœnitētiā: Si quo minus ueniet dñs tibi, & mouebit candelabrū tuū de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.

D Memorare fili Chriſtū reliquiſſe nonagintanouē iuſtos, & quæſiſſe unū hoiem peccatorē: & inuentum in inuio, humeris ſuis reportaſſe. Vel illā mulierē quæ perdiderat drachmā: hoc eſt eccleſiam hominū peccatorum: & accendiſſe lucernā, hoc eſt Chriſtum, qui eſt lumen iuſticiæ: & illa inuenta in ſtercore, cōuocaſſe amicas uel uicinas: id eſt eccleſias gratulaſſe ſuper inuentum hominē peccatorem: & a ſtercore erectū collocaſſe eum cum principibus populi ſui: hoc eſt cū apoſtolis & prophetis. Ecce quid faciat pœnitentia hoīs peccatoris: qui dū in ſtercore iacet cū principibus inuenit. Pœnitentē hominē dico: qui diebus ac noctibus ingemiſcit & peccata ſua eleemoſynis redimit. Pœnitentē hominē dico, qui plangit quia fecit malum: & rogat dñm, ut etiam nō faciat quod admiſerat. Pœnitentē hominem dico: qui poſt cōcupiſcentias ſuas nō uadit & a uolūtate ſua ſe phibet. Pœnitētē hominē dico, qui diligit qd ante neglexit, & quod fecerat obliuiſcitur. Adhæreant in te quæ bona ſunt: & quæ mala ſunt deleātur. Si pœnitentiam non egeris, incides in manus dñi ſecundum magnitudinem eius. Diuerte a malo & fac bonū: inquire pacem, & pſequere eā: ſicut ſcriptū eſt: O miſi mala, & quæſiui bona. Fac ergo dignos fructus pœnitentiæ: & non dixeris, non peccaui: & quid accidit mihi triſte. Non adijcies peccatum ſuper peccatū, & dicas, miſeratio dñi magna eſt. Scito autē quod miſericordia & ira ab illo eſt. Reuertere ad dñm, & plange dicendo: Tibi ſoli peccaui, & malum corā te feci. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris dñe. Ne auertas faciem tuam a me, & ne declines in ira a ſeruo tuo. Adiutor meus es tu domine, ne derelinquas me dñe, neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. Ne proijcias me a facie tua, & ſpiritū ſanctum tuū ne auferas a me. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Libera me de ore leonis, & auerte oculos meos ne uideant uanitatem. Illumina faciem tuā ſuper ſeruum tuum: & ſaluum me fac in tua miſericordia. Adhæſi teſtimonijs tuis dñe: noli me cōfundere. Ne tradideris me in manꝰ tribulantiū me. Cuſtodi me dñe ut pupillā oculi, ſub umbra alarum tuarū protege me. Peccatum meū cognitum tibi feci, & iniuſticias meas non abſcondi. Confitebor tibi dñe deus in toto corde meo. Dñe exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat. Non auertas faciem tuam a me, in quacunq; die tribulor

A inclina ad me aurem tuam. In quacũq; die inuocauero te, uelociter exaudi me. Fac mecũ signũ dñe in bonum: ut uideant qui oderunt me & cõfundantur. Remitte mihi dñe ut refrigerer, prius q̃ abeam & amplius non ero. Ecce pœnitentia hominis humiliantis se: quomodo ueniam non habebit, qui taliter ingemiscit? Quis nõ audiat illũ & moueat? Quoniã qui se humiliat exaltabit, & q̃ se exaltat hũiliabit. Quid gloriaris in malicia, q̃ potẽs es in iniquitate. Melius est te nõ uouere & reddere, q̃ uouere & nõ reddere. Pœnitẽtẽ te dicis, & carnis libidine delectaris. Peccata tua nõ desinũt ambulare, & tu dicis qd̃ sedeant. Peccatori aũt dixit deus, quare tu enarras iustícias meas, & assumis testamentum meũ super os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si uidebas furem, currebas cum eo: & cũ adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit nequitia, & lingua tua cõcinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc fecisti & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te & statuam cõtra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliuiscimini dñm: nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic est iter quo ostendã ei salutare meũ. Ecce qualis cõmutatio dñi in hominem peccatorẽ. Tu qui dicis q̃ asseris te pœnitere: ubi est pœnitentia tua? Exclusa est per superbiam & contemptũ, sequi deum prætermisisti. Audi fili, & retrahe pedem tuum de sæculo, cui renunciasti. Pœnitere ergo de omni pompa iniquitatis. Apprehende fidem quam ante perdideras, ut consentires diabolo, & tenebris: & dñm q̃ lux est post dorsum reliqueras. Memorare fili quid est: Misericordiam uolo & non sacrificium. Miserebitur tibi dñs: si hæc cum legeris facias, & per obedientiam pœnitentiã sequaris. Verum si de toto corde pœnitentiã egeris: si dñm præ oculis habueris, si amissa uoragine poculi uenenosi calicem salutaris acceperis, si die ac nocte in lege dñi meditaueris, si omnem sollicitudinem tuam super illũ miseris: tunc gaudebis & exultabis in dño qui uicisti malignum. Tunc erit merces tua copiosa in cœlis: quia taliter in opera dñi
B laborasti: tunc erit dñs adiutor tuus in die iudicij: tunc stabis cum magna fiducia a dextris dñi cum sanctis suis, & dicet uobis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum præparatũ, quod præparauit uobis pater meus qui est in cœlis. Iniustis autẽ dicetur: Ite in ignẽ æternũ, quẽ præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Vbi ignis non extinguetur, & uermis eorũ non morietur. Tunc ibunt iusti in uitam æternam: impij autem & peccatores in ignem æternum.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Demiror quis hanc epistolã Hieronymianis admiscuerit, prodigiosæ cuiusdã balbutientiæ: & modis omnibus talem, ut Iouiniani uideri possit, quantum subodorari licet ex his quæ diuus Hieronymus ex illius commentarijs recensuit.

## DE DIVERSIS GENERIBVS LEPRARVM.

ADmirabile diuinæ dispositionis examen: quæ exhiberi sibi deus ac deferri uoluit, magno consilio & sollerti scientia ac ratione mandauit. Diuersa em̃ hominũ moribus genera naturarum: diuersis statuit præceptorum sentẽtijs gubernari. Alijs em̃ imaginarium legis opus, quasi sub ueritatis colore depinxit. Alijs corpus ipsius ueritatis declarauit. Quos em̃ obuolutos adhuc mundi caligine, ad comprehendenda ea quæ germana erant ac solida perpendit: eis obseruantiæ ordine suspenso, subtili quodãmodo examine susurrauit: quos autem deprehendere posse absolutum prædicatiõis carmen agnouit, eis deus perfectam harmoniam solidæ uocis intonuit. Inde est quod figuris & ænigmatibus lex prisca depingitur, quoniam dum infirma Iudæorum acies hebetatur: & candidum scientiæ claritatis uigorem inspiciendi lumen non habent, necesse est ut in uarijs figuris figurarũ color adhibeatur. Nam illis & uirtutum præmia supposita spe promittuntur: & peccatorum notæ inuruntur in corpore. His enim confirmantur alij, quibus alij transferuntur. Præsens lectio exigit huiusmodi ferre sermonem: quæ diuersa leprarum genera deprehendenda in diuersis materijs designauit. Alia em̃ lepra in parietibus demõstratur, alia humano notat in corpore, alia in uasculis, alia in ueste, alia designat in stamine. Deinde quæ in huiusmodi uulneris loco, crebra ac uaria pellicula deputantur. Quid enim dicam? Tot sunt genera quot colores, alia pallida, alia tetra, alia rubicunda. Deinde si homines lepra, quod est insitum naturæ uitio polluantur, quid hi faciunt, qui grauioribus morbis corporũ prægrauãtur? Sed age iam uideamus genera lepra-

C rum,ut medelarū cauſas agnoſcere atq; probare poſſimus. Si fuerit,inquit,lepra alba uel rubicunda,ſiue tetra,uel pallida,uel ſi florens,ait,hoc eſt toto corpore decurrens. Nā eſt deteſtabilis lepra:quæ omnino mūdari non poſſit. Eſt & quæ facilem habeat mundationē. Alia quoq; adventicia:alia innata deprehenditur. Quæ omnia niſi ſpiritaliter ſentiantur:rationem intelligentiæ ſimplicis non admittunt. Nam diuina ſapientia,legis ſuæ profundum in huius extrema ſæculi regione,quaſi templum ſuo nomine cōſecratum:intra ciuitatis alterius mœnia collocauit. Cuius cōſtructio atq; opus,cūiuis magnificū uideat':interior tamē aditus nō oībus reſerat'. Multi em̄ mirant' ornamenta uitiorū:ſed interioris ſcientiæ aditus reſerare nō poſſunt. Quare oranda eſt diuina dignatio:ut pulſantibus nobis,intelligentiæ pateſcat ingreſſus. Iubetur igitur diuerſa leprarum genera ſacerdos templi diligenter inſpicere:atq; earum habitus,uel colores,pleniori conſyderatione deprehendere. A coloribus em̄ lepra refertur poſſe agnoſci: quos tamen ad peccatum magis animæ,cūp ad morbum corporis manifeſtum eſt pertinere. Diuerſi etenim colores, diuerſas animi indicant maculas. Cum igitur pallida lepra cōſpicitur:languens & ægra fides animæ denotatur. Cum autem rubicunda deprehenditur,mens furore atq; iracundia inflammata & homicidij cruore reſperſa cognoſcitur. Cum uero alba, tūc hæreticorum fucata & male munda conſcientia condemnatur. Sed alia lepra in capite:alia oriri perhibetur in barba. Sunt em̄ hæretici qui deum patrem uidentur tantummodo blaſphemare: ut Manichæus,q nō ſolū eum factorem denegat mundi: uerūetiā malorum profitetur eſſe authorem. Hi ſunt qui lepram in capite portare uidētur. Caput em̄,inquit Apoſtolus uiri,Chriſtus eſt. Quæ uero lepra in barba portatur:hi ſunt qui blaſphemare uidentur in filium. Chriſtum em̄ in aduentu priſtino,perfecti uiri æuum agētem,quaſi tricenariæ ætatis uirilitas decorauit. Sed & ſi tetra,inquit, & liuida fuerit:qd aliud cūp liuidā & liuoris maculis execrandā deſignat? Si autē ait nigra fuerit lepra, fumo utiq; idololatriæ & ſacrificiorū nidoribus eſt notata. Si aūt,inquit,florēs lepra fuerit,& cooperuerit omnē florem maculationis a capite uſq; ad pedes:uiſu ſacerdotis dijudicabitur. Videbit em̄ ſacerdos:& ecce lepra cooperuit omnem pellem corporis.& mundabit illum ſacerdos a maculatione,quoniā in album mutabitur. In hac lepra quā quaſi albam & florentē deſignat:diuerſa crimina uarie deprehendit:quia cum mundialis uitæ uoluptas, quaſi candida & florens exiſtimatur:tum graue uitiorum contagiū graſſatur in corpore. Nam aut auariciæ,aut libidinis maculæ perpateſcunt. Sed hanc leprā cito dicit poſſe mundari. Auariciæ enim crimen facile curare poteſt : qui conuerſus ad dn̄m,& ea quæ poſſederit indigentiū alimoniæ miniſtrauerit:ita ut dn̄s in euangelio ait: Verum date eleemoſynam,& ecce omnia uobis mūda ſunt. Libidinem quoq; celeriter mundare poterit,ſi ieiunijs frequentiſſimis & abſtinentia corpus retinuerit. Sed his omnibus medelam per ſacerdotem præcepit dn̄s adhiberi:Dicit em̄ eſſe lepram quæ ſacrificiorum oblationibus emundetur. Aliam uero quā aquæ facilius abluant: necnon & quæ extra caſtra poſita mundetur. Eſſe quoq; lepram aſſerit:quæ mundari omnino non poſſit. Horum igitur ſecundū figuram grauiorum peccatorum crimina congregantur. Alia ſunt quæ ante baptiſmum uidentur eſſe cōmiſſa:quæ tamen per gratiam baptiſmi diluuntur. Alia uero quæ poſt lauationem baptiſmatis perpetrantur:quæ ſiue grauiora, ſiue minora peccata ſint:uiſus tamen ſacerdotis emūdat. Quodcūq; em̄ modicum delictū fuerit,poteſt a ſacerdote omnino relaxari. Quæ autem grauiora ſunt,diſciplina debent eccleſiaſticæ regulæ & oratione purgari. Quæ uero inſanabilia ſunt,deo iudici reſeruantur. Et inde eſt quod in hoc loco ait: Vnūquēq; ſecundū quod habet propriā curationem ſacrificium offerre debere:id eſt,unuſquiſq; ſecundum quod ſe deliquiſſe cognoſcit, ſiue per carnalē concupiſcentiam,ſeu per idololatriā,ſeu perIurio,ſeu mendacio,quaſi lepræ ſe uitijs intelligit maculatum:pro ut potuerit,deo ſacrificare nō deſiſtat. Sed dicit genus eſſe lepræ quod oīno mūdari nō poſſit: & ideo huiuſmodi homo extra caſtra iubetur expelli. Hoc eſt ſane crimen quod admittitur in ſpiritum ſanctū,blaſphemiæ ſcilicet,ſicut ipſe dn̄s in euangelio ait:Qui peccauerit in ſpiritū ſanctū nō remittetur ei neq; hic, neq; in futuro. Adiecit aūt ſcriptura diuina lepram eſſe in uaſculis,lepram in parietibus,lepram in ueſtibus,lepram in ſtamine:ſed quomodo in his rebus lepra eſſe poſſit,penitus ignoro:quæ quia uita carēt:etiam ſenſu carere neceſſe eſt. Sed ego arbitror cum in parietibus domus lepra

D

eſſe ferat

A esse referatur,hæreticorũ perfidiam notari. Quid enim non polluitur,ubi adulterinæ doctrinæ blasphemia prædicatur? Ideo hanc lepram sacerdos iubetur a parietibus emundare,ut catholicæ ueritatis doctrina,maculosa hæreticorum uerba depellat. Cum aũt lepra in uasculis dicitur esse, proprij corporis delicta monstrantur. Vasa autem hominum corporibus comparat Apostolus. Habentes,inquit,thesaurum hunc in uasis fictilibus. In stamine autẽ quõ lepra esse potest,nisi quia stamine anima hois fidelis designatur? Quæ cũ temptationibus, ut fusum filorũ tenuitate torquet: firmioris uirtutis soliditate cõstringit. Stat ergo anima ut densissimũ stamẽ erecta:corporis uero sensus ut trama stamini subiacebit. Et ideo etiã in trama lepram esse designat:quia alia corporis,alia animæ peccata significat. Sed quid p mundatione leprarũ, aut duo agni anniculi,aut tortula olei,aut duæ gallinæ iubent offerri? In duob9 ergo agnis,duo Christi significant aduẽtus,in qbus credere oportet,ut emũdari a lepra peccatorꝝ prius mereamur:unũ cũ uenit & passus est,aliũ quo est uẽturus in gloria. Sed uitulũ, inquit,offerat:hoc animaliũ genere,gẽtes crucis Christi iugo subiugãdas esse demõstrat. Duæ gallinæ, animã indicare uident & carnẽ. Sed unã,inquit,gallinã occides,alterã aqua ablues & dimittes. Caro utiq; in passiõe iubet occidi:anima uero quæ p naturã æternæ morti uidet esse subiecta:abluta aqua baptismatis a criminibus relaxari. Sed & lignũ,inquit,cedrinũ. Imputribile hoc ligni genus esse,nemo q nesciat. Ergo p cedrũ,incorruptã mẽtẽ & stabilẽ fidẽ uoluit ostẽdi,Hyssopũ aũt p̃ces oratiõesq; demõstrat. Sed & coccũ,scilicet martyrij gloriã manifestat. Qui mediocris est,ait,qđ ualet offerat:id est,si qs nõ oẽs diuitias cœlestiũ est charismatũ cõsecutus,uel potest & si minimũ deo deuotionis suæ deportare obsequiũ. Vt si uirginitatẽ qs obseruare nõ potuit,unius coniugis saltẽ castũ cubile custodiat: uel q martyrij trophæũ nõ ualuit reportare,fugæ se p̃dñs deo seruet inuictum. Et olei,inqt,tortulã offerat:utiq; misericordiæ gratiã: etiã si clarissimã sanctimoniæ faciẽ p̃ferre nõ ualuit:lucernã saltem fidei nõ extinguat. Videtis ergo dilectissimi fratres nullã esse tã exiguã spũalis gratiæ paupertatem,quæ ad offerendũ sacrificiũ deo non quãcũq; possit sanctimoniæ oblationem offerre.

¶ CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

B ¶ Quid uenisset in mentem diuo Hieronymo,ut eadem de re bis scriberet? Quãq; totus sermo clamat,alium huius Homiliæ authorem.

¶ DE DVOBVS FILIIS FRVGI ET LVXVRIOSO.

OMnium quidem de scripturis quæstionũ absolutio illi soli ita ut est,est nota qui dixit:Ego sum ueritas. Nos autem oportet pia uolũtate accedere,& speciali sensu ad inquisitionem diuinarum scripturarũ: scientes quod si aliquod uere inuenerimus bonum desyderiũ mentis attentæ deo: inter fines beatitudinis eius erimus: de qua dicitur:Beatus uir qui impleuit desyderium suum. Qualis autem sit huius concupiscentiæ species,adiectio beatitudinis facile declarat audire uolentibus,id est,prudenter audiẽtibus. Quod si non potuerimus ad plenam ueritatis ipsius intelligentiam peruenire: nec tamen sic longe erimus ab illa beatitudine, quã capiũt qui implẽt desyderium suũ. Neq; em̃ si non cœperimus id munus,cuius præstandi potestas in alterius manu posita est,reprehensionẽ sustinebimus. Sed si in his quæ agere præcipimur pareamus,præmium laudis iustæ adipiscimur. Quomodo ergo omnimode demonstratum est:non solum nullius periculi:sed & plurimæ utilitatis esse scrutari diuinas scripturas:disquiramus illam euangelij parabolam,quæ est de patre & duobus filijs. Nam unius rei causa & de oue & de muliere comparatione nobis contexto ordine supra recitata sunt. Quæritur ergo quis ille senior sit frater,qui ex dimidio datam sibi paternæ substantiæ portionem custodiuit:& inseparabilem cũ patre suo uitam agere dilexit? Quis uero iunior qui accepta similiter ex patre substãtia, profectus est in longinquã regionẽ:& profligatis illic omnibus partis suæ facultatibus ad inopiã redactus,porcos alienos pascere coactus est. Sed & qualitatem pœnitentiæ eius non omittamus,& lætificati patris promptam remissionem modestãq; pietatem,qui reuertenti filio discessionis præterit leuitatem: & dissipatæ substantiæ flagitia nõ exprobrat:sed uenientem clæmenter suscipit,& occurrens salutat,& gratulans osculatur,incumbens requiescit in eo: & uitulum illum saginatum pro lætitia recepti filij epulandum immolat.

C In quo conpunctus senior frater, dicit patri &c. Hæc quæ per partes digesta sunt,expositio uestris sensibus intimabit.Necessarium em̃ est ante omnia percũctari causam,pro qua,& quid uolens de propositis saluator ostendere,huiusmodi parabolas Iudæis aptauerit. Si em̃ uobis causa talium comparationũ pactuerit: tunc ea quæ de ipsis sentimus,an rationabiliter cõgruant ueritati,facile dignoscitur.Sunt itaq; qui dicunt de duobus filijs istis,seniorem angelos esse & archangelos,uel omnem cœli militiam.Minorem uero ponũt hominẽ,qui in longinqua peregrinatione abierit,quãdo ad terrã de cœlis & paradiso cecidit:& aptant quasi sciẽtia respicientis ad casum uel statum Adæ.Sed hic sensus pius quidem uidetur.Nescio tamen si uerus sit.Dicit aliqs quare.Quia minor filius & iunior ad pœnitentiã uenit sua spõte,recordatus præteritæ abũdantiæ patris sui,sicut habet series lectionis.Dñs autem ueniens,ad pœnitentiam uocauit humanũ genus,cum sua sponte regredi unde ceciderat nõ cogitaret.Deinde senior filius si chorus est cœlestiũ angelorũ,ut prædictũ est:quomodo in reditu & salute fratris sui,& in uituli immolatione tristatur? Cũ in eodem euangelio dicat dñs: Lætitiã esse in cœlo apud angelos sup uno peccatore pœnitentiã agente.Discutientes ergo huius parabolæ rationẽ:ut nõ illũ alium intellectum uituperemus,sed magis ut cũ sensu illo id quod nos sentimus,uestris dijudicandum arbitrijs cõferamus.Iam em̃ causam exponimus,quã & dñi sermo subiũgit.De superiore causa hãc parabolã introducens sicut præfati sumus:singularũ in his parabolis psonarũ memoriã facientes.Murmurabant Iudæi,& urebantur inuidia,quod a dño nostro Iesu Christo peccatores susscipi,simul etiam conuiuari,& publicanos libenter doctrinæ saluatoris intendere uiderant.Ad hanc ergo insolentiam Iudæorum aspiciens dñs, quia reprehendebatur ab eis:incipit primam de pastore illam parabolam,ubi nonaginta & nouem ouibus derelictis,ad unã quæ aberrauerat,requirendam abijt.Et subnectit huic aliam parabolã de drachma decima,quã perditã intra domũ suã accensa lucerna mulier inuenit. Deinde hæc de filijs duobus parabola subsequit̃,secundũ dispensationẽ, & prouidentiæ diuinæ ordinẽ,harũ comparationẽ textum faciens. Nam quia ipse princeps & author salutis nostræ est, seductum hominẽ & dolo diaboli perditũ,sal-

D uare incipiens & pfectioni restituere: hoc est numero centesimo reddere in quo perfectiõis plenitudo numeratur:hinc initium comparationis facit.Subiungit autẽ & mulieris personam,arguens Iudæos,docens autem ecclesiam,& hominẽ quasi erraticam ouem diligens pastor inquirit:quem hominẽ drachmã nominat propter monetæ regalis similitudinem: figuraliter in drachma quæ pecuniæ genus est:quod illi tanc̃p nummo,imago & inscriptio regis cœlestis insculpta sit. Quærit ergo eã drachmã mulier, accensa lucerna & mũdata domo inuenit:hoc est, homo illuminatus uerbo & misericordia dei,gloriã naturæ suæ in qua ad imaginẽ creatoris sui factus est, quã obscurata peccatis domo cordis in tenebris cordis amiserat:emẽdatis sensibus reperit:& gaudio gaudet quod omnẽ immũditiam interioris aulæ,studijs disciplinæ specialis absterserit:& cõtractas animæ de rebus & curis sæcularibus sordes, orationibus & increpatiõibus expurgatas excusserit. Secundum prædictum consequenter annectit parabolam, de duobus filijs: collationem,ut mihi uideor facere:non de Iudæis transgressoribus,nec de gentibus perditis,sed populi eius, qui per patiẽtiam redditur saluti,quem iuniorẽ filiũ nominat. Seth Enos & his iuniores,qui ab Eua usq; ad saluatoris humanũ aduentũ, secundũ iusticiam legis uiuentes iusti uidebantur.Ergo quod ait iuniorem & seniorem,nõ in ordine temporis, sed in uoluptatũ qualitate,præponens se ei,qui nõ uolũtarie, sed alieno dolo circũuentus aberrauerat,sicut ouis hoc est irrationabili animali imprudentem hominem comparans, sollicitudinem pastoris adhibens:ut quærat ouem perditam,& reportet inuẽtam. Ei uero qui arbitrij sui libertate utitur & recognoscit unde ceciderit,pœnitẽtiæ & reuersionis utilitatẽ accõmodat. Vnde hæc inter parabolas supradictas ratio distinctionis est,secundũ personas uel mentes peccantiũ:ut pater filiũ non requirat peregrinantem,sed recipiat pœnitentẽ.Pastor uero ouem errantem,& non sapiẽtem reuerti,requirat & humeris suis referat. Videamus nunc si consonent, quæ significata sunt ad hanc expositionem.Dicit scriptura.Diuidere patrem ex æquo filijs duobus substãtiam suã. Et quã substantiam hic euangelicus pater diuidit filio spirituali,nisi sapientiæ intellectum,scientiam boni & mali,quæ ueræ & perpetuæ sunt opes animæ bene uiuenti. Dat autẽ hic pater di-

uitias

A uitias ſuas ex æquo. Non em̃ quiſq; aut iuſtus, aut peccator naſcitur: ſed quæ ex deo eſt, in prima natiuitate hominis portio ſubſtantiæ rationalis, æqualiter cunctis naſcẽtibus datur. De ſubſequente autem conuerſatione unuſquiſq; plus, aut minus huius ſubſtãtiæ poſſidere inueniẽt, dum in ſemetipſis per diſſimilitudinem uoluntatũ negligentes deſerunt: diligentes autem cuſtodiunt, ut naturalia bona. Alius autem memorat, intelligens dñi creatoris ea quæ a deo patre ſumpſerit, ita ut ſui ea patris eſſe credens, quaſi paterna cuſtodiat. Alius autem ſua ex ſe ſibi eſſe æſtimans, ſicut propriæ poſſeſſionis licentia diſſipandis abutitur, & cito profligata facultate priuabitur. Deſcribitur autem in iſtis & euidenter oſtenditur libertas arbitrij, quã animæ rationali ſpecialiter addidit creator deus. Vide ergo, pater iſte, quomodo nec illũ uolẽtem diſcedere retineat, nec liberi arbitrij auferat poteſtatem: ne q; alium manere cupientem cogat abſcedere: ne forte ſequentium malorum, quæ poſtea his ſuo uitio acciderent, ipſe potius author eſſe uideat̃, ſi illis libertatem propriæ uoluntatis abſciderit. Itaq; & petenti dat, quia ex nobis non a deo inopiæ & offenſionis noſtræ cauſa proficiſcit̃. Accipiens aũt partẽ ſuã iunior, peregre, inquit, abijt longe. Quod ait longe: nõ locorũ intercapedinẽ, ſed declinationẽ mẽtis expreſſit. Qui em̃ oblionẽ dei cœperit, hic uere peregrinari a deo dicitur. Sicut ecõtra cõuerſatio ſæcularis nõ ſolum peregrinũ, ſed alienum dño facit. Et ut breuiter dicam, peregrinãtes a ſæculo, præſentamur ad dñm: ſic etiam permanẽtes in rebus terrenis, a cœleſtibus exulamus. Deniq; Cain exijt a facie dñi & longe efficit̃: nõ quia locus aliquis foris eſſet a cõſpectu dei, ſed quod ſua mente diuiſus eſſet a dñi reſpectu, ꝓpter homicidiũ ſeparatus a deo. Hac ergo peregrinatiõe ꝑ magnã ignorãtiã peregrinatos fuiſſe nos ſciẽs beatiſſimus Paulus dicit: Vos q aliquãdo longe fuiſtis nũc aũt facti eſtis ꝓpe. Huiuſmodi ergo ꝓfectus peregrinationẽ iunior ille filius aſſumit, & deuorat p̃dictæ portionis ſuæ de paterna hæreditate ſubſtantiã: utiq; ſpiritalibus deſtitutus opibus, id eſt, ꝓuidentia dei & intellectu: cũ porcis paſcere cogit̃, hoc eſt ſordidas & immũdas in ania ſua cogitatiões nutrire, ut ederet eſcas irrationabiles prauæ cõuerſatiõis: dulces q̃dem egenti bonorũ, quia ſuaue peruerſis uidet̃ omne opus carneæ uoluptatis: quod ſeductio deſyderij & corru-
B ptio uitæ eſt, quæ uirtutẽ & fortitudinẽ animæ, nõ modo nullã præſtat, ſed totũ penit9 eneruat & perimit. Huiuſmodi cibos, quaſi porcinos & male dulces, prout ſũt dilectio carniũ, illecebræ, ſiliquarũ noie ſcriptura deſignat. Itaq; ille digreſſus a patre, & in longinquã peregrinationẽ ꝓfectus, in terra aliena cõſumptis facultatibus quæ ſupra dictæ ſunt, oia digna peruerſis & poſtea malorũ ſuorũ neceſſitate conſtrictus: hoc eſt, & fame & ægeſtate pœnitet erroris ſui: & ſentit q̃d ipſe ſibi nocuerit, qui nõ de iudicio uolũtatis ſuæ: ſed de patre ad alienos, de domo ad exiliũ, de opibus ad eleemoſynã, de abundãtia ad famẽ tranſierit: in hoc loco ſeruitutis & miſeriæ remi-niſcens, incipit cogitare de reditu & ſecũ ipſe reputãs dicit: Dicam patri meo: Peccaui in cœlũ & in cõſpectu tuo, ſuſcipe me, ſicut unũ de mercenarijs tuis. Oſtẽdit ſcriptura hæc patrẽ nõ hominẽ intelligi debere, ſed deũ. Quãdoquidẽ nõ ſolũ cœlũ noiat in cõfeſſione peccatorũ pœnitens ſupplex, ſed dicit in cõſpectu tuo. Deus em̃ eſt in cõſpectu peccatorũ omniũ ſolus. A quo nec in cordis meditata peccata abſcondi poſſunt. Scrutans, inquit, corda & renes deus. Verũ nobis hoc exloco, cœlũ intelligit̃ dñs noſter Ieſus Chriſtus: ad quẽ hi gentiles qui in tenebris infidelitatis uiuentes, blaſphemauerunt iam cõuerſi ad fidem cõfitentes ueritatẽ dei, in pœnitentia erroris ſui iuſte dicũt: Peccaui in cœlum & in te. Qui em̃ in cœlũ peccat, quod & ſi ſupernũ ſit, tamẽ uiſibile & lunaticũ eſt, ipſe eſt qui peccat in hominẽ quẽ ſuſcepit filius dei pro ſalute noſtra. Proinde in patrẽ deũ omnia ſpeculantẽ peccat. His igitur cogitatis, reſipiſcentẽ & per cõfeſſionis humilitatem ex regione longinqua remeantẽ filium ad ſe uidens pater, lætatus occurrit, amplectitur & oſculatur. Aperte hic charitas in homines diuina deſcribitur. Quid em̃ aliud eſt, quod occurrit, niſi quia nos peccatis impedientibus, noſtra uirtute ad deum peruenire non poteramus. Iꝑe autem potens ad inualidos peruenire deſcendit: ſicut & Zachæo operibus ipſis ſignificantibus exprimitur. Quod cum deſyderaſſet uidere dñm, & ob hoc in arborẽ conſcendiſſet, præueniẽte dño cõſpicitur, & uocatur, & ilico dñs in domũ eius ad cõuiuandũ ipſe declinaturũ ſe eſſe promittit. Vide quomodo credituri fidem prouidens Chriſtus, latentẽ in arbore, quaſi in peccatorum tenebris obumbratum, ſollicite ut ouem perditam requirit aſpectu: & uenire cunctantem

C uocat,& uenientem tãcp humeris ſuis ſuſcipit:& non audentis inuitare dñm, deſyderãtis tamẽ ſalutiferam benedictionem, peccatoris domum ingreditur:conuiuiumq; participat,oſtendens uiſibili gratia uiſibilem ſanctificationem,quia deus ſapientia familiariter cor credentis ingreditur. Credentemq; participat ſacramento:ergo occurrens pater filio reuertenti ſupfunditur collo eius:& in eo lachrymans requieſcit. Oſculatur autem os eius,per quod emiſſa de corde cõfeſſio pœnitentis exierat: quem pater lætus excepit. Deinde mox iubet & ſtolam primam proferri,id eſt priſtinam gloriam, quã ex ſeductione diaboli nudatus amiſerat,reddi: ſimul & annulum dari,ſiue ſignaculum ſalutaris ſymboli,ſeu magis deſponſationis inſigne & nuptiarum pignus illarum quibus Chriſtus eccleſiam ſuam ſponſat:cum omnis anima reſipiſcens per annulum fidei iungitur Chriſto. Mandat & calciamenta pedibus apponi: aut propter cõmunienda ueſtigia ad currendam uiam,ut per lubricum mundi iſtius iter fixus incedat: aut ut excluſo in euangelicis calciamentis carneæ contagionis luto:mundos pedes immaculata conuerſatione cõſeruet & dirigat: aut ꝓpter mortificationem membrorum. Vitæ em̃ noſtræ curſus in ſcripturis pes appellatur. Et mortificationis ſpecies calciamentum apponitur,quia de animaliũ mortuorum pellibus conficitur. Addidit & uitulum ſaginatum iugulandum in conuiuij exhibitione:ſine dubio dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ,quẽ dedit pater in uictimã pro ſalute noſtra. Quẽ uitulũ noiat,ꝓpter hoſtiam corporis immaculati. Saginatum aũt uere dixit:qa pinguis & optimus intantũ eſt,ut pro totius mũdi ſalute ſufficiens ſit odorem ſuauitatis & nitorem immolationis ad deum mittere,& pro omnibus exorare. Propter quod etiam myſtica ratione dictum eſt, patrem dare alijs immolandum hũc uitulum,ipſumq; gaudere,& epulari in uictima uituli ſui. Sic em̃ dilexit pater hunc mundum, ut filium eius unicum pro ſalute ſua daret. Non ergo ipſe immolauit,ſed alijs immolandum tradidit:emittente em̃ patre,conſentiens filius ab hominibus paſſus eſt. Ipſe autem qui fide noſtra paſcitur: & filij ſui pro nobis mmolatione lætatur & gaudet:& in reditu filij ſui gaudens creator,acquiſitione populi credentis epulatur. Vidẽs hinc læticiam patris ſenior filius contriſtatur. Huius perſona:illis comparanda aſſcribitur operarijs, qui ſimiliter in euangelio poſt operationem uineæ ad dominũ murmurant,quod illis tota die
D in operis labore cõfectis: illos qui ad duodecimã horam uenerant,precio mercedis æquaſſet:ad quos dicit ipſe conditor omnium: Si ergo ego bonus ſum,quid tu malus? Quod autem hi ſunt qui ad duodecimam uenientes qui ex gentibus ſaluabuntur,Iohannes aperte clamat: Filioli nouiſſima hora eſt. Nihil autem differre uidetur utrum duodecima, an nouiſſima hora dicatur. Qui ſunt autem hi qui murmurant,qui laborem & æſtum toto die portauerunt: niſi qui iuſticias legis egerunt, & ſeruitutis antiquæ penſum reddiderunt? Vide autẽ cp aperta ſint uerba quæ a patre dicuntur:ut ab his qui in lege uixerunt dicta uideantur. Quid em̃ eſt quod de agro ueniens dicit: Niſi ſignificans de legis operibus uenientem:& in his gloriantem:& quaſi diuturnos labores imputantem. Vnde ait: Mandatum tuum nũcp præteriui: & nõ dediſti hædũ pro me,ut epularer: hoc eſt nec peccatorem pro noſtra requie dediſti. Qui em̃,inquit,fecerit quæ legis ſunt,uiuet in eis:qui non fecerit,punietur ex ipſis. Pro iſto autem qui fornicatus eſt:etiam ſaginatum,inquit,illum uitulum dediſti,id eſt,filium tuũ dilectum:ſicut ſupra diximus. Sed quid ei reſpondet pater. Tu ſemper mecum es,oportuit autem pro iſto gratulari qui perierat & inuẽtus eſt,mortuus fuerat,& reuixit. Oſtendens in hoc uerbo manifeſte hominẽ,qui peccando uita exciderit,& obnoxius mortificatus fuerit:ex reuerſione autem ſalutari per pœnitentiã in adoptionem filij redierit. Bonum autem hominem qui manſerit in bono,hæreditatem paternã iugiter poſſidere. Itaq; ſi peccaueris o homo,feſtina liberando te reconciliari deo:ut ex mercede ſudoris & digna pœnitentia,recipias quod ex gratia donatum tibi perdidiſti. Præſtet aũt deus magis permanẽtes uos in fide cohæredes eſſe domini noſtri Ieſu Chriſti: quia ipſe eſt gloria & uirtus,cum patre & filio & ſpiritu ſancto,per omnia ſæcula ſæculorum: Amen.

Primæ Seriei ſecundi Tomi finis.

A IN hanc ſecundam huius Tomi ſeriem ſegregauimus, aliena quædam, ſed tamen ſuis præno
tata titulis. Idq; fecimus, quod partim non uiderentur quicq; ad ea quæ diuus Hieronymus
ſcripſit pertinere, uelut opus Auguſtini de origine animarum: partim quod uerboſiora uide/
rentur, q; ut his onerandum eſſe lectorem putaremus, uelut illa quæ magnis uoluminí/
bus Ruffinus deblacterat in ſanctum Hieronymum, prorſus indigna quæ ſeruarentur, niſi ex his paulo
clarius intelligeretur æloquentiſſimi doctoris Apologia. Bene uale.

## SECVNDI TOMI SECVNDA SERIES IN QVA ALIENA SVIS TITVLIS CONTINENTVR.

### PAVLINVS SEBASTIANO EREMITAE.

SAncto & merito dilectiſſimo fratri Sebaſtiano: Paulinus & Therasia in Chriſto domino ſalutẽ. Benedictus eſt dominus deus Iſrael qui elegit te, & aſſumpſit in uas electionis ſuæ, & ſegregauit ab utero matris antiquæ, & de/dit tibi pennas columbæ: ut ab huius ſæculi ſtrepitu procul auolans diceres: Ecce uolaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Quaſi ſolitudo non tua ſit: quæ non deſerta eſt, ſed ſecreta: & ab huius mundi tenebris deſolata, a dei lumi/ne frequẽtetur: & a dæmonibus furentibus fugiatur, atq; ab angelis gaudentibus excolatur. Ipẽ dominus deus noſter donauit nobis, licet longo interuallo diſtantibus, appropinquare tibi in dilectiõe per odorem bonũ noticiæ bonæ, quã per fratrem in dño chariſſimum Victorem ac cepimus: qui nobis & opus propoſiti tui, & ſecretum tabernaculi nunciauit: quia ueterũ ſancto/rum ſtrẽnuus æmulator, ſup torrentem tibi gratiſſimum: ſicut illi quondam filij prophetarum Heliſæo duce ſuper iordanem, pacificam manſionem & ſpiritalia caſtra poſuiſſes: & diaconus tibi frater Benedictus Sareptanæ illius Sunamitidis obſequio miniſtraret. Beatus ille cui mãda uit dominus, ſicut uni uolatilium cœli: ut te ſicut Heliam ad torrentem ſecreto ſedentẽ, panibus pietatis paſceret: & ad cellulam tuam aſſiduis ſuper hac miniſtratione ueſtigijs, uelut ad arcam
B Noe fructiferum pij germinis ramum afferens columba reuolaret. Benedicti uos a domi/no, qui facit unius moris habitare in domo: & qui germanitatis uinculum duplicauit in uobis, quos & in eccleſiæ utero fratres fecit: & ſub una fide, uarijs diſtinxit officijs: ut ſub diuerſo mune re alter alterũ paſceretis. Tu illum ſpiritalibus armis ieiunans & orans iuuares: & ille in te cœle/ſtia ſibi bona ſereret: dũ carnalia tibi alimẽta ſuppeditat: nõ indigenti quidẽ pereũtis eſcæ ſum ptu: quia fames tua iuſticiã & regnũ dei eſurit. Sed tamẽ idem dñs: qui fecit quod intus eſt, fecit quod foris eſt: Spiritus quidẽ promptus eſt, caro aũt infirma. Ideo uiuentem licet animã in uer bo dei, quod eſt Chriſtus, qui uerus & uiuus panis eſt, tali remuneratur obſequio: ut corpori tuo: id eſt, terrenæ in te fragilitati ſeruiat cibis modicis: & ipſe ieiuniorũ tuorũ abundantia ſagi net. Ideo eñ dixit: Nõ in ſolo pane uiuit homo: ſed in oñi uerbo dei. Quia ut infirmioris ſub/ſtãtiæ noſtræ rationẽ ne eſuriret habuit: perinde & carni panẽ neceſſariũ ipſe creator oſtendit. Sed ne corporis curam, animæ præponeremus quæ uerbo dei paſcitur: non in ſolo pane uictũ hominis conſtitutum docuit: quem etſi animæ cura non quærat: tamen corporis natura depo/ſcit. Ideo benedictus ille: cui ad opes animæ proficit neceſſitas conditionis tuæ. Quia adhuc ho/mo, & iſto uiſibili pane paſcendus es: & ſi interius æterno illo pane ſatureris. Non eñ profice/ret ſpiritalis uirtus, niſi ſubeſſet carnalis infirmitas. Nec eſſet potens fideliũ miniſtratio, niſi ma teriã miniſtrãdi plærũq; inopia fraterna preberet. Vnde & Apoſtolus ait in ſanctos cõpẽſatio nẽ futurã, cũ eccleſiã dei ad conſolationẽ iſtius benedictiõis hortatur, & dicit: Abundãtia ueſtra ſit ad illorũ inopiã. Et ut illorũ abũdãtia ueſtræ inopiæ ſupplemẽtũ fiat: adhuc audeo dicere, in utroq; ueſtrũ diuerſa Iohãnis & dñi forma cõſiſtit. Iohannis in deſerto uox clamantis: & dñi in tẽplo docentis. Et unus ueſtrũ in ſeruitutem miniſterij uocatus eſt: alter in monachi libertatem: Sed utriq; in unũ dei regnũ & gloriã conuocati: & ambo liberi, quia ambo ſub gratia: & ambo ſerui, q ambo ſub lege fidei. Ambo liberi a peccato, & ambo ſerui iuſticiæ, & ambo in ieiunijs dño diem ſapitis, & ambo in epulis ſynceritatis domino gratias agitis, qui dat eſcam oñi car/ni: & dat eſcam uiuã eſurientibus uerã uitam. Vnus ueſtrum audiuit ut dicat: Introibo ad alta/re dei, ad deũ qui lætificat iuuẽtutẽ meam. Et alter ab eodẽ ꝓpheta didicit dicere: Singulariter ego ſum donec tranſeam. Ergo quia ſic electi eſtis & dilecti dño: ut alter alterius onera portetis

& charitate

C & charitate perfecta qua inuicem uos paſcitis, ſuſtinetis, inſtruitis, locupletatis, adimpletis legē Chriſti: orate pro nobis, conſerite ualidas orationum manus: ut ſuperetis multitudinem peccatorum noſtrorum. Ob hoc enim miſericors & miſerator dominus, peccatoribus ſuis ſanctorū noticiam charitatemq; procurat & donat: ut etiā inexcuſabiles reos præpotens aduocatio meritis damnationis abſoluat. Maneatis in regno domini: quod intra uos fecit eſſe per inhabitantem in uobis arrabonem ſpirituſſancti, in quo damatis Abba pater. Benedicti domino filij pietatis & pacis & luminis.

## IN APOLOGIAM PAMPHILI PRO ORIGENE RVFFINI AD MACARIVM PROEMIVM.

COgnoſcendæ ueritatis amore permotus o uir deſyderiorū Macari, iniungis mihi rem quæ tibi agnitæ ueritatis gratiam conferat: mihi tamen nō dubito quin offenſam maximam comparet: eorum qui ſe leſos putant, ab eo qui de Origene non aliquid male ſenſerit. Et quāuis nō meam de eo ſententiam, ſed ſancti martyris Pamphili ſciſcitatus ſis, & librum eius quē pro Origene in Græco ſcripſiſſe traditur, trāſferri tibi poſceris in latinum: tamen nō dubito futuros, qui & in eo leſos ſe putent, ſi nos aliquid pro eo uel alieno ſermone dicamus. Quos tamen & ipſos deprecamur, nihil præſumpto uel præiudicato animo agere: ſed quoniam ad iudicium dei uenturi ſumus, non refugiant ſcire quod uerum eſt: ne forte ignorantes delinquant: conſyderantes quia falſis criminationibus percutere fratrū infirmorum conſcientias, in Chriſtum peccare eſt. Et ideo non accōmodent criminatoribus aurem ſuam: nec ab alio diſcant alterius fidem: maxime cum coram experiri ſit copia: & oris ſui cōfeſſio, quid uel qualiter unuſquiſq; credat oſtendat. Sic enim ſcriptum eſt: Quia corde creditur ad iuſticiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem: & ex uerbis ſuis unuſquiſq; iuſtificabitur, & ex uerbis ſuis condemnabitur. Qualiter ergo ſentiat Origenes de ſingulis, tenor libelli huius edoceat. De his autem quæ apud eum contraria ſibi inueniuntur, quid cauſæ ſit, in ultimo breui addita aſſertione docuimus. Nos autē ſicut traditum nobis eſt a ſanctis patribus, retinemus, quod ſancta trinitas coæterna ſit & unius naturæ, uniuſq; uirtutis & ſubſtantiæ: & quod filius dei in nouiſſimo tempore homo factus eſt: & pro peccatis noſtris paſſus eſt: & in ea ipſa carne, in qua paſſus eſt reſurrexit a mortuis: propter quod & reſurrectiōis ſpem humano generi tribuit. Carnis uero reſurrectionē nō p aliquas præſtigias, ſicut nōnulli calumniant' dicimus: ſed hāc ipſam carnē, in qua nūc uiuimus reſurrecturā credimus, nō aliā pro alia, nec corpus aliud cūq; huius carnis dicimus. Siue ergo corpus reſurrecturę dicim⁹, ſecūdū Apoſtolū dicimus: hoc em̄ noīe uſus eſt ille: ſiue carnē dicimus: ſecūdū traditionē ſymboli cōfitemur. Stulta em̄ adinuētio calumniæ eſt, corpus humanū aliud putare eſſe cūq; carnē. Siue ergo caro ſecūdū cōmunē fidē, ſiue corpus ſecundū Apoſtolū dicit' qd' reſurget: ita credendū eſt ſicut Apl'us definiuit: quia quod reſurget in uirtute, reſurget & in gloria, & incorruptibile reſurget & ſpirituale corpus: quia corruptio incorruptionem nō poſſidebit. Saluis ergo his prærogatiuis futuri corporis uel carnis: reſurrectio carnis credēda eſt integre & pfecte: ut & natura carnis eadē ſeruetur: & incorrupti ac ſpiritualis corporis ſtatus & gloria nō infringatur. Sic em̄ ſcriptū eſt: Hæc in Hieroſolymis in eccleſia dei a ſacerdote eius Iohanne prædicātur: hæc nos cū ipo & dicimus & tenemus. Si quis præter hæc uel credit uel docet, uel a nobis aliter credi cūq; expoſuimus putat: anathema ſit. Noſtræ ergo fidei documentū, ſi quis habere uult, habeat ex his: ſiquidem aut legimus, aut huius fidei noſtræ facimus rationem, ſecundum Apoſtolū ꝓbantes omnia quod bonū eſt tenentes, ab omni ſpecie mala nos abſtinentes. Et ſi qui hanc regulā ſequuntur: pax ſup illos, & ſup Iſrael dei: Amen.

## APOLOGIA PAMPHILI MARTYRIS PRO ORIGENE INTERPRETE RVFFINO.

NIhil mirum fratres uidemini eſſe perpeſſi, quod ita uos Origenis ſubterfugit intellectus: ut uos quoq; eſtimetis de illo quæ & alij nonnulli: qui ſiue per imperitiā ſui, quia nō ualēt ſenſus eius altitudnē cōtueri: ſiue prauitate mētis, qua ſtudiū gerūt, nō ſolū dicta ei⁹ incuſare: uerūetiā aduerſus eos q hæc legūt hoſtiles inimicitias ſumere: tā ptinaciter id agētes ut nulla prorſus uenia eos dignos haberi putēt: ne ea qdē q impartiri

ſolet

A solet,uerbi gratia,his qui Græcorum sæcularium libros,uel nonnunq; etiam hæreticorum per cunctandi atq; cognoscendi studio decurrunt:sibi solis scilicet cõcedi debere peritiam probandi sermonis putant:ut si quid bene ab aliquo dictum est retinere sciant:ab omi specie mala abstinere se nouerint. Ab his uero qui Origenis libros legunt,istud penitus excluſum putant esse mandatum:quo probabiles iubentur effici trapeçetæ,scientes quod bonum est retinere:ab omni autem specie mala se abstinere:sed tantummodo si legere libros illius uisus fuerit, statim ab his hæreticorum perfundatur infamia. Denicq; cũ multis huius uitæ & religiosis proposito uiris,in quibus nihil prorsus culpæ inueniunt,inimicitias propter hoc solum habent:si eorum studia circa memorati uiri libros propensius esse perspexerint:inuidiosius etiã ista fingentes,quod ab his in loco sanctorum apostolorum uel prophetarum tam ipse q̃ dicta eius habeãtur. Sed de hoc certum non habeo,utrum calumniandi uoto tantummodo ista iactitent: an & uere ab aliquibus simplicioribus & propensiori affectu diligentibus uirum,aliquando fortassis tale aliquid audierint. Nos tamen perspectis frequenter his quæ ab eo cum magno timore dei,& cum omni humilitate dicuntur: cũ ueniam petit pro his quæ per nimiã discussionẽ & per multã scrutationem scripturarum animo disputantis occurrũt: quæ cum exponit,frequenter addere solet & profiteri,se non hæc quasi diffinitiua pronunciare sententia:nec statuto dogmate terminare: sed inquirere pro uiribus & sensum discutere scripturarum: nec tamen profiteri quod integre perfecteq; comprehenderit,suspicari magis se de q̃ plurimis dicens:nec tamẽ certum esse, quia in omnibus quod perfectum est & integrum assecutus sit. Sed & nonnũq̃ inuenimus eum de multis hæresibus profitentem,in quibus ea quidem quæ in quæstionem ueniunt mouet: nec tamen absolutiones eorum adiungit:sed cum omni humilitate & ueritate non erubescit fateri sibi non liquere. Audiuimus etiam illud ab eo frequenter intexi: quod hodie ne quidem isti imperitissimi omnium obtrectatores eius dicere dedignãtur: ut si quis melius de his locis quæ ille disseruit dixerit uel exposuerit:illi potius qui rectius dixerit q̃ sibi auscultandum. Præterea comprehendimus eum nonnũq̃ diuersas expositiones eisdem capitulis facere & cum omni re-
B uerentia,quasi quis sciat se de sanctis scripturis dicere,cum multa quæ sibi occurrerunt exposuerit:præcipit his qui legunt probare de singulis quæ dixerit:& quod rectius prudens lector iudicauerit,obtinere:profecto quia nec ip̃m latebat, qđ nõ oia quæ mouerat uel discusserat,probabilia uel fixa haberi deberẽt: pro eo quod multa mystica in scripturis sanctis,& in secreto recondita esse credantur. Illud denicq; eius si intentius aduertamus q̃ integre & catholice de omnibus tractatibus suis in præfatione eorum librorũ quos in Genesim scribit,protestatus est: omnem eius sensum ex hoc facile cognoscemus. ORIGENES. Nisi omnimodo pigri essemus ac desides:ne ad inquirendum quidem accedere domino & saluatore nostro ad hoc nos prouocãte,profecto reuocassemus pedem:cõsyderantes quod longe simus ab ea magnitudine spiritualis intelligentiæ:quæ de tam magnis rebus inuestigari debeat intellectus. PAMPHILVS. Et paulo post ait. ORIGENES. Si cui uero in disceptatione profũdum aliquid occurrerit:de hoc quidem dicendum est:sed non cum omni affirmatione. Hoc em̃ aut temerarij hominis est, eius qui sensum humanæ infirmitatis perdiderit, oblitusq; sui sit: aut certe perfectorum uirorum & eorum qui confidenter se sciant ab ipso domino Iesu didicisse:id est,a uerbo ueritatis & ab ipsa sapientia per quã omnia facta sunt agnouisse:uel eorum qui diuina responsa ingressi,turbinẽ & caliginẽ ubi ipse deus est,cœlitus acceperũt: in quod uix ille Moyses ingressus,uel intelligere talia potuit, uel proferre. Nos uero pro eo solo quod mediocriter licet:credimus tamẽ domino Iesu,& eius gloriamur esse discipuli:nec tamen audemus dicere:quod facie ad faciem ab ipso traditam susceperimus intelligentiam eorum, quæ diuinis libris referuntur: quæ quidem certus sum quod ne ipse quidẽ mũdus,p uirtute ac maiestate sensuũ capere potest. Propter qđ ꝓnunciare quidẽ de his quæ dicimus sicut apostoli potuerũt,nõ audem⁹. In eo aũt gratias agim⁹,qđ cũ multi imperitiã suã nesciãt, & motus suos incõpositos & inordinatos,interdũ etiã & ineptos ac fabulosos cum om̃i intẽtione,sicut sibi uidetur,quasi uerissima assertione annũcient: nos de rebus magnis,& his quæ supra nos sunt ignorantiam nostri nõ ignoramus. PAMPHILVS. Cum ergo hæc eum de se dicere audiamus & huiuscemodi mẽte ac uoto quæ dicit,asserere:mi-

ramur

C ramur intantum temeritatis aliquos esse profectos: ut qui se ita humiliat & iudicat, astruant quod ab alijs dicta eius,uel libri pro sermonibus apostolicis,uel dictis propheticis habeantur: aut quod ille ipse,uel prophetis,uel apostolis ab aliquo comparetur. Et quidem quod & honore presbyterij in ecclesia præditus fuerit, & uitã abstinentissimã egerit,& ualde philosophicam: quodq; puræ religionis obseruauerit disciplinam:& præ cæteris uerbo dei & doctrinæ operam dederit, dubium non est & ex his quæ ad nos laboris ac studij eius,certissima designantur indicia:præcipue uero per eos tractatus quos pene quotidie in ecclesia habebat extempore: quos & describentes notarij,ad monimentum posteritatis tradebant. Consequens igitur erat ex his omnibus,laborum & studiorum suorum testimonijs amplecti talem uirum: & neq; defensionis studio plus dare ei meriti, q̃ mensura deposcit:neq; rursus obtrectandi uitio facile cõdemnare,& alienum ab ecclesiastica doctrina temere pronunciare:cum utrumq; istud præcipitium prouidens ante diuinus sermo prohibuerit,dicens: Non sit in te mensura maior, neq; mensura minor: abominabile est enim in conspectu domini utrumq;. Vnicuiq; enim prout dignum est retribuere,iusticiæ proprium est. Propter quod & mensura integra & pondus æquale, & acceptabile est apud deũ:non hoc quod mentitur ueritatem:per quod uel plus donatur rebus q̃ merita deposcunt,uel subtrahitur meritis quod debetur. Quanto rectius agerent obtrectatores isti,si absq; ulla animi præuentione cum omni religione ueritatis,quam omnibus proximis nostris cum charitate iubemur expendere:intelligerent & ipsum unum de proximis esse, quibus charitatem ex mandato debemus:& assumptos libros eius legerent,cum ea uenia quã ipse in præfationibus suis deposcit:sicubi uenia dignũ aliquid inuenirent. Nunc uero econtrario uideas eos maledictis quidem probrisq; non parcere:eos uero qui scripturarum intelligendarum secundum mandatum domini,& saluatoris nostri studium gerunt,a lectione librorũ eius deterrere,quælibet alia etiam inepta,nihil profutura q̃ illius commentarios legi debere affirmantes. In quibus sæpe etiam ridiculi aliquid pati solent. Nam ut eorum contentiosa præsumptio,uel ut uerius dicã præiudicatrix uesania,facilius declaretur:accidere solet uel casu uel interdum studio:ut nomine in codice non prætitulato,legatur aliquid ipsius in auribus obtrectatorum, quasi alterius tractatoris. Quod tamdiu placet & laudatur atq; omni admiratione habe-
D tur, quãdiu nomẽ non fuerit indicatum. At ubi Origenis cognita fuerint esse quæ placebant, statim displicent,statim hæretica esse dicuntur:& ea quæ paulo ante ad cœlum usq; ferebantur, ijsdem uocibus,eademq; lingua usq; ad inferos dimerguntur. Præterea etiam illud est inuenire,quod nõnũq̃ tales sunt accusatores eius: qui nec Græcã nouerint linguam:alij omnimodis imperiti:nõnulli etiam si aliquid uidẽtur habere peritiæ: non tamen etiam id studij habuisse inueniuntur,ut libris eius operam dederint:aut si acciderit ut etiam legerint:non continuo etiam tãtæ eruditiõis fuerint,ut altitudinẽ sensus eius assequi quiuerint:quo ea quæ ille diuerso ꝓspectu ꝓ locis & causis differere solet, aduertere uoluerint. Multos inuenies,quos si interrogas in quibus libris, aut in quibus locis dicta sint hæc quæ arguunt:confitentur se quidem nescire ea de quibus affirmat,nec legisse unq̃:audisse autẽ alios dicẽtes. Ex quo cuiuis plena ridiculi sententia eorum uidebitur:cum de his iudicant atq; ea cõdemnant,quæ nec discere quidem prius aut nosse potuerunt. In alios uero noui furoris morbus & inauditæ cladis incessit insania:cũ tã multa eius uolumina referta totius utilitatis & instructionis habeantur:& satis rara & per pauca forte loca sint,in quibus uel imperitiores quiq;,uel quod melius maliuoli posse sibi uideãtur offendi:omnia quidem illa quæ & catholica & ad ædificationem animæ atq; sententiæ instructionem etiam ipsi apta fatentur, omittunt & negligunt: nec aliquid inde,unde possunt & debent proficere uolunt:ea uero sola quæ ad calumniam proficiant, summo studio ædiscunt, ut qui boni nihil unq̃ forte didicerint,hæc quæ ipsi non esse bona dicunt,apprime memoriæ retinenda commendent: quo uidelicet promptius ea proferentes,exercitatius ualeant concinnare calumnias. Aliud quoq; est genus hominum fœdum sane & turpe quantum ad probitatẽ pertinet morum:sed ad calumniandũ uehementius & tetrius ad incusandum,quos Græci phagolœdoros appellauerũt,qui summum quidem studium,sed & satis intentam operam libris eius dederunt:ita ut & magistro eo in omnibus uterentur,& si ei tanq̃ speciales discipulos mancipa-

rent:sed

A rent. Sed ubi ad id loci uẽtum est,ut iam se magistros malint ꝙ discipulos nominari,ubi auditoribus plausus sectari cœptus est:ibi si forte aliquis audientiũ,quæ laudãtur Origenis esse ob murmurauerit: ne uel laude cedatur magistro,uel culpæ iudicio,alienũ esse Origenem cõtinuo protestantur:nihil sibi cum illius doctrina cõmune esse confirmant. Anathema quoq; eum dicere non dubitant improbe,& inferre maledicta non parcunt:ne illum quidem apostolicum sermonẽ ferentes,quo designat: Quia maledici regnum dei non possidebunt. Intantum autẽ horum,de quibus diximus progressa est malicia,ut quidam etiam conscribere aduersus eum ausi sint: & libellis æditis derogare ei uiro,qui per tot annos magister ecclesiæ fuit, qui in ecclesia senuit:qui aduersus eas hæreses quæ illo tempore ecclesiam impugnabant,ita constanter, ita fortiter dimicauit:ut omnia eorum diabolicæ machinationis fundamẽta subuerterit : non studiorũ laborem,non continentiæ,non institutionis,nõ humilitatis, quæ supra cæteras omnes uirtutes eius maximam gratiam continet:non illud certe consyderantes quod presbyterij dignitate in ecclesia honoratus est. Quæ si omnia ad reuocandam linguam comprimendũq; sermonem sufficere non possunt:illud saltem contemplari debuerant,quantã irridendi materiam gentilibus, quantã hæreticis tribuãt:cum eos quos assertores Christiani dogmatis & defensores putabãt, confutari nunc uideant & repelli a proprijs:& uelut ciuili bello gaudeant impugnatum,quẽ ipsi hostiliter impugnare non poterãt. Quoniã ergo ꝙ plurimi ex simplicioribus quibusq; fratribus a supradictis leduntur,non solum ut de ipso male sentiant:sed etiam de his qui studio sciẽtiæ & intelligendarum scripturarum,inter cæteros etiam libros,illius libros conspiciunt: ita ut uos quoq; ipsi in dubium ueneritis:ne forte ut multitudini uel authoritati calumniatorum fides deberet adhiberi, de his quæ passim & sine respectu diffamant:uisum nobis est,primũ quidem curare suspitionem nostram,simul etiam per occasionẽ nostri, omnium qui ei obtrectant confutare calumnias. Quod ita nobis prosequi rectius uisum est,ut non nostris uerbis & assertiõibus defensionem paremus:sed ex suis proprijs uocibus,quibus ipse aliena hæc esse, quæ isti B obijciunt proprio sermone testatur:id est, omne quicquid præter catholicam fidem prædicat: quia si nostris uerbis hæc asserere uelim⁹,suspitiosum forte uideri possit,eo quod nos amore si quid ipse praue senserit celauerimus. Vbi autem eius ipsius qui accusatur uocibus,& ad omnes obiectiones accusatorũ,uerbis suis eum non nostra assertione defendimus: quæ ultra relinqui potest criminatoribus occasio,saltem his qui non ueri studio,sed uelut libidine quadã culpandi semp agitantur. Et quando nũc de eo sermo est,qui utiq; apud homines defunctus est: quid apud homines iudices pro defuncto fortius & firmius ualere debet,ꝙ & litteræ & scripta defuncti? Incipientes igitur indicijs scriptorũ suorum ostendere,quid de singulis senserit:ex his præcipue libris testimonia cõgregabimus : quos accusatores eius,ꝙ maxime criminant:id est,quæ per spatium & quietem in secreto cõscripsit. Hæc em̃ asserunt maxime a prædicatione ecclesiastica discrepare:ex his præcipue libris,quos Peri archon attitulauit:in quibus ꝙ plurima a calũniatoribus incusantur. In his ergo ipsis inter principia,quali expositione fidei usus sit, proferemus:tum inde & ex his quæ sparsim,uel per ipsos libros,uel cæteros sensit assignabimus, eum prædicationem apostolicam custodisse. Est ergo lectio ex primo Peri archon quã promisimus hæc. ORIGENES. Sicut em̃ multis apud Græcos & barbaros pollicentibus ueritatẽ desueuimus apud omnes eã quærere,qui eam falsis opinionibus asserebant:postea ꝙ credidimus filiũ esse dei Christum, & ab ipso nobis hanc discendam esse persuasimus:ita cũ multi sint qui se putant sentire,quæ Christi sunt:& nonnulli eorũ diuersa,a prioribus sentiant:seruetur uero ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab apostolis tradita:& usq; ad præsens ecclesijs permanens:illa sola credenda est ueritas,quæ in nullo ab ecclesiastica traditione discordat. Illud tamen scire oportet,quoniam sancti apostoli fidem Christi prædicantes,de quibusdã quidẽ quæ cũq; necessaria crediderũt,omnibus credẽtibus etiam his qui pigriores erga inquisitionem diuinæ scientiæ uidebantur,manifestissime tradiderunt:rationem solius assertionis eorum relinquẽtes ab his inquirendam,qui spiritus dona excellentia,& præcipue sermonis sapiẽtiæ & scientiæ, per ipsum spiritum sanctum percipere merebantur. De alijs uero, dixerunt quidem quia sint: quomodo autem & unde sint, siluerunt: profecto ut studiosiores quiq; ex posteris suis amato-

C res ſapientiæ & ſcientiæ exercitium habere poſſent:in quo ingenij ſui fructum oſtendere ualerent:hi uidelicet qui dignos ſe & capaces ſapientiæ præpararent.Species uero eorũ quæ per prædicationem apoſtolicam manifeſte traduntur iſtæ ſunt. ¶ Primo,quod unus eſt deus qui omnia creauit atq; compoſuit:quiq; ex nihilo eſſe fecit uniuerſa:deus a prima creatura omniũ iuſtorum & a conditione mundi:deus Adam,Abel,Seth,Enos,Enoch,Noe,Sem, Abrahã,Iſaac, Iacob,duodecim patriarcharũ,Moyſi & prophetarũ: & quod hic deus in nouiſſimis diebus,ſicut per prophetas ſuos ante promiſerat,miſit dominũ Ieſum Chriſtum:primo quidem uocaturum Iſrael:ſecundo uero etiam gentes,poſt perfidiam populi Iſrael. Hic deus iuſtus & bonus pater domini noſtri Ieſu Chriſti,legem & prophetas & euangelia ipſe dedit,qui & apoſtolorũ deus eſt,& ueteris ac noui teſtamenti. Tum deinde quia Ieſus Chriſtus ipſe qui uenit,ante omnẽ creaturã natus ex patre eſt. Qui cũ in omniũ conditione patri miniſtraſſet, per ipſum nãq; omnia facta ſunt:nouiſſimis temporibus ſe ipſum exinaniens homo factus eſt. Incarnatus eſt cũ deus eſſet:& homo fact⁹,mãſit qd deus erat. Corpus aſſumpſit noſtro corpori ſimile: eo ſolo differens,quod natum ex uirgine & ſpiritu ſancto eſt.Et quoniam hic Ieſus Chriſtus natus & paſſus eſt in ueritate,& non per imaginem:cõmuni hac morte uere mortuus:uere em̃ a mortuis reſurrexit:& poſt reſurrectionem conuerſatus eſt cum diſcipulis ſuis,& aſſumptus eſt. Tũ deinde honore ac dignitate patri ac filio ſociatũ tradiderunt ſpiritum ſanctum. In hoc non iam manifeſte diſcernitur utrũ natus ſit aut innatus. PAMPHILVS. Qui de nato uel innato requirit,ſine dubio creaturæ in eo nullã habet opinionẽ: alioquin & hoc adduxiſſet ad inquiſitionẽ. Et adiungit Origenes,uel filius etiã ipſe dei habẽdus ſit nec ne. ORIGENES. Sed inquirenda iam iſta pro uiribus ſunt de ſancta ſcriptura,& ſagaci perquiſitione inueſtiganda. Sane quod iſte ſpiritus ſanctus unumquemq; ſanctorũ uel prophetarũ,uel apoſtolorũ inſpirauit:& non alius ſpiritus in ueterib⁹, alius uero in his qui in aduẽtu Chriſti inſpirati ſunt fuerit,manifeſtiſſime in eccleſijs prædicatur. Poſt hæc iam quod anima ſubſtantiã uitãq; habens propriã, cũ ex hoc mũdo diſceſſerit,& pro ſuis meritis diſpenſabitur ſiue æternæ uitæ,ac beatitudinis hæredi
D tate potitura,ſi ei hoc ſua geſta præſtiterint: ſiue æterno igne ac ſupplicijs mãcipanda,ſi in hac eam ſcelerum culpa detorſerit. Sed & quia erit tempus reſurrectionis mortuorum, cum corpus hoc quod in corruptiõe ſeminatur,ſurget in incorruptiõe: & quod ſeminatur in ignominia,ſurget in gloria. Eſt & illud definitum in eccleſiaſtica prædicatiõe,omnem animam eſſe rationabilem,liberi arbitrij & uoluntatis:eſſe quoq; certamen aduerſus diabolum & angelos eius cõtrarias q; uirtutes,ex eo quod illi peccatis eam onerare contendant:nos uero ſi recte conſulteq; uiuamus, ab huiuſcemodi nos exuere conemur. Vnde & conſequens eſt intelligere nõ nos neceſſitati eſſe ſubiectos:ut omnimodo etiam ſi nolimus uel bona uel mala agere cogamur. Si em̃ noſtri arbitrij ſumus,impugnare fortaſſe nos poſſunt aliquæ uirtutes ad peccatum,& aliæ iuuare ad ſalutem:non tamen neceſſitate cogimur,uel recte agere uel male. Quod fieri arbitrantur, qui ſtellarum curſus & motus,cauſam dicunt humanorũ eſſe geſtorũ:non eorũ quæ extra arbitrij libertatem accidunt:ſed eorũ quæ in noſtra ſunt poſita poteſtate. De anima uero utrũ ex ſemine traducis ducat:ita ut ratio ipſius uel ſubſtãtia inſerta ipſis corporalib⁹ ſeminibus habeat: an uero aliud habeat initiũ:& hoc ipſum initiũ ſi genitũ eſt,aut non genitũ, uel certe ſi extrinſecus corpori inditur,necne:nõ ſatis manifeſta p̃dicatione diſtinguit. De diabolo & angelis eius cõtrarijſq; uirtutibus,eccleſiaſtica prædicatio docuit,qm̃ ſint quidẽ hæc:quæ autem ſint,uel quõ ſint,nõ ſatis clare expoſuit. Apud plurimos tamẽ iſta habet opinio,quod angelus fuerit iſte diabolus:& apoſtata effectus cũ plurimos angelorũ ſecũ declinare perſuaſerit:qui & nũc uſq; angeli ipſius nũcupentur. Eſt præterea & illud in eccleſiaſtica p̃dicatione:quod mũdus iſte factus ſit,& a certo tempore cœperit,& ſit pro ipſa ſui corruptione ſoluendus. Quid tamẽ ante hũc mũdum fuerit,aut quid poſt mundũ erit:iam nõ pro manifeſto multis innotuit. Non em̃ euidẽter de his in eccleſiaſtica p̃dicatiõe ſermo profertur. Tũ deinde quod p̃ ſpiritũ dei ſcripturæ cõſcriptæ ſint,& ſenſum habeãt nõ eũ ſolũ qui in manifeſto eſt:ſed & alium quẽdam latentẽ cũ plurimos. Formæ enim ſunt hæc quæ ſcripta ſunt ſacramentor̃ quorũdã & diuinarũ rer̃ imagines. De quo totius eccleſiæ unus eſt ſenſus:eſſe quidẽ omnẽ legẽ ſpũalem:nõ tamẽ ea quæ ſpirat lex

omĩbus

A omnibus esse nota: nisi his solis quibus gratia sancti spiritus in uerbo sapientiæ ac scientiæ con-
donatur. PAMPHILVS. Et post pauca ait. ORIGENES. Est etiã illud in ecclesiastica ꝑdica-
tione, esse angelos dei quosdam & uirtutes bonas qui ei ministrarent ad salutẽ hominũ cõsum
mandã: sed quãdo isti creati sint, aut quomodo sint, nõ satis in manifesto distinguitur. De sole
autẽ & luna & stellis utrũ animantia sint, an exanima, manifeste nõ traditur. Oportet igit᷑ uelut
elementis ac fundamẽtis huiusmodi uti secundũ mandatũ, quod dicit: Illuminate uobis lumẽ
scientiæ, eũ qui cupit seriem quandã & corpus ex horũ omniũ ratione cõficere: ut manifestis &
necessarijs assertionibus de singulis quibusq; quid sit in uero rimetur, & unum ut diximus cor-
pus efficiat: exemplis & affirmationibus, uel his quas in sanctis scripturis inuenerit, uel quas ex
cõsequẽtia ipsius indagine ac recti tenore reppererit. PAMPHILVS. Hæc quidẽ in principio
primi libri Peri archon disseruit: ut ostenderet quæ sint illa quæ manifeste in ecclesiastica ꝑdica-
tione tradita sunt: & quæ sint quæ nõ aperte definiũtur. De qbus singulis secundũ eã diuisionẽ
quã supra ostendit, sparsim disputat: In reliquo uero corpore librorũ, ea quidẽ quæ ex definito
prædicari ab ecclesia supra docuit, omnibus adhibitis probamentis ex scripturis sanctis ma-
nifestius & constãtius asserens. De his uero, de qbus ostendit nõ manifeste, neq; ex definito in
ecclesia prædicari, opinionibus magis, & his sensibus qui disputanti & tractanti de talibus occur
rere potuerunt, cꝫ certis aliquibus ac definitis assertionibus utitur: id est, discutiens & pertractãs
potius cꝫ affirmans. In omnibus tamẽ locis sermonis sui meminit eius, quẽ supra exposuimus:
cũ ait, illam solã recipiendã & credendã esse ueritatẽ, quæ in nullo apostolicis & ecclesiasticis do
gmatibus aduersatur. Et non solum in his libris, quorũ supra fecimus mentionẽ: sed & in oĩbus
quæ de scripturis exponit, hac sententia uti solet: & in his præcipue, in quibus plures unius capi
tuli interpretationes exponit: hoc asserẽs se quidẽ, ne quid quod dici possit omitteret, plura uel
diuersa prout sentire potuit protulisse: illud autẽ teneri debere, quod apostolicus & ecclesiasti-
cus lector ꝓbaret. Hoc idem facit etiã cũ hæreticorũ discutit sectas: quibus omnibus confutatis
atq; uictis, unã solam eam quã supra exposuit catholicæ ueritatis sententiã tenet. De qbus sin-
gulis qualiter responderit hæreticis, & quomodo uniuersa eorũ dogmata destruens, ipse semp
B apostolicã cõfirmauerit fidem: si uelimus omnes eius sentẽtias cõgregare, & longum satis est, &
erit tam nobis qui scribimus oneros᷒um cꝫ legẽtibus tedios᷒um. Sed sufficit pauca ꝓferri, in qui-
bus omniũ profecto facile dignoscentur iudicia. Neq; em̃ cõtra dñi sententiã sentiendũ est: ut
qui in paucis inuenitur fidelis: non etiã in multis & haberi debeat fidelis & credi. Primum ergo
ex eis libris ponemus exemplum, quod illi superiori cõueniat, ex eo libro quẽ in epistola Pauli
apostoli ad Titũ scripsit: de eo capitulo, in quo dicit Apostolus: Hæreticũ hominẽ post trinã
correptionẽ deuita: sciens quia peruersus est & peccat, qui est a semetipso dãnatus: de quo di-
xit: qualis sit qui hæreticus, & qualis sit qui catholicus est & ecclesiasticus. ORIGENES. No-
men hæresis quãtum ego deprehendere potui etiam in epistola Pauli apostoli ad Corinthios
designatur hoc modo. Oportet em̃ & hæreses esse ut probati manifesti fiant inter uos. Et iterꝫ
ad Galathas: Inter opera carnis, hæresis quoq; nomen ascribitur, sicut ait: Manifesta autẽ sunt
opa carnis quæ sunt fornicatio, immũdicia, impudicitia, idololatria, ueneficia, inimicitiæ, conten-
tiones, æmulationes, iræ, rixæ, discordiæ, hæreses, ebrietates, cõmessationes, & his similia: quæ &
ꝑdixi uobis: quoniã qui talia agunt, regnũ dei non possidebũt. Per quæ cognoscimus, qm̃ sicut
hi qui fornicationibus & immũdicitijs atq; impudicitijs & idolorũ cultibus maculati sunt, re-
gnũ dei nõ possidebũt: ita & hi qui in hæresim declinauerint. Neq; em̃ putandũ est tanti apo-
stoli tã absolutã sententiã posse ullo genere uacillare. Apostolus em̃ est omniũ ecclesiarũ Chri-
sti, nõ ab homine, neq; per hominẽ: sed per Iesum Christũ & deũ patrẽ electus: ꝓpterea ergo se
cundũ authoritatẽ sentẽtiæ ipsius, oportet nos sicut reliqua mala quæ numerauerat, ita nomen
hæresis deuitare, neq; cũ talibus oratiõis societate misceri. PAMPHILVS. Et post hæc pau-
cis quibusdã per mediũ insertis adiecit. ORIGENES. Quid uero sit hæreticus homo, pro uiri-
bus nostris secundũ quod sentire possim⁹ describamus. Oĩs qui se Christo credere ꝓfiteᷮ: & ta
men aliũ deũ legis & ꝓphetarũ, aliũ euangeliorũ deũ dicit: & patrẽ dñi nostri Iesu Christi, non
eũ dicit esse, qui a lege & ꝓphetis ꝑdicatᷮ, sed aliũ nescio quẽ ignotum oĩbus, atq; oĩbus auditũ:

C huiusmodi homines hæreticos designamus, quamlibet uarijs ac diuersis ac fabulosis cõcinnẽt ista figmẽtis: sicut sectatores Marcionis & Valentini & Basilidis, & hi q se Ethnianos appellãt: sed & Appelles, licet nõ oibus modis, dei esse legẽ deneget & prophetas, tñ & ipse hæreticus designat, quoniã deũ q hũc mundũ cõdidit, ad gloriam alterius ingeniti & boni dei eum cõstruxisse, pnunciat: illũ autẽ ingenitũ deũ in cõsũmatiõe sæculi misisse Iesum Christũ ad emẽdationem mundi, rogatũ ab eo deo qui eum fecerat, ut mitteret filium suũ ad mũdi sui correctionẽ. Etsi quidẽ hic solũmodo q de deo patre aliter sentit cp regula pietatis exposcit, hæreticus habẽdus est: & sufficeret utiq; quod superius dictũ est: sed nunc unũ idẽq; credendum est, etiã de eo qui de dño nostro Iesu Christo falsi aliquid senserit: siue secundũ eos, qui dicũt eũ ex Ioseph & Maria natũ: sicut sũt Hebionitæ, & Valentiniani: siue secũdũ eos q primogenitũ eũ negãt & totius creaturæ deum & uerbum & sapientiã, quæ est initium uiarũ dei, anteq; aliquid fieret ante sæcula fundatam, atq; ante oẽs colles generatam: sed hominẽ solum eum dicentes: uel secundũ eos qui deũ quidẽ fatẽtur: nõ tamẽ hominẽ assumpsisse, id est animã corpusq; terrenum: q sub specie quasi amplioris gloriæ Iesu dño deferendæ, oñia quæ ab eo gesta sunt phantastice magis cp uere gesta esse testantur: qui q; neq; de uirgine natum testantur: sed triginta annorum uirum apparuisse eum in Iudæa. Alij uero ex uirgine quidem eum credunt esse progenitum, sed putasse se magis uirginem peperisse: non tamen uere peperisse cõfirmant: latuisse quippe etiã uirginẽ putatiuæ generatiõis asserunt sacramentũ. Qui quomodo non longe ab ecclesia ponendi sunt, cũ philargyriæ morbo languẽtes, dogmata statuerunt quibus ad suũ nomen discipulos declinarent? Sed & eos qui hominẽ dicũt dñm Iesum præcognitũ & prædestinatũ, qui ante aduentũ carnalem substantialiter & proprie non extiterit: sed quod homo natus patris solã in se habuerit deitatem, ne ipsos quidẽ sine periculo ecclesiæ numero sociari: sicut & illos supstitiose magis cp religiose, uti ne uideant duos deos dicere, neq; rursus negare saluatoris deitatẽ, unam eandemq; substantiã patris ac filij asseuerant: id est, duo quidẽ nomina secundũ diuersitatẽ causarũ recipientẽ, unam tamẽ hypostasin subsistere, id est, unam personã duobus noibus subiacẽtẽ, qui latine Patripassiani appellantur. Sed & sunt qui spiritũ sanctũ, aliũ quidẽ dicant esse q

D fuit in prophetis, alium autem qui fuit in apostolis dñi nostri Iesu Christi: unum atq; idem delictum impietatis admittunt: quod illi qui quantũ in se est naturam deitatis secant & scindunt, dicentes unum legis, & alium euangeliorũ deum. Sed & illi qui nõ oẽs humanas animas unius eiusdẽq; dicũt esse substãtiæ, sed diuersas naturas animarũ, inter eos hæreticos numerãdi sunt: qui iniquitatẽ in excelso loquũtur, ac iniusticiã iniquitatẽq; eius accusant. Necnõ & illi qui liberi arbitrij potestatẽ ex animabus auferre nituntur, uelut pernitioso dogmate cõmuni humanæ uitæ & uirtuti cõtinentiæ, labẽ quandã inferre iudicãdi sunt: ne humani ꝓpositi reputet bonũ quid uel facere, uel dicere, uel sentire, ex quo ad contemptũ, aut negligentiã diuini iudicij mens humana formabit. Sit autẽ in ecclesiastico ordine, etiã de peccatorũ supplicijs fides, & de his q præmia bonæ cõuersationis & uitæ in regno dñi iusto eius iudicio recepturi sunt. Si quis ergo horum aliquid quæ supra exposuimus cõmutare uel subuertere conatur, uelut peruersus & a semetipso damnatus secundũ sententiã apostoli, etiã a nobis ꝑcepto obsequẽtibus eius, similiter habendus est. Designat aũt ecclesiasticum uirũ, cum oibus quæ supra exposuimus, etiã de mortuorũ resurrectione fides: de qua sanctus apostolus Paulus ita pnunciat: Quia si quis negat resurrectionẽ mortuorũ, cõsequens est ut Christi resurrectionẽ neget. Habẽtur nihilominus in ecclesiastico ordine etiã de diabolo rationes & de omni exercitu eius, quod agones quosdã & certamina aduersus oẽs homines, præcipue tamẽ aduersus eos, qui credũt in Christũ dñm Iesum mouent: & quod necessitatẽ quidẽ imponere peccandi per agones & certamina nõ ualent: persuadere tamen & decipere ad subuersionẽ possunt, eos qui nõ omni custodia, sua corda præmuniunt. Habendum est aũt in ecclesiasticis obseruationibus, quod neq; hominum quis a deo in perditionẽ traditus est: sed unusquisq; pereuntiũ sua negligentia pereat & culpa: qui habens arbitrij libertatẽ eligere quod bonum est, & potuit & debuit. Quod etiã de ipso diabolo sentiendum est: qui in cõspectu dñi omnipotentis describitur restitisse & deseruisse statum suũ, in quo fuerat immaculatus. Qui utiq; potuisset in hoc statu, in quo ab initio fuit usq; in finem perseue-

rare

A rare si uoluisset. Designatus ut arbitror nobis est prout potuimus & descriptus quis & qualis esset hæreticus: & quæ uel in quibus eorũ dogmata falsæq; opiniones habeant, & quæ sit ecclesiasticæ obseruãtiæ puritas. PAMPHILVS. Et post pauca addidit hæc. ORIGENES. Requisierũt sane quidã, utrũ hæresim aut schismata oporteat uocari eos q Cataphrygæ noiantur, obseruantes falsos ꝓphetas, & dicẽtes: Ne accedas ad me, quoniã mũdus sum. Nõ em̃ accipio uxorem: nõ est sepulchrũ patens guttur meũ: sed sum naçareus dei, nõ bibens uinũ sicut illi. PAMPHILVS. Istæ uoces sunt eius, qui uelut hæreticus accusatur, & corruptio & perditio animarũ, ab his qui nequaq̃ ostiũ ori suo & claustra labrĳs suis imponere a ꝓpheta didicerunt. Quæ quidẽ nõ in publico ab eo dicta sunt: id est, in cõmuni ecclesiæ auditorio: ne forte putetur ꝓpter audiẽtes fauorabilẽ aptasse sermonẽ: sed ex illis hæc libris ꝓtulimus, quos in secreto apud semetipsum, nullo arbitro intercedente dictabat. In quo attentius uos illud uolo consyderare quod dixit: quia si quis horũ aliquid cõmutauerit, hæreticus est & peccat in subuersione positus: & a semetipso dãnatus, secundũ apostoli sententiã: cuius & nos authoritati obsequẽtes eadẽ sentire debemus. Cũ ergo hæc ita se habeãt: cõsequens arbitror interrogare istosipsos accusatores eius, si ipsi aliter ea q̃ ipsius designatũ uocibus est, uel de hæretico sentiunt uel de catholico: dicant ipsi quæ alia sunt ecclesiastica dogmata, si hæc nõ sunt quæ superius ab illo digesta sunt. Et quidem generaliter hæc de omnibus ecclesiasticis dogmatibus ab illo dicta sunt. Pergamus aũt, & quæ specialiter de singulis & maxime de principalibus rebus, de sancta ac beata trinitate, id est, de patre & filio & spiritu sancto senserit indicantes, & proferentes in mediũ ea quæ in diuersis sui operis uoluminibus inserta mãdauit: & ut ipsius sententia de maximis & diuinis rebus quæ fuerit ostendatur: & duobus uel tribus uocũ suarũ testibus fiat omne uerbum defensionis eius. Indicat ergo quid de deo patre & filio oĩpotente senserit, in his ipsis libris qui q̃ maxime ab accusatoribus celebrantur, id est, peri archon: scribens hæc. ORIGENES. Om̃i ergo sensu q corporale aliqd de deo intelligi suggerit, prout potuimus cõfutato: dicimus secundũ ueritatẽ quidẽ incomprehensibilẽ esse deũ atq; inæstimabilẽ. Si quid em̃ illud est quod sentire uel intellegere de deo potuerimus, multis longe modis eũ meliorẽ esse ab eo quod sensimus necesse est credi. Sicut em̃ si uideamus aliquẽ uix posse scintillam luminis, aut breuissimæ lucernæ lumẽ aspicere: & eũ cuius acies oculorũ, plus luminis capere q̃ supra diximus nõ ualet: si uelimus de claritate & splendore solis edocere: nõne oportebit nos ei dicere: quia omni hoc lumine quod uides ineffabiliter & inæstimabiliter melior ac præstãtior solis est splendor? Ita mens nostra cũ intra carnis & sanguinis claustra cõcluditur, & pro talis materiæ participatiõe hebetior atq; obtusior redditur, licet pro cõparatiõe naturæ corporeæ longe p̃cellens habeatur: tamẽ cũ ad incorporea nititur, atq; eorũ intuitionẽ rimatur, tũc scintillæ alicuius lucernæ uix obtinet locũ. Quid aũt in omnibus intellectualibus, id est, incorporeis tam præstans oibus, tam ineffabiliter atq; inæstimabiliter præcellens est q̃ deus? Cuius utiq; natura acie humanæ mentis intendi atq; intueri, q̃uis sit purissima mens ac limpidissima, nõ potest. Verũ nõ uidet absurdũ, sed ad euidẽtiorẽ rei manifestationẽ: etiã alia utamur similitudine. Interdũ oculi nostri ipsam naturã lucis, id est, substantiã solis intueri nõ possunt: splendorẽ uero eius, uel radios fenestris forte, uel qbuslibet luminũ breuibus receptaculis infusos, intuentes cõsyderare possumus, fomes ipse ac fons quantus sit corporei luminis. Ita ergo quasi radĳ quidã sũt naturæ dei, opera diuinæ ꝓuidẽtiæ & ars uniuersitatis huius, ad cõparationẽ substantiæ ac naturæ. Quia ergo mens nostra ipm̃ p se deũ sicut est, nõ potest intueri: ex pulchritudine operũ & decore creaturarũ, parentẽ uniuersitatis intelligit. Nõ ergo corpus aliquod, aut in corpore esse putandũ est deus: sed intellectualis natura, simplex, nihil omnino in se adiunctiõis admittens: uti ne maius aliquid & inferius in se habere credat: sed ut sit ex omni parte μομάσ, & ut ita dicam ἑμάσ & mens & fons: ex quo initium totius intellectualis naturæ uel mẽtis est. Mens uero ut moueat uel operet nõ indiget loco corporeo neq; sensibili magnitudine, uel corporali habitu aut colore: neq; ullo alio prorsus indiget horũ quæ corporis uel ꝓpriæ materiæ ꝓpria sunt: ꝓpter quod natura illa simplex & tota mẽs, ut moueatur uel operet, aliquid dilationis aut cunctationis habere potest nihil: ne per huiusmodi adiunctionẽ circũscribi uel inhiberi aliquatenus uideatur diuinæ naturæ simplicitas: uti ne quod est principiũ omniũ, cõpositũ inueniatur ac diuersum: & sit multa nõ unũ: quod oportet totius

C corporeæ admixtionis, una sola,ut ita dixerim,deitatis specie cōstare. PAMPHILVS. Hæc in libro primo peri archon scribit de diuina natura. In secundo uero,quia idem deus ueteris & noui testamēti sit,hoc modo refert.ORIGENES.His p ordinē,put potuimus breuiter digestis:cōsequēs est secundū id q d'ex initio ꝓpositū est,cōfutare etiā eos q putant aliū deū esse patrē dñi nostri Iesu Christi,præter illū q uel Moysi responsa legis dabat,uel ꝓphetas mittebat, q est deus patrū,Abrahā,Isaac,& Iacob.Oportet em̄ primo in hac nos fidei ratiōe firmari.Cōsyderandū ergo est illud q d'frequēter in euāgeliis dicit':& singulis qbusq; dñi & saluatoris nostri gestis adiūgit':ut impleat' quod dictū est p ꝓphetā illū & illū,cū manifestū sit,ꝓphetas esse illi⁹ dei q mundū fecit.Ex ipsa ergo cōsequentia concludit':qm̄ q ꝓphetas misit, quæ de Christo credenda erant ipse p̄dixit:& dubiū nō est quod hæc nō alienus quis ab eo,sed pater ipsius p̄dicebat.Sed & illud quod frequēter exēpla de ueteri testamēto a saluatore ꝓferūtur,uel ab apostolis eius:nō aliud indicat, nisi quod authoritas ueteribus a saluatore & ab eius discipulis adhibetur.Sed & illud quod ad benignitatē ꝓuocans discipulos suos,saluator ait:Estote ꝓfecti sicut & pater uester cœlestis ꝓfectus est:q solē suum oriri facit sup̄ bonos & malos,& pluit sup̄ iustos & iniustos: Cuius em̄ exiguæ intelligētiæ uiro euidentissimū nō suggerit intellectū,quod aliū ad imitādū nō ꝓponit discipulis suis deū:nisi factorē solis & imbriū præbitorē? PAMPHILVS. Post hæc in cōsequētibus multis argumentis atq; exemplis scripturarū affirmans ostendit: qm̄ unus atq; idem,deus legis est & euangeliorum & prophetarū & apostolorū,iustus & bonus,uisibiliū & inuisibiliū ac totius uniuersitatis dñs.Quomodo ergo senserit de deo patre: ex his ei⁹ scriptis quæ supra exposuimus claruit. Videamus nunc qualiter & de dei filio differat.

## DE DEITATE FILII DEI: ORIGENES

PRo uiribus ergo nostris perexiguis, cōsyderata ex operū suorū magis cū ex nostri sensus cōtemplatione diuina natura,intuitisq; nihilominus creaturis eius uisibilibus:& cōtemplatis quia non oia uel oculis uidere potest humana fragilitas uel ratione cōplecti,eo quod omniū rationabiliū infirmius & fragilius animal sum⁹ho-
D mines:Præstātiora em̄ sūt ea quæ uel in cœlo uel sup̄ cœlos habent':supest ut harū omniū creaturarū,& dei mediū,id est,mediatorem quæramus:quē Paulus apostolus primogenitū omnis creaturæ pronunciat. Videntes em̄ ea quæ de eius maiestate in scripturis sanctis referunt',& intuentes quod imago inuisibilis dei & primogenitus om̄is creaturæ dicat',& quod in ip̄o creata sint oia, siue quæ in cœlis,siue quæ in terra sunt uisibilia & inuisibilia,siue throni,siue dñatiōes, siue principat⁹ siue potestates,oia p ip̄m,& in ip̄o creata sūt:& ipse est añ oēs:& oia illi cōstāt q est caput omniū,solū habēs caput deū patrē,sicut scriptū est: Caput aūt Christi de⁹:peruidētes etiā quod scriptū est,qm̄ nemo nouit patrē nisi filius,neq; filium quis nouit nisi pater.Quis em̄ potest nosse quæ sit sapiētia,nisi q genuit eā? Aut quis ad liquidū quæ sit ueritas nouit, nisi ueritatis pater? Quis certe uniuersam uerbi sui naturam atq; ipsius dei,quæ ex deo est inuestigare potuit:nisi solus deus apud quē erat uerbum? Vnde ꝓ certo habere debemus,quod hoc uerbū siue ratio dicēda sit:hāc sapientiā,hāc ueritatē nullus alius nisi pater nouit:de quo sicut scriptum est:ne ip̄m quidem mundū capere arbitror libros qui scriberent' de maiestate & gloria filij dei. Impossibile nāq; est litteris cōmittere quæ ad saluatoris gloriā pertinēt.PAMPHILVS. Vnū istud testimoniū de deitate filij dei ex illis libris protulimus:q maxime ab accusatoribus arguūtur.Dubium autem non est quod eodem sensu etiā in cæteris sentiat:nec sit sibi ipsi cōtrarius.

## DE EO QVOD NON SIT PATER ANTEQVAM FILIVS,SED COAETERNVS SIT FILIVS PATRI.IN LIBRO PRIMO DE GENESI. ORIGENES:

NOn em̄ de⁹ cū prius nō esset pater,postea pater esse cœpit:uelut impeditus aliqb⁹ ex causis, qbus hoies mortales impediri solent:ut non statim ex quo sunt & patres esse possint. Si em̄ ꝓfectus est deus semp: nec deest ei uirtus qua pater sit, & bonū est esse eū patrē talis filij:quid differt,aut quare hoc bono fraudat se, ut nō statim si ita dici p̄ot,ex quo potest esse pater efficitur pater? Idip̄m autē etiā de spū sancto dicendum est. PAMPHI.Aliud quoq; testimoniū de eadē re ex libris epistolæ ad Hebræos. ORIGE. Lux autē æterna qd aliud sentiendū est cū deus pater:q nuncū fuit quādo lux quidē esset, splēdor uero ei nō adesset? Neq; em̄ lux sine splendore suo uncū intelligi p̄ot. Quod si uerum est, nuncū est quādo filius nō fuit.Erat autē nō sicut de æterna luce diximus:ne duo principia lucis

uideamur

A uideamur inducere: sed sicut ingenitæ lucis splendor, ipsam illã lucẽ initiũ habens ac fontẽ. Natus quidẽ ex ipsa: sed nõ erat quãdo nõ erat. PAMPHI. Aliud testimoniũ de eadẽ re de libris epistolæ ad Romanos. ORIGENES. Quod ꝓmiserat, inquit, p ꝓphetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est secundum carnẽ ex semine Dauid: Factus est quod ante nõ erat. Manifestũ est em̃ quia secũdũ carnẽ nõ erat pri⁹, secũdũ spm̃ uero erat añ, & nõ erat qñ nõ erat.

ITEM IN PRIMO LIBRO PERI ARCHON. QVOD EXTRA VLLVM INITIVM EST GENERATIO FILII DEI. ORIGENES.

SI ergo semel recte receptũ est unigenitũ filiũ dei, sapientiã eius esse substantialiter subsistentẽ: nescio si ultra iam euagari sensus noster debeat ad suspicandũ ne forte ipsa substantia eius corporeum aliquid habeat: cum omne quod corporeũ est, uel habitu, uel colore, uel magnitudine designet. Et quis uncꝫ sani sensus, habitũ uel colorẽ aut mẽsuræ magnitudinẽ in sapiẽtia reqsiuit ꝑ quod sapiẽtia est? Quõ aũt extra huius sapiẽtiæ generationẽ fuisse aliquãdo deũ patrẽ, uel ad punctũ momẽti alicuius, põt quis sentire uel credere: q tamẽ piũ aliquid de deo intelligere nouerit uel sentire? Aut em̃ nõ potuisse deum dicit generare sapientiã añcꝫ generaret, ut eã quæ non erat, postea genuerit ut esset: aut potuisse quidẽ: &, qd̃ nec dici de deo quidẽ fas est, noluisse generare. Qd̃ utrũqꝫ & absurdũ esse & impiũ oĩbus patet: id est, nõ ex eo qd̃ nõ potuit deus ꝑficere ut posset: & ex eo cũ posset, dissimularet generare sapientiã. Propter quod nos semꝑ nouimus deũ patrẽ unigeniti filij sui, ex ipso quidem nati, & quod est ab ipso trahẽtis: sine ullo tamẽ initio, nõ solũ eo quod aliqbus tẽporũ spatijs distingui potest: sed ne illo quidẽ quod sola apud semetipam mens intueri solet: & nudo, ut ita dixerim, intellectu atcꝫ animo cõspicari. Extra oẽ ergo quod uel dici uel intelligi potest initium: generatã esse credendũ est sapientiã. PAMPHI. Aliud testimoniũ de eisdem. ORIGE.

B Qui autẽ initiũ dat uerbo dei uel sapientiæ dei: intuere ne magis in ipm̃ ingenitũ patrẽ impietatẽ suã iactet: cũ eũ neget semꝑ patrẽ fuisse & genuisse uerbũ: & habuisse sapientiã anteriorib⁹ uel tẽporib⁹ uel sæculis, uel si qd̃ aliud est qd̃ noĩari põt. PAMPHI. Itẽ aliud testimoniũ de eisdẽ. ORIGE. Efficit̃ ergo uirt⁹ altera in sua ꝓprietate subsistẽs: ut ait sermo scripturæ, uapor qdã primæ & ingenitæ uirtutis dei: hoc quidẽ qd̃ est inde trahens: nõ est autẽ qñ nõ fuerit. Si em̃ qs uoluerit dicere, quasi prius nõ extiterit, sed postea ad substantiã uenerit: dicat causam quare q eã substituit pater, añ hoc nõ fecerit. Quod si aliq d̃ semel initiũ dederit, quo uapor iste ex dei uirtute ꝓcesserit: iterꝫ interrogabim⁹: Quare nõ & añ illud quod dixit initiũ? Et ita semꝑ de anteriorib⁹ inquirẽtes, & uerbo interrogatiõis ascendẽtes, ꝑueniemus ad illũ intellectũ: ut qm̃ semper & poterat deus & uolebat, nũcꝫ uel decuit, uel aliqua causa existere potuit: ut nõ bonũ hoc qd̃ uolebat semꝑ habuerit. Ex quo ostendit̃ semꝑ fuisse uaporẽ istũ uirtutis dei: nullũ habentẽ initiũ nisi ipm̃ deũ. Neqꝫ em̃ decebat aliud ei esse initiũ nisi ipm̃ unde est & nascit̃ deũ: secũdũ Apostolũ uero dicentẽ: quia Christus dei uirtus est: iã non solũ uapor uirtutis dei, sed uirtus ex uirtute dicẽda est. PAMPHI. Itẽ aliud testimoniũ de eisdẽ. ORIG. Sempiternũ uel æternũ ꝓprie dicit̃: qd̃ neqꝫ initiũ ut esset habuit, neqꝫ cessare uncꝫ põt eẽ qd̃ est. Hoc aũt designat̃ apud Iohannẽ cũ dicit, qm̃ deus lux est. Splendor autẽ lucis eius sapiẽtia sua est: nõ solũ secundũ qd̃ lux est, ita ut æternitatis splẽdor sit sapiẽtia sua. Qd̃ si integre intelligat̃: manifeste declarat, quia subsistentia filij ab ipso patre descendit, sed non temporaliter, neqꝫ ab ullo alio initio nisi ut diximus ab ipso deo. PAMPHILVS. Item aliud testimonium de libro primo. ORIGE. Infandum autem est & illicitum, deum patrem, generationem filij sui unigeniti atcꝫ substantiæ eius, exæquare alicui uel hominum uel alioꝝ animantium generationi: sed necesse est exceptum aliquid esse & deo dignum, cuius nulla prorsus cõparatio nõ in rebus solum, sed ne in cogitatione quidem uel sensu inueniri potest: ut humana cogitatio possit apprehẽdere quomodo ingenitus deus efficit̃ pater unigeniti filij. Est nãqꝫ ita æterna ac sempiterna generatio: sicut splẽdor generatur ex luce. Non em̃ per adoptionẽ spũs, filius fit extrinsecus: sed natura filius est. PAMPHI. Itẽ de eodẽ aliud testimoniũ. ORIGENES. Videamus ergo quid sit saluator noster. Splẽdor dicit̃ etiã gloriæ: id est, splendor luminis æterni. Et certũ est, quia splendor ex lumine inseparabiliter generatur: & donec permanet lux, permanet semper & splendor. Saluator ergo noster qui sapientia est: sapientia aũt dei ipsa est splendor æternæ lucis: inseparabiliter & indesinenter ge-

C neratur ex patre. Sic em̃ & ipſa de ſe ſapiẽtia per Solomonem dicit: Ante oẽs colles generat me. Non em̃ dixit ante oẽs colles genuit me, ſed generat me, in quo ſignificantia ſempiternitatis eſt.

## IN LIBRO SECVNDO DE SPIRITV SANCTO.

TEmpus eſt nunc nos pro uiribus noſtris de ſpiritu ſancto pauca diſſerere: quẽ dominus & ſaluator noſter in euangelio ſecundum Iohannẽ paracletum nominauit. Sicut em̃ idem ipſe deus, atq; idẽ ipſe Chriſtus: ita idẽ ipſe & ſpiritus ſanctus eſt, q & in ꝓphetis & apoſtolis fuit: id eſt, ſiue in illis q ante aduentũ Chriſti deo crediderunt: ſiue in his qui per Chriſtũ cõfugerunt ad eũ. Et duos quidẽ deos audiuimus auſos eſſe hæreticos dicere, & duos Chriſtos: duos aũt ſpũs ſanctos nunc̃q; audiuimus ab aliquo p̃dicari.

## QVOD EADEM SIT INCONVERTIBILITAS SPIRITVS SANCTI QVAE ET PATRIS ET FILII. DE LIBRO PRIMO PERI ARCHON.

NVlla ergo natura eſt ſecundũ quod nos ſentimus, quæ nõ poſſit recipere malũ: id circo non cõfirmamus omnẽ naturã recepiſſe malũ: id eſt, malã effectam: ſed ſicut eſt dicere, quia oĩs hominis natura recipit, ut poſſit nauigare: nõ tamen ex eo etiam omnis homo nauigauit: & iterũ omni homini poſſibile eſt diſcere artẽ grãmaticã uel medicinã: nõ tamẽ idcirco oſtenditur omnis homo uel medicus eſſe uel grãmaticus: ita ſi dicimus nullam eſſe naturã, quæ nõ poſſit recipere malũ, non tamẽ cõtinuo recepiſſe etiã malũ deſignatur: & rurſum nulla natura eſt, quæ nõ recipiat bonũ: nec tamen idcirco omnis natura probatur recepiſſe quod bonũ eſt. PAMPHILVS. Et poſt pauca addidit. ORIGENES. Nulla ergo natura eſt, quæ nõ recipiat malũ: excepta dei quæ fons omnium eſt. Et Chriſtus ſapiẽtia eſt: & ſapientia utiq; recipere ſtulticiã nõ poteſt. Et iuſticia eſt: iuſticia autẽ nunc̃q; profecto iniuſticiã capiet. Et uerbum eſt uel ratio: quæ utiq; irrationabilis effici nõ ualet. Sed & lux eſt: & lucẽ certum eſt qd̃ tenebre nõ cõprehendunt. Similiter autem & natura ſpũs ſancti quæ ſancta eſt,
D nõ recipit pollutionẽ. Naturaliter em̃ uel ſubſtantialiter ſancta eſt. Si qua autẽ alia natura ſancta eſt: ex aſſumptiõe hac uel inſpiratiõe ſpiritus ſancti habet ut ſanctificet̃: non ex ſua natura hoc poſſidens, ſed accidens: propter quod & decidere poteſt qd̃ accidit. Ita & iuſticiã accidentẽ quis habere poteſt: unde & decidere eã poſſibile eſt. Sed & ſapientiã qs accidentẽ nihilominus habet, c̃uis in noſtra poteſtate ſit poſitũ & ſtudio noſtro, & uitæ merito ſi ſapiẽtiæ operã dem⁹ effici ſapiẽtes: & ſi ſp̃ id ſtudiũ geramus, ſemper ſapientiæ participemus: & id nobis uel plus, uel minus accidat, uel pro uitæ merito, uel pro ſtudiũ quãtitate.

## QVOD AEQVALIS SIT TRINITAS ET QVOD SPIRITVS NON SIT CREATVRA / DE LIBRO PRIMO PERI ARCHON.

DE ſpũ ſancto, qa eſt, multæ nos ſcripturæ docuerũt: ſicut Dauid in quinquageſimo pſalmo dicit: Et ſpm̃ ſanctũ tuũ ne auferas a me. Et in Daniele dicit̃: Spũs ſanctus q eſt in te. In nouo uero teſtamẽto abundantib⁹ teſtimoniis edocemur, cũ ſpũs ſanctus ſup̃ Chriſtũ deſcẽdiſſe ꝓſcribit̃, & cũ ipſe dñs inſufflauit in apl̃os poſt reſurrectionẽ, dicẽs: Accipite ſpiritũ ſanctũ. Et ad Mariã dicit̃ ab angelo: Spũs ſanctus ſupueniet in te. Paulus uero docet, quia nemo poteſt dicere dñm Ieſum, niſi in ſpũ ſancto. Et in Actibus apl̃or̃ ꝑ impoſitionẽ manuũ apoſtolicar̃, ſpũs ſanct⁹ dabat̃ in baptiſmo. Ex q̃bus oĩbus diſcimus tantæ & authoritatiſ & dignitatis ſubſtãtiã ſpũs ſancti: ut ſalutare baptiſmũ nõ aliter niſi excellẽtiſſimæ omniũ trinitatis authoritate, id eſt, patris & filiĩ & ſpũs ſancti cognoiatione cõpleat̃, & innato deo patri & unigenito ei⁹ filio, nomẽ quoq; ſpũs ſancti copuletur. Quis ergo nõ obſtupeſcat quãta maieſtas ſit ſpũs ſancti: cũ eũ q dixerit uerbũ in filiũ hoĩs, audiat ueniã ſperare poſſe: eũ uero q in ſpm̃ ſctm̃ blaſphemauerit, ueniã nõ habere, neq; in p̃ſenti ſæculo, neq; in alio futuro? PAMPHILVS. Et poſt pauca adiecit. ORIGENES. Verũtn̄ uſq; ad p̃ſens nullũ ſermonem in ſcripturis ſanctis inuenire potuimus, per quẽ ſpiritus ſanctus factura eſſe uel creatura diceretur. PAMPHILVS. Et inſertis cõpluribus teſtimoniis de uirtute ſpiritus ſancti: poſt aliquanta etiam hæc adiecit. ORIGENES. Si reuelante filio cognoſcit patrem ſpiritus ſanctus: ergo ex ignorantia ad ſcientiam uenit: quod utiq; & impium pariter & ſtultũ eſt, ſpiritum ſanctum confiteri, & ignorantiam ei aſſcribere. Non em̃ cũ aliud aliquid eſſet antea c̃ſ ſpũs ſctũs per profectum uenit in hoc, ut eſſet ſpũs ſanctus: ut quis audeat dicere, quia tunc quidem cum

nondum

A nondum esset spiritus sanctus, ignorabat patrem: postea uero cꝫ recepit scientiam, etiam spiritus sanctus effectus est. Quod si esset, nuncꝫ utiqꝫ in unitate trinitatis, id est, dei patris incõuertibilis, & filij eius etiam ipse spiritus sanctus haberetur: nisi quia & ipse semper erat spiritus sanctus. PAMPHILVS. Et post pauca adiecit. ORIGENES. Rectum tamen uidetur inquire re quid causæ sit, quod qui regeneratur per deum in salutem, opus habet & patre & filio & spiritu sancto: non percepturus salutem, nisi sit integra trinitas: nec possibile est participẽ fieri patris & filij sine spiritu sancto. De quibus discutientes, sine dubio necessariũ erit: ut operationem specialẽ spũs sancti, specialẽ patris ac filij describamus. Arbitror ergo operationẽ quidẽ esse patris & filij tam in sanctis cꝫ in peccatoribus, irratiõabilibus hominibus & in multis animalibus: sed & in his quæ exanima sunt, & in oĩbus omnino quæ sunt: operationẽ uero spiritus sancti nequaqꝫ prorsus incidere, uel in ea quæ exanima sunt, uel in ea quæ animantia quidẽ, sed muta sunt: Sed ne in illis quidẽ inueniri qui rationabiles quidẽ sunt: sed in malicia positi, nec omnino ad meliora cõuersi. In illis autẽ solis arbitror opus spiritus sancti, q iam se ad meliora cõuertũt, & per uias Iesu Christi incedunt, id est, q sunt in nouis actibus, & in deo pmanent. Quoniã aũt operatio patris & filij, est & in sanctis & in peccatoribus, manifestatur ex eo, quod omnes rationabiles sunt uerbi dei, id est, ratiõis participes, & per hoc uelut semina quædã insita sibi gerũt sapientiæ & iusticiæ, quod est Christus. Sed & hoc ipsum quod est & permanet oĩs creatura, & operatio est dei patris qui dixit: Ego sum q sum, quæ peruenit sup oĩes. Ipse est eĩ qui solẽ suum oriri iubet super bonos & malos: & pluit sup iustos & iniustos. PAMPHILVS. Et post multã de patre & filio per scripturarũ exempla assertionẽ, addidit hãc. ORIGENES. Spiritus uero sancti participationẽ a sanctis tantũmodo haberi inuenimus, propter quod dicitur: Nemo potest dicere dñs Iesus nisi in spiritu sancto. Et uix aliquando ipsi apostoli digni habentur audire, accipietis uirtutẽ superuenientis spiritus sancti in uos. Propter quod cõsequens esse puto, quia qui peccauerit in filiũ hominis uenia dignus est, pro eo quod is qui uerbi uel ratiõis est particeps si desinat rationabiliter uiuere, uidetur in ignorantiam uel stulticiam decidisse, &
B propter hoc ueniam promereri: qui autem iam dignus habitus est sancti spiritus participatione & retro fuerit conuersus: hic re ipsa & opere blasphemasse dicitur in spiritum sanctum.

## QVOD SICVT PATER NOVIT INITIA OMNIVM QVAE SVNT ET FINES. SIC ET FILIVS SIC ET SPIRITVS SANCTVS SCIAT.

PAulus apostolus per spiritũ sanctum, qui perscrutatur etiam profunda dei, altitudinem diuitiarꝫ sapientiæ ac scientiæ dei scrutans: nec tamen ad finem, ut ita dixerim, ad intimã cognitionem prævalẽs peruenire: desperatione rei & stupore proclamat & dicit: O altitudo diuitiarꝫ sapientiæ & scientiæ dei. Et quod desperatione perfectæ comprehensionis hæc exclamauerit: audi ipsum dicentem: Quam incomprehensibilia sunt iudicia dei: & cꝫ ininuestigabiles uiæ eiꝰ? Nõ eĩ dixit difficile posse scrutari: sed oĩno nõ posse iudicia dei: nec dixit difficile inuestigari posse & uias eiꝰ, sed nõ posse inuestigari. Quãtũcũqꝫ eĩ qs scrutãdo pmoueat, & studio interiori pficiat, gratia quoqꝫ dei adiutus, sensuqꝫ illũinatus ad perfectũ finẽ eorũ quæ reqrenꝺ puenire nõ poterit: nec oĩs mens quæ creata est, possibile habet ullo genere cõprehẽdere: sed cũ inuenerit aliquantulũ ex his quæ quærũꝺ: iterũ uidet alia q̃ quærẽda sunt. Qꝺ si & ad ipsa puenerit: multo iterũ plura ex illis quæ quæri debeant puidebit. Propter qꝺ sapiẽtissimus Solomon naturã rerꝫ p sapientiã cõtuens ait: Dixi sapiens efficiar: & ipsa sapientia longe facta est a me, longe plus cꝫ erat: Et altitudinẽ pfundã quis inueniet. Sed & Esaias sciens rerum initia a natura mortali inueniri non posse: sed ne ab his quidem naturis quæ quãuis diuiniores sint, cꝫ humana est: factæ tamẽ & ipsæ sunt uel creatæ: Sciens ergo quod a nullo harum neqꝫ initium, neqꝫ finis inueniri potest, ait: Priora quæ fuerunt dicite, & sciemus quia dij estis: uel nouissima quæ sunt annunciate, & tunc uidebimus quod dij estis. Nam & Hebræus doctor tradebat pro eo quod initia omnium uel finis non possent ab ullo comprehendi, nisi tantummodo a domino Iesu Christo, & a spiritu sancto: idcirco aiebat per figuram uisionis Esaiam dixisse duos Seraphim solos esse: qui duabus quidem alis operiunt faciem dei, duabus uero pedes, & duabus uolare eos: & clamantes adinuicem sibi dicere: Sanctus,

C ctus,ſanctus,ſanctus,dominus deus Sabaoth:plena eſt terra uniuerſa gloria tua. Quod ergo ſola Seraphim utraſq; alas ſuas habent in faciem dei & in pedibus eius: uidēdum eſt pronunciare,quod neq; exercitus ſanctorum angelorū,neq; ſanctæ ſedes,neq; dñationes, neq; principatus,neq; poteſtates ſcire poſſunt integre initiū omniū & finē uniuerſitatis. Sed intelligendū eſt ſanctos iſtos quos numerauimus,ſpiritus & uirtutes,proximas quidem eſſe ipſis initijs:& attingere tantū,quantū cōſequi non ualent reliqui. Verūtamen quātumcūq; illud eſt,quod reuelante filio dei ac ſpū ſancto didicerint iſtæ uirtutes,quæ plurima quidē aſſequi poterūt,& multo plura priores inferioribus:oia tamē cōprehendere impoſſibile eis eſt,quia ſcriptū eſt: Quam plurima ex operibus dei in ſecretis ſunt. Vnde & optabile eſt,ut pro uiribus ſe unuſquiſq; extendat ſemper ad ea quæ priora ſunt,ea quæ retro ſunt obliuiſcens:tam ad opa meliora cūq; etiā ad ſenſum intellectūq; puriorē,per Ieſum Chriſtū ſaluatorē noſtrū:cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum:Amen.

## DE INCARNATIONE VERBI DEI. ORIGENES

IN omni orbe terrarū,in omni Græcia atq; exteris natiōibus,innumeri ſunt & immē ſi,qui relictis patrijs legibus,& his quos putabant deos,uel obſeruātia Moyſi legis: in diſcipulatū ſe Chriſti cultūq; tradiderunt:& hoc non ſine ingenti odio eorū qui ſimulacra uenerant:ita ut ab his frequenter & cruciatibus affligātur,nōnunq; etiam agantur in mortē. Amplectūtur tamen,& cum omni affectu cuſtodiūt doctrinæ Chriſti ſermonē. Et eſt uidere quomodo breui tēpore ipſa religio creuerit,pœnis multorū mortibuſq; proficiens: ſed & bonorū direptionibus,atq; omni ab his afflictionū genere tolerato. Et eo maxime mirū eſt,qd' ne doctores quidē ipſi,uel ſatis idonei ſunt,uel ſatis plures. Prædicat' tamē ſermo iſte in omni orbe terrarū:ita ut Græci ac barbari, ſapiētes & inſipientes,religionē Chriſti ſiue Chriſti doctrinā ſuſcipiant. Ex quo dubiū nō eſt non hæc humanis uiribus aut operibus agi:ut cum oīi poteſtate ac ſuaſiōe ſermo Ieſu Chriſti, apud omniū mētes atq; animos inualeſcat. Nam & prædicta eſſe ab eo hæc ipſa,& diuinis ab eo reſponſis cōfirmata,manifeſtū eſt cū dicit: Quia apud præſides & iudices adducemini ꝓpter nomē meū in teſtimoniū illis & gentibus. Et iterū: Multi mihi dicent in illa die,dñe dñe:nōne in noie tuo manducauimus & bibimus:& in noie tuo dæ
D monia eiecimus? Et dicam illis: Diſcedite a me operarij iniquitatis, nunq; cognoui uos. Quæ ſi ita qdē dicta ab eo fuiſſent:nec ad finē tñ ea quæ p̄dicta ſunt perueniſſent:fortaſſis minus eſſe uera uiderent':nec habere aliqd authoritatis. Nūc uero cū iam in effectū res quæ fuerāt ab ipſo prædictæ perueniāt:cū tanta autē poteſtate atq; authoritate p̄dicta ſint:manifeſtiſſime declaratur deum uere eſſe, qui homo factus,ſalutaria præcepta humilibus tradidit. Quid uero inde dicendum eſt, quod prophetæ de ipſo ante prædixerunt, non ceſſaturos principes ex Iuda, neq; duces de fœmoribus eius, uſq; quo ueniat ille, cui repoſitū eſt regnum ſcilicet,& uſq; quo ueniat expectatio gentium? Manifeſtiſſime enim ex ipſa hiſtoria apparet: & ex his quæ hodie peruidentur:quia ex temporibus Chriſti ultra reges apud Iudæos non extiterunt. Sed & omnes ambitiones illæ Iudaicæ, in quibus iactantiæ quam plurimū gerebant,& in quibus gloriabant':id eſt,uel de tēpli decore,uel de altaris inſignibus:atq; oibus illis ſacerdotalibus infulis,in dumētiſq; pontificū,ſimul uniuerſa deſtructa ſunt. Cōpleta eſt em̄ ꝓphetia quæ dixit: Per dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege & ſine principe:nec eſt ſacrificium,neq; altare,neq; ſacerdotiū. Ex quo utiq; ſubuerſum eſt templum,nec hoſtiæ offeruntur,nec altare inuenit', nec ſacerdotiū cōſtat:certiſſimū eſt defeciſſe principes ex Iuda, ſicut ſcriptū eſt: Et ducē ex fœmoribus eius uſq; quo ueniat ille cui repromiſſum eſt. Cōſtat ergo quia uenit ille cui repoſitū eſt. Quod manifeſte uidet' impletū de multitudine eorū: qui per Chriſtū deo ex diuerſis gētibus crediderūt. Sed & in Deuteronomij cantico per ꝓphetiam deſignat', pro peccatis prioris populi futura eſſe eiectio inſenſatæ gētis,non alia utiq; cūq; hæc quæ per Chriſtū facta eſt. Sic em̄ ait: Exacerbauerunt me in ſimulacris ſuis:& ego in çelo concitabo eos. Eſt ergo ſatis euidenter agnoſcere,quemadmodum Hebræi qui deum exacerbaſſe dicuntur in his qui non ſunt dij, & irritaſſe eum in ſimulacris ſuis: irritati ſunt & ipſi in çelotypiam, per gentem inſipientem quam deus elegit per aduentum Chriſti Ieſu & diſcipulos eius. Sic enim dicit Apoſtolus: Videte enim uocationem ueſtram fratres:quoniam non multi ſapientes ſecundum carnem,non multi poten-

tes,non

A tes,non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus, & ea quæ non ſunt: ut ea quæ erant prius,deſtrueret. Non ergo glorietur omnis caro in conſpectu dei. Sed & de his quæ in pſalmis prophetantur de Chriſto, quid dicendum eſt: de eo maxime qui ſupſcribitur canticū pro dilecto? Vbi refertur quia lingua eius calamus ſcribæ uelociter ſcribētis:decorus ſpecie ſup filios hominū:quoniā diffuſa eſt gratia in labijs eius. Hoc eſt quod breui tēpore tranſacto, eiꝰ doctrina diffuſa eſt. Anno em̄ & aliquot mēſibꝰ docuit:uniuerſus tamē orbis p̄dicatiōe ac fide pietatis eiꝰ impletus eſt. Orta eſt ergo in diebus eius iuſticia & multitudo pmanēs uſq; ad finē: qui finis ablatio lunæ appellata eſt:& dn̄atur a mari uſq; ad mare,& a flumine uſq; ad fines orbis terræ. Datū eſt autem & ſignū domui Dauid. Virgo em̄ in uentre concepit,& peperit Emanuel:quod interpretat̄ nobiſcū deus:& impletū eſt quod ait ipſe ꝓpheta: nobiſcū deus,ſcitote gentes & uincimini. Victi em̄ ſumus nos,& ſuperati ex gētibus,& uelut exuuiæ eius exiſtimus, qui eius gratiæ noſtra colla ſubiecimus. Sed & locus natiuitatis eius p̄dictus eſt in Michea propheta dicente: Et tu Bethlehē terra Iuda,nequaq; minima es in ducibꝰ Iuda:ex te em̄ exiet dux, q regat populū meū Iſrael. Sed & ſeptimanæ ānorꝫ impletæ ſūt uſq; ad Chriſtū ducem,quas prædixerat Daniel ꝓpheta. Adeſt nihilominus & is qui per Iob prædictus eſt,beluā ingentem cōſumptur: q & dedit poteſtatē familiaribꝰ ſuis diſcipulis calcare ſup ſerpētes & ſcorpiones,& ſupra oēm uirtutē inimici nihil ab eo nocēdis. PAMPHILVS. Hæc eſt de ſūmis rebus:id eſt, de ſancta trinitate Origenis fides:quā ex pauciſſimis teſtimonijs,de cōplurimis eius uoluminibus aſſumptā edocuimus. Et quid tam rectū,quid tam uerū,quid tā catholicū,quid certe ad inſtructionē omniū magis utile,uel apud iſtos certe ipſos qui inimica aduerſus eum mente deſeruiunt,quid tam irreprehenſibile? Et quidē in ſumma hæc poſuiſſe de fidei eius documēto ac probatione ſufficeret:niſi etiā ad reliqua quorum eū criminant̄ reſpōdere neceſſariū uideretur. Intueamur tamen,quæ ſint iſtæ ipſæ criminationes quæ a maliuolis intenduntur. Prima illa eſt,
B quod dicunt eum innatum dicere filium dei. Secunda,quod dicunt eum per prolationem, ſecundū Valentini fabulas, in ſubſtantiā ueniſſe filiū dei dicere. Tertia quæ his omnibus ualde cōtraria eſt:quod dicunt eū ſecundū Arthemā, uel Paulū Samoſanū purum hominē:id eſt,nō etiā deum dicere Chriſtū filium dei. Quarta poſt iſtas eſt, quæ omnibus iſtis aduerſatur, cæca em̄ eſt malicia,quod dicunt eū dicere δόκησι,id eſt,putatiue tantū & per allegoriā,nō etiā ſecundum ea quæ iuxta hiſtoriā referuntur geſta eſſe,quæ omnia a ſaluatore geſta ſunt. Quinta illa quoq; criminatio eſt,qua aſſerunt eū duos Chriſtos p̄dicare. Sexta,addūt illud quoq; quod hiſtorias corporales,quæ per omnē ſanctā ſcripturā referunt̄ de geſtis ſanctorū penitus deneget. Septima: ſed & de reſurrectione mortuorū,& de impiorū pœnis, nō leui impugnant eū calūnia,uelut negantē peccatoribus inferenda eſſe ſupplicia. Octaua:quidā uero diſputatiōes eius, uel opiniones quas de animæ ſtatu, uel diſpenſatiōe diſſeruit culpant. Nona & ultima uero in eum eſt criminatio illa,quæ cum omni infamatione diſpergitur μετενσωματόσεως: id eſt,quod humanas animas in muta animalia,uel ſerpentes,uel pecudes aſſerat trāſmutari poſt mortē:& qđ etiā ipſe mutorū animaliū animæ rationabiles ſint. Quā criminationē idcirco nouiſſimā poſuimus:ut plura de libris eius coaceruātes exempla:euidentius eius falſitas noſceret̄. Si ergo bene meminimus ordines crimꝫnationū,quas ſupra cōſcrꝫpſimus,incipiamus a prima.

## QVOD EX DEO PATRE NATVS EST FILIVS VNIVS CVM PATRE SVBSTANTIAE EX PRIMO LIBRO EPISTOLAE AD ROM. ORIGENES.

OVærat fortaſſis aliqs ſi filius charitas eſt:p̄cipue ꝓpter hoc quod Iohānes ad deū patrē retulit hanc uocē dicens,quia deus charitas eſt. Sed rurſum ex ipſa eius epiſtola proferemus & illud quod ait: Chariſſimi diligamus inuicem:quoniā charitas ex deo eſt. Qui ergo dixit,quia deus charitas eſt:ipſe iterū docet charitatē eſſe ex deo,quam charitatem credo non eſſe alium niſi unigenitū filiū eius:ſicut deum ex deo:ita charitatē ex charitate progenitā. Vnigenitus filius ſaluator noſter, qui ſolus ex patre natus eſt, ſolus natura,& non adoptione filius eſt. Vnus ergo uerus deus ſolus habet immortalitatem: lucem habitat inacceſſibilem. Vnus ait uerus deus: ne ſcilicet multis ueri dei nomen conuenire credamus. Ita ergo & hi qui accipiunt ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamant

abba

C abba pater,filij quidem dei sunt:sed non sicut unigenitus filius. Vnigenitus enim natura filius, & semper & inseparabiliter filius est:cæteri uero pro eo quod susceperũt in se filium dei, potestatem acceperunt filij dei fieri. Qui licet non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri,sed ex deo nati sunt:nõ tamen ea natiuitate sunt nati, qua natus est unigenitus filius. Propter quod quantam differentiam uerus deus habet ad eos quibus dicitur,ego dixi dij estis:tantam habet differentiam uerus filius ad eos qui audiunt,filij excelsi omnes.

## DE LIBRO EPISTOLAE AD HEBRAEOS.QVOD HOMOVSIOS EST CVM PATRE FILIVS ID EST VNIVS SVBSTANTIAE.

INterrogamus igitur eos quos piget confiteri deum esse filium dei:quomodo poterat sola humana natura,nihil in se habens eximium,neq; aliquid diuinæ substãtiæ,hæreditatem capere,omnem principatum, & omnẽ potestatem & uirtutem,& his omnibus præferri ac præponi a patre. Vnde rectum uidetur quod præstantior esse debeat is qui hæreditatem capit: & genere utiq; & specie & substantia & subsistentia uel natura,atq; omnibus quibuscũq; modis debet esse præstantior. PAMPHILVS. Et post pauca in eodem libro. Cum autem discutitur hoc quod dictum est, de filio dei quod sit splendor gloriæ:necessario uidetur simul differendum,& illud quod dictum est,nõ solum quia splendor est lucis æternæ,sed & quod huic simile in sapientia Salomonis refertur:in qua se ipsam sapientia describit,dicẽs: Vapor est em̃ uirtutis dei,& aporrhœa oipotentis dei gloria purissima. Et post aliquanta. Oportet autem scire nos:quia per ineffabilia quædam & secreta & recondita quodammodo,uim sibi faciẽs scriptura sancta,conatur hominibus indicare & intellectum suggere subtilem,uaporis nomen inducens. Quod ideo de rebus corporalibus assumpsit: ut uel ex parte aliqua possimus intelligere:quomodo Christus qui est sapientia,secundũ similitudinem eius uaporis, qui de substãtia aliqua corporali procedit:sic etiam ipse ut quidam uapor exoriẽ
D de uirtute ipsius dei:sic & sapientia ex eo procedens,ex ipsa dei substantia generatur: sic nihilominus & secundũ similitudinẽ corporalis aporrhœa esse dicit̃: aporrhœa gloriæ omnipotẽtis pura quædam & syncera. Quæ utræq; similitudines manifestissime ostendunt cõmunionẽ substantiæ esse filio cũ patre. Aporrhœa em̃ homousios uidetur,id est,unius substãtiæ cũ illo corpore ex quo est uel aporrhœa uel uapor. PAMPHILVS. Satis manifeste ut opinor & ualde euidenter ostensum est,quod filium dei de ipsa dei substãtia natum dixerit, id est,homousion, quod est eiusdem cum patre substantiæ:& non esse creaturam,neq; per adoptionem,sed natura filium uerum,& ex ipso patre generatum. Superest ut & secundæ criminationi illatæ sibi ab accusatoribus per nos quidem prolatis:sed suis uerbis ipse respondeat,duobus uel tribus testimonijs adhibitis,quibus æquum est secundum legem nostram omne uerbum stare.

## NON PER PROLATIONEM NATVM ESSE DEI FILIVM SECVNDVM VALENTINI IMPIETATEM. ORIGENES.

EGo arbitror quod sufficere debeat uoluntas patris ad subsistendũ hoc quod uult pater. Volens em̃,non alia uia utitur,nisi quæ consilio uoluntatis profertur. Ita ergo & ab eo filij subsistentia generatur:quod necesse est in primis suscipi ab his qui nihil ingenitum,id est,innatum præter solum deũ patrem fatentur. Obseruandũ nãq; est,ne quis incurrat in illas absurdas fabulas eorum, qui prolatiões quasdam sibi ipsis depingunt:ut diuinam naturam in partes uocent,& deum patrem quantum in se est diuidant: cũ hæc incorporea de natura uel leuiter suspicari, nõ solum extremæ impietatis sit,uerum etiã ultimæ insipientiæ:nec omnino uel ad intelligentiam consequens:ut incorporeæ naturæ substantialis diuisio possit intelligi. Magis autem sicut uoluntas procedit e mẽte, & neq; partem aliquã mentis secat,neq; ab ea separatur,aut diuiditur:tali quadam specie putandus est pater filium genuisse,imaginem scilicet suam:ut sicut ipse est inuisibilis per naturã, ita imaginem quoq; inuisibilem genuerit. Verbum enim est filius:& ideo nihil in eo sensibile intelligendum est. Sapiẽtia est:& in sapientia nihil corporeum suspicandum est. Lumen est uerum quod illuminat oẽm hominẽ uenientẽ in hunc mundũ:sed nihil habet cõmune ad solis huius lumen.

DE HISIPSIS EX LIBRO QVARTO PERI ARCHON.

A TEmpus est decursis his,quæ de patre & filio & spiritu sancto disseruimus: de illis quoq; quæ a nobis relicta fuerunt pauca repetere. Deus pater & cum inuisibilis sit & inseparabilis a filio:non per prolationem ab eo, ut quidã putant,generatus est. Si em̃ prolatio est filius patris:prolatio uero dicitur,quæ talẽ significat generationem qualis animalium uel hominum solet esse progenies: necessario corpus est, & is qui protulit, & is qui prolatus est. PAMPHILVS. Cum deinde in consequẽtibus uehementius aduersus hæresim Valentini talia scribentem inuectus,longe his contrariam suam sententiam secundum catholicæ fidei protulit ueritatem.

DE HISIPSIS EX SECVNDO LIBRO SVPER IOHANNEM.

VNigenitus ergo deus saluator noster,solus a patre generat9:natura & nõ adoptione filius est. Natus autem ex ipsa patris mente:sicut uoluntas ex mente. Non enim diuisibilis est diuina natura,id est,ingeniti patris:ut putem9 uel diuisiõe uel immiuitione substantiæ eius,filium esse progenitum. Sed mens siue cor, aut sensus deo dicẽdus,incõcussus permanens,germen proferens uoluntatis,factus est uerbi pater. Quod uerbum in sinu patris requiescens,annunciat deum quem nemo uidit unq̃: & reuelat patrem, quem nemo cognouit nisi ipse solus his,quos ad eũ pater cœlestis attraxerit. PAMPHILVS. Sufficiat per hæc respondisse secundæ criminationi:nunc consequenter respondebimus, etiam his,qui purum hominem,id est,sine deo,ab eo dici asserunt Christum.

QVOD NON PVRVS HOMO SED DIVINAE NATVRAE SIT CHRISTVS. DE PRIMO LIBRO PERI ARCHON. / ORIGENES.

EX eo quod dicit apostolus Paulus,non ab hominibus,neq; per hominem,sed per Iesum Christum:manifeste datur intelligi,quia non erat homo Christus Iesus,sed erat diuina natura. Nõ em̃ si homo esset dixisset Paulus hoc quod ait:Paulus apostolus,nõ ab hominibus,neq; per hominẽ. Si em̃ homo fuit Iesus, & per ipsum assumptus est in apostolatũ,Paulus utiq; per hominẽ factus erat apostolus. Si autẽ per hominẽ
B erat factus apostolus:nũq̃ dixisset,quia neq; per hominẽ. Sed manifeste separat ab hũana natura Iesum Paulus per hæc uerba. Non enim sufficit ei dixisse,neq; per hominem,sed adiecit dicens:sed per Iesum Christum. Quem utiq; quia sciebat excellentioris naturæ esse: propterea se dixit nõ assumptũ esse per hominem. Hæc in initio epistolæ dicens:in sequẽtibus libris ipsius similia adiecit:exponens illud capitulum in quo scriptum est:Notum autem uobis facio fratres euangelium quod prædico uobis:quoniam non est secundum hominem:neq; enim ego ab homine accepi illud:sed per reuelationem Iesu Christi. Aduerte ergo quid scribit:quia conuenienter quis & hæc adiungens prioribus,ostendere poterit his qui negãt deitatem Iesu Christi, sed hominem eum solum pronunciant:quod non est homo,sed deus filius dei Iesus Christus. Sic enim dicit Apostolus:Quia euangelium,quod euangeliçaui uobis,non est secundum hominẽ sed secundum Iesum Christum. Euidenter ergo ostendit,quia Christus Iesus non est homo. Si autem non est homo,sine dubio deus est:imo non aliud erit nisi homo & deus. Et iterum si uerum est quod dicit Paulus:quia non ab homine accepi illud euangelium: sed per reuelationem Iesu Christi:certum est quia Iesus Christus,qui reuelauit non est homo. Alienum est ab homine reuelare:quæ ei occulta sunt & uelata sunt. Quod etiam si aliquãdo per hominem fiat: non tamẽ ab homine fit:sed ab eo qui in homine loquitur Christus. PAMPHILVS. Tempus est his ita euidenter ostensis,nos etiam ad insequentis criminationis tendere defensionem,breuitatis studio paucorum testimoniorum probatione contentos: aduersus eos qui dicunt eum per allegorias adimere omnia quæ de saluatore scripta sunt corporaliter facta. ORIGENES. Adiungendum est etiam illud his quæ supra diximus,quoniam corpus Christi nõ erat alienũ a terrena substantia,secundũ hoc quod filius est Dauid,& filius est Abraham,sicut scribit Matthæus: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid,filij Abraham. Et sicut Paulus dicit:Christũ esse ex semine Abraham:& ex semine Dauid secundum carnem. Quod ergo dictum est, quia

C consūmatis quadraginta diebus ieiunij & quadraginta noctibus,postea esurijt: sine dubio hoc indicat,quod euacuari & repleri similiter ut nostra corpora solent,etiam illius poterat corpus. Si uero quis obijciat nobis huius miraculi rationem,de quadraginta dierū ieiunio:facile solui potest cum adhibetur etiam illud exemplum de Moyse & Helia,qui similiter pertulisse ieiunium referuntur. Sed & illud quod itineris labore & æstu fatigatus,sedens super puteum requiescit & sitit: quid aliud indicat nisi neruorum fatigationem: & solis ardore nimio,elementum corporei humoris absumptū? Quod uero in melioribus occupatus,hoc quod bibere uoluerat distulit nec bibit:non propterea dicendum est,quia nec passus est sitim. Sed & illud quod frequenter uocatur per cœnas & in conspectu omnium manducat & bibit:nō decipiens uel fallens oculos uidentium facit,neq; putatiue ut quidam arbitrantur hæc gerit:maxime cum ita sumeret cibum & potum,ut a quibusdam etiam quasi pro præsumptione nimia culparetur,uelut cibum & potum propensius appetēs. Si autem quis uiolentius uelit asserere,ideo hæc ita esse,quia per phantasiam manducabat:& illi quomodo id fieret,nesciebant: Respondēdum est ad ea ex his quæ dominus ipse dixit: Venit Iohannes baptista neq; manducans,neq; bibens,& dicunt,dæmonium habet:uenit filius hominis manducans & bibens,& dicunt:Ecce homo deuorator, & uinum bibens. Ipso enim saluatore dicente,quia uenit filius hominis māducans & bibens:quomodo ausus est aliquis dicere,neq; manducasse eum,neq; bibisse? Quæ utiq; manifesta incredulitas est doctrinæ eius. Si autē māducabat & bibebat,& substātia uini atq; escæ in carne eius efficiebatur:sine dubio per omnes corporis eius compages membrorum diffundebatur. Spiritualem enim naturam,sicut quidam de eius corpore sentiunt,quod imperite satis & absurde faciunt:impossibile est uini atq; escæ substantiam recipere. Si uero quis indignans, obscœnas ad hæc inquisitiones proferat,requirens si etiam digestiones in corpore fiebant:nihil absurdum uidetur fateri secundum consequentiam naturæ corporeæ. Si uero etiam exēplis a nobis hæc exigant affirmari:ostendendum est illos satis hæc insipienter inquirere. Vbi enim ista de apostolis uel cæteris sanctis referuntur facta,uel etiam de impijs & peccatoribus? Sed & circūcisionis
D eius ratio,nobis quidem non generabit angustiam:dicentibus eum consequenter humano corpore & circūcisum esse,& præputium eius terræ mandatum,fortassis usq; ad tempus:aut si aliter est;in alia disputatione requiretur. Hæc tamen eius circūcisio satis coangustabit eos,qui ex diuerso sunt. Spirituale enim corpus quomodo poterat circūcidi terreno ferro? Propter quod non erubuerunt quidam ex ipsis de præputio circumcisionis eius, etiam libros ædere: quibus ostendere conarentur quod in substantiam cesserit spiritualem. Non minus autem angustabūtur etiam illi qui animale corpus dicūt esse corpus Christi. Sed & de sanguine eius & aqua quæ processit de latere eius hasta compuncto a milite,eadem sentienda sunt. Sed his qui sciūt quid audiat per hoc quod dicitur:quia fixuræ clauorum erant in eius corpore: manifeste declaratur quia caro erat terrena,id est,humanæ naturæ:quæ utiq; non erat talis ut recipiendorum uulnerum subterfugeret qualitatem:quasi non etiam multa humanæ infirmitatis in ipsa morte sensisset. Anima perturbatur,& tristis est pro ea usq; ad mortem. Quæ omnia euidenter ostendūt, quod non falso,sed quasi homo dixerit: Spiritus quidem promptus est,caro aūt infirma. Eadē nihilominus ostēdit etiam somni ratio cum dicitur: Qui erat in puppi super ceruical dormiens, sicut Marcus refert:& ab homine suscitatur e somno. Hæc enim licet habeant spiritualem intellectum:tamen manente prius historiæ ueritate,etiam spiritualis recipiēdus est sensus. Licet em̄ cæcos semper curet secundum spiritualem intelligentiam,cum ignorantia excæcatas illuminat mentes:tamen & corporaliter,tunc cæcum sanauit, & mortuos semper suscitat: fecit tamen & tunc huiusmodi mirabilia:sicut filiam principis synagogæ,& filium uiduæ,& Laçarum suscitando. Et q̄uis semper cum excitatur a discipulis,compescat ecclesiæ turbines uel procellas: tamen certum est etiam nunc gesta esse ea quæ per historiam referuntur. Sic ergo sanum est sensum recipere scripturæ:nec oportet aurem inclinare his qui dicunt per Mariam nō ex Maria eum natum,quod Apostolus præsciens ita prædixit: Cum autem uenit plenitudo temporum,misit deus filium suum factum ex muliere,factum sub lege,ut eos qui sub lege erant redimeret. Vides quia non dixit factum per mulierem,sed factum ex muliere. PAMPHILVS. Quid tam

euidenter

A euidenter aut integre quã ex his omnibus quæ ſcripſit confirmatur ab eo:& dominicorũ geſtorum ueritas,& hiſtoriæ ſcripturarum fides? Sed perſequamur conſequenter etiã reliqua,in quibus accuſatur quaſi duos Chriſtos dixerit,unum dei uerbum,& alium Ieſum Chriſtum, qui ex Maria natus eſt.

## QVOD VNVS SIT CHRISTVS FILIVS DEI.

### EX PRIMO LIBRO SVPER ESAIAM. ORIGENES.

Sicut dicit Apoſtolus, quoniam æmulatores eſtis ſpirituum: ſic cum unus ſit ſpiritus ſanctus,tanti per ſingulos dicuntur ſpiritus ſancti,quanti ſunt hi qui habent in ſe ſpiritum ſanctum:ita & de Chriſto dicendum eſt.Ab uno eñ Chriſto multi Chriſti fiunt:de quibus ſcriptura dicit:Nolite tangere Chriſtos meos & in prophetis meis nolite malignari.Sic & ab uno deo,multi dij dicuntur:oñes ſcilicet hȳ in quibus habitat deus:ſed nobis unus eſt pater deus ex quo omnia. Vnus eſt ergo uerus deus, qui ut ita dixerim præſtator eſt deitatis: & unus Chriſtus factor Chriſtorum: & unus ſpiritus ſanctus, qui per ſingulas animas ſanctorum facit ſpiritum ſanctum. Chriſtus uero ſicut per hoc quod Chriſtus eſt facit Chriſtos :ita & per hoc qđ filius dei & filius proprius & unigenitus:oñes eos qui percipiunt ab eo ſpiritum adoptionis,filios dei facit.PAMPHILVS.Vnum hoc teſtimonium eſt,quod Chriſtus uerus unus ſit:qui participatione ſui multos faciat Chriſtos.Adhibeamus tamen & aliud ex primo libro de euangelio ſecundum Matthæum:in quo hoc modo dicit.ORIGENES. Si Chriſtus Ieſus cum in forma dei eſſet,non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo:ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, & in ſimilitudinem hominũ factus,& habitu repertus ut homo eſt: humilians ſe ipſum,factus obediens uſq; ad mortem, mortem autem crucis:dubium non eſt,quod natiuitas eius non eſt talis , ut quaſi qui ante non fuerit eſſe cœperit,ſicut de natiuitate hominum putatur:ſed qui prius erat,& erat in forma dei,
B uenit ut etiam formam ſerui ſuſciperet.Deniq; quod natum eſt ex carne,caro eſt, inquit,id eſt, quod natum eſt ex ea quæ dixit:ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum uerbum tuum:hæc eſt forma ſerui quæ utiq; caro eſt.PAMPHILVS.Et in tertio libro epiſtolæ ad Coloſſenſes de eiſdem ita ſcribit.ORIGENES.Data eſt autẽ lex Moyſi,per angelos in manu mediatoris Chriſti & uirtute:qui cum eſſet in principio uerbũ dei,& apud deum eſſet uerbum:patri in omnibus miniſtrauit.Omnia enim per ipſum facta ſunt,id eſt,non ſolũ creaturæ,ſed & lex & prophetæ, & ipſemet eſt mediator dei & hominũ.Quod uerbum quidem in fine ſæculorũ homo factus eſt Ieſus Chriſtus:ſed ante hunc manifeſtum in carne aduẽtum mediator quidẽ erat hominũ: ſed nondum erat homo:erat tamen & tunc mediator dei & hominum. Vnde & data lex per angelos in ipſius mediatoris manibus data eſſe perhibetur:ut eſſet lex ſancta & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum:& omnia hæc ſanctificarentur a Chriſto.PAMPHILVS. Sufficere opinor etiam de his tribus teſtimonijs confutatam eſſe calumniam. Si quis ſane offenditur, quod dixit ſaluatorem etiam animam ſuſcepiſſe,nihil de hoc amplius reſpondẽdum puto: niſi quod huius ſententiæ non Origenes author eſt,ſed ipſa ſancta ſcriptura teſtat,ipſo domino & ſaluatore dicẽte: Nemo tollit animã meã a me.& , Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ. &,Nũc anima mea turbata eſt:& multa his ſimilia in ſanctis ſcripturis inuenies . Supereſt reſpondere ad illã accuſationẽ quæ calumniatur eũ omnẽ ſcripturã in allegoriã uertere, ex ipſis libris quos uel maxime obtrectatores eius incuſant:id eſt,de quarto Peri archon libro,pferamus:quia non negat ea quæ in ſcripturis referũtur etiã ſecundũ litterã geſta.ORIGENES. Ne quis aũt ſuſpicetur nos hoc dicere: quia nullã hiſtoriã ſcripturæ factã eſſe ſentiamus:qm̃ aliquã ex eis nõ eſſe facta ſuſpicamur uel nulla p̃cepta legis ſecũdũ litterã ſtare:qm̃ quædã ſecundũ litterã dicim9 obſeruari nõ poſſe:in qbus uel ratio,uel rei impoſſibilitas nõ admittit, uel ea quæ de ſaluatore ſcripta ſunt nõ putare etiã ſenſibiliter impleta,uel p̃cepta eius ſecundũ litterã nõ debere ſeruari.Reſpondendum ergo eſt,quoniã euidenter a nobis diſcernitur in quã plurimis ſeruari oportere hiſtoriæ ueritatem. Quis enim negare poſſit,quod Abraham in duplici ſpelunca ſepultus eſt in Hebron:ſed & Iſaac & Iacob,& ſingulæ eorũ uxores? Vel quis dubitet qđ Sichima in portionẽ

C data est ioseph:uel quod Hierusalem metropolis est Iudææ: in qua constructum est templum deo a Solomone? & alia innumerabilia. Multo enim plura sunt quæ secũdum historiam uera sunt:q̃ ea quæ nudum sensum continent spiritualem. Tum deinde quis non affirmet mandatum hoc quod præcepit: Honora patrẽ tuum & matrem tuã,ut bene sit tibi, sine ulla spirituali interpretatione sufficere,& esse obseruantibus necessarium:maxime cum & Paulus eisdem uerbis repetens confirmauerit ipsum mandatum? Quid uero oportet dicere de eo quod dictũ est, Nõ adulterabis, non occides,non furtum facies, non falsum testimonium dices:& cætera huiusmodi? Iam uero de his quæ in euangelio mandata sunt,ne dubitari quidem potest quin secundum litterã obseruẽtur,sicut cum dicit:Ego autem dico uobis nõ iurare omnino. & cũ ait: Qui autem inspexerit mulierem ad cõcupiscendũ eam,iam mœchatus est eam in corde suo. Et apud Paulum apostolum quæ præcipiũtur: Cõmonete,inquit,eos,consolamini pusillamines, sustinete infirmos,patientes estote ad omnes,& alia q̃ plurima. Sed & de singulis sanctorũ qui in scriptura sancta cõscripti sunt,quosq; iustos & electos dei esse scriptura testatur: debet esse quædã fides ab his qui saluari cupiunt. Non em̃ potest esse perfecta in deum fides, nisi quis habeat & hãc fidem qua de sanctis quod sancti sunt creditur. Quod aũt dicimus tale est: Qui crediderit in deum & dogmata eius uera esse susceperit:credit & hoc quod Adam quidem primus homo formatus est:credit & de Eua:quod unã e costis Adam sumens deus,ædificauerit eam, ut esset eius mulier:credit & quod Enoch qui in annis trecentis placuerit deo,posteaq̃ Matusalem genuit translatus est:& de Noe,quia responsa accepit,ut fabricaret arcam: & solus saluatus est ex diluuio,cũ his tantũmodo qui secũ fuerant arcam ingressi:similiter & Abraham quod meruerit testimoniũ dei,& quod hospitio susceperit cũ esset sub ilice Mambre tres uiros, ex q̃bus unus erat dñs: Credit & de Isaac uel quõ natus est,uel quõ oblatus est a patre,uel quõ responsa dei audire meruerit. Sed & de Iacob quod mutato noĩe, Israel a deo cognominat9 est:& de Moyse qđ p signa & uirtutes ministrauerit deo. Credit & quod Iesus Naue exaudit9 a deo,stare fecerit solem super Gabaon & lunam super uallem Aialon. Quid autem dicendum est de fidelibus iudicibus,& de his quæ per eos gesta referuntur:& in regnorum libris de Samuel,quod messium tẽpore pluuias a deo poposcerit,& acceperit:& de Dauid quem assumpsit dñs ab ouibus ut regeret Iacob puerum suum,& Israel hæreditatem suam:& de Nathan quod prophetauerit,nec nõ & Gad? Sed & de Solomone quod apparuit ei in uisu dñs, & de Helia quod assumpt9 est per ascensionẽ in cœlũ,effectis illis oĩbus quæ scripta sunt signis & prodigĩjs:sed & de Eliseo, quoniam non solum resuscitauit filium Sunamitis,sed & mortuum super ossa sua proiectũ? Oportet ergo unũquemq; fidelium credere & omnibus quæ scripta sunt de Eçechia,quod in diebus eius retrorsum repedauerit umbra solis. Est ergo fides nostra primo quidẽ omniũ in dñm nostrũ Iesum Christum: consequenter uero in omnes etiam sanctos patriarchas uel prophetas, uel apostolos Christi,eo ordine quo superius diximus. PAMPHILVS. Sufficienter ista ad probationem catholicæ fidei eius,& qualiter etiam de ipsa scripturarum historia senserit dicta sint. Et quoniam inter cæteras criminationes quas ei inferunt,etiam quam maximam ponunt,quod resurrectionem mortuorum deneget,quæ utiq; futura manifeste in ecclesia prædicatur: consequens etiam est de hoc ipsius nos uerbis calumniosos ostendere,& mendaces euidenter arguere,eos qui etiam scripta de hoc ædere aduersus eum non pepercerunt. Tam ex ipsis igitur libris quos de resurrectiõe scripsit,q̃ ex cæteris eius diuersis uoluminibus,approbabimus etiã in hac parte q̃ catholice senserit. ORIGE. Quõ em̃ nõ uidetur absurdũ,ut hoc corpus quod p Christo pertulit cicatrices,& pariter cum anima persecutionum tolerauit tormenta sæua, carcerum quoq; & uinculorum ac uerberum supplicia pertulit,igne etiam cruciatum,ferro cæsum est,insuper & bestiarum cruentos morsus,crucis patibula,ac diuersa pœnarũ genera perpessum est,tantorum certaminum præmĩjs defraudetur? Quippe si sola anima quæ non sola certauerat coronetur,& corporis sui uasculum quod ei cũ magno labore seruiuit,nulla agonis & uictoriæ præmia consequatur: quomodo nõ contra omnem rationẽ esse uideatur ut naturalibus uitĩjs atq; ingenitæ libidini propter Christũ caro resistens & uirginitatem obtinẽs cũ ingenti labore:q cõtinentiæ labor utiq;,aut maior corporis q̃ animæ est;aut certe utriusq; æqualis est,præmiorũ tẽ

pore altera

pore:altera uelut indigna reiciatur,altera ueniat ad coronam? PAMPHILVS. His assertioni
A bus incipiens uti de resurrectione mortuorum,per totam uoluminis sui seriem euidentissimis approbationibus usus est. In secundo uero libro eiusdem materiæ cum prædixisset, quasi ad gentiles loqueretur,huiuscemodi suam sententiam declarauit. ORIGENES. Nos uero post corruptionem mundi,eosdem ipsos futuros esse homines dicimus:licet non eodem statu, neq; in eisdem passionibus. Non enim iterum ex conuentione uiri & mulieris erunt, sed uerbi gratia,ea ratio quæ continet Pauli substantiã,Pauli autem nunc dico corporalis quæ salua per manet,& cum uoluerit deus secundum ea quæ dicta sunt per sacramentum tubarum in nouissima tuba facere ut mortui resurgant: per illam ipsam substantialem rationem quæ salua permanet ut de terræ puluere resuscitent a mortuis:ex omnibus locis in quibus ratio illa substantiæ corporalis in ipsis corporibus permanebat,quæ in terram prolapsa,dei uoluntate iterum resuscitantur. Et hoc arbitror asserere uolentem dixisse Apostolum in prima epistola ad Corinthios. Post assertionem enim resurrectionis mortuorum cum proposuisset sibi ea quæ possent ab aliis obiici,de resurrectione mortuorum,sic ait: Sed dicit aliquis: Quomodo resurgunt mortui? Quo autem corpore uenient? Stulte tu quod seminas non uiuificatur,nisi prius moriatur. Et quod seminas,non corpus quod futurum est seminas,sed nudum granum:ut puta tritici,aut alicuius cæterorum:deus autem dat illi corpus prout uult. Cum enim manifestissime ostendisset, quia mortui resurgũt, & certũ esset quod saluator noster cũ ipso corpore resurrexisset,quod susceperat ex Maria:non autem satis clarum esset quomodo resurrecturi essent cæteri, uel quale corpus habituri: comparat resurrectionem seminibus quæ seminantur in terra: ut puta grano frumenti, quod cum ceciderit in terram corrumpitur: sed rationis illius uirtus est insita in interioribus eius medullis:ipsa rationis uirtus assumpta, adiacentem sibi terram uel aquæ humorem,seu aeris circumstantem temperiem, caloris quoq; sufficientem recipiens fomitem, per diuinam potentiam cooperantẽ culmi uel spicæ consurgunt. Et hoc est quod dicit, tu quod seminas non uiuificatur nisi prius moriatur:& quod seminas non corpus quod futurum est seminas. Ergo hoc quod cadit in semen corpus nostrum, comparatum est grano frumenti. PAM
B PHILVS. Et assertis his per huiuscemodi consequentiã,post pauca addidit etiã hæc. ORIGENES. Quod autem omnis illa repromissio resurrectionis mortuorũ de hoc corpore sit quod mortuũ relinquitur: sanctæ scripturæ multis modis hoc ostendũt. Sed & hæc ipsa domini nostri Iesu Christi resurrectio declarat: qui primogenitus ex mortuis dicitur. PAMPHILVS. Post hæc quibusdam per medium latius disputatis,adiecit etiã ista. ORIGENES. Sicut em̃ plus habet omnis rationalis anima,his quæ uel crescendi uel nutriendi uel motus solius officium exhibere dicuntur: sic ea ratio quæ in humano corpore est, multo amplius habet, q̃ quæ in reliquis est corporibus:ex eo quod etiam cum corruptum fuerit corpus humanum,subsistere rursum potest,dei uirtute conseruatum & custoditum usq; ad resurrectiõis suæ tempus. Quod autem ubicunq; fuerit restituatur,id est,ab omni loco in quocunq; fuerit:ita ait Iohannes in reuelatione sua: Et reddidit mare mortuos quos habebat in se: & mors & inferus reddiderunt mortuos suos qui erant in eis. Forte enim ut ego puto,mare hic pro humido omni appellatum est elemento: inferi autem pro aere, mors uero pro terra. Quasi quandam namq; cognationem his inter se habentibus:corpus nostrum puluerem mortis uocat scriptura,uel terrã,uel corpus mortis. Sane qualis fuerit uniuscuiusq; præparatio in hac uita,talis erit & resurrectio eius. Qui beatus hic uixerit,corpus eius in resurrectiõe diuiniore splendore fulgebit, & apta ei mansio beatorum tribuetur locorũ. Huic uero qui in malicia consumpsit tempus sibi uitæ præsentis indultum:tale dabitur corpus,quod sufficere & perdurare possit in pœnis. Et arbitror quod hanc differentiam uolens ostendere Paulus apostolus dicit: Alia caro animalium,alia uolucrũ, alia piscium,& cætera quæ enumerauit apostolus. Sed sicut non est putandum,quod animaliũ corpus accepturus sit peccator,aut uolucrũ,aut piscium:sic neq; solis,neq; lunæ,aut stellarũ formã sperandũ est accipere eos qui resurgunt in gloria:sed exempli causa dicta esse hæc ab apostolo

C ſentiendū eſt:ut deſignetur per hæc quod alij pro meritis ſuis honorabiliores & clariores erũt, beatiora quoq; habitacula ſortituri: aliorum uero indigniſſimus & abiectiſſimus pro geſtorum ſcelere erit ſtatus: qui etiam mutis animalibus dignus ſit comparari. PAMPHILVS. Pauca hæc ad teſtimonium traximus ex multis & innumeris quæ per huiuſcemodi ſenſum in ipſis libris,quos de reſurrectione conſcripſit,expoſuit. Non autem uidetur abſurdum ad maiorem ſatiſfactionem, etiam de reliquis eius libris conſonas his uel paucas adhibere ſententias. In uiceſimo ergo & octauo libro de Eſaia propheta de illo capitulo ſcribẽs,in quo dicitur:Reſuſcitabuntur mortui & reſurgent hi qui in ſepulchris ſunt, ita ait. ORIGENES. Melius ergo eſt dicere,quod omnes quidem reſurgemus,ut & impij ueniant in illum locum, ubi fletus eſt & ſtridor dentium:& iuſti ubi recipient unuſquiſq; in ſuo ordine ſecundum meritum bonorum geſtorum ſuorum,cum tranſformabitur corpus humilitatis eorum,ut ſit conforme gloriæ corporis Chriſti:quod ſeminatũ quidẽ eſt in corruptione,ſurget uero in incorruptione:quod ſeminatum eſt in ignominia,ſurget in gloria:quod ſeminatum eſt in infirmitate,ſurget in uirtute,reſurrectionis ſcilicet tempore:& quod ſeminatum eſt corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Licet ergo omnes reſurgant,& unuſquiſq; in ſuo ordine reſurgat:conſyderandũ eſt tamen propter illum ſermonem Iohannis quem in reuelatione ſua dixit: Beatus qui habet partem in reſurrectione prima,in hoc ſecũda mors nõ habet poteſtatẽ: ne forte diuidi oĩis reſurrectionis ratio in duas partes poſſit,id eſt,in eos qui ſaluandi ſunt iuſtos,& in eos qui cruciandi ſunt peccatores:ut ſit una quidem bonorum quæ dicitur prima:illa uero quæ eſt miſerorum,ſecunda dicatur:& illam quidem in oĩbus eſſe puram,hilarem,totius plenam leticiæ: illam uero alteram totam triſtem,totam mœroris plenam & actibus ac uitæ eorũ dignam qui in præſenti uita dei mandata contempſerunt:& iudicij eius timore neglecto, ſeipſos tradiderũt in operationem totius immundiciæ & auariciæ:nec ſe præparare conati ſunt ut reſiſtere aduerſario poſſent aduerſus contrarias atq; inimicas humano generi poteſtates. Sepulchra autem mortuorum in hoc loco,ſimiliter & in multis alijs,ſecundum certiorem ſcripturæ ſenſum accipienda ſunt,non ea ſolum quæ ad depoſitionem humanorum corporum uidentur eſſe conſtructa,uel in ſaxis exciſa,
D aut in terra defoſſa:ſed omnis locus in quocunq; uel integrum corpus humanum, uel ex parte aliqua iacet,etiam ſi accidat ut unum corpus per loca multa diſperſum ſit: abſurdum non erit omnia ea loca,in quibus pars aliqua corporis iacet ſepulchra eius corporis dici. Si enim non ita accipiamus reſurgere de ſepulchris ſuis mortuos diuina uirtute:qui nequaquam ſunt ſepulturæ mandati,nec in ſepulchris depoſiti,ſed ſiue naufragijs, ſiue in deſertis aliquibus defuncti ſunt locis, ita ut ſepulturæ mandari non potuerint: non uidebuntur annumerari inter eos, qui de ſepulchris reſuſcitari dicuntur:quod utiq; ualde abſurdum eſt. PAMPHILVS. Nihilominus in illo ipſo libro interiectis quibuſdam dicit. ORIGENES. Cum ergo Paulus ſcribit, quod ſicut ſtella a ſtella differt in gloria,ita erit & reſurrectio mortuorũ:& quod dicit,ſeminat in corruptiõe,ſurget in incorruptiõe,& cætera huiuſmodi:manifeſte hæc de ſolo corpore ſcribit. Non enim anima ſeminata eſt in corruptione,aut in infirmitate,aut in ignominia. Deniq; euidenter adiungit his omnibus,& dicit: Seminatur corpus animale: ut ne quis putaret animam eſſe quæ ſeminat in corruptione uel in ignominia uel in infirmitate. PAMPHILVS. Hæc quidem ex his libris quos in Eſaiam ſcripſit. Non præteribimus uero illum locum quem de primo pſalmo diſſeruit:in quo etiam ita de reſurrectione ſcribit. ORIGENES. Sicut enim in nobis eadem ſpecies permanet ab infantia uſq; ad ſenectutem,licet characteres multã uideantur immutationem recipere:ita intelligendum eſt hanc ſpeciem, quæ nunc eſt in nobis,ipſam permanſuram etiam in futuro:plurima tamen immutatione melius & glorioſius facta. Neceſſe eſt enim animam in locis corporeis habitantem, uti corporalibus talibus quæ apta ſint his locis in quib9 degit:ſicut uerbi cauſa,ſi in aquis maris nos habitare uel degere poſceret, ſine dubio pro habitaculi qualitate neceſſarium uideretur habere talem corporis ſtatum & cõpoſitionem,qualem habent illa animalia quæ in aquis uiuunt: ita nunc cum cœlorum habitaculum

pmittat

promittatur,ſecundum locorum gloriam,conſequens eſt aptandas eſſe etiam corporum qualitates. Nec ideo tamen prior hæc ſpecies exterminabitur: licet glorioſior eius effecta ſit permutatio. Sicut enim ipſius domini Ieſu,uel Moyſi, uel Heliæ ſpecies, non erat alia in tranſformatione q̄ fuerat ante tranſformationem: ita non erit alia ſanctorum ſpecies, etiam ſi multo glorioſior fiat. PAMPHILVS. Sed & in quintodecimo pſalmo exponens illum uerſiculum, Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe,de carne domini,ait hæc. ORIGENES. Dominus Ieſus Chriſtus hæc dicit:cuius primo caro requieuit in ſpe. Crucifixus enim primogenitus ex mortuis factus, poſt reſurrectionem aſſumptus in cœlum:ſecum terrenū corpus euexit: ita ut terrerent & obſtupeſcerēt cœleſtes uirtutes,uidentes carnem aſcendiſſe in cœlum. De Helia enim ſcriptū eſt,quia quaſi in cœlum aſſumptus eſt:& de Enoch quia tranſlatus eſt: non tamen dictum eſt, quia aſcendit in cœlum. Offendatur qui uult ex noſtro ſermone:ego autem cum omni fiducia aſſeuero:quia ſicut primogenitus ex mortuis eſt Chriſtus,ita primus carnem euexit ad cœlum. Deniq; nouitate ipſa perterrentur cœleſtes uirtutes:quia quod nūq̄ uiderant ante, nunc uidebant carnem aſcendiſſe in cœlum. Et propterea dicunt: Quis eſt iſte qui uenit de Edom,id eſt,a terrigenis:rubor ueſtimētorum eius ex Boſor? Videbant em̄ in corpore ueſtigia uulnerum:ex Boſor,id eſt,in carne ſuſcepta. PAMPHI. Et poſt pauca. ORIGE. Hæc,ppter illud q̄d dictū eſt,quoniā caro mea requieſcet in ſpe. In qua ſpe? Non ſolum,quia ex mortuis reſurgit: parum em̄ hoc eſt:ſed in ea ſpe requieſcit quod aſſumpta eſt in cœlum. PAMPHILVS. Quid hoc euidentius & clarius ab aliquo poteſt dici de reſurrectione carnis,quam aſſignauit nō ſolam reſurrecturam a mortuis,uerum etiam in cœlos,ſi qua tamen id meruerit, aſſumendam:ſecuturā ſcilicet eum qui primogenitus ex mortuis factus,primus in cœlū naturam carnis inuexit? Quid tamen in decimooctauo pſalmo exponens illum uerſiculum: In ſole poſuit tabernaculū ſuum ſenſerit audiamus. ORIGENES. Quid eſt quod dixit,in ſole poſuit tabernaculum ſuū? Quidam quidem dicebant,quod ſaluator noſter aſcendens e terris ad cœlum & corpus ſuum aſſumens,peruenit uſq; ad eum circulum qui ſolis ẓona nominatur, & ibi aiunt poſuit tabernaculum corporis ſui. Non enim ultra erat poſſibile id progredi. Sed hæc illi ita ſentiūt pro eo quod allegoriam nolunt in ſcriptura ſancta recipere: & ideo puræ hiſtoriæ deſeruientes,huiuſmodi fabulas & figmenta componunt. Nos uero deprecamur omnipotentiam dei, ut nos dignetur audire:& ſecreta nobis ſpiritualis intelligentiæ dignetur aperire. Quod ergo a nobis in hoc loco ſentitur, hoc eſt: In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Quæro quid ſit tabernaculum Chriſti:& quæ ſit habitatio,in qua tabernaculum Chriſti collocatur. Habitatio Chriſti tabernaculi,ſol eſſe dicitur;tabernaculum uero Chriſti,eccleſiam intelligo. Solem autē quem aliū ſentire debeo: niſi illud lumen uerum,quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū? Ipſum uideo ſolem de quo dictum eſt: Quia timentibus nomen meum orietur ſol iuſticiæ & ſanitas in alis ei9. In ſole ergo poſuit tabernaculū ſuū,id eſt,in ſole iuſticiæ eccleſiā ſuā collocauit: In illo em̄ ſole iuſticiæ eccleſia collocata eſt: quæ æternū diem facit ſicut dictū eſt: Erit tibi dñs lux æterna:& deus gloria tua. PAMPHI. Erubeſcant etiā illi qui & hoc de ipſo non dubitauerunt concinnare figmētū,quod dixerit corpus uel carnē Chriſti uſq; ad ſolē uectari:& ibi eſſe derelictā. Hoc em̄ ille dictū ab alijs, nō recte dictum eſſe cōfutat. Sed oſtenderūt ſe ne hæc quidē intelligere poſſe obtrectatores eius:quæ ille ab alijs nō recte dicta coarguit:& quæ ſunt,quæ ipſe cōfirmat. Tum deinde etiam illi impudentiā ſuā retundant: qui dicunt eum corpus quidem reſurgere confiteri,carnem uero negare. Deſinant aliquando a maledictis:uidentes eum carnem uerbi dei cum ipſo uerbo deo in cœlum quo uerbum dei aſcendit imponere. His coniungit de ſupplitijs peccatorum,quæ quoq; nos conſequenter ad ea quæ ſupra dicta ſunt cōiungemus,quoniam in ordine criminationum iſte fuerat ordo digeſtus.

# PRO ORIGENE

## DE POENIS PECCATORVM.

### ORIGENES.

C EGo arbitror quod ſicut in corpore eſcæ abundantia: & qualitas uel quantitas cibi contraria,febres generat: & febres, diuerſi uel modi uel temporis,ſecundum eam menſuram qua intemperies collecta materiam ſuggerit,ac fomitem febrium: quæ materiæ qualitas ex diuerſa intemperie congregata,cauſa uel acerbioris morbi uel prolixioris exiſtit: ita anima cum multitudinem malorum operum & abundantiam in ſe congregauerit peccatorum, competenti tempore omnis illa malorum congregatio concitatur ad ſupplicium atq; inflammatur ad pœnas: cum mens ipſa uel conſcientia per diuinã uirtutem omnia in memoriam recipiens,quorum in ſe ſigna quædã ac formas cum peccaret expreſſerat:& ſingulorum geſtorum ſuorum quæ uel fœde ac turpiter geſſerat,uel etiam impie commiſerat:hiſtoriam quandam ſcelerum ſuorum ante oculos ſuos uidebit expoſitam. Tunc & ipſa conſcientia proprijs ſtimulis agitatur atq; cõpungitur:& ſui ipa efficitur accuſatrix & teſtis. Quod ita ſenſiſſe etiam apoſtolum Paulum puto cum dicit:Inter ſeinuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus,in die cum iudicabit deus occulta hominum ſecundum euangelium meum per Ieſum Chriſtum. PAMPHILVS. Sed & in conſequentibus rurſum de peccatorum pœnis hoc modo ſcribit. ORIGENES. Multa ſunt enim quæ nos latent, quæ illi ſoli cognita ſunt qui eſt medicus animarum noſtrarum. Si enim ad corporis ſanitatem, pro his uitijs quæ per eſcam potumq; collegimus,neceſſariam habemus interdum auſterioris ac mordacioris medicamenti curam: nonnunq; uero,ſi id uitij qualitas depopoſcerit,rigore ferri & ſectionis aſperitate indigemus:quod ſi & hæc ſupergreſſus fuerit modus morbi,ad ultimũ conceptum uitium ignis exurit:quantomagis intelligendum eſt medicum noſtrum deum uolentem diluere uitia animarum noſtrarum,quæ ex peccatorum & ſcelerum diuerſitate collegerãt,uti huiuſmodi pœnalibus curis, inſuper etiam ignis inferre ſupplicium his qui ſanitatem
D animæ perdiderunt? PAMPHILVS. Item poſt pauca addidit. ORIGENES. Quomodo autem per neceſſaria pœna eſt,ea quam per ignem infert deus, Eſaias docens de Iſrael quidem dicit:Abluet dominus ſordes filiorum ac filiarum Sion, & ſanguinem expurgabit e medio ipo rum:ſpiritu iudicij & ſpiritu aduſtionis. De Chaldæis autem ſic dicit:Habes carbones ignis: ſedebis ſuper eos:hij erũt tibi adiutorio. Et in alijs dicit:Sanctificabit eos dominus in igne ardenti. Et in Malachia propheta ita dicit:Sedens dominus cõflabit ſicut aurum, & ſicut argentũ populũ ſuum:cõflabit & purgabit eos,& fundet purgatos filios Iuda. PAMPHILVS. Hæc quidem ex libris peri archon:innumerabilia uero diſperſa ſunt per omes libros eius aſſertionis huius teſtimonia:quæ nos ſtudio breuitatis omittimus: cõmemorantes de his ſolummodo quæ in ſexto pſalmo de hoc ipſo pœnarum genere diſputauit. ORIGENES. Poſſibile eſt conſyderare ex his maxime doloribus quos in hoc corpore poſiti ſentimus,qui quãuis magni ſint,breuis ſunt certe temporis:pro eo quod ſi paulo uehementiores extiterint,continuo etiam uitæ ſcelerum inferunt finem. Deniq; multi,ſi res popoſcerit, pro pietatis confeſſione in ipis tormentis animam reddunt: alij uero in ipſo iam coronæ aditu poſiti, denegant fidem, quam uſq; ad mortem propoſuerant confiteri. Et hoc nõ utiq; diminutione propoſiti patiuntur:ſed ui doloris nimia & inſuperabili ſuperati. Si ergo in hac præſenti uita tam intolerabiles ſunt pœnarum dolores,cum iam craſſiori anima utitur indumento:quid putandum eſt cum id ſpirituale effectum ex reſurrectione recipiet,& eo uehementius utiq; quo ſubtilius ſentiet uim doloris? Puto enim quod quanta differentia eſt in præſenti ſæculo nudum uerberari cp ueſtitum,ad perſentiendum ſcilicet cruciatum,eo quod uehementius nudum corpus crucient uerbera cp ueſtitum: tantam puto futuram differentiam doloris, cum corpus humanum craſſitudinis huius

indumento

A indumento depoſito, uelut nudum corpus cœperit ſentire tormenta ¶ PAMPHI. Suffice/re arbitror etiam ad huius criminationis calumniam propulſandam, pauca hæc de eius li/bris teſtimonia protuliſſe: quæ innumera ſparſim per libros eius manifeſtum eſt contineri. Nunc autem ad ea etiam per nos ipſos reſpondebimus, quæ ei de anima obĵciũt: id eſt, quod ante corpus eam factam dicat exiſtere. Sciens namq; etiam iſtud dogma de anima, non aper/te neq; manifeſte haberi in eccleſiaſtica prædicatione: ſicubi occaſionem aliquam uel ſuſpitionẽ potius diſputandi ei ſcripturæ ſermo ſuggeſſit: diſcutiens & pertractans ea quæ ſenſui eius oc/currerunt, diſcernenda hæc legentibus expoſuit & probanda: non manifeſto dogmate, uel ab/ruptæ ſententiæ authoritate diffiniens: frequenter & illud addens: ſi tamen habere uidetur aut probatur aliquid conſequentiæ ſermo is, quem de anima tractauimus. Deniq; in tam multis & tam diuerſis eius libris, nuſq; omnino inuenitur unus ab eo liber proprie de anima conſcri/ptus: ſicut habet uel de martyrio, uel de oratione, uel de reſurrectione. Nuſquam prorſus li/brum proprie de anima ſcriptum ædidit: ſed in diuerſis locis, ſicut ſuperius diximus, incurrentes ſibi opiniones ex ſcripturæ occaſione differebat: quod potius maximi ſigni reuerentiæ eius ac timoris in diuinis dogmatibus eſſe deberet: quod tanti ſenſus uir, & tantæ prudentiæ: cum utiq; magiſter eſſet eccleſiæ, & tanta ab eo dicta ſcriberentur, non eſt auſus id ſibi authoritatis aſſu/mere: ut proprie de anima librũ æderet ſcriptum. Procul dubio hæc obſeruatio eius illud indi/cat: quod nihil audebat de hac re manifeſto dogmate confirmare. Deniq; in eo libro quem in epiſtolã ad Titum ſcribit: hæreticum deſcribens & animæ faciens mentionem, hæc dicit. ORI/GENES. Sunt uero & alia quædam dogmata, quæ in apoſtolicis traditionibus nõ habentur: de qbus reqres, ſi oportet eos qui quomodolibet de his ſentiunt uel pertractant hæreticos pu/tãdos: utputa uerbi cauſa dixerim, ſi quis rationẽ humanæ animæ inquirat, cũ de ea neq; quod ex ſemine traducis ducatur: neq; quod honorabilior & antiquior corporũ cõpage ſit, tradiderit
B eccleſiaſtica regula: propter quod multi nec comprehendere potuerunt, qualiter ſentiri oporte/ret de animæ ratione. Sed & qui aliquid ſentire uel differere niſi ſunt, a nonnullis in ſuſpitione habentur uelut noui aliquid introducentes. PAMPHILVS. Deinde poſt pauca ait. ORI/GENES. Sed & tu ipſe apud temetipſum diſcutiens conſydera: ſi oportet eũ qui quolibet mo/do de his opinatur, uel hæreticum, uel eccleſiaſticum temere definire: aut ſi non eſt periculoſum de eo pronunciare, quoniam & ipſe peruerſus ſit & peccet, & ſic a ſemetipſo damnatus quod hæ/reticus dicitur, ſi quis forte ex his quæ ſupra diximus quãlibet opinionẽ licet nõnunq; plurimis peregrinam uideatur inducere. PAMPHILVS. Hæc quidem ipſe in eo libro quem ſupra dixi/mus ſcribit: nos uero his adiungimus etiam iſta quæ nobis ipſa æquitas uidetur expoſcere. Si manifeſte eccleſia traderet uel prædicaret contraria his quæ ille ſenſit, ſine dubio uelut contra/rius & reſiſtens eccleſiaſticis ſtatutis merito culparetur: nunc uero cum diuerſitas ſit apud oms eccleſiaſticos, & alĵ alia de anima ſentiant, & omnes diuerſa: quomodo hic magis cæteri incu/ſandus eſt, maxime cum ea quæ a reliquis affirmantur, multomagis & abſurda & ſibi ipſis ſint contraria? Quidam enim opinantur præparatis iam in uentre mulierum deformatiſq; corpori/bus, tunc ad præſens creari animas & inſeri iam deformato corpori. Hæc uero ſentiẽtes, præter hoc quod manifeſtas probationes ex ſanctis ſcripturis adhibere non poſſunt, inſuper etiam in/iuſticiam quodammodo conditoris accuſant: quod non æqualiter: id eſt, æquas uitæ conuerſa/tiones tribuat omnibus. Statim enim ut creata fuerit anima, cum nihil utiq; adhuc in ſe culpæ cõmiſerit, inferitur interdum ſi ita acciderit cæco corpori uel alias debili: aliæ uero ſanis corpori/bus & aliæ infirmioribꝰ. Et alĵs quidem multũ uitæ tempus tribuitur, alĵs uero breuiſſimũ: ita ut interdum ſimul ut natæ fuerint exturbẽtur e corpore: & aliæ quidem ad conuerſationẽ agre/ſtem quãdam & barbaram, & ubi nihil humani aut honeſti eſt, & ſuper omnia ubi paternæ in/ſtitutionis impietas obtinet diriguntur. Aliæ uero ad uiros honeſtos, ſobrios, humanos, ubi & humanarum legum obſeruatio uiget: interdum etiam ad parentes religioſos, ubi educatio no/bilis & honeſta, ubi etiã eruditio rationabilis trãſmittũtur. Quõ igit̃ aſſertiones eorũ in talibꝰ diuinã prudentiã recte oĩa diſpenſantẽ & æqua lance moderantẽ tãq; bonã & iuſti dei poterũt aſſignare? Iam uero illi qui ex traduce animas uenire affirmãt & ſimul cũ corporali eas ſemine

ſeminari

C seminari: siquidem ut quidam ipsorum affirmare solent: non aliud dicunt animam esse q̄ insuf
flationem spiritus dei: illam scilicet quā in initio facturæ mundi deus insufflasse dicitur in Adā:
de ipsa dei esse eam substantia profitentes. Quomodo non & isti uidebuntur quodammodo
hæc præter scripturæ regulā & rationem pietatis asserere, quod substantia dei est quæ peccat,
si anima quæ de substātia dei est peccat: insuper etiam quod & pœnis subdēda sit pro peccato?
Sed & illud quod sequit', qd' p absurdū est incurrere, nō prævident, quia necesse est eā simul cū
corpore mori & esse mortalē, si simul cum corpore uel seminata, uel formata uel nata est. Tum
deinde illi qui unam quidem ex nullis subsistentibus a deo factam esse dicunt animam: id est,
illam quæ prima facta est in Adam, & ex ea iam omnium hominum animas existere, & secun-
dum corporalem sine dubio successionem, traducem quoq; fieri animarum: etiā ipsi quid aliud
ostendunt, nisi animas esse mortales? Si em̄ sicut animalia cætera ex solo semine oriunt', ita etiā
de hominibus sentiamus, ut cum corpore simul in eodē semine etiam anima diffundatur: quid
dicemus de his qui imperfecti adhuc & de uentre aborsi sunt, & qui nōnunq̄ antecq̄ uasculorū
naturalium receptaculis semina sint suscepta depereūt? In quibus sine dubio inuenitur quod
simul etiam illæ quæ naturali ratione seminibus insertæ inerant animæ: extinctæ sint pariter &
corruptæ. Siue ergo ex insufflatiōe dei fuit, siue ab una illa quæ prima facta est, necessario simul
cum corporibus corrumpentur: si eandem cum corporibus etiam originem sumunt secundū
ipsorum rationem. Aut em̄ nihil omnino ex rationabili atq; immortali anima participabit il-
lud quod adhuc in uentre receptū est: & repulsa est illa ratio quæ affirmat eam in seminis tra-
duce simul cum corporibus seminatam: aut si participat, necessitas imminet mortalem esse con-
fiteri animam: quod fides nostra utiq; non recipit. Verūtamen quid est quod ex his omnibus
ostendi uolumus? Illud profecto, quod sicut eos qui unam quamlibet de his quas supra expo
suimus opinionem ueram putant, nō recta ratione hæreticos quis appellat: pro eo quod neq;
ex diuinis scripturis certi aliquid de his uel manifeste dictum esse uideatur, neq; in prædicatiōe
D ecclesiastica cōtineri: ita neq; hūc uirum culpari iustum est, differentē quod sibi uisum est, maxi-
me cum illud præcipue seruauerit, quod in ecclesia de animæ cōfessione seruari omnimode de-
bet: id est, ne diuersas diceret esse naturas animarum: quinimo & dicentes redarguit: & uehe-
menter i asserti one conuincit. Ipse autem fatetur unius substantiæ omnes animas, & immorta
les ac rationabiles liberi arbitrij ac uoluntatis: iudicandas quoq; esse pro his quæ in hac uita ges
serunt: esse tamen eas factas a deo qui uniuersa condidit & creauit. Quando autem factæ sint,
olim simul, aut nunc per singulos nascentium, quid periculi est alterū e duobus opinari? Sed re-
spondere possibile est: ut omis penitus culpandi aditus excludatur. Sicut enim de luminaribus
cœli, diuersa singuli etiam ipsi qui sunt in ecclesijs sentiunt: alijs siquidem opinantibus esse ani-
mantia & rationabilium animantium: alijs uero putantibus quod irrationabilia sint: imo uero
quod nō solū uera anima, sed omni sensu penitus careant, & sola sine sensu ac spiritu sint corpo
ra: nemo tamen merito alterum eorum qui hæc ita diuerse sentiunt hæreticum dixerit: propter
hoc quod nō ita aperte de his traditū est in apostolica prædicatiōe: ita etiā eos qui de humana
anima dubitant, & de initio eius uel origine diuersa opinantur, non est rectum hæreticos pro-
nunciare: maxime cum in reliquis ecclesiasticæ doctrinæ regulis quod rectum est & catholicum
teneant. PAMPHILVS. Nouissima criminatio est μετενσωματόσεως, id est, transformationis
animarū. Ad quod sicut in cæteris fecimus, ipsius qui accusat' respōdebimus uerbis: illud primo
perneccessario cōmonentes: quia accusatores eius nō intelligentes qualiter ab eo de ista quæstio
ne tractatū sit, uel qd' ratio disputatiōis ita se habeat, ut nō semp uelut ex una psona pnūciari
uideant' quæ dicūtur, sed interdū etiā ea quæ ecōtrario dici potuerūt disputētur: & hāc esse artē
disputandi non aduertētes, obijciunt ei de hoc dogmate, quod quasi ipse senserit ea quæ ex ad
uersantis psona disseruit. Deniq; quod discutiendi hæc & nō cōfirmandi dixerit causa: ipse per
ea quæ post tractatū rei ipsius adiecit, ostendit hoc modo dicēs. ORIGENES. Sed hæc quan-
tum ad nos pertinet non sunt dogmata: sed discussionis gratia dicta sint, & abijciantur. Pro eo
autem solo dicta sunt: ne uideatur quæstio mota nō esse discussa. PAMPHILVS. Sed hæc in
eo loco dixit, in quo de animabus animaliū requirebat: non de transmutatione animarū.

A

## DE ANIMARVM TRANSMVTATIONE IN LIBRO SEPTIMO EVANGELII SECVNDVM MATTHAEVM.

QVidam quidem opinantur ex eo quod dictum est, ipse est Helias qui uēturus est, animā Heliæ eādē fuisse quā Iohānis. Quod ēm dixit: ipse est Helias, nō ad aliud, sed ad animam referendum putauerunt: & ex hoc pene solo sermone dogma introduxerunt μετενσωματόσεως, id est, transmutationis animarum: quasi etiam ipso hoc Iesu confirmante. Sed oportuerat intueri, quia si hoc uerum esset: in multis utiq; prophetarum uel euāgeliorum scriptis, simile aliquid inueniri deberet. Tum deinde etiam ille sermo qui huic adiungitur, ostendit secretiorem quendam & arcanum sensum in his quæ dicta sunt requirendum: magis q̄; quod illi secundum litteræ solius intelligentiam susceperunt, cum dicit: Qui habet aures audiendi audiat. Addendum autem & illud est, quia si pro peccatis secūdum quod ipsi sentiunt, transmutatio fiat animarum: propter quæ peccata, Heliæ anima trāsmutata est in Iohannem: qui ab ipso angelo nasciturus pronūciatur a quo & Iesus saluator noster? Quomodo ergo non euidentissimum mendacium est hoc, ut ille qui tam perfectus fuit, ut nec cōmunē quidem istam mortem gustaret, ueniret ad transmutationem animæ: quæ secundum illorum assertionem, non potest accidere nisi ex peccatis? Deniq; quomodo hoc exponent quod dictum est ad Iohannem, tu Helias es, & dicit non sum? Sed ut ostendatur conuenire hoc etiam illi uerbo quod dixit dominus, si uultis suscipere, ipse est Helias qui uenturus est: hoc quod dixit, Helias ipse est, referendum est ad spiritum & uirtutem Heliæ. Iohannes enim præcessit in spiritu & uirtute Heliæ conuertere corda patrum ad filios.

## DE EOIPSO EX DECIMOSEXTO LIBRO SVPER MATTHAEVM.

QVidam qui alieni sunt a catholica fide, transferri animas ex humanis corporibus in corpora animalium putant, secundum differentiam peccatorum: nos uero qui hoc nusq̄; inuenimus cautum in diuina scriptura, dicimus, quia per multam uitæ
B negligentiam humana prudentia cum fuerit inculta atq; neglecta: efficitur uelut irrationabile pecus per imperitiam uel negligentiam, non per naturam. Similiter autē & hi qui tales fuerint effecti ex propositi sui negligentia qua eruditi neglexerint, si eruditioni se atq; exercitio rationabili tradant, rationabiles efficiuntur atq; prudentes: sicut scriptum est de illis euāgelicis canibus, qui manducabant de micis, quæ cadunt de mensa dominorū suorum, ex quibus conuersa Chananæa facta est filia dei, secundum quod dicit ad eam saluator: O filia magna est fides tua. Sicut ēm uirtus animi confert unicuiq; ut sit filius dei: ita malicia mentis & uerborum insania atq; impudentia, facit unumquemq; secundū authoritatem scripturæ appellari canem. Similiter autē intelligendum est etiā de cæterorū animaliū mutorū appellationibus.

## DE EODEM EX TREDECIMO LIBRO SVPER MATTHAEVM.

IN his Helias non anima Heliæ mihi uidetur uti ne incurramus in dogma alienū ab ecclesia dei, de transmutatione animarum: quod nec ab apostolis traditum est, neq; uspiam in scripturis cautum est. Contrarium nāq; est his quæ dicta sunt ab apostolo: quoniam quæ uidētur temporalia sunt. Et ubi sunt quæ omēs scripturæ cōfirmant, quod præsens sæculum finiendum est? Sed nec illud poterit stare, quod dictum est: Cœlum & terra transibunt: neq; illud quod dictum est per Apostolum: Trāsibit ēm habitus huius mūdi. & illud, Cœli peribunt, & ea quæ sequūtur. Si ēm, ut aiunt authores huius dogmatis, nemo potest in id initium restitui quod primo fuit ab initio mundi usq; ad finē: qua ex causa immutari uel transferri animam secundo uel tertio opus est uel frequenter? Hoc ēm modo reddi delicta uniuscuiusq; personæ perhibent & pœnas lui: si in diuersa corpora frequentius trāsmutent. Quod utiq; superfluo fiet, si finis ei nullus emendationis occurrat: nec erit unq̄; quādo nō anima transferatur. Et si semper pro delictis, animabus ad corpora diuersa redeūdum est, quis unq̄; mundo dabitur finis: ut impleatur quod dictum est: cœlum & terra transibunt? Quod & si concedatur, uerbi gratia, ut sit aliquis sine peccato, quem iam nō sit necesse reuolui in corpus:

per quot

C per quot tempora putabimus inueniri unam fortaſſe uix animã,quæ penitus pura ſit, nec permutatione corporis indigeat? Quod & ipſum ſi concedatur:rurſum ſuo dogmati contrarium efficitur. Si enim demus paucas quaſq; animas per ſingulas ad perfectionem poſſe reſtitui, ut ultra in corpora uenire nõ indigeant:neceſſe eſt,licet per infinita ſæcula & uniuerſa tempora,ſingulis quibuſq; animabus ad perfectionem reſtitutis,ceſſare iam uſum corporum, & per hoc finem mundum recipere ac reſolui. Non tamen ita uidetur ſanctæ ſcripturæ,quæ dicit multitudinem peccantium relinquendam eſſe in fine ſæculi. Quod ex eo manifeſtiſſime indicatur: quod in euangelio ſcriptum eſt: Verũtamẽ putas ueniens filius hominis inueniet fidem ſuper terrã? Sicut enim in dieb⁹ Noe,ita erit aduẽtus filij hominis. PAMPHI. Et poſtea q̃ de ſcripturis multa diſſeruit:ipſe iã ſuam ſententiã hoc modo declarat. ORIGENES. Erit autẽ his qui tunc erũt uindicta,non tranſmutatio animarum. Non enim iam ad peccandum locus erit:ſed alia generа erunt pœnæ. Tranſmutatio nãq; corporum,pœnam nõ faciet peccatorum,ita ut nulla extrinſecus putẽtur inferri ſupplicia,quin potius eſt peccatoribus pœnarum modus,id eſt, ut pro his quæ in hoc corpore geſſerunt,pœnã recipiant delictorum. Manifeſtum tamẽ eſt quod iſtæ ſingulæ rationes, his qui poſſunt eius conſequentiam diligenter aduertere:contrariæ ſunt huic dogmati, quo perhibentur animæ tranſmutari. Quod ſi gentilium authores ſequi uolunt qui opinionem iſtam ex principiorum ſuorum cõſequentia perſecuti ſunt dicentes:cum hæc fiant, ſine dubio nunq̃ mundum iſtum poſſe finiri:conſequens eſt eos qui hæc uolunt,ſcripturæ noſtræ non credere,quæ manifeſtiſſime pronunciat finem mundi futurum,& nõ exquirere in ipſis ſcripturis expoſitiones ſiue aſſertiones ineptas & inconſequentes: ex quibus nullo genere oſtendi poteſt,quod ſecundum ſcripturas noſtras nunq̃ finis ſæculi futurus ſit.

## DE EADEM RE EX LIBRO DE PROVERBIIS SOLOMONIS. ORIGENES.

D Videtur autem mihi & illa aſſertio,quæ tranſformari animas de corporibus in alia corpora aſſeuerat,peruenisſe etiam in aliquos eorum,qui Chriſto credere uidentẽ ex quibuſdam ſcripturæ ſanctæ occaſionibus:non intelligentes quomodo intelligi debeant quæ ſcripta ſunt. Non enim animaduertũt quomodo homo efficiatur aut pullus,aut equus,aut mulus:& putauerunt tranſmutari humanam animam in pecudum corpora,ut æſtimarent quod aliquãdo ſerpentis ſuſcipit corpus uel uiperæ,aliquãdo equi uel cæterorum animalium. Iam ergo conſequens eſt,& hoc illos dicere debere, quod diabolus qui leo in ſcripturis dicitur,corpore leonis utatur:aut draconis carnibus,cum draco nominatur. Ita erit ut ſecundum illos tranſmutatio iſta animarum perueniat & in dæmonum naturam: ut ſit aliquando uel leo uel draco anima habens diabolũ. PAMPHILVS. Et paulo poſt. ORIGE. Sed ſuperflue ſunt iſtæ omnes adinuentiones. Manifeſtum eſt enim quod una pœna tam dæmonũ naturæ, q̃ humano generi peccatorũ, a dño præfinita ſit:illam quã dominus ſua ſententia deſignauit,dicens:Ite in ignem æternũ qui præparatus eſt diabolo & angelis eius: oſtendẽs quia eadem ſpecies pœnarum,peccatoribus hominibus & diabolo atq; angelis eius præparata ſit:licet in eadem pœna diuerſa ſit quantitas pœnæ. Alius enim grauius ac uehementius cruciat pro magnitudine peccatorum:alius autem remiſſius,cuius leuiora & faciliora peccata ſunt.

Apologiæ Pamphili pro Origene finis.

## RVFFINVS DE ADVLTERATIONE LIBRORVM ORIGENIS AD MACARIVM.

In his quæ in ſuperiori libro ſecundum apologeticum ſancti martyris Pamphili,quẽ pro Origene græco ſermone edidit,prout potuimus uel res popoſcit,latino ſermone digeſſimus: illud eſt quod te deſyderiorum uir Macari admonitum eſſe uolo:ut ſcias hanc fidei quidem regulam,quã de libris eius ſupra expoſuimus eſſe, quæ & amplectenda ſit & retinenda. In omnbus emi his catholicũ ineſſe ſenſum euidenter probatur:inueniri tamen in eis libris quædam ab his non ſolum diuerſa,ſed nõnunq̃ etiam cõtraria:& ea quæ ueritatis regula non admittit:quæ nos quoq; nec recipimus, nec probamus. Sed hoc unde acciderit,opinionem quæ ad nos uſq; peruenit,ne a te quidẽ uel ab his qui quod uerũ eſt ſcire

A est scire cupiunt,celari uolo:si qui tamen sunt qui audientes id quod uerum est, & quod ipsa ratio indicat acquiescãt:& obtrectandi studio nõ quoduis malint uerũ esse, q̃ id qd'eis obtrectãdi materiam perimat. Dubitari non puto quod hoc nullo genere fieri potuit, ut uir tam eruditus, tam prudẽs, certe quod indulgere etiã accusatores eius possunt:uir qui neq; stultus neq; insanus fuerit, ipse sibi contraria & repugnantia in suis sententijs scriberet. Aut etiam si ullo genere concedamus hoc accidere potuisse: fortassis enim dicit aliquis,quia ea quæ in prima ætate cõscripsit, potest fieri ut obliuiscere in ætate uergenti,& aliter q̃ aliquãdo senserat,post proferret:quid faciemus quod interdum in eisdem locis atq;,ut ita dixerim,in consequenti pene capite, sententiæ contrarij sensus inueniuntur inserti? Nunquid in eodem opere eiusdem libri interdum, ut diximus,statim in consequenti capitulo oblitus sui esse potuit:uerbi causa: ut qui superius dixerat nusq̃ inueniri in om̃i scriptura,ubi spiritus sanctus factus uel creatus esse diceretur, continuo subijceret,inter cæteras creaturas factum esse spiritum sanctum: aut iterum qui patrem & filium unius substantiæ, quod Græce ὁμοούσιον dicitur designauit, in consequentibus statim capitulis alterius esse substantiæ:& creatum poterat dicere eum, quem paulo ante de ipsa natura dei patris pronunciauerat natum? Vel iterum de resurrectione carnis, qui tã euidenter pronunciauit naturam carnis in cœlum ascendisse cum uerbo dei, atq; inibi cœlestibus apparuisse uirtutibus,nouum & admirandum eis sui uisum præbentem, possibile erat ut hanc iterum non diceret esse saluandam? Quia ergo hæc incidere ne in eum quidem poterant qui uel mente motus, uel cerebro esset insanus: quid sit in causa, q̃ possum breuiter edocebo.
Quanta sit hæreticorum temeritas,quã nihil his sancti,nihil pensi sit:facile intelligi datur ex his quæ frequẽter & ausi sunt & conuicti. Nam sicut ipsorum patri diabolo ab initio falsare uerba dei atq; inflectere a suo ordine & sui ueneni interserere uirus studium fuit:ita & istis successoribus suis,hanc suæ artis hæreditatem reliquit. Deniq; cum dixisset dominus ad Adam,ex omni
B ligno paradisi manducabitis:ille cum uellet Euam decipere,liberalitatem dei omnia edere permittentem, una tantũmodo interiecta syllaba in quãtas coartauit angustias? Ait enim:Quid est quod dixit deus,ut ex omni ligno paradisi non manducetis? Quo scilicet per hoc graue esse præceptum dei apud hominem conquerẽs,præuaricationẽ præcepti facilius persuaderet. Hæc exempla patris sui,atq; hanc artem magistri sui secuti hæretici,quoscunq; ueterum nobiliũ tractatorum inuenerunt de his quæ ad gloriam dei pertinẽt plene & fideliter disputasse: ita ut ex lectione eorum unusquisq; fidelium proficere possit & instrui,non pepercerunt scriptis eorum uenenatũ uirus infundere,siue interpollando quæ dixerant,siue quæ nõ dixerãt inserẽdo: quo facilius uidelicet sub nomine doctissimi cuiusq; & nobilis inter scriptores ecclesiasticos uiri, hæresis suæ astrueretur assertio:ex eo quod ita sensisse etiam aliqui de claris uiris & catholicis uiderentur. Et horum manifestissimas inter Græcos scriptores ecclesiasticos probationes tenemus. Et q̃uis quãplurimi sint ex ueteribus, in quorum libris huiuscemodi deprehẽditur adulteriũ: tamen paucorum sufficit adhibere testimonia:ex quibus facilius quid etiam Origenis libris accideri agnoscatur. Clemens apostolorũ discipulus, qui Romanæ ecclesiæ post apostolos & episcopus & martyr præfuit, libros ædidit qui appellantur, ἀναγνωρισμὸς, id est, recognitio: in quibus cum ex persona Petri apostoli doctrina quasi uere apostolica in quãplurimis exponatur:in aliquibus ita Eunomij dogma scribitur,ut nihil aliud q̃ ipse Eunomius disputare credatur,filium dei creatum ex nullis extantibus asseuerans. Tum deinde etiã illud adulterij inseritur genus: ut naturam diaboli cæterorumq; dæmonum non propositi uoluntatisq; malicia, sed excepta ac separata creaturæ produxerit qualitas:qui utiq; in cæteris omnem rationabilẽ creaturam docuerat liberi arbitrij facultate donatam. Sunt etiam alia nonnulla libris eius inserta: quæ ecclesiastica regula omnino non recipit. Quid queso de his sentiendum est, quod apostolicus uir,imo pene Apostolus, non ea scribit quæ apostoli dicunt: cui Paulus apostolus testimonium dedit dicens: Cum Clemente & adiutoribus meis cæteris,quorũ nomina sunt in libro uitæ:& scribebat hoc quod libris uitæ contrarium est? An id potius credendum est quod supra diximus,quod peruersi homines assertionem dogmatum suorum sub uirorum sanctorum nomine tanq̃ facilius credenda inseruerunt: ea quæ nec illi sensisse, nec scripsisse credendi sunt?

C Clemens quoq; alius Alexandrinus presbiter & magister ecclesiæ illius, in oĩbus pene libris suis, trinitatis gloriam atq; æternitatem unam eandemq; designat: & interdum inuenimus aliqua in libris eius capitula, in quibus filium dei creaturam dicit. Nunquid credibile est de tanto uiro tam in omnibus catholico, tam erudito, ut uel sibi contraria senserit, uel ea quæ de deo non dicam credere, sed uel audire quidẽ impium est scripta reliquerit? Dionysius quoq; Alexandrinus episcopus eruditissimus assertor ecclesiasticæ fidei, cum in quamplurimis intantum unitatem, atq; æqualitatem trinitatis defendat, ut imperitioribus quibusq; etiam secundum Sabellium sensisse uideatur: in his tamen libris suis quos aduersus Sabellij hæresim scribit, talia inueniuntur inserta, ut frequenter Ariani authoritate ipsius se defendere conentur. Propter quod & sanctus episcopus Athanasius cõpulsus est Apologeticum pro libris ipsius scribere: pro eo qd certus erat non illum diuerse potuisse sentire, sibiq; ipsi contraria scribere: sed quod inserta hæc a maliuolis nosset. Et hæc quidem nos ducti rei ipsius consequẽtia, de sanctis uiris & ecclesiæ doctoribus sensimus: quo scilicet non putemus eos qui rectam ecclesiasticam fidem in quãplurimis astruxerunt, in aliquibus sibimetipsis diuersa sensisse. De Origene uero in quo similiter, ut in his quos supra diximus, aliqua diuersitas inuenitur, istud non sufficit sentire quod de præiudicatis iam catholicis sentitur uel intelligitur uiris: nec similis causæ similis sufficit excusatio: nisi & ipsius hæc conquerẽtis & deplorantis scriptis & uocibus probemus. Quid enim ipse dũ adhuc in carne esset uiuens, sentiens, uidensq; perpessus sit: de librorum suorum, uel sermonum corruptionibus uel adulterinis æditionibus, ex ipsius epistola quam scribit ad quosdam charos suos Alexandriæ euidẽter docetur: & per hæc quæ sit causa quod in ipsius scriptis quædam sibi contraria inueniantur agnosces.

## ITEM DE ADVLTERATIONE LIBRORVM ORIGENIS EX EPISTOLA IPSIVS.

D VErba Origenis ex epistola ipsius quam ad quosdam charos suos in Alexãdria scripsit, contra eos qui libros eius adhuc eo uiuente adulterauerunt. Quidam eorũ qui libenter habent criminari proximos suos, asscribunt nobis & doctrinæ nostræ crimen blasphemiæ, quod a nobis nũq; audierunt, de quo ipsi uiderint: nolẽtes obseruare mandatum illud, quod dicit: quia maledici regnum dei non possidebunt: dicentes patrẽ malitiæ ac perditionis, & eorum qui de regno dei eiiciuntur, id est, diabolum me dicere esse saluandum: quod ne aliquis quidem mente motus & manifeste insaniens dicere potest. Sed nihil mihi mirũ uidetur, si adulteret doctrina mea ab inimicis meis, & tali adulterio corrũpat, quali adulterio corrupta est epistola Pauli apostoli. Quidã em̃ sub nomine Pauli apostoli falsam epistolam scripserunt, ut cõturbarẽt Thessalonicenses: quasi instaret dies domini & seduceret eos. Propter hanc epistolam in secunda epistola quã ad Thessalonicenses scripsit, hæc dixit: Rogamus autẽ uos fratres per aduentũ dñi nostri Iesu Christi & uestrã cõgregationem in ipsum: ut nõ moueamini cito a sensu uestro, neq; terreamini, neq; per spiritũ, neq; per uerbum, neq; per epistolã tanq̃ per nos missam, quasi instet dies dñi. Nemo uos seducat ullo modo. Talia ergo quædã uideo etiam nobis accidere. Nam quidã author hæreseos, cum sub præsentia multorũ habita inter nos fuisset disputatio, & descriptũ accipiens ab his qui descripserant codicem, quæ uoluit addidit, & quæ uoluit abstulit, & quod ei uisum est permutauit: circũferens tãq̃ ex nomine nostro insultans, & ostendens ea quæ ipse cõscripsit. Pro quibus indignãtes fratres qui in Palæstina sunt, miserũt ad me Athenas hominẽ qui acciperet a me ip̃m auctenticũ exemplar, qd̃ ne relectum quidem uel recensitum a me antea fuerat: sed ita neglectum iacebat, ut uix inueniri potuerit. Misi tamen, & sub teste deo loquor, quoniã cũ conuenissem illum ipsum qui adulterauerat librum quare hoc fecisset: uelut satis faciens mihi respondit: Quoniã magis ornare uolui disputationẽ ipsam atq; purgare. Videte quali purgatione disputationẽ nostrã purgauit: Tali nempe quali purgatione Marcion purgauit euangelia uel apostolum, uel quali successor eius post ipsum Appelles. Nam sicut illi subuerterũt scripturarũ ueritatẽ: sic & iste sublatis quæ uere dicta sunt ob nostri criminationẽ inseruit quæ falsa sunt. Sed licet hoies hæretici & impij sint, qui hæc facere ausi sunt: tamen habebũt & illi iudicẽ deũ, qui talibus aduersum nos criminationibus

A tionibus accõmodant fidem. Fecerunt autem hoc & alij nõnulli, conturbare uolentes eccleſias. Deniq; in Epheſo cum me uidiſſet quidam hæreticus & cõgredi noluiſſet, neq; omnino os ſuũ aperuiſſet apud me: ſed neſcio qua ex cauſa id facere uitaſſet: poſtea ex nomine meo & ſuo con ſcripſit qualem uoluit diſputationem, & miſit ad diſcipulos ſuos, ut ego quidẽ cognoui, ad eos qui Romæ erant: ſed non dubito quin & ad alios qui per diuerſa ſunt. Inſultabat autẽ & apud Antiochiam, priuſq; ego illuc uenirem: ita ut & ad q̃s plurimos noſtrorũ peruenire ipſa diſpu tatio quã parauerat. Sed ubi affui, multis eũ præſentibus argui. Cũq; iam ſine ullo pudore per tenderet impudenter aſſerere falſitatẽ: popoſci ut liber deferretur in mediũ: ut ſcelus meũ agno ſceret a fratribus, qui utiq; cognoſcerẽt quæ ſoleo diſputare, uel quali ſoleo uti doctrina. Quiq; cum auſus non eſſet proferre librum, conuictus ab omnibus & confutatus eſt falſitatis: & ita p/ ſuaſum eſt fratribus: ne aurem criminationibus præberent. Si quis ergo uult credere mihi in cõ ſpectu dei loquenti: etiam de his quæ in epiſtola mea conficta ſunt & inſerta, credat. Sin autẽ quis non credit, ſed uult de me male loqui: mihi quidem nihil damni cõfert: erit autẽ ipſe falſus teſtis apud deum, aduerſum proximum ſuum teſtimonium falſum, uel dicens, uel dicẽtibus cre dens. Hæc ipſe adhuc ſuperſtes cõqueritur, quæ ſcilicet perſemetipſum deprehendere potuit adulterata eſſe in libris ſuis atq; falſata. Meminimus ſane etiam in alia epiſtola, ſimilem nos de librorũ ſuorũ falſitate legiſſe querimoniã. Cuius epiſtolæ exemplar in præſenti non habui: ut etiã ipſius teſtimoniũ his pro fide ueritatis adiungerẽ. Sed ſufficere arbitror ad ſatiſfaciendum his qui nõ cõtentionis atq; obtrectatiõis ſtudio, ſed amore ueri audiunt quæ dicũtur. Nã quod in ueteribus ſanctis ac præiudicatis catholicis uiris, quorum ſuperius fecimus mentionem, ſolo argumento ex rerum conſequentia ac recti tenore præſumpto oſtenditur ac probatur: quod ſi quid in libris eorum contra eccleſiaſticam fidem inuenitur, id inſertum ab hæreticis potius, q̃s ab his ipſis ſcriptũ putetur. Hoc in Origene nõ argumento ſolo ſimili ut in illis, ſed teſtimonio querimoniarũ ſuarum ex ſuis ſcriptis prolato, abſurdum non puto ſi credatur, ne uelut ſtultus aliquis, aut inſanus contraria ſibi ſcripſiſſe uideatur. De hæreticorum uero temeritate ut credi iſtud ſcelus facile poſſit, illa res maximum credulitatis præſtat exemplum: quod abſtine/

B re impias manus ne a ſacroſanctis quidem euangelij uocibus potuerunt. Apoſtolorum uero uel actus uel epiſtolas qualiter polluerint, qualiter corroſerint, qualiter in omnibus macularint, uel addendo impia, uel auferẽdo quæ pia ſunt: ſi quis uult plenius ſcire, ex his libris Tertulliani quos aduerſus Marcionem ſcripſit pleniſſime recognoſcet. Quid ergo iam erit magnum ſi Ori genis ſcripta temerarunt, hi qui ſaluatoris dei noſtri dicta auſi ſunt temerare? Nec ſane diuerſi/ tas dogmatũ alicui aſſertionis noſtræ deneget fidem, quod alterius hæreſis fuerint, illi qui euan gelia deprauarunt: ad alteram uero hæreſim reſpiciãt, iſta quæ diximus Origenis libris inſerta: Cognoſcat qui de his dubitat, quod ſicut in omnibus ſanctis eſt ſpiritus dei, ſicut & Apoſtolus dicit: quia ſpiritus prophetarum prophetis ſubiectus eſt: qui iterum ait, quod omnes unum ſpi/ ritũ portabimus: ita & in hæreticis unus eſt diaboli ſpũs, qui candẽ eos ac ſimilẽ ſemper maliciã docet. Verũ ne cui forte minus ad credendum uideãtur idonea ea quæ ex libris Græcorũ ſcri ptorum exempla protulimus: q̃uis Græcus ſcriptor ſit pro quo ſatiſfacere uidemur: tamẽ quo niam quodãmodo in Latinã linguã ſermo deuolutus eſt, & ſatiſfieri etiã Latinis hoibus, p his qui ex calumnioſis interpretationibus uulnerantur magnopere popoſciſti: non pigebit etiam latinis ſcriptoribus talia quædam accidiſſe monſtrare, & calumnias immenſas ex adulteratione librorum ſuor; ſanctis & probatiſſimis uiris eſſe cõmotas. Et ne quid perfectæ credulitati deſit, res quæ ſunt adhuc memoriæ noſtræ retexam: quo teſtimonij ueritas neminẽ lateat. Hilarius Pictauiẽſis epiſcopus cõfeſſor fidei catholicæ fuit: hic cũ ad emendationẽ eorũ qui Ariminẽſi perfidiæ ſubſcripſerãt, librũ inſtructionis pleniſſime cõſcripſiſſet: cũq; libellus ipẽ in manus ini micorum & maliuolorũ, ut quidã dicebant corrupto notario, alij uero, alia occaſione narrabãt, quid intereſt: tamen cũ in manus inimicorũ ipſo ignorante ueniſſet, ita ab eis corruptus eſt, illo ſancto uiro nihil penitus ſentiente: ut poſtea cũ ad conciliũ epiſcoporũ ſecundũ ea quæ ſe in li/ bello ipſius nouerãt corrupiſſe, hæreticũ eũ inimici arguere cœpiſſent, & ipſi libelli ſui fidem, p ſui defenſione flagitaret: de domo ſua prolatus libellus talis inuentus eſt, quẽ ipſe non agnoſce

C ret:fecere tamen eum excõmunicatum de concilij conuentione diſcedere. Verum quia uiuenti & adhuc in corpore poſito,res quãuis ſcelerata & inaudita cõtigerat,dolo cognito,factio deprehenſa:retecta ſcelerum machina potuit emendari. Adhibita em̃ curatio eſt aſſertionibus, ſatiſfactionibus,& omnibus quæ uiuentes pro ſe facere poſſunt. Nam mortui nihil pati refutant.

Sancti Cypriani martyris ſolet omne epiſtolarum corpus in uno codice ſcribi:huic corpori hæretici quidam qui in ſpiritum ſanctũ blaſphemant, Tertulliani libellum de trinitate reprehẽſibiliter,quantũ ad ueritatem fidei noſtræ pertinet,ſcriptum inſerẽtes,& quãplurimos codices de talibus cõſcribentes,per totam Conſtantinopolim urbem maximam diſtrahi precio uiliori fecerũt:ut exiguitate precij homines illecti,ignotos & latentes dolos facilius cõpararẽt:quo per hoc commentum hæretici perfidiæ ſuæ fidem tanti uiri authoritate cõquirerẽt. Accidit tamẽ ut recenti adhuc facto quidam ex noſtris fratribus catholicis inuenti, admiſſi ſceleris cõmiſſa retegerent:& ex parte aliqua,ſi quos poſſent,ab erroris huius laqueis reuocarent. Quãplurimis tamen in illis partibus,ſanctum martyrẽ Cyprianum huius fidei,quæ a Tertulliano nõ recte ſcripta eſt, fuiſſe perſuaſum eſt. Adijciam adhuc unius facti talis exẽplum:quod memoriæ quidẽ recentioris eſt,cõmiſſæ autem nequitiæ antiquum ſatis:& quod omnes ueterũ fabulas uincat. Damaſus epiſcopus cum de recipiẽdis Appollinarianis deliberatio haberetur,æditionẽ eccleſiaſticæ fidei,cui idem æditioni ſi eccleſiæ iungi uelint ſubſcribere deberent, cõſcribendam mandauit cuidã amico ſuo preſbytero uiro diſertiſſimo:qui hoc illi ex more negotiũ ꝓcurabat. Neceſſariũ uiſum eſt dictãti in ipa æditione de incarnatione dñi hominẽ dñicum dici. Offenſi ſunt in hoc ſermone Appollinariſtæ: nouitatẽ ſermonis incuſare cœperunt: adeſſe ſibi cœpit q dictauerat,& ex authoritate uera ſcriptorum catholicorum uirorũ confutare eos qui impugnabant. Accidit ut unus ex ipſis qui nouitatem ſermonis cauſabantur,oſtenderet in libello Athanaſij epiſcopi ſcriptum eſſe ſermonem de quo quæſtio habebatur: quaſi ſuaſus iam ille cui probatum fuerat:rogauit ſibi dari codicem,quo & alijs ignorantibus & contradicentibus ſatisfaceret. Accepto codice inauditum excogitauit adulterationis genus. Locum ipſum in quo ſermo

D iſte erat ſcriptus raſit:& ipſum ſermonem rurſum reſcripſit quem raſerat. Codex redditus ſimpliciter receptus eſt. Mouetur iterum pro eodem ſermone quæſtio. Ad probationem codex profertur:inuenitur ſermo de quo erat quæſtio,ex litura in codice poſitus. Fides proferenti talem codicem derogatur: eo quod litura illa corruptionis ac falſitatis uideretur indicium. Sed quoniã,ut iterum eadem dicam,uiuenti hæc facta ſunt a uiuente: continuo egit omnia ut fraus cõmiſſi ſceleris nudaretur:& nequitiæ macula nõ innocenti uiro,qui nihil tale geſſerat adhæreret:ſed in authorem facti atq; in uberiorem eius infamiam redundaret. Si ergo & Origenes talia ab hæreticis & maliuolis ſe eſſe perpeſſum in epiſtola ſua,ppria uoce cõqueritur,& multis alijs catholicis uiris tam uiuis q̃ defunctis eadem acciderunt: ſimileſq; fraudes ſcriptis eorum probant illatæ: quæ tandẽ animi obſtinatio eſt,in æquali cauſa,non æquali uti uenia,ſed ex eiſdem accidentibus,alijs excuſationis reuerentiam,alijs infamiã criminatiõis intendere? Quin potius aperienda eſt hoc in loco ueritas latens. Nõ em̃ poſſibile eſt tã iniquo iudicio uti quẽq; hominũ:ut de cauſa æquali, nõ æqualiter ſentiat. Sed quod authores obtrectatorũ eius hi ſunt q uel in eccleſia diſputare latius ſolent uel etiã libros ſcribere:q totũ de Origene,uel loquũtur uel ſcribũt. Ne ergo plures ipſorũ furta cognoſcant:qui utiq; ſi ingrati in magiſtrũ nõ eſſent:nequa q̃ criminoſi uiderẽtur,neq; ſimpliciores quoſq; ab eius lectione deterrerẽt. Deniq; quidã ex ipſis qui ſe uelut euangeliçandi neceſſitatem per oẽs gentes & per omnes linguas habere putat, de Origene male loquens: ſex milia librorum eius ſe legiſſe quamplurima fratrũ multitudine audiente cõfeſſus eſt. Qui ſi utiq;,ut ipſe dicere ſolet,pro cognoſcendis malis eius ipſos legebat: ſufficere poterant ei decem libri ad cognoſcendum,aut uiginti certe:uel quamplurimũ triginta. Sex milia autem libros legere,non iam uelle cognoſcere eſt:ſed totam pene uitam ſuam diſciplinis eius & ſtudijs dedere. Quomodo ergo merito iſte audiendus eſt cum eos culpat,qui inſtructionis ſuæ cauſa perpauca eius ſalua fidei regula atq; integra pietate legerunt? Sufficere hæc ad oſtendendum qualiter de Origenis libris ſentiendum ſit puto: quod omnis qui non contentionis,ſed ueritatis ſtudium gerit, facile his tam euidentibus aſſertionibus acquieſcat.

Quod

A Quod si quis in contentione sua permaneat: nos talem consuetudinem non habemus. Definitum enim est apud nos, si quando eum legimus, secundū sancti apostoli cōmonitionem tenere quæ bona sunt: si quid autem inuentū fuerit in his quod cum fide catholica non cōsonat, hoc & ab hæreticis suspicamur insertum: & tam ab illius sensu q̄ a nostra fide dicimus alienū. In quo etiam si fallimur: nihil ut opinor periculi huiusmodi errore incurrimus. Nam & ipsi deo iuuāte permanemus illæsi, uitando ea quæ suspecta habem⁹ & improbamus: & accusatores fratrū nō inueniemur apud deum, quia diaboli propriū esse hoc opus dicitur accusandi fratres. Vnde & diabolus a criminando nomen accepit. Simul & maledicorū sententiam quæ a regno dei separat eos qui tales sunt, declinamus.

## PROLOGVS RVFFINI IN PERI ARCHON ORIGENIS AD MACARIVM.

SCio q̄ plurimos fratrū scientiæ scripturarū desyderio prouocatos, popposcisse ab aliquātis eruditis uiris & Græcarū litterarū peritis, ut Origenem Romanū facerēt, & latinis auris⁹ cōdonarēt. Inter quos etiā frater & collega noster Hieronym⁹ ab episcopo Damaso deprecatus, cū homilias duas de cantico cāticorū in latinū transtulisset ex Græco, ita in illo opere ornate magnificeq; præfatus est: ut cuiuis legendi Origenē & auidissime perquirendi desyderium cōmoueret, dicens illius animæ cōuenire quod dictum est: Introduxit me rex in cubiculum suum: asserens quod cum in cæteris libris omnes uincat: in cantícis canticorū etiā ipse se uicerit. Pollicet' sane in præfatione se & ipsos in cantica canticorū libros & alios q̄ plurimos Origenis Romanis auribus largiturū. Sed ille ut uideo in stilo proprio placens: rem maioris gloriæ sequit', ut pater uerbi sit potius q̄ interpres. Nos ergo rem ab illo quidem cœptam sequimur & probatam, sed non æquis æloquentiæ uiribus tanti uiri ornare possumus dicta. Vnde uereor ne uitio meo illud accidat: ut is uir quē ille alterum post apostolos ec-
B desiæ doctorem scientiæ ac sapientiæ merito cōprobauit: inopia sermonis nostri longe esse inferior uideatur. Quod ego sæpius consyderans reticebam: nec deprecantibus me frequenter in hoc fratribus annuebam. Sed tua uis fidelissime frater Macari tanta est: cui obsistere ne imperitia quidē potest. Propter quod ne te ultra tā grauem paterer exactorem: etiā cōtra propositū meum cessi: ea tamen lege atq; ordine, ut quantum fieri potest interpretando sequar regulam prædecessorū, & eius præcipue uiri cuius superius fecimus mētionem: qui cū ultra septuaginta libellos Origenis quos homiliaticos appellauit, aliquātos etiā de Tomis in Apostolū scriptis transtulisset in latinū: in quibus cum aliquanta offendicula inueniātur in Græco, ita elimauit oīa interpretādo atq; purgauit, ut nihil in illis q̄d a fide nostra discrepet latinus lector inueniat. Nūc ergo nos etiā licet nō æloquētiæ uiribus, disciplinæ tamē regulis inquantū possumus sequimur: obseruantes scilicet, ne ea quæ in libris Origenis a seipso discrepātia inueniūtur atq; contraria ꝓferamus. Cuius diuersitatis causam, plenius tibi in Apologetico quē Pamphilus ꝓ libris ipsius Origenis scripsit ædidimus: breuissimo libello supaddito, in quo euidētibus ut arbitror probamentis corruptos esse, in quāplurimis ab hæreticis & maliuolis libros eius ostendimus: & præcipue istos quos nunc exigis ut interpreter, id est, Peri archon: quod uel de principijs, uel potestatibus dici potest: qui sunt reuera alias & obscurissimi & difficillimi. De rebus em̄ ibi talibus disputat: in quibus philosophi oīm sua ætate cōsumpta inuenire potuerūt nihil: hic uero noster quantū potuit id egit: ut creatoris fidem & creaturarū rationem, quā illi ad impietatem traxerant, ad pietatem conuerteret. Sicubi ergo nos in libris eius aliquid contra id inuenimus, q̄d ab ipso in cæteris locis pie de trinitate fuerat definitū, uelut adulteratum hoc & alienū, aut prætermisimus: aut secundū eā regulā protulimus quā ab ipso frequēter inuenimus affirmatā. Si qua sane uelut peritis iā & scientibus loquēs, dū breuiter trāsire uult, obscurius protulit: nos ut manifestior fieret locus, ea quæ de ipsa re in alijs eius libris apertius legeramus adiecimus, explanationi studentes. Nihil tamen nostrū diximus: sed licet in alijs locis, dicta tamen sua sibi reddimus. Hæc autē idcirco in p̄fatione cōmonui: ne forte calumniatores iterū se crimi nandi putent inuenisse materiā. Sed uiderint quid peruersi & cōtentiosi hoies agant: nobis interim tantus labor, si tamē orātibus uobis deus annuerit, idcirco susceptus est: nō ut calūniosis

C os,quod fieri non potest,licet forte etiam hoc deus faciet, dauderemus:sed ut proficere ad scien
tiam rerum uolentibus materiã præberemus. Illud sane omnem qui hos libros uel descripturus
est,uel lecturus,in cõspectu dei patris & filij & spiritus sancti cõtestor, atq; cõuenio per futuri
regni fidem,per resurrectionis ex mortuis sacramentum,per illum qui præparatus est diabolo
& angelis eius æternum ignem,si non illum locum æterna hæreditate possideat,ubi est fletus &
stridor dentium,& ubi ignis eorum non extinguetur & uermis eorum non morietur: ne addat
aliquid huic scripturæ,nec auferat:ne inserat,nec immutet: sed conferat cum exẽplaribus unde
conscripserat & emendet ad litteram & distinguat: & inemendatum uel indistinctum codicem
non habeat:ne sensuum difficultas si distinctus codex non sit,maiores obscuritates legentibus
generet.

## FRAGMENTVM LIBRORVM PERI ARCHON ORIGENIS.

OMnes qui credunt & certi sunt quod gratia & ueritas per Iesum Christũ facta sit,
& Christum ueritatem esse norũt,secundum quod ipse dixit. Ego sum ueritas:scié
tiam quæ prouocat homines ad bene beateq; uiuendum,non aliunde q̃ ipsis uer
bis Christi doctrina q; suscipiunt. Christi autem uerbis dicimus, non his solũ quæ
homo factus atq; in carne positus docuit:& prius nãq; Christus dei uerbum in Moyse atq; pro
phetis erat. Nam sine uerbo dei quomodo poterant prophetare de Christo? Ad cuius rei pro
bationem,non esset difficile ex diuinis scripturis ostendere,quomodo uel Moyses uel prophe
tæ,spiritu Christi repleti uel locuti sunt uel gesserunt oñia quæ gesserunt: nisi studij nobis esset
præsens hoc opus omni qua possumus breuitate succingere. Vnde sufficere æstimo uno hoc
Pauli testimonio debere nos uti ex epistola quã ad Hebræos scribit:in qua ita ait: Fide magn9
factus Moyses,negauit se dici filium filiæ Pharaonis:magis eligens afflictari cum populo dei,
q̃ temporalẽ habere peccati iocunditatẽ: maiores diuitias æstimans thesauris Aegyptiorum
improperium Christi. Sed & post assumptionem eius in cœlos,quod in apostolis suis locutus
D sit,hoc modo indicat Paulus: An probamentum eius quæritis qui in me loquitur Christus?
Quoniam ergo multi ex his qui in Christo se credere confitentur, non solum in paruis & mi
nimis discordant,uerum etiam in magnis & maximis: id est,uel de deo,uel de ipso domino no
stro Iesu Christo,uel de spiritu sancto:nõ solum autem de his,sed & de alijs creaturis, id est,uel
de dñationibus,uel de uirtutibus sanctis:propter hoc necessarium uidetur prius de his singulis
certam lineam manifestãq; regulam ponere:tum deinde etiam de cæteris quærere. Sicut enim
multis apud Græcos & barbaros pollicentibus ueritatem,desueuimus apud omnes eam quæ
rere qui eam falsis opinionibus asserebant,postea q̃ credidimus filium esse dei Christum,& ab
ipso nobis hanc discendam persuasimus:ita cũ multi sint qui se putent sentire quæ Christi sunt,
& nonnulli eorũ diuersa a prioribus sentiant:seruetur uero ecclesiastica prædicatio per successio
nis ordinem ab apostolis tradita & usq; ad præsens in ecclesijs permanens: illa sola creden
da est ueritas:quæ in nullo ab ecclesiastica traditione discordat. Illud tamen scire oportet: quo
niã sancti apostoli fidẽ Christi prædicantes,de quibusdam quidẽ quæcunq; necessaria credide
runt,omnibus credentibus,etiam his qui pigriores erga inquisitionem diuinæ scientiæ uidebã
tur,manifestissime tradiderunt:rationẽ scilicet assertionis eorum relinquentes ab his inquiren
dam qui spiritus dona excellentia,& præcipue sermonis sapientiæ & scientiæ per ipsum spiritũ
sanctum percipere merebantur. De alijs uero dixerunt quidem quia sint:quomodo autem aut
unde sint,siluerunt:profecto ut studiosiores quoq; ex posteris suis amatores sapientiæ & scien
tiæ exercitium habere possent,in quo ingenij sui fructum ostendere ualerent: hi uidelicet qui di
gnos se & capaces sapientiæ præpararent. Species uero eorum quæ per prædicationem apo
stolicam manifeste traduntur istæ sunt. Primo quod unus est deus,qui omnia creauit atq; com
posuit:quiq; ex nullis esse fecit uniuersa,deus a prima creatura & conditiõe mundi omniũ iusto
rũ,deus Adã, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, duodecim patriarcha
rum, Moysi & prophetarũ. Et quod hic deus in nouissimis diebus, sicut per pphetas suos ante
promiserat,misit dñm nostrũ Iesum Christũ:primo quidẽ uocaturũ Israel,secundo uero etiam
gentes,post perfidiam populi Israel. Hic deus iustus & bonus pater dñi nostri Iesu Christi, le

A gem & ꝓphetas & euãgelia ipſe dedit: qui & apoſtolorũ deus eſt, & ueteris & noui teſtamenti. Tũ deinde quia Ieſus Chriſtus ipſe q̃ uenit ante omnẽ creaturam natus ex patre eſt. Qui cũ in omniũ conditione, patri miniſtraſſet: per ipſum enĩ omnia facta ſunt: nouiſſimis tẽporibus ſe ipſum exinaniẽs, homo factus eſt, incarnatus eſt cũ deus eſſet: & homo mãſit quod deus erat. Corpus aſſumpſit noſtro corpori ſimile: eo ſolo differens quod natũ ex uirgine & ſpiritu ſancto eſt. Et quoniã hic Ieſus Chriſtus natus & paſſus eſt in ueritate & nõ per imaginẽ, cõmunem hanc mortẽ: uere mortuus eſt: uere enĩ & a mortuis reſurrexit: & poſt reſurrectionẽ conuerſatus cũ diſcipulis ſuis, aſſumptus eſt. Tum deinde honore ac dignitate patri ac filio ſociatũ tradidẽrũt ſpiritũ ſanctũ. In hoc nõ iã manifeſte diſcernit᷑ utrũ natus aut innatus. Sed inquirenda iam iſta pro uiribus ſunt de ſancta ſcriptura: & ſagaci inquiſitione inueſtigãda. Sane quod iſte ſpũs ſanctus unũquẽq; ſanctorũ uel ꝓphetarũ uel apoſtolorũ inſpirauerit: & nõ alius ſpũs in ueteribus, alius uero in his qui in aduentu Chriſti inſpirati ſunt fuerit: manifeſtiſſime in eccleſijs prædicat᷑. Poſt hæc iã quod anima ſubſtãtiã uitãq; habens ꝓpriã, cũ ex hoc mundo diſceſſerit, & ꝓ ſuis meritis diſpenſabit᷑, ſiue uitæ æternæ ac beatitudinis potitura hæreditate, ſi hoc ei ſua geſta præſtiterint: ſiue igne æterno ac ſupplicijs mancipanda, ſi in hoc eam ſcelerũ culpa detorſerit. Sed & quia erit tẽpus reſurrectionis mortuorũ: cũ corpus hoc quod in corruptiõe ſeminat᷑, ſurget in incorruptiõe: & qd᷑ ſeminat᷑ in ignominia, ſurget in gloria. Eſt & illud definitũ in eccleſiaſtica p̃dicatione, omnẽ animã eſſe rationabilẽ, liberi arbitrij & uoluntatis, eſſe quoq; ei certamen aduerſus diabolũ & angelos eius cõtrariaſq; uirtutes: ex eo quod illi peccatis eã onerare cõtendant: nos uero ſi recte cõſulteq; uiuamus, ab huiuſcemodi nos exuere conemur. Vnde & cõſequens eſt intelligere non nos neceſſitati eſſe ſubiectos: ut omnimodo etiã ſi nolimus, uel mala uel bona agere cogamur. Si enĩ noſtri arbitrij ſumus, impugnare fortaſſe nos poſſunt aliquæ uirtutes ad peccatũ, & aliæ iuuare ad ſalutẽ: nõ tamẽ neceſſitate cogimur, uel recte agere uel male. B Quod fieri arbitrantur qui ſtellarũ curſus & motus cauſam dicũt humanorũ eſſe geſtorum: non eorũ quæ extra arbitrij accidunt libertatẽ: ſed eorũ quæ in noſtra poſita ſunt poteſtate. De ania uero utrũ ex ſemine traducis ducat᷑, ita ut ratio ipſi⁹ uel ſubſtãtia inſerta ipſis corporalib⁹ ſeminibus habeat᷑: An uero aliud habeat initiũ: & hoc ipm̃ initiũ ſi genitũ eſt, an nõ genitũ: uel certe ſi extrinſecus corpori inditur necne: nõ ſatis manifeſta p̃dicatiõe diſtinguitur. De diabolo & angelis eius cõtrarijſq; uirtutibus, eccleſiaſtica p̃dicatio docuit: quoniã ſint quidẽ hæc: quæ autẽ ſint, uel quõ ſint, nõ ſatis dare expoſuit. Apud plurimos tamẽ iſta habet᷑ opinio, qd᷑ angelus iſte fuerit diabolus, & apoſtata effectus cũ plurimos angelorũ ſecũ dedinare ꝑſuaſerit, q & nũc uſq; angeli ipſi⁹ nũcupant᷑. Eſt præterea & illud in eccleſiaſtica p̃dicatione definitũ, & qd᷑ mũdus iſte factus ſit & a certo tẽpore cœperit, & ꝑ ipſa ſui corruptiõe ſoluẽdus: qd tamen ante hũc mundũ fuerit aut quid poſt mundũ erit, iã nõ ꝑ manifeſto multis innotuit. Nõ enĩ euidenter de his in eccleſiaſtica p̃dicatiõe ſermo proferet᷑. Tũ deinde quod ꝑ ſpiritũ dei ſcripturæ cõſcriptæ ſint & ſenſum habeãt: nõ eũ ſolũ q in manifeſto eſt, ſed & aliũ quẽdã latentẽ cũ plurimos. Formæ enĩ ſunt hæc quæ ſcripta ſunt ſacramẽtorũ quorundã & diuinarũ rerũ imagines. De quo totius eccleſiæ unus eſt ſenſus, eſſe quidẽ oẽm legẽ ſpiritualẽ, nõ tamẽ ea quæ ſpirat lex eſſe oĩb⁹ nota: niſi his ſolis ꝙbus gratia ſpũs ſancti in uerbo ſapiẽtiæ ac ſciẽtiæ cõdonat᷑. Statim ſequit᷑. Appellatio aũt ἀσωμάτου, id eſt incorporei, non ſolũ apud multos alios: uerũetiã apud noſtras ſcripturas inuſitata eſt & incognita. Si uero qs uelit nobis ꝓferre ex illo libello q Petri doctrina appellat᷑, ubi ſaluator uidet᷑ ad diſcipulos dicere, nõ ſum dæmoniũ incorporeũ. Primo reſpõdẽdũ eſt ei, quia liber ipe inter libros eccleſiaſticos nõ habet᷑. Et oſtẽdendũ quia neq; Petri eſt ipa ſcriptura, neq; alterius cuiuſcũq;, q ſpiritu dei fuerit inſpiratus. Qd᷑ etiã ſi ipm̃ cõcederet᷑, nõ idem ſenſus ex iſto ſermone ἀσωμάτου indicat᷑: qui græcis uel gẽtilibus authorib⁹ oſtendit᷑ cũ de incorporea natura a philoſophis diſputat᷑. In hoc enĩ libello incorporeũ dæmoniũ dixit, ꝑ eo quod ipe ille quicũq; eſt habitus uel circũſcriptio dæmonici corporis, nõ eſt ſimilis huic noſtro craſſiori & uiſibili corpori. Sed ſecundũ ſenſum eius q cõpoſuit illã ſcripturã intelligendũ eſt, qd᷑ dixit: id eſt, nõ eſſe tale corpus quale habẽt dæmones: qd᷑ eſt naturaliter q̃ddã ſubtile & uelut aura tenue: & ꝓpter hoc uel putat᷑ a multis uel dicit᷑ incorporeũ: ſed habere ſe corpus ſolidũ & palpa-

C bile. In cõſuetudine uero hoim, oñe qd' tale nõ fuerit, incorporeũ in ſimpliciorib⁹ uel imperitio
ribus noiatur: uelut ſi qs aerẽ iſtũ quo fruimur incorporeũ dicat: qm̃ quidẽ nõ eſt tale corpus, ut
cõprehendi ac teneri poſſit urgentiq; reſiſtere. Quærimus tñ ſi uel alio noĩe res ipſa quã Græci
philoſophi ἀσώματον, id eſt, incorporeũ dicũt in ſcripturis ſanctis inuenitur. Deus eñ quõ ipſe
intelligi debeat requirendũ eſt, corporeus an ſecundũ aliquẽ habitũ deformatus: an alterius na
turæ cũq; corpora ſunt. Quod utiq; in prædicatiõe noſtra manifeſte non deſignatur. Eadẽ quoq;
de Chriſto etiam & de ſpiritu ſancto requirenda ſunt: ſed & de omni anima atq; omni ratio
nabili natura nihilominus requirendum eſt. Eſt etiã illud, in eccleſiaſtica prædicatione eſſe an
gelos dei quoſdam & uirtutes bonas qui ei miniſtrent ad ſalutem hominum conſummandam:
ſed quando iſti creati ſunt, et quomodo ſint, nõ ſatis in manifeſto diſtinguitur. De ſole autẽ
& luna & ſtellis, utrum animantia ſint, aut exanima, manifeſte non traditur. Oportet igitur ue
lut elementis ac fundamentis huiuſmodi uti ſecundum mandatũ quod dicit, Illuminate uobis
lumen ſcientiæ, eum qui cupit ſeriem quandam & corpus ex horum omnium ratione cõficere:
ut manifeſtis & neceſſariis aſſertionibus de ſingulis quibuſq; quid ſit in uero rimetur: ut unum
ut diximus corpus efficiat exemplis & affirmationibus: uel his quas in ſanctis ſcripturis inuene
rit: uel quas ex conſequentia ipſius indagine ac recti tenore reppererit. Scio quoniam conabun
tur quidam ſecundum ſcripturas noſtras dicere deum corpus eſſe: quoniam inueniunt ſcriptũ
eſſe apud Moyſen: quod deus noſter ignis conſumens eſt. In euangelio uero ſecundum Iohan
nem, deus ſpiritus eſt: & eos qui adorant eum, in ſpiritu & ueritate oportet adorare. Ignis uero
& ſpiritus, non aliud apud eos cũq; corpus eſſe putabitur. Quos interrogare uolo quid dicant de
eo quod ſcriptum eſt, quia deus lux eſt: ſicut Iohannes in epiſtola ſua dicit: Deus lux eſt, & tene
bræ non ſunt in eo. Iſta nempe lux eſt, quæ illuminat omnem ſenſum eorum qui poſſunt cape
re ueritatem: ſicut in triceſimoquinto pſalmo dicitur: In lumine tuo uidebimus lumen. Quid
enim aliud lumen dei dicendum eſt, in quo quis uidet lumen: niſi uirtus dei per quam quis
D illuminatus, uel ueritatem rerum omnium peruidet, uel ipſum deum cognoſcit, qui ueritas ap
pellatur? Tale eſt ergo quod dicitur, In lumine tuo uidebimus lumen: hoc eſt, in uerbo tuo &
ſapientia tua, qui eſt filius tuus, in ipſo te uidebimus patrem. Nunquid nam quia lumen nomi
natur, ſimile putabitur ſolis huius lumini? Et quomodo uel eius aliquis dabitur intellectus, ut
ex iſto quis corporali lumine cauſam ſcientiæ capiat, & ueritatis inueniat intellectum? Si ergo
acquieſcunt huic aſſertioni noſtræ quam de natura luminis ipa ratio demonſtrauit: & fatentur
non poſſe corpus intelligi deum ſecundum luminis intellectum: ſimilis quoq; ratio etiam de
igne conſumenti dabitur. Quid enim conſumit deus ſecundum hoc quod ignis eſt? Nunquid
nam putabitur cõſumere materiam corporalem, ut eſt lignum uel fœnum uel ſtipula? Et quid
in hoc dignum de dei laudibus dicitur: ſi deus ignis eſt huiuſmodi materias conſumens? Sed
ſi conſyderemus quia deus conſumit quidem & exterminat: ſed conſumit malas mentium cogi
tationes, conſumit geſta turpia, conſumit deſyderia peccati, cum ſe credentium mentibus inſe
rit: & eas animas quæ uerbi eius ac ſapientiæ efficiuntur capaces, una cum filio ſuo inhabitans,
ſecundum quod dictum eſt: Ego & pater ueniemus & manſionem apud eum faciemus: omni
bus eorũ uitiis paſſionibuſq; cõſumptis, purũ ſibi eas ſeq; dignũ efficit templũ. Sed & his qui
per hoc quod dictũ eſt, quoniã deus ſpũs eſt, corpus eſſe arbitrãtur: hoc modo reſpõdendũ eſt.

Cõſuetudo eſt ſcripturæ ſanctæ cũ aliqd cõtrariũ corpori huic craſſiori & ſolidiori deſignare
uult, ſpiritũ noiare: ſicut dicit: Littera occidit, ſpiritus autẽ uiuificat: in quo ſine dubio p litteram,
corporalia ſignat: per ſpiritũ, intellectualia, quæ & ſpũalia dicim⁹. Apoſtolus quoq; dicit: Vſq;
in hodiernũ aũt, cũ legit', Moyſes uelamen eſt poſitũ ſup cor eorũ. Cũ aũt cõuerſus quis fuerit
ad dñm: auferet' uelamẽ. Vbi aũt ſpũs dñi ibi libertas. Donec eñ qs nõ ſe cõuerterit ad intelli
gẽtiã ſpũalẽ, uelamẽ eſt poſitũ ſup cor ei⁹: q̃ uelamine, id eſt, intelligẽtia craſſiore, ſcriptura ipa
uelari dicit' uel putat'. Et hoc eſt qd' ait, ſuppoſitũ eſſe uelamẽ uultui Moyſi cũ loqueret' ad po
pulũ, id eſt, cũ lex uulgo recitaret'. Si aũt cõuertam⁹ nos ad dñm ubi eſt, & uerbũ dei, & ubi ſpũs
ſanctus reuelat ſcientiã ſpiritualẽ: tunc auferetur uelamen: & tunc reuelata facie in ſcripturis ſan
ctis gloriã domini ſpeculabimur. Sed & cum de ſpiritu ſancto multi ſancti participãt, nõ utiq;

corpus

A corpus aliquod intelligi poteſt ſpiritus ſanctus, quod diuiſum in partes corporales percipiat unuſquiſq; ſanctorum: ſed uirtus profecto ſanctificans eſt: cuius participium dicuntur habere omnes qui per eius gratiam ſanctificari meruerunt. Et ut facilius quod dicimus poſſit intelligi: ex rebus quãuis imparibus ſumamus exemplum. Multi ſunt qui diſciplinæ ſiue artis medicinæ participant: & nunquid putandum eſt omnes eos qui medicinæ participant, corporis alicuius quod medicina dicatur in medio poſiti, ſibi auferre particulas, & ita eius participium ſumere? An potius intelligendũ eſt, quod quicunq; promptis paratiſq; mentibus intellectũ artis ipſius diſciplinæq; percipiunt: hi medicinæ participare dicantur? Sed hæc nõ omnimodo ſimilia exempla putanda ſunt de medicina ſancto ſpiritui comparata: ſed ad hoc tantummodo comprobandum: quia non continuo corpus putandum eſt id, cuius participatio habetur a plurimis. Spiritus enim ſanctus longe differt a medicinæ ratione uel diſciplina: pro eo quod ſpiritus ſanctus ſubſtantia eſt intellectualis & proprie ſubſiſtit & extat. Nihil autem tale eſt medicina. Sed ad ipſum iam ſermonem euangelij trãſeundum eſt ubi ſcriptũ eſt: Quia deus ſpiritus eſt: & oſtendendum eſt, cõſequenter his quæ prædiximus intelligi debeat. Interrogemus nãq; quando iſta dixerit ſaluator noſter, uel apud quem, uel cum quo loqueretur. Inuenimus ſine dubio quod ad Samaritanã mulierẽ loquens iſta protulerit: ad eam quæ putabat quod in mõte Gariçim ſecũdum Samaritanorum opinionem adorari oporteret deum, dicens: Quoniam deus ſpiritus eſt. Quærebat enim ab eo Samaritana mulier, putans eum unum eſſe ex Iudæis, utrum in Nieroſolymis adorari oporteret deum, aut in hoc monte: & ita dicebat: Patres noſtri omnes in monte hoc adorauerunt: & uos dicitis quia Nieroſolymis eſt locus ubi adorare oportet? Ad hæc ergo quæ opinabatur Samaritana, putans quod ex locorum corporaliũ prærogatiua minus recte adoraret deus, aut a Iudæis in Nieroſolymis, aut a Samaritanis in mõte Gariçim: reſpondit ſaluator recedendum eſſe a præſumptione corporalium locorum huic qui uult deum ſequi, & ita ait: Venit hora ut ueri adoratores, neq; in Nieroſolymis, neq; in hoc monte
B adorent patrem. Deus ſpiritus eſt, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & ueritate oportet adorare. Et uide cõſequenter ueritatem ſpiritui ſociat: ut ad diſtinctionem quidem corporum nominaret ſpiritum: ad diſtinctionem uero umbræ uel imaginis ueritatem. Qui enim adorabant in Nieroſolymis: umbræ uel imagini cœleſtium deſeruientes, non ueritati neq; ſpiritui, adorabant deum. Similiter autem & hi qui adorabant in monte Gariçim. Omni igitur ſenſu qui corporeum aliquid de deo intelligi ſuggerit, prout potuimus, confutato: dicimus ſecundum ueritatem quidem deum incomprehenſibilem eſſe atq; inæſtimabilem. Si quid enim illud eſt, quod ſentire uel intelligere de deo potuerimus, multis longe modis eum meliorem eſſe ab eo quod ſenſimus neceſſe eſt credi.

## RVFFINI AD ANASTASIVM VRBIS ROMAE EPISCOPVM APOLOGIA PRO FIDE SVA.

AVdiui quoſdam cum apud beatitudinem tuam controuerſias ſiue de fide, ſiue de alijs neſcio quibus quæſtionibus commouerent: etiam mei nominis feciſſe mentionem. Et tua quidem ſanctitas uelut ab ipſis incunabilis per eccleſiaſticæ traditionis regulas inſtituta, de abſente ſibiq; bene & in fide & in charitate dei cognito, calumniantibus non accomodauit auditum. Ad me tamen quoniam appetitæ æſtimationis meæ fama peruenit: æquum putaui, ut quoniam ipſe poſt triginta fere annos parentibus reddi tus ſum, & durum ſatis atq; inhumanũ erat, ſi tam cito deſererẽ eos quos tam tarde reuiſeram, ſimul & quia tam longi itineris labor fragiliorẽ me reddit ad iterãdos labores: litteris meis ſatiſfacerem beatitudini tuæ: non ut de ſancta mente tua quæ uelut quoddã dei ſacrariũ aliquid iniquũ nõ recipit, maculam ſuſpitionis abſtergerem: ſed ut æmulis aduerſum me forte oblatrantibus, baculum quendam tibi confeſſionis meæ quo abigerentur offerrem. Quamuis igitur fides noſtra perſecutionis hæreticorum tempore cum in ſancta Alexandrina eccleſia degeremus in carceribus & in exilijs, quæ pro fide inferebant probata ſit: tamen & nunc ſi quis eſt qui uel tentare fidem noſtrã cupit, uel audire uel diſcere: ſciat quod de trinitate ita credimus quod unius naturæ ſit, unius deitatis, unius eiuſdemq; uirtutis atq; ſubſtantiæ: nec inter patrem & filium

C filium & ſpiritum ſanctū ſit prorſus ulla diuerſitas:niſi quod ille pater eſt,& hic filius,& ille ſpíritus ſanctus. Trinitas,in ꝓſonis ſubſiſtētib⁹,unitas in natura atq; ſubſtātia. Filiū quoq; dei in nouiſſimis diebus natum eſſe confitemur ex uirgine & ſpiritu ſancto:carnem naturæ humanæ atq; animam ſuſcepiſſe,in qua paſſus eſt & ſepultus & reſurrexit a mortuis:in eadem ipſa carne reſurgens,quæ depoſita fuerat in ſepulchro:cum qua carne ſimul atq; anima poſt reſurrectionem aſcendit in cœlos:unde & uenturus expectatur ad iudiciū,iudex uiuor̄ ac mortuorū. Sed & carnis noſtræ reſurrectionē fatemur integre & ꝓfecte futurā hui⁹ ipſius carnis noſtræ,in qua nunc uiuimus,non ut quidam calumniantur alteram pro hac reſurrecturam dicimus:ſed hanc ipſam nullo omnino ei⁹membro amputato, uel aliqua corporis parte deſecta: ſed cui nihil omnino ex oīni natura ſua deſit,niſi ſola corruptio. Hoc eī promittit ſanctus Apoſtolus,quod ſeminet̄ corp⁹in corruptiōe,& reſurgat in incorruptiōe & ſeminet̄ in infirmitate, ſurgat in uirtute,ſeminet̄ in ignominia,ſurgat in gloria:& ſeminet̄ corpus animale, reſurgat corpus ſpiritale. Hæc nobis de reſurrectiōe tradita ſūt ab his a qbus ſanctū baptiſma in Aquileienſi eccleſia cō ſecuti ſumus:quæ puto ipſa eſſe quæ etiā apoſtolica ſedes tradere & docere conſueuit. Dicimus quoq; & iudicium futurum:in quo iudicio unuſquiſq; recipiat propria corporis prout geſſit,ſiue bona, ſiue mala. Quod ſi homines recepturi ſunt pro operibus ſuis: quātomagis & diabolus qui omnibus exiſtit cauſa peccati? De quo illud ſentimus quod ſcriptum eſt in euangelio:quia & ipſe diabolus & omnes angeli eius,cum his qui opera eius faciūt,id eſt, qui criminā/tur fratres:cū ipſo pariter æterni ignis hæreditatē patientur. Siquis ergo negat diabolum æternis ignibus mancipandum:partem cum ipſo æterni ignis accipiat,ut ſentiat quod negauit. Audío & de anima quæſtiōes eſſe commotas. De qua re utrum recipi debeat querimonia, aut abñci,uos probate. Si aūt & de me quid ſentiam quæratur: fateor me de hac quæſtione apud quā plurimos tractatorum diuerſa legiſſe. Legi quoſdam dicentes, quod pariter cum corpore per humani ſeminis traducem etiam anima diffundatur: & hi quibus id poterant aſſertionibus cōfirmabant. Quod puto inter latinos Tertullianum ſenſiſſe uel Lactantium:fortaſſis & alios
D nonnullos. Alíj aſſerunt quod formatis in utero corporibus,deus quotidie faciat animas & infundat:alíj quod factas iam olim,id eſt,tunc cum omnia deus creauit ex nihilo:nunc eas iudício ſuo diſpenſet in corpore. Hoc ſenſit & Origenes & nōnulli alíj Græcor̄. Ego uero cū hæc ſingula legerim,deo teſte dico:quia uſq; ad præſens certi uel definiti aliqd de hac quæſtione nō teneo,ſed deo relinquo ſcire quid ſit in uero,& ſi cui ipē reuelare dignabit̄. Ego tamē hæc ſingula & legiſſe me non nego,& adhuc ignorare confiteor: præter hoc quod manifeſte tradit eccleſia: deum eſſe & animarum & corporum conditorem. Sane quia audio etiam inde eſſe diſputatū, quod quædā Origenis rogatus a fratribus de Græco in Latinū tranſtuli: puto quod oīnes intelligant, hæc pro ſolo liuore culpari. Si eī aliquid eſt quod diſpliceat in authore: quare id ad interpretem detorquetur? Sicut in græcis habetur:rogatus ſum ut latinis oſtenderē. Græcis ſenſibus,uerba dedi latina tantummodo. Siue ergo in illis ſenſibus laus ineſt aliqua,non eſt mea: ſiue culpa,ſimiliter non eſt mea. Quinimo etiā illud adieci, ſicut in præfatiuncula mea deſignaui,ut inquantū poſſem aliquanta deciderem:illa tamen quæ mihi in ſuſpitionē ueniebāt, quod non ab ipſo Origene ita dicta,ſed ab alíjs uiderētur inſerta,propter hoc quod de eiſdem rebus in alíjs locis eiuſdem authoris catholice dictum legeram. Nemo ergo mihi ex hoc queſo te ſancte ac uenerabilis & beate pater conflet inuidiam:nemo factionibus utatur & calumnijs: quod in eccleſia dei fieri non licet. Vbi enim ſimplicitas tuta erit & innocentia, ſi hic nō erit? Origenis ego neq; defenſor,neq; aſſertor ſum,neq; primus interpres. Alíj ante me hoc idē opus fecerant, feci & ego poſtremus rogat⁹ a fratrib⁹. Si iubet̄ ne fiat,iuſſio obſeruari debet in poſter̄. Si culpantur q ante iuſſionē fecerūt: culpa a primis incipiat. Ego eī præter hanc fidem quā ſupra expoſui,id eſt,quā Romana eccleſia & Alexandrina,& Aquileienſis noſtra tenet,quæq; Hieroſolymis prædicatur, alienam nec habui unq̄ in iſto homine,nec habeo nec habebo. Et ſi quis aliter credit quiſq; ille eſt,anathema ſit. Reddent autem in die iudicij rationem:hi qui offendicula & diſſenſiones & ſcandala fratribus ꝓpter inuidiā ſolam generant & liuorem.

A

SOLYMORVM EPISCOPVM DE RVFFINO SENTENTIA.

PRobatæ quidem affectiõis est hoc: ut laudabiliter de sacerdote sacerdos loquaris. Pro tanto igitur præconio, quod in merita mea effusissime contulisti: ut amori tuo gratias ago, ita splendorem tuæ sanctitatis & eas quas in domino habes uirtutes, subinde quodãmodo paruitatis nostræ fauorabilis sermo ꝓsequit̃: tã eminẽter non omnium præstantissime, laudum tuarum fulges nitore conspicuus: ut par esse meritis sermo non possit. Porro autem tanto titulorum tuorum rapior incitamento, ut etiam quod impetrare nequeo, audere non desinam. Iam hoc de laudibus est tuis: quod me tantum de cœlestis animi istius serenitate laudasti. Tui em̃ episcopatus ordo, perspicuus per diuersum orbem uelut radians: etiam ad nos splẽdoris sui detulit claritatem. In me quippe totum amicitiæ tribuis, examini nihil relinquis. Aut si iure me laudas: tu quoq; similiter relaudandus non es? Obsecro igitur ob utrũq; ut memetipsum laudare iam desinas. Duplex enim causa me hoc poscere constringit, ne consacerdotis tui sensibus, aut dolorem falsa laus ingerat, aut pudorem uera succendat. Sed ad causam reuertar. Ruffinus de quo me consulere dignatus es: conscientiæ suæ habet arbitrum diuinam maiestatem: apud quã se integro deuotionis officio ipse uiderit, qualiter debeat approbare. Origenes autem cuius in nostram linguam composita deriuauit, ante quis fuerit, in quæ processerit uerba, nostr; propositũ nesciuit. Quod uero sit animi mei studium cũ tua paulisper hoc conferam sanctitate. Hoc igitur mente concepi: quod qui urbis nostræ populis de translata Origenis lectione patefecit: quandam puris mentibus uelut nebulam excitans iniectam, fidemq; apostolorum maiorum traditione firmatam, uelut deuijs anfractibus illum noluisse dissoluere. Discere hoc loco libet quid agat in Romanã linguã ista translatio. Approbo si accusat authorem: & execrandum factum populis prodit: ut iustis tandem odijs teneatur quem iamdudum fama constrinxerat. Si uero interpres tantorum malorum erroribus consensum præstat: & legenda impia dogmata prodit in populos: nihil aliud sui opera laboris extruxit: nisi ut propriæ ueluti mentis arbitrio, hanc quæ sola & quæ prima apud catholicos Christianos uera fides, iã ab apostolis exinde usq; ad tẽpus præsens tenet̃, inopinatæ titulo assertionis euerteret. Absit hæc ab ecclesia Romana nequaq; catholica disciplina. Nunq; profecto euenit: ut aliqua hoc admittamus ratione, quod iure meritoq; dãnamus. Quapropter in toto orbe Christi dei nostri diffusa ꝓuidentia, probare dignabitur, accipere nos omnino nõ posse, quæ ecclesiam maculent: probatos mores euertant: aures circũstantiũ uulnerẽt, iurgia, iras, dissensiones q; disponant. Quare nosce qualem epistolam ad fratrem & coepiscopum nostrum Veneriũ diligentiori cura perscriptã paruitas nostra transmiserit, sibiq; hanc conscientiã fecerim: quod non superflua laborẽ formidine, neq; uano timore solliciter, mihi certe cura nõ deerit euangelij fidem circa meos custodire populos, partesq; populi mei per quæq; spatia diuersa terrar; diffusas quãtũ possim litteris cõuenire, ne qua prophanæ interpretationis origo subrepat: quæ deuotas mentes immissa sui caligine labefactare conetur. Illud quoq; quod euenisse gaudeo, tacere non potui: beatissimorũ principũ Manasse respõsa, quibus unusquisq; deo seruiens, ab Origenis lectione reuocetur: damnandũq; sententia principũ, quẽ lectio reum prophana prodiderit. Hactenus sententiæ meæ forma processerit. Quod te uero uulgi de Ruffino quærela sollicitat, ut quosdam malis suspitionibus persequaris: hanc etiam opinionem constringã diuinæ lectionis exemplo: sicut scriptũ est: Non sicut uidet homo, ita & deus. Nam deus uidet in corde, homo in facie. Itaq; frater charissime omni suspitione seposita, Ruffinum scito, quod propria mẽte Origenis dicta in latinum transtulit ac probauit: nec dissimilis ab eo est, qui alienis uitijs præstat assensum. Illud tamen scire cupio, ita haberi a nostris partibus alienum: ut quid agat, ubi sit nescire cupiamus. Ipse deniq; uiderit, ubi possit absolui.

RVFFINI AQVILEIENSIS IN DIVVM HIERONYMVM INVECTIVARVM LIBER PRIMVS.

PErlegi scripta tua Aproniane charissime quæ ab amico & fratre bono de oriente ad uirum nobilissimum Pammachium missa transmisisti ad me: recordatus sum sermonis pphetici qui ait: Filij hominũ dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eor; machera acuta. Verũ ad hæc uulnera quæ infligũt̃ ex lingua inter hostes, me dicus pene

C dicus pene nullus est. Et ideo cõuerti me ad Iesum cœlestẽ medicũ, q mihi antidotũ potentissimũ dedit de euãgelij sui pyxide prolatũ, quod uim doloris spe futuri apud se iusti examinis solaretur. Potio ergo ipsa quam temperauit Iesus: hæc erãt uerba: Beati, inquit, estis cum uos persecuti fuerint hoies, & dixerint aduersum uos omne malũ mentiẽtes. Gaudete & exultate, qm̃ merces uestra multa est in cœlis. Sic em̃ persecuti sunt & pphetas qui erãt ante uos. Et ego quidem quantũ in me est hoc medicamento contentus, de reliquo silere decreueram, dicens apud meipsum: Si patremfamilias Beelçebub uocauerunt: quantomagis nos, licet indignos domesticos eius? Et si illi dictum est: quia seductor est & seducit turbas: ego cur indigner si audiã me hæreticum dici: & pro ingenij tarditate, uel potius cæcitate talpam nominari? Et cũ dominus meus imo omnium deus Christus dictus sit homo uorax, & uini potator, amicus publicanorũ & peccatorũ: ego cur indigner si audiam homo carnalis & in delitijs degens? Verum quoniã respondendi mihi, uel ex parte iusta quædam necessitas uidetur imponi: ex eo quod dicatur multos offendi de his quæ ab eo scripta sunt: nisi quid sit in causa pandatur: cõpellor cõtra uotum meum & propositum respondere, ne forte reticendo uidear crimen agnoscere, q̃uis Christiano cætera crimina silendo depellere, exemplo domini glorioſum sit: sed tamẽ hoc in fide si fiat maximum scandalum generat. Quia ergo in initijs huius inuectionis suæ promittit se omissurum personas: & rebus tantum & criminibus responsurum: utrũq; autem falsum est, nam cui respondeat crimini quod nullus obtendit? Quomodo autem omittit personas cum interpretem librorum, toto inuectionis suæ textu indesinenter incuset & laceret? Nos omissa omni ironia & ὑποκρίσεως tergiuersatione quæ deo execrabilis est, licet incomptis uerbis & oratione incõposita respondebimus: ueniam imperitiæ nostræ a legentibus concedendam, nõ immerito præsumẽtes: quia non alios accusamus, sed nosmetipsos a maledictis purgare contendimus. Et ideo studemus: ut non tantum in nobis sermo quantũ ueritas luceat. Sed priusq̃ incipiam purgare cætera, illud eum ante omnia uere dixisse confiteor: quod ait se non reddere maledictum pro maD ledicto: hoc satis uerum est: non em̃ pro maledictis, sed pro benedictis & laudibus conuitia & maledicta restituit. Neq; ut ait uerberanti dexteram maxillam offert alteram: sed palpanti & leuiganti maxillam, morsum improuisi dentis infigit. Cum em̃ nos in eo æloquentiam ac studium laudauerimus (interpretando dumtaxat ex græcis) & fidei eius nusq̃ derogauerimus: ille utrũq; in nobis damnat: & ideo ueniam etiam ipse nobis cõcedat: si forte aliquid, aut asperius, aut incõptius dicimus: quia imperitum hominem ad respondendum lacessiuit, quem sciret nõ posse per multam dicendi artem & æloquentiæ copiam id agere: ut is quem læsum uellet ac uulneratum, nec uulneratus uideatur esse nec læsus. Hoc ergo æloquẽtiæ genus ab ipso requiratur, qui ad culpandum seu uituperandum leui rumusculo cõmotus uelut quis censor accurrit. Qui uero obiectas depellere a se maculas cupit, necessitate sibi responsionis imposita, non q̃ elegãter & ornate: sed q̃ uere respondeat cogitabit. Et qm̃ inter principia ipsa ait, quasi sine me hæretici esse nõ possint: primo hoc nobis ostendendũ est, qd' nec cũ ipso nec sine ip̃o hæretici sumus, ut cum de nobis constiterit quid simus, tunc demum nec de aliorum quidem dictis ad nos retorqueri possit infamia. Ego, sicut & ipse & omnes norunt, ante annos fere triginta in monasterio iam positus, per gratiã baptismi regeneratus, signaculum fidei consecutus sum per sanctos uiros Chromatium, Iouinum & Eusebiũ, opinatissimos & probatissimos in ecclesia dei episcopos: quorum alter tũc presbyter beatæ memoriæ Valeriani, alter archidiaconus, alius diaconus simulq; pater mihi & doctor symboli ac fidei fuit. Illi ergo sic mihi tradiderunt, & sic teneo, quod pater & filius & spiritus sanctus unius deitatis sint: unius substãtiæ, coæterna, inseparabilis, incorporea, inuisibilis, incomprehensibilis trinitas: & sibi soli, ut est, ad perfectum nota: quiæ nemo nouit filium nisi pater, neq; patrẽ quis nouit nisi filius. Et spiritus sanctus est qui scrutat' etiam alta dei: & ideo caret omni uisibilitate corporea: sed intellectuali illo deitatis oculo uidet patrem filius & spiritus sanctus, sicut pater uidet filium & spiritũ sanctum: nec est prorsus ulla in trinitate diuersitas: nisi quod ille pater est, & hic filius, & ille spiritus sanctus. Trinitas in personarum distinctione: unitas in ueritate substantiæ: & quod unigenitus filius dei, per quẽ a principio omnia quæ sunt, facta sunt, siue uisibilia siue inuisibilia, in nouissimis diebus carne humana susceptа

A na ſuſcepta,homo factus eſt,& paſſus eſt pro ſalute noſtra.Et tertia die ſuſcitata illa ipſa carne, quæ poſita fuerat in ſepulchro,reſurrexit a mortuis.Et cum ipſa eadem carne glorificata aſcendit ad cœlos:unde & expectatur uenturus ad iudicium uiuorum & mortuorum . Sed & ſimili modo nobis quoq; ſpem reſurrectionis dedit:ut eodem ordine,eadē conſequentia,pari eadēq; forma qua ipſe dominus reſurrexit, nos quoq; reſurrecturos eſſe credam⁹ :nō nubes aut auras tenues ut calūniantur: ſed hæc ipſa,in quibus nunc uel uiuimus uel morimur noſtra corpora recepturi. Nam quomodo uerum erit qđ reſurrectionē carnis credimus, niſi in ea uere & integre carnis huius natura ſeruetur? Abſq; ullis ergo præſtigijs,ueræ & integræ carnis huius noſtræ,in qua nūc ſumus , reſurrectionem fatemur. Verum ad maiorem rei fidem addo aliquid amplius: & calumnioſorum neceſſitate compulſus , ſingulare & præcipuū eccleſiæ noſtræ myſteriū pando. Etenim cum omnes eccleſiæ ita ſacramentum ſymboli tradant:ut poſtq̄ dixerint peccatorū remiſſionem ,addant carnis reſurrectionem:ſancta Aquileienſis eccleſia dei ſpiritu futuras aduerſum nos calumnias p̃uidente: ubi tradit carnis reſurrectionē,addit unius pronois ſyllabā:& p eo qđ cæteri dicūt,carnis reſurrectionē:nos dicim⁹ huius carnis reſurrectionē:quo ſcilicet frō tē,ut mos eſt,in fine ſymboli ſignaculo cōtingentes:& ore carnis huius uidelicet quā cōtingim⁹ reſurrectionē fatentes: oēm uenenatæ aduerſum nos linguæ calumniādi aditū p̃ſtruamus.Eſt ne aliquid hac confeſſione plenius? Eſt aliquid iſta expoſitione perfectius? Sed nihil ut uideo, profuit nobis tanta hæc cautela ſpirituſſancti.Inueniūt adhuc male loquaces linguæ calumniādi locum.Membra,inquit,ſingula nominatim niſi dixeris:& caput cum capillis ſuis, manus,pedes,uentrem,atq; ea quæ ſub uentre ſunt,niſi expreſſius deſignaueris,carnis reſurrectionem negaſti.Hæc ſunt nouelli ſapientis inuenta,quæ beatos apoſtolos tradentes fidem eccleſiæ latuerunt:nec ulli ſanctorum niſi huic ſoli per carnis ſpiritum reuelata ſunt.Et nunc indecenter quidē proponit:ſed audiat & honeſtius & uerius cū̃ proponit.Primitiæ dormientiū Chriſtus eſt, qui & primogenitus ex mortuis dicitur: ſicut & Apoſtolus de reſurgentibus dicit: Initiū Chriſtus eſt, deinde hi qui ſunt Chriſti . Habentes ergo indubitatas reſurrectionis noſtræ primitias Chriſtum:quid de cæteris dubitamus:cum certum ſit quod qualibus membris,& qualibus capillis,qua carne,& quibus oſſibus Chriſtus reſurrexit,& nos omnes reſurgamus? Quia & ipſe
B propterea ſe poſt reſurrectionem palpandum diſcipulis præbuit,ne ulla de reſurrectione eius cunctatio remaneret. Cum ergo ita euidens,&(ut ita dicam)palpabile & manu attrectandū nobis Chriſtus dederit ſuæ reſurrectionis exemplum:ita aliquis inſanit,ut aliter ſe reſurrecturum putet,cū̃ reſurrexerit ille qui primus reſurrectionis aditum patefecit? Vnde etiam illud ueritatē huius confeſſionis affirmat:quod natura quidem carnis huius eſt ipſa,nec ulla alia quæ reſurget,purgata tamen a uitijs reſurget corruptione depoſita:ut uerum ſit illud quod dicit Apoſtolus:Quia ſeminatur in corruptione,ſurget in incorruptione : ſeminatur in ignominia,ſurget in gloria:ſeminatur corpus animale,ſurget corpus ſpiritale. Tancū̃ ergo ſpiritale & glorioſum, & incorruptibile corpus,ſuis propriſ & non aliunde aſſumptis exornabitur & illuſtrabitur mēbris:ſecundū eam gloriam quā propoſitū nobis Chriſti ſeruat exemplum:ſicut Apoſtolus dicit:Qui tranſformabit corpus humilitatis noſtræ,conforme corpori claritatis filij ſui. Cum igit̄ per omnia in reſurrectionis ſpe Chriſtus ꝓponatur ad formā:& primogenitus ipſe ſit reſurgentium:atq; omnis creaturæ ipſe ſit caput,ſicut ſcriptum eſt: Qui eſt caput omniū primogenitus ex mortuis:ut ſit in omnibus ipſe primatū tenens:quid inaniter uerborum pugnas, & malarū ſuſpitionum certamina cōmouemus:cum in ea confeſſione quam ſupra expoſui,eccleſiaſtica fides conſtet:& clarum ſit quod ad incuſandum non moueat aliquem diuerſitas fidei, ſed peruerſitas animi? Verum quoniā in hoc loco cū de reſurrectiōe carnis argueret:ut ei mos eſt,miſcuit ſerijs ridicula & ludicra, dicens:mulieres quaſdam de noſtris,māmillas ſuas tenentes, uel leues cōtractantes genas , cū plauſu fœmoris & uentris dicere ſolere:quid nobis prodeſt reſurrectio, ſi corpus iterū fragile reſurget? Futuræ angelorū ſimiles, angelor; habebimus & naturā. Quas hic mulierculas incuſet:& ſi laceratione dignæ ſint,ipſe uiderit. Aut ſi eū ſe putat q prædicat, nō eſſe ſuum talione mordere: uel certe ſi æquanimiter fert ſuas mulierculas, ueris & nō fictis neq; cōmentitijs remorderi:hic inquā ipſe uiderit. Nos interim quod ille promiſerat implentes: non

C reddimus talionem. Sed ut uideo, isti cui displicet mulier, quæ negat se ex resurrectione fragile corpus habituram, sine dubio placet ei fragilitatem corporis permansuram. Et ubi est quod dicit Apostolus: Seminatur in infirmitate, surget in uirtute: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale: quã fragilitatem uis esse in corpore spirituali? Et quod resurget in uirtute: quomodo iterum fragile erit? In uirtute quod fragile est, quomodo erit? Nõne melius dicũt mulierculæ q̃ tu, quæ negant ultra fragilitatem corpori dñaturam? Quid illas irrides, quæ sequuntur Apostolum dicentem: Quia corruptibile hoc induet incorruptionẽ: & mortale hoc induet immortalitatem? Apostoli non docuerunt fragile corpus futurum esse, quod resurget a mortuis: sed econtrario in uirtute, & in gloria resurrecturũ dicunt. Tu hoc unde nunc profers? Nisi forte a Iudæis aliquibus noua nunc lege promulgatur ecclesiæ, ut etiam ista discamus. Est enim Iudæorum uere de resurrectione talis opinio: quod resurgent quidem, sed ut carnalibus delitijs & luxurijs, cæterisq; uoluptatibus corporis perfruantur. Quæ autem alia est fragilitas corporis, nisi corruptela membrorũ, irritatio gulæ, & incitamenta libidinis? Sed patimini quæso uos, si tamẽ Christum amatis: in incorruptione absq; his esse corpus quod resurget a mortuis, fas sit aliquando cessare. Credamus in resurrectione desinere etiam licitos coitus: ne & illiciti subrepant q̃diu horum nõ sit obliuio: quid tam sollicite, quid tam curiose discutitur & pertractatur uenter, & ea quæ sub uentre sunt? Et nos carnales & delitiosos esse dicitis: cum uos ut uideo ab his cessandũ, nec in resurrectione credatis. Neq; ergo naturam carnis huius in qua nunc uiuimus, resurgere denegem⁹: neq; rursus cũ ea carnis uitia pariter inuoluamus. Sed caro quidẽ resurget, & non alia pro alia, sed hæc ipsa: nec naturam perdet, sed fragilitatem & uitia deponet: Alioquin nec immortale erit quod fragile permanserit. Et ideo nos neq; uobiscum, neq; sine uobis hæretici sumus. Ecclesiæ em̃ fides, cuius nos alumni sumus, media incedens inter utrũq; discrimẽ, neq; naturæ carnis uel corporis (quod resurget a mortuis) denegat ueritatem, neq; cõtra apostoli sententiam incorruptionem futuri regni dicit a corruptione possidendam. Non ergo carnem, uel corpus, perditis, ut ais, aut amputatis membris resurgere dicimus: sed totum & integrũ corpus, corruptione tantum & ignominia ac fragilitate deposita, atq; omnibus mortalitatis uitijs pariter amputatis: ita ut nihil prorsus ex natura sua desit spiritali illi corpori, quod resurget a mortuis nisi illa corruptio. D Latius q̃ proposuerã, huic uni titulo de resurectione respondi: uerẽs ne iterum per breuitatem aliquibus calumnijs pateremus: Et ideo nõ solum corporis in quo calumniatur, sed & carnis fecimus frequẽter mentionẽ: & nõ solũ carnis, sed addidimus huius carnis: & non solum huius carnis, sed & naturam huius carnis cõmemorauimus: nec contenti fuim⁹ hoc: sed ne membrorum quidẽ resurrecturis integritatem diximus defuturam. Ita tamen ut secundũ apostoli definitionẽ: corpus quod resurget ex corruptibili, incorruptibile: ex ignobili, gloriosum: ex fragili, immortale: ex animali, spiritale credatur: ita ut demum spiritalis corporis mẽbra, absq; ullis esse corruptelæ uel fragilitatis suspitiõibus sentiamus. Designaui fidẽ meam de trinitate: designaui de incarnatione passione ac resurrectione: & de secundo aduentu in gloria, & de iudicio futuro dñi saluatoris nostri. Designaui & de resurrectiõe carnis nostræ: & nihil (ut opinor) ambiguũ dereliqui. Quid nunc superest? Nihil arbitror quantũ ad fidem pertinet. Sed in eo te, inquit, arguo: quod Origenem interpretatus es: qui restitutionẽ omniũ dicit futuram: in qua nõ solum omnes peccatores absoluendos: sed & ipsum diabolum & angelos eius, quandoq; dicit relaxandos esse de pœnis: ut restitutio omniũ consequẽter possit intelligi. Et animas ante dicit creatas esse q̃ corpora: easq; de cœlo deductas, & corporibus insertas. Ego nũc nihil p̃ Origene ago, nec Apologeticũ pro ipso scribo. Siue enim stat apud deum, siue lapsus est, ip̃e uiderit, suo dño stat aut cadit. Sed cogor in aliquibus eius facere mentionem: quia dum illum arguit rhetor noster: non iam oblique, sed palam mucrone districto me petit: & totus fertur in me. Et quid dico me petit? Imo uero ut in me desæuiat: nec institutori suo parcit: dum putat se ex his quos interpretatus sum libellis eius, posse in me aliquid calumniæ retorquere: quia inter cætera quæ culpat in nobis, etiam inuidiosius hoc addidit, dicens: me hoc opus ad interpretandũ delegisse, quod neq; ipse, neq; alius quis ueterũ interpretũ delegisset. Huius ergo rei causam primo cur hoc opus potissimũ adorsus sim, quia hinc maxime mordeor, q̃ potero paucissimis

& uerissimis

A &ueriſſimis abſoluam. Licet id apud te fili mi chariſſime, qui rem ut geſta eſt noſti, ſuperfluũ uideatur: tamen & ignorantes conuenit noſcere: ſimul etiam quia & hoc non ſolũ ipſe, ſed & omnis ſchola eius iactat de nobis, quod cum aliter promiſerimus nos in præfationibus tranſla turos, aliter fecerimus in opere: ideo non ſolum ipſis, ſed & alijs reſpondebimus, quibus uel p/ prius liuor mentem, uel criminatio aliena conturbat. Vir fide, eruditione, nobilitate, uita clarus, Macarius cum opuſcula aduerſus fatũ, uel matheſim haberet in manibus, eaq; utili & perne/ ceſſario labore componeret: in aliquantis uero quia erat perdifficilis materia, de diuinæ proui/ dentiæ diſſerere diſpenſationibus hæſitaret: per ſoporem ſibi a dño tale aliquid dicebat oſten/ ſum: quod nauis ei quædam demonſtraretur eminus aduentare per pelagus, quæ cum portum fuiſſet ingreſſa, nodos ſuæ hæſitationis abſolueret. Exurgens uero cum de uiſu ſollicitus cogita/ ret, nos ſuperueniſſe aiebat in tempore: quibus continuo & opuſcula ſua, & ambiguitatẽ indica uit & uiſum. Quid porro Origenes, quẽ opinatiſſimum apud Græcos audierat, ſentiret de tali bus percunctatur, breuiterq; ſibi eius de ſingulis quibuſq; ſententias orat exponi. Ego rem pri/ mum dicebam factu eſſe difficilem: ſanctum tamen Pamphilũ martyrẽ dixi quadam ex parte tale aliquid operis cõſcripſiſſe in Apologetico ſuo. Continuo id ſibi poſcit in latinũ uerti. Nul/ lum dicebam me uſum huiuſcemodi operis habuiſſe: & ad latinum ſermonẽ tricennali iam pe/ ne incuria torpuiſſe. Perſtitit tamen deprecans qualicũq; ſermone noticiam ſibi tantum eorum quæ cupiebat oſtẽdi. Cũq; id quo potui ſermone feciſſem: maiori deſyderio accenſus eſt ad illa ipſa plenius cognoſcenda: e quibus pauca illa quæ tranſtuleram uidebant aſſumpta. Excuſantẽ me urgere uehementius cœpit, & ſub dei teſtimonio conuenire: ne ſibi ad opus bonum quæ ſe auxilia iuuare poſſent denegarẽ. Cũq; uehemẽter inſiſteret, & deſyderiũ eius ſecundũ deũ eſſe perſpicerem: acquieui tandem & interpretatus ſum quidẽ. In præfatiunculis tamẽ utriuſq; ope/ ris & maxime in Pamphili libello quẽ primũ tranſtulerã, expoſui primũ omniũ fidẽ meã: & p

B teſtatus ſum, me quidẽ ita credere, ſicut fides catholica eſt. Si qd autẽ uel legeret uel interp̃taret a me: id me ſalua fidei meæ facere ratiõe. In iſtis uero Peri archon libellis, etiam illud admonui: quod cũ in ipſis libris inuenirentur quædã de fide ita catholice ſcripta ut eccleſia prædicat: quæ/ dam autem his contraria, cum de una eademq; re dicãtur: mihi uiſum ſit hæc ſecundũ illã ſem/ per regulam proferenda quã ipſe catholicæ ſententiæ expoſitiõe protulerat: & ea quæ a ſemet/ ipſo inuenirentur eſſe contraria, uel inſerta ab alijs, id em̃ epiſtolæ ſuæ querimonia cõteſtatur, abijcerem: uel certe ut nihil ædificationis in fide habentia præterirem. Nõ autẽ ſuperfluũ puto uideri, inſerere etiã ip̃a loca de præfatiunculis meis: ut nihil careat teſte quod dicimus. Sane ne in legendo error ſit ex his quæ huic ſcripturæ nunc aliunde inſerimus: ſi quidẽ mea ſunt, ſimpli ces aduerſum capita habent notas: ſi accuſatoris mei duplices: Ex præfatiuncula in Apologeti/ co Pamphili, poſt aliquãta ita diximus. Qualiter ergo ſentiat Origenes, tenor libelli huius edo ceat. De his autem quæ apud eũ contraria ſibi inueniuntur: quid cauſæ ſit, in ultimo breui adie/ cta aſſertione docebimus. Nos autem ſicut traditum eſt nobis a ſanctis prophetis ita tenemus: quod ſancta trinitas coæterna ſit, & unius uirtutis atq; ſubſtantiæ, & quod filius dei in nouiſſi/ mo tempore homo factus eſt, & pro peccatis noſtris paſſus eſt: & in ea ipſa carne, in qua paſſus eſt, reſurrexerit a mortuis: propter quod & reſurrectionis ſpem humano generi tribuit. Carnis uero reſurrectionem, non per aliquas præſtigias, ſicut nonnulli calumniantur dicimus: ſed hãc ipſam carnem, in qua nunc uiuimus reſurrecturam credimus, non aliam pro alia, neq; corpus aliud, cẽ huius carnis dicimus. Siue ergo corpus reſurrecturum dicimus, ſecundum Apoſtolum dicimus: hoc enim nomine uſus eſt ille. Siue carnem dicimus, ſecundum traditionem ſymboli confitemur. Stulta em̃ adinuentio calumniæ eſt, corpus humanum aliud putare eſſe cẽ carnẽ. Siue ergo carnem ſecundũ cõmunem fidem, ſiue corpus ſecundũ Apoſtolum dicimus quod re ſurget: ita credendum eſt, ſicut Apoſtolus definiuit. Quia quod reſurget, in uirtute reſurget, & in gloria & incorruptibile ac ſpiritale corpus. Saluis ergo p̃rogatiuis futuri corporis uel carnis, reſurrectio carnis credenda eſt integræ atq; perfectæ: ut & natura carnis eadem ſeruetur: & in/ corrupti ac ſpiritalis corporis ſtatus & gloria non infringatur. Sic em̃ ſcriptum eſt: Quia corru ptio incorruptionẽ nõ poſſidebit. Hæc ſunt, quæ in Hieroſolymis in eccleſia dei, a ſancto ſacer/

C dote eius Iohãne prædicantur:hæc nos cum ipso & dicimus & tenemus. Si quis præter hæc uel credit,uel docet,uel a nobis aliter credi q̃ exposuim⁹ putat,anathema sit. Nostræ ergo fidei documentum si quis habere uult, habeat ex his. Si quid autẽ legimus,aut asserimus,aut interpretamur,salua huius fidei nostræ facimus ratione:secundum Apostolum omnia probãtes,quod bonum est tenentes:ab omni specie mala nos abstinẽtes. Et si qui hanc regulam sequũtur: pax super illos,& sup Israel dei. Cũ igitur hæc ego anteq̃ calumniatorẽ aliquis exurgeret,de mea fide præfatus sim:ne quis forte diceret qd' ab ipsis admonitus uel coactus,hæc modo dicerẽ quæ ante non senseram: cũq; me si quid illa interpretandi necessitas popposciſſet,integro fidei meæ statu facturũ esse promiserim:quomodo adhuc locus calumniantibus datur, cum utiq; prima cõfessionis meæ uox,ab oĩi suspitiõe cõtrarij dogmatis tutũ me faciat & munitũ? Præterea eĩ ut & superius p̃dixi, dñi sermone didici: quia ex suis unusq̃q; uerbis,& nõ ex alienis uel iustifi/cabitur uel cõdẽnabitur. Sed & in ea nihilominus præfatiuncula, quã in ipsis Peri archon libris præmisimus,qualiter interpretatiõis nostræ fidem obseruandã dixerimus:ex ipsis æque sermo/nibus cõprobet'. Aequũ nãq; est etiã ex ipsa quæ ad rem pertinẽt inseri. Nã cũ honoris gratia mentionẽ feciſſemus huius uiri, q hæc nunc adducit ad crimen:pro eo quod ante nos ipse prior Origenis q̃ plurima fuisset interpretat⁹:& eius uel æloquentiã in explicãdo,uel in interpretãdo diligentiã laudasſemus, eũq; nobis sequendũ in opere simili diceremus: post aliquanta etiã ad hoc adiecimus. Hunc ergo etiam nos licet non æloquentiæ uiribus, disciplinæ tamẽ regulis in/quãtũ possumus sequimur:obseruãtes hoc ne ea quæ in libris Origenis a semetipso discrepãtia inueniunt' atq; cõtraria ,pferamus. Memẽto qui legis,ne hic te breuiter dictus sermo prætereat quẽ dixi:quia non proferã ea quæ in libris Origenis a semetipso discrepantia inueniuntur atq; contraria. Non eĩ generaliter promisi me prolaturum quæ essent fidei contraria: sed quæ ipsi sibi essent cõtraria,uel quæ a semetipo discrepant:nõ quæ a me uel ab alio aliquo discreparent. Non ergo hoc sermone subripientes inimici calumnias generent:ut dicant me promisisse,quia si quid contrariũ est,uel discrepat a fide nostra proferã. Hoc etiã si facere potui:tamẽ ,pmittere nõ auderẽ. Et si quidẽ factũ hoc in opere meo inuenies,amplecti poteris. Si uero in aliquo tibi minus impletum uidetur, culpare nõ poteris: quia professionis meæ tale uinculũ nõ tenes. Sed cõiungamus etiã cætera. Cuius diuersitatis inquã causas,plenius tibi in Apologetico quẽ Pam/philus pro libris ipsius Origenis scripsit ædidimus,breuissimo libello supaddito:in quo euidẽ/tibus,ut arbitror,pbamẽtis,corruptos esse in q̃ plurimis ab hæreticis & maliuolis libros ei⁹ ostẽ/dimus:& p̃cipue istos quos nũc exigitis,ut interp̃temur,id est, Peri archon,qd' uel de principijs uel de principatibus dici potest:q sũt reuera & obscurissimi & difficillimi. De rebus eĩ talibus ibi disputat:in quibus philosophi omni sua ætate cõsumpta,nihil inuenire potuerunt. Hic uero noster quãtũ potuit id egit:ut creatoris fidẽ & creaturarũ rationẽ,quã illi ad impietatẽ traxerãt, ad pietatẽ iste cõuerteret. Etiã hic diligentius inspice,ut nõ te p̃tereat,qd' creatoris qdẽ fidẽ dixi/mus,creaturarq; uero rationẽ:sciẽtes qd' ea quæ de deo dicũtur,ad fidẽ p̃tinent:quæ uero de crea/turis disputamus,ad rationẽ. Sed quod sequitur adhuc addamus. Si ubi ergo nos in libris eius aliquid cõtrarij inuenimus,quod ab ip̃o in cæteris locis pie de trinitate fuerat definitũ:uelut ad/ulteratum hoc & alienũ,aut prætermisimus,aut secundũ eam regulã protulimus:quam ab ipso frequẽter inuenimus affirmatã. Nũquid & hic incaute aliquid diximus? Nũquid dixi quia secũ/dum fidei nostræ regulam protuli:quod erat utiq; iam penitus modũ interpretis, & ex Græco in latinũ uertentis excedere? Sed secundũ eam regulã protulisse me dixi:quã ab ipso frequenter inuenimus affirmatã. Itẽ his addidimus. Si qua sane uelut peritis iam & scientibus loquens,dũ breuiter transire uult obscurius protulit:nos ut manifestior fieret locus, & ea quæ de ipsa re in alijs libris apertius legeramus adiecimus,explanationi studẽtes. Nihil tamen nostrũ diximus: sed licet in alijs locis dicta,sua tantũ sibi reddidimus. Puto quod etiã apud iniquissimos iudi/ces sufficere mihi posset sola ista confessio,qua dixi nihil nostrum diximus:sed licet in alijs locis dicta,sua tamen sibi reddidimus. Nunquid me in aliquo obnoxium feci? Nũquid promisi me meum aliquid dicturum? Vbi est quod accusant,quod calumniantur,quod confingunt me di/xisse,quia mala tuli & bona dixi: & quæcũ q; bona sunt transtuli? Erubescant aliquando,& desi/

nant falsã

A nant falsa ꝓferre:& diaboli in se opus fratres criminãdo suscipere. Audiãt quia nihil nostrũ di
ximus:& iterum ac sæpius audiant,quia nihil nostrum diximus:sed licet in alijs locis dicta, sua
tamẽ sibi reddidimus. Et ne nos absq; dñi misericordia huic operi manus existimẽt cõmodasse:
uideant nos hæc ipsa ante prædixisse quæ faciunt. Post hoc enim addidimus etiam ista. Hæc
autem idcirco in præfatione cõmonui:ne forte calumniatores,iterum se criminandi putent inue
nisse materiam. Quod dixi,iterum,illa est causa:quia iam sancti episcopi Iohannis epistolã de
fide ad sanctum Theophilũ scriptam criminati sunt:quãdo corpus humanũ,aliud nescio quid
fingebãt esse cꝫ carnem:idcirco iterũ posui. Sed uideris inquã qd peruersi atq; cõtentiosi hoiès
agant. Nobis interim tãtus labor,si tamẽ orantibus uobis deus iuuerit,idcirco susceptus est:nõ
ut calumniosis os,quod fieri non potest,licet forte etiã hoc deus faceret,clauderemus:sed ut pro
ficere ad scientiam rerum uolentibus,materiam præberemus. Vt autem scias & quod falsaturi
hæc essent,& præuidimus & prædiximus:uide quid in sequẽtibus iunxerimus. Illud sane,oẽm
qui hos libros,uel descripturus est,uel lecturus,in cõspectu dei patris & filij & spiritus sancti cõ/
testor atq; cõuenio,per futuri regni fidem,per resurrectionis ex mortuis sacramentũ,si non illũ
locum æterna hæreditate possideat,ubi est fletus & stridor dentium, & ubi ignis eorũ non ex/
tinguetur,& uermis eorum non morietur:ne addat aliquid huic scripturæ,ne auferat,ne inserat,
ne immutet. Et tamen post ista omnia,tam horrifica,tanq; horribilia adiurationũ sacramenta,
falsare hæc atq; corrumpere non timuerunt illi:qui se dicunt credere resurrectionem carnis futu
ram. Qui uel hoc ipsum si crederent quod deus est:nũcꝫ hæc tam criminosa & nefanda cõmit-
terent. Vbi tamen in his quæ præfati sumus,aut Origenes laudibus usq; ad cœlum,ut crimina/
tur,elatus est:ubi Apostolus aut ꝓpheta, aut tale aliquid a nobis,quale ipse de eo scripserat di-
ctum est? Aut in quo prorsus alio inueniunt criminandi locũ? Fidem nostrã præmisimus: quæ
puto qd'in oẽibus cũ ecclesiastica cõfessione cõcordet. Interpretandi obseruantiã distinximus:
cuius reuera nobis in cꝫpluribus exẽplũ ipse præbuerat, qui nũc accusator existit. Quid ꝓpositi
in interpretando gesserim,designaui. Iam si plene id,aut minus plene implere ualui:a legẽtibus
cõprobetur:a quibus uel laudari,uel rideri solet,non tamen ad crimen uocari: cum in alterã lin/
guam,uel proprie,uel minus proprie aliena uerba uertuntur. Verum quoniã eorũ fecimus mẽ
B tionem,qui hæc ipa,quoquo modo sunt,tamẽ nisi falsa sint criminari ea nullatenus potuissent:
ipsum caput in quod manus falsarias imposuerũt,cõueniens puto huic Apologiæ nostræ inse-
rere:ne me studio meo subtrahere putent hoc, quod illi addito suo falsa crimina obtendunt.
Etenim cum in quodam supradicti operis loco,quẽ interpretati sumus quæstio haberetur , ad/
uersum eos qui deũ corporeũ dicunt:& humanis eum membris habituq; describunt:quod asse
rere præcipue Valentinianorꝫ & Anthropomorphitarũ hæresis solet:cui isti accusatores nostri
nimis,ut uideo dextras dederunt:& Origenes ecclesiasticam contra eos fidem defendens,omni
genere incorporeũ esse deũ,& idcirco etiam inuisibilem cõfirmaret,prouocante se ordine quæ/
stionis:respondit contra hæreticos in hoc loco quædam: quæ a nobis isto modo uersa sunt in
latinum. Ex primo libro Peri archon post aliquãta. Verꝫ istæ assertiones minus fortasse autho
ritatis habere uidentur apud eos qui ex sanctis scripturis de rebus diuinis instituí uolunt:& in/
de sibi approbari quærunt,quomodo natura dei supereminet corporũ naturã. Vide ergo si nõ
etiã Apostolus hoc idẽ ait,cũ de Christo loquitur dicens: Qui est imago inuisibilis dei:primo/
genitus omnis creaturæ. Nõ em̃,ut quidã putant,natura dei alicui uisibilis est,& alijs inuisibilis:
quia non dixit Apostolus,imago inuisibilis dei hominibus,aut inuisibilis peccatoribus:sed ual
de cõstanter pronũciat de ipsa natura dei dicens,imago inuisibilis dei. Sed & Iohannes in euã
gelio dicens: Deũ nemo uidit unqꝫ:manifeste declarat oĩbus qui intelligere possunt:quia nul/
la natura est cui uisibilis sit deus:non quasi qui uisibilis sit quidẽ per naturã,& uelut fragilioris
creaturæ euadat atq; excedat aspectũ:sed quoniã naturaliter uideri impossibile est. Sed si req-
ras a me, quid etiam de ipso unigenito sentiam:si ne ipse quidẽ uisibilem dicam dei naturã,qui
naturaliter inuisibilis est:nõ tibi statim uel impium uideatur esse uel absurdum : rationẽ quip/
pe dabimus consequenter. Aliud qdẽ est uidere,aliud noscere. Videri & uidere corporũ est:no
sci & noscere intellectualis naturæ est. Quicquid ergo propriũ corporũ est:hoc nec de patre,nec

C de filio ſentiendū eſt. Quod uero ad naturam pertinet deitatis, hoc inter patrem & filiū cōſtat. Deniq; etiā ipſe in euangelio non dixit: quia nemo uidet patrē niſi filius, neq; filium niſi pater: ſed ait: Nemo nouit filium niſi pater: neq; patrem quis nouit niſi filius. Ex quo manifeſte indicatur, quod quicquid inter corporeas naturas uidere & uideri dicitur: hoc inter patrem & filium noſcere dicitur & noſci, per uirtutem ſcientiæ non per uiſibilitatis fragilitatem. Quia ergo de incorporea natura & inuiſibili, nec uidere proprie dicit', nec uideri: idcirco neq; pater a filio, neq; filius a patre uideri in euangelio dicitur, ſed noſci. Quod ſi proponat nobis aliquis, quare dictū eſt: Beati mundo corde, quoniā ipſi deū uidebunt: multomagis ex hoc ut ego arbitror aſſertio noſtra firmabitur. Nam quid aliud eſt corde deum uidere, niſi ſecundum quod ſupra expoſuimus, mente eum intelligere atq; cognoſcere? Iſtud eſt caput, quod iſti qui ad inſidiandū mihi de oriente tranſmiſſi ſunt: non ſolū peruerſa intelligentia, uerūetiam uerborū adulterio conati ſunt infamare. Quod ego idcirco, ut alia quoq; nōnulla eius quē interpretabar ſcriptoris, ſuſpectū habere nō potui, neq; prætermittendū iudicaui: quia nō in eo aliquid de cōparatiōe patris ac filij dicebatur, ſed de ipſa deitatis natura quærebatur: ſi ei aptum ullo genere uiſibilitatis uocabulum uideretur. Reſpondi ut ſupra diximus his hæreticis: qui idcirco deum uiſibilem eſſe aſſerunt: quia & corporeum dicunt, pro eo quod uiſio proprie corporis eſt. Vnde & illi Valentiniani, quod ſupra diximus, hæretici, corporaliter & uiſibiliter generaſſe patrem, & generatum filium dicunt. Refugiens ergo, ut opinor, Origenes uiſionis appellationem tanq; ſuſpectam: ait melius eſſe in natura deitatis, id eſt, inter patrem & filium uti illo ſermone, quem ipſe dominus definiuit dicēs: Nemo nouit filium niſi pater, neq; patrem quis nouit niſi filius: omnē ergo occaſionem ſupradictis hæreſibus credidit excludendā, ſi notionē in natura deitatis potius diceret q; uiſionem: dū uiſio occaſionē aliquā præbere uideatur hæreticis. Notio uero unius naturæ inter patrem & filium, ſeruat indiſſociabilem ueritatem: præcipue quia euangelij talis authoritas eſt. Simul & cautelæ per hoc plurimū credidit fore: ne Anthropomorphitæ quoquo modo audirent uiſibilem deum. Hæc ratio, quia non faciebat aliquam differentiā trinitatis, uiſa mihi
D eſt nō debere penitus abijci, etiam ſi aliqua uerba in Græco incautius fortaſſe poſita, declinauimus. Sit ſane adhuc in iudicio legentium: utrū & hoc aduerſum ſupradictas hæreſes utile, aut minus utile uideat'. Tamen ponamus quod etiam hi qui norunt de litteris & huiuſcemodi ſenſibus iudicare, quibus cum peritia adeſt & timor dei: qui nihil per cōtentionē, neq; per inanem gloriam gerunt: quorum animus ab inuidia & fauore, & odio uacat, dicant non multum ad inſtructionem, uel ad expugnandas ſupra dictas hæreſes caput iſtud ualere: nūquid nam id nō licet præterire: & tanq; minus ualidum ad depellendos aduerſarios tranſcurrere? Pone quia ſit ocioſum: nunquid & criminoſum? Quomodo criminis loco ducetur: ubi inuiſibilitatis æqualitas inter patrem & filium & ſpiritum ſanctum cōfirmatur? Non puto hoc ita cuiq; uideri. Et quid dico cuiq;? Sed ne iſtis quidem ipſis criminatoribus meis, aliquid in meis litteris uiſum eſſe quod poſſit offendere. Deniq; ſi hoc putaſſent: ipſa ſicut tranſtulerā mea uerba poſuiſſent. Sed nunc auſculta quid faciunt: & flagitij eorū require ſi ullum præceſſit exemplum. In eo loco ubi ſcriptū erat: Quod ſi requiris a me, quid etiā de ipſo unigenito ſentiam, ſi ne ipē quidē uiſibilem dicam naturam dei, qui naturaliter inuiſibilis eſt: non tibi ſtatim uel impiū uideatur eſſe uel abſurdum, rationem quippe dabimus cōſequenter. Pro eo quod nos ſcripſimus, rationem quippe dabimus cōſequenter: illi ſcripſerunt, non tibi ſtatim impium uel abſurdū uideat' eſſe, quia ſicut filius patrem non uidet: ita nec ſpiritus ſanctus uidet filium. Hoc ſi in foro poſitus uel negocijs ſæcularibus cōmiſiſſet iſte qui de monaſterio Romā quaſi calumniandi peritiſſimus miſſus eſt: norunt omnes quid cōſequeretur ex legibus publicis eiuſmodi criminis reus. Nunc uero quia ſæcularem uitam reliquit, & a tergiuerſatione illa actuum publicorum ad monaſteriū cōuerſus eſt, & adhæſit magiſtro nobili: ab ipſo edocet' iterū pro modeſtia furere, inſanire, p quiete, ſeditiōes mouere: pro pace, mouere bellū: pro cōcordia mouere diſſidia: perfidus eſſe p fide, pro ueritate falſarius. Crede mihi quod huius ſceleris nequitia etiam uerū fuiſſet exemplar: niſi Hieçabel tibi illa occurriſſet. Illa eſt em quæ hoc crimen aduerſus Nabutheum Hieçraheliten uineæ cauſa compoſuit: & mandauit preſbyteris iniquitatis, falſis eum cōſcriptionibus perurgere

A bus perurgere:quasi q benedixisset:id est, blasphemasset deū & regem. Sed quis in hoc felicior: illa quæ mandat: aut hi qui mandato iniquitatis obtemperant? Grauia hæc: &(ut opinor)in ecclesia pene huiusmodi facinus inauditū est. Sed additur adhuc aliquid. Requiris quid illud: Vt rei iudices fiant,& insidiatores sententias ferāt. Nam errasse scribentē,aut lapsum esse in sermone,nouū nō est:& ut opinor uenia dignū est:quia & scriptura dicit: In multis em̄ offendim9 oēs:qui aūt in uerbo nō offendit,hic perfectus est uir. Erratū putatur in uerbo? Corrigatur,emē detur,si id utilitas postulat,& auferatur. Inseri uero quæ non sunt scripta litteris alienis: & falsa interseri ad hoc solum ut uitam fratris infames: temerare aliena scripta,ut scriptori inferas notā: ut subrepas auribus populorū:ut conturbes corda simplicium:ut nihil aliud ex eo nisi apud homines opinioni maculā cōferas: uidete si alterius est opus:nisi illius qui ab initio mendax fuit: & fratres criminando,diabolus:id est,criminator nomen accepit. Nam cum falsam huiusmodi sententiā apud Mediolanū recitaret,& a me quæ legebat falsa esse dicerent̄:interrogatus a quo accepisset exemplaria: respōdit matronā quandā sibi dedisse:de qua ego, quæcūq; illa est,nihil dico:sed sui eam & dei conscientiæ derelinquo. Mihi tamen in hoc dei & uestri sufficit testimonium,id est,tuū & sancti uiri ipsius,cui hoc opus gerebam Macarij: qui schedulas ipsas meas, uel ab initio legistis,uel etiā licet nōdum cōpleta,& ad integrū emendata exemplaria retinetis: id est,quia sicut filius nō uidet patrē,ita nec spiritus sanctus filiū uidet:id est, quod ego nō solū unq; nō scripsi:sed ecōtrario,quia ille falsauit indico. Si quis negat,qd̄ nō ita uidet filius patrē, sicut pater filiū:& non ita uidet spiritus sanctus patrē & filiū,sicut uidet pater filiū & spiritū sanctum,anathema sit. Videt em̄ & uerissime uidet:sed ut deus deū,& lux lucē, & nō ut caro carnē: sed ut spiritus sanctus,non corporeis sensibus,sed uirtutibus deitatis. Si quis hæc negat,sit anathema in æternū. Qui autē uos cōturbat,sicut dicit Apostolus,portabit iudiciū quicūq; est ille. Memini sane quod aliquis eorū cū argueretur falsasse hæc:respondit mihi in Græco ita haberi: me autē in latino immutare uoluisse. In quo omitto illud exequi: quia nec quidē uerū dicunt: B sed tamen ponamus,quia sic est in Græco: & ego in latino hoc non scripserā. Promiserā me em̄ in præfatiunculis tale aliquid facturū. Quod si feceram ut quod ibi offendebat in latino cōmodius scriberē:quid absq; promisso,uel quid absq; ratione nostra fecerā? Tu certe qui hoc in latinis meis exemplaribus nō inueneras:in tuis chartulis,hoc unde scriptū legebas? Ego qui interpretatus sum nō scripsi: Tu qui me accusas, & meas tales litteras nō tenes,crimen mihi unde cōponis? Aut inde ego accusari debeo,unde tu falsum dixisti? Rem planissimam dico. Quatuor libri sunt isti,quos interpretatus sum:in quibus de trinitate sparsim per singulas pene paginas disputatur. Relegātur uniuersa: si usq; talis aliquis de trinitate inuentus fuerit in interpretatione nostra sensus,qualem in isto capite calumniantur:tunc demum credatur etiam hoc eo sensu quo isti confingunt esse prolatum. Si uero per omne librorum corpus nunq; sit illa differentia trinitatis:nonne uesanum stultumq; pariter cōmentum est dicere,quod uno solo capite hæresis confirmata est ab eo,qui eam mille capitibus expugnauerit? Sed & rei ipsius consequentia prudentem quemq; satis edocet. Quod si hoc in meis litteris inuenisset,& uere scrupulum aliquem ex ipsa lectione cœpisset, cum me sicut ipē nosti Romæ positum haberet præsentem,continuo utiq; perquisisset, & ipsa ad me scripta detulisset:quippe qui usq; ad ipsum tempus etiam uidere me,& salutare,& in oratione communicare solitus erat, contulisset sine dubio mecum de his quibus uidebatur offendi:inquisisset quomodo a me fuisset prolatum: quomodo haberetur in Græco. Certe etiam hoc gloriæ sufficere sibi putasset: si uisus fuisset in dictis nostris uel scriptis,fecisse aliquid per se emendari. Aut si furor animi non tam emendare errorem q̄ proferre in publicum compulisset:sine dubio nūq; elegisset absentem lacerare: quem potuisset grauius confutare præsentem. Sed istum quia falsi conscientia deterrebat,ad me quidem cuius erāt scripta quæ uolebat criminari non detulit:sed per domus,per matronas,per monasteria, per singulos quosq; fratrum circūfert:quo solo possit conturbare auditu. Et hoc fecit sub ipso tempore, quo confestim ex urbe discederet: ne uel comprehensus facti sui redderet causas. Etiam inde,ut intelligi datur,secundū præceptū magistri per totā Italiā me criminari,instigare turbas,cōturbare ecclesias,aures quoq; polluere sacerdotū,& in his oibus modestia nostra tāq; cōscientia abuti.

C Hæc diſcipuli. Ipſe uero orientalis magiſter,qui ad Vigilantiũ ſcribẽs dixerat,per me latini cognoſcunt omnes Origenis bona,& ignorant mala:iſtos ipſos quos ego nunc tranſtuleram reinterpretatus eſt:& omnia quæ a me uel improbabilia prætermiſſa fuerant inſeruit: quo ſcilicet nunc contra ſententiam ſuam Romani per ipſum cognoſcant Origenis mala, & ignorent bona. Hinc iam nõ ſolũ Origenem:ſed meipſum in ſuſpitionem hæreſis conatur adducere. Hinc emittit inceſſabiliter canes ſuos,qui me per urbes,per uicos,per iter quoq; tranſeuntẽ,calũniarũ latratibus inſectentur:& fanda aduerſum me omnia,atq; infanda tẽtantur. Quid quæſo te ſceleris admiſimus,ſi fecimus quod feciſti? Si tamen nefarium eſt uti exemplis tuis:de te ipe quid iudicas? Verũtamen dic mihi o magiſter,iam enim ad te conuertenda reſponſio eſt:ad legentẽ aut ad interpretantẽ, ſi qua illa eſt ſcriptoris culpa,recte reuocat? Abſit inquit. Nequaq;. Quid me ſubtiliter circũuenis? Nunquid non & ego legi? Nũquid non & ego interpretatus ſum? Sed lege ea quæ interpretatus ſum: uide ſi quid in his dogmaticũ inuenies:certe ſi aliquid horũ quæ nunc ad damnationem uoco reperies. Poſtremo ait: Si uis plenius noſſe,quõ apud me etiã ſuſpitio huiuſcemodi dogmatũ ſemper execrabilis fuerit:lege cõmentarios meos in epiſtola Pauli ad Epheſios: & ex his quæ ſcripſi,quid de eo ſenſerim, legens eum uel interpretans noſces. Et hæc eſt tua tanti magiſtri grauitas:ut eũ quẽ in alijs laudas,cõdemnas in alijs :& quẽ in præfationibus tuis alterum poſt apoſtolos eccleſiarum magiſtrum dixiſti: nunc hæreticum dicas? Quis hæreticus eccleſiarum magiſter aliquando dici potuit? Erraui,inquit,in hoc. Sed q̃diu p̃fatiunculam ſubijcis? Cõmentarios lege:ſed illos quos deſignaui:& cui hoc iuſtum uidetur: ut is qui tot libros conſcripſit:in quibus omnibus pene præconia eius uſq; ad cœlum fert: qui tot iam annis & lecti ſunt ab omnibus & leguntur:ex quibus q̃plurimi ita edocti iam de hoc mũdo deceſſerunt:& perrexerunt ad dñm:hanc de Origene ſententiam tenentes quã ex librorum iſtius aſſertione didicerant:& abierunt ſperantes iuxta huius teſtimoniũ inuenturos ſe eum ſecundum apoſtolis eccleſiarum magiſtrum:& nunc iterum ſcribit,inuenerunt eum cum impijs hæreticis & gentilibus condemnatũ. Quomodo ſe ex contentione cõmutet & dicat: quia illum
D quem triginta fere annis continuis legens & ſcribens apoſtolis exæquaui:nunc hæreticũ pronũcio. Nunquid aliquos nouos eius libros modo legit:quos ante non legerat? Sed ex his eiſdem dictis, eum & tunc apoſtolum,& nunc hæreticum dicit:& nullo modo hoc ita fieri potuit. Aut em̃ tunc recte dixit,& modo liuore quodã & contẽtione peruertitur,& audiendus nõ eſt. Aut ſi tunc male dixit,& modo ſeipſum cõdemnat:quale ergo de ſe cæterorum expectabit iudiciũ is qui ſecundum apoſtoli ſententiam a ſemetipſo damnatur? Et quid,inquit,abſcinditur pœnitẽtia? Non:erratur & in uerbo maxime:licet quidem de errore pœnitere. Sed ſimul aliquis pœnitẽtiam agit,ſimul accuſat,ſimul iudicat,ſimulq; condemnat? Quaſi uero ſi qua meretrix una ſe nocte,aut duabus a ſcortando cõtineat, debet continuo leges de pudicitia ſcribere: & non ſolũ leges condere:uerũ & ſepulchra obruere omniũ quæ iam defunctæ ſunt fœminarum,quod eas ſuſpicetur ſui ſimilem uitã duxiſſe? Pœnitẽtiam agens quod hæreticus fueris,benefacis. Quid hoc ad me,qui nunq; hæreticus fui? Pœnitentiam agis pro errore, recte facis: ſi tamen ipſam pœnitentiã legitime geras:non accuſando,ſed deprecando:non condemnando,ſed flendo. Nã quæ pœnitentiæ ueritas eſt,ubi indulgentiæ decretũ ipſe ſibi pœnitens dictat? Qui pœnitet p his quæ male locutus eſt:uulnus ſuum,non iterum male loquendo curat,ſed ſilendo. Sic em̃ ſcriptum eſt: Peccaſti,quieſce. Sed nunc ipſe te reum ſtatuis:& iterum reatu ipſe te abſoluis, & ex reo ipſe te iudicem facis. Hæc iam non tua qui irrides nos, ſed noſtra qui ita nos irrideri patimur eſt miſeria. Verũtamen ueniamus ad hos duos cõmentarios,quos cæteris omnibus opuſculis ſuis condemnatis ac renunciatis ſolos excepit: & q̃ caſte ſe in his & continenter egerit uideamus. Ex his enim ſolis,& fidem ſuam probari uult,& quod Origeni in om̃ibus aduerſetur. Proferant ergo iſti qui ei ſoli ex om̃ibus ſcriptis ſuis placẽt:id eſt in epiſtolã Pauli ad Epheſios libri tres:& in Eccleſiaſten(ut puto)unus. Sed nunc interim qui primus occurrit in epiſtola ad Epheſios commẽtarius relegatur. Etiã ibi conſocium & concordem & συμμύσην,ut ipſe ait in his quæ arguit approbo. Et primo omniũ de qbus irridet mulierculas:quæ ſe dicũt poſt reſurrectionẽ nõ habituras fragile corpus,qppe quæ angelorũ futuræ ſint ſimiles,qd ipe ſentiat uideamus.

In tertio

A In tertio cõmentariorũ libro in epistola Pauli ad Ephesios sub eo capitulo ubi scriptum est: Qui uxorem suam diligit, seipsum diligit, nemo enim unq̃ carnem suam odio habuit: post aliquanta ita ait: Foueamus igitur & uiri uxores, ut animæ nostræ corpora: ut & uxores in uiros, & corpora redigantur in animas: & nequaq̃ sit sexuum ulla diuersitas: sed quomodo apud angelos nõ est uir & mulier: ita & nos qui similes angelis futuri sumus, iam nunc incipiamus esse quod nobis in cœlestibus repromissum est. Hæc te in tuis cõmentarijs scripsisse sciens, quomodo eos ad exemplum fidei tuæ, & ea quæ arguis confutanda proponis: & quomodo de tuis uerbis mulieres arguis? Deinde quæ mulier dixit aliquãdo, quod uxores in uiros cõuertantur: & corpora redigantur in animas quod tu scribis? Si corpora in animas redigentur: ergo secundũ te non solũ carnis resurrectio nõ erit, sed nec corporũ: quod cõfiteri istos quos tu fecisti hæreticos dicis. Vbi iam ultra corpus quærimus, si in animã redigitur? Erit enim iam totum anima, & nusq̃ corpus. Et iterũ si uxores in uiros cõmutabuntur, pro eo quod subiunxisti, ut nequaq̃ sit sexuum ulla diuersitas: quasi ut hoc ostenderes, quia sexus quidem fœmineus interibit ex eo quod redigetur in uirum: solus autem manebit uirilis: nescio quidẽ si hæc tibi de se dicere fœminarum sexus permittat. Tamen & si ab illis cõcedatur: qua consequentia poteris ostendere ibi uirilem sexũ esse necessariũ, ubi fœmineus necessarius nõ probatur: quia naturali quodã uinculo in tantũ sexus alter eget alterius, ut si alter non sit, alterius opus nõ sit. Etenim si luteã formã ex resurrectione, homo tantũ recepturus putatur, quã in paradiso habuit: ubi est quod scriptum est, quia masculum & fœminam fecit eos, & benedixit eis? Si uero ut tu & mulierculæ quas incusas dicitis, neq; uir neq; mulier est: quomodo ergo aut corpora redigent in animas, aut mulieres conuertentur in uiros: cum uel paradisus utrũq; sexum nõ patiatur, uel similitudo angelorũ, ut tu quoq; fateris, nullũ omnino recipiat? Et miror quomodo ab alijs exigas de sexuũ diuersitate sententiã, de qua tu uolens disserere, tantis te inuoluis nodis, ut euoluere te nullatenus possis. Quãto rectius
B faceres, si nos quos culpas imitareris in talibus, & hæc soli deo ut se ueritas habet, nosse permitteres: & te potius ignorare fatereris q̃ ea scriberes quæ paulo post tu ipse dãnares. Velim mihi cõscientia sua teste nunc diceret, nõ dico si in aliquo opusculo meo, sed in epistola saltẽ mea, quã alicui familiari meo negligentius scripsissem, inuenisset scriptum: quia corpora in animas redigant & uxores in uiros: si non hæc etiã æreis litteris scribi per portas ciuitatũ p̃cepisset: si nõ in foro, in curia, pro rostris etiam recitari. Quãtos ex hoc accusationũ titulos, quæ uolumina cõscripsisset: q̃ me totis armis ac telis fœcundissimi sui pectoris perurgeret, dicẽs: quia si mihi nõ creditis dicẽti, quia fallit cum corpus dicit resurgere & carnem negat, uel cum fatetur quidẽ carnẽ, membra autem negat & sexum: ecce uidete quomodo ipse scripsit in epistola sua: quia corpora uertantur in animas, & uxores in uiros. Sed nos te quidem hæc scribentem, non solũ non arguimus hæreticũ: sed satis facimus tãq̃ magistro. Mulieres tamen illæ quas tam indignis & inhonestis cõtumelijs laceraſti, exhibebũt ante tribunal Christi, & hæc quæ his cõmentarijs doces, & illa quæ oblitus tui, rursum cum contumelijs scribis: & ibi utraq; recitabuntur ubi cessabit iam fauor hominũ: & redempti laudibus plausus silebunt: & tecũ pro his uel dictis uel gestis tuis iudicabũtur apud iustũ iudicẽ Christum. Verũ pergamus discutere quid etiã de quæstionib⁹ scribat, hoc enim ad fidẽ ptinet, in qbus de carnis resurrectione sic uariat cætera ut quæstiones. Item ex cõmentariorũ libro primo de epistola Pauli ad Ephesios de eo capitulo ubi dicit Apostolus: Sicut elegit nos in ipo ante mũdi cõstitutionẽ, ut essemus sancti & immaculati corã ipso, ita ait: Pro cõstitutiõe mũdi in græco scriptũ habet καταβολὴν τοῦ κόσμου. Nõ idipsum aũt καταβολή, qd' cõstitutio sonat. Vnde & nos, ppter paupertatẽ linguæ & rerũ nouitatẽ: & sicut quidã ait: qd' græcorum & sermo latior & lingua felicior sit: conabimur non tã uerbum ex uerbo trãsferre, quod impossibile est, q̃ uim uerbi quodam explicare circuitu. καταβολή enim proprie dicitur cum quid deorsum iacitur: & ad inferiorem locum mittitur a sublimi, uel cum aliqua res sumit exordium. Vnde & hi qui ædiũ futurarũ prima iaciũt fundamẽta καταβεβλῆκέναι, id est, deorsum initia fũdamẽtorũ iecisse dicunt. Volẽs itaq; Paulus ostẽdere, quia deus uniuersa sit machinat⁹ ex nihilo: non creaturam, non conditionẽ, non facturam, sed καταβολήν, id est, initium fundamenti ad eum retulit: ut non iuxta Manicheũ, & cæteras hæreses quæ factorem & materiã ponunt, aliud quid

unde

C unde creaturæ factæ sunt, anteceſſerit creaturas: ſed omnia ex nihilo extiterint. Quod autem electos nos ut eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo, hoc eſt deo, ante fabricam mundi teſtatus eſt, ad præſcientiam dei pertinet, cui oīa futura iam facta ſunt, & antecp̄ fiant uniuerſa ſunt nota: ſicut & Paulus ip̄e prædeſtinatur in utero matris ſuæ, & Hieremias in uulua ſanctificatur, eligitur, roboratur, & in typo Chriſti ꝓpheta gētibus mittitur. Hucuſcp̄ unam ædidit expoſitionem: ſed ſub cuius perſona huiuſcemodi intelligentia accipienda ſit nō expreſſit: hoc tantū egit qđ ex conſequentibus reprobat priora. Ait enim in conſequentibus: Alius uero eſt qui deū iuſtum conatur oſtendere. Vnde manifeſte oſtendit: quod per illam priorē expoſitionē nō oſtendatur iuſticia dei, quod uticp̄ impium eſt: ſed per iſtum quem dicit aliū, cuius aſſertionē ſine dubio uolens apud omnes indubitatam & catholicam demonſtrare, dedit tale teſtimoniū: quod hac ſua aſſertione iuſtum eſſe deum conetur oſtendere. Sed uideamus quid dicat iſte alius: qui deum iuſtū eſſe prædicat. Alius uero, inquit, qui deum eſſe iuſtum conatur oſtendere, quod nō ex præiudicio ſcientiæ ſuæ, ſed ex merito electorum unūquēcp̄ eligat: dicit ante uiſibiles creaturas cœlū, terrā, maria, & oīa quæ intra ea ſunt, fuiſſe alias inuiſibiles creaturas: in quibus & animas, quæ ob quaſdam cauſas ſoli deo notas, deiectæ ſint in uallem iſtam lachrymarū, in locum iſtum afflictionis & peregrinationis noſtræ: in quo ſanctus cōſtitutus orabat, ut ad ſedem priſtinam reuerteretur, dicens: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitātibus cedar: multū incola fuit anima mea. Et in alio loco: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et alibi: Melius eſt reuerti & eſſe cum Chriſto. Et alibi: Antecp̄ humiliarer ego peccaui: & cætera his ſimilia. Itacp̄ priuſcp̄ animæ, inquiunt, præcipitarētur in mundū. Magiſter dicis, inquiunt: & non dicis, qui ſunt iſti qui hæc inquiunt, quod animæ prius eſſent, cp̄ præcipitarentur in mundū. Nonne ergo recte dixi, inquit, quia talpa es, & non uides? Dixi iam ſuperius, quia illi hæc dicunt, qui deum iuſtum eſſe aſſerunt: quē uticp̄ ſi cor haberes, me ipſum eſſe intelligeres. Necp̄ em̄ ita impius ſum, ut aliū me & diuerſum eſſe ſtatuā ab his qui deū iuſtū
D defendunt: quod uticp̄ omnes faciunt, qui ſanum ſapiunt. Dic ergo dic magiſter, quid iſti qui tu es inquiunt? Itacp̄ priuſcp̄ animæ inquiunt præcipitarentur in mundū, & mundus ex animabus fieret, cum habitatricibus ſuis in infimum ipſe deiectus elegit Paulū deus: & ei ſimiles coram ſe, qui erant ſancti & immaculati. Nemo aūt eligitur niſi de pluribus: & ubi ſunt aliqui uiliores, ibi electio perpetratur. Quomodo autē in Babylonia captiuitate, quando a Nabuchodonoſor in Chaldæam ductus eſt populus, miſſi ſunt prophetæ, Hieçechiel, Daniel, tres pueri, Aggeus & Zacharias, non quod ipſi meruerint captiuitatem, ſed ut eſſent in ſolatio captiuorū: ita & in illa deiectione mundi, eos qui antecp̄ mundus fieret electi erant a deo, miſſos eſſe in eruditionem & magiſteriū animarū peccatricium: ut prædicatione eorū reuerterentur ad eum locū unde corruerant: & hoc eſſe quod a Moyſe in octogeſimonono dicat̄ pſalmo: Dñe refugiū factus es nobis in generatione & progenie, antecp̄ montes firmarentur & fieret terra, & orbis terrarum: quo ſcilicet antecp̄ mundus fieret, & uniuerſa generatio principiū ſumeret, ſanctis ſuis deus refugiū fuerit. Hæc ſunt quæ in illis quos ſolos ex omnibus opuſculis tuis eligis: & ad condemnādos cæteros relegi iubes cōmentarios, ſcribis. Mundum ais fuiſſe inuiſibilem ante cp̄ hic uiſibilis fieret: in quo mundo cum reliquis habitatoribus, angeli ſcilicet & animæ erant. Iſtas animas ais ob quaſdam cauſas ſoli deo cognitas in hoc uiſibili mūdo naſci in corporibus, & quæ ante habitauerant cœlū apud prius ſæculū, nūc hic habitant terram ſcilicet: non extra cauſas aliquas quas ip̄e inibi uiuēdo cōmiſerint. Et ais quod ſancti quicp̄, ut eſt Paulus, & cæteri ſimiles ei p̄ generationes ſingulas ad eruditionē earū a deo deſtinati ſunt: ut eas prædicatione ſua ad illam habitationē ſuam, unde collapſæ fuerant reuocarent: & hoc copioſiſſimis ſcripturarum teſtimonijs firmas. Et quæ ſunt alia quæſo dicta pro quibus Origenē in ius uocas? Quæ alia ſunt in quibus eū damnari iubes? Aliū ne damnas in tuis? Et ſi ut tu ſuades huiuſmodi dicta dānanda ſunt, feres tu prius ſententiam: & pro dictis talibus prior ipſe te condemnabis. Necp̄ em̄ iam tibi ultra ullum remanſit effugium. Nullæ hic ſtrophæ, pro quibus cæteros arguis habebūt locū. In ip̄a etem̄ pœnitētia tua poſt cōuerſionē iā emēdat9 & correptus, iſtis libris authoritatē dediſti: uide licet ut ex his tua ſentētia de his quæ damnāda dicis dogmatib9 ꝓbaret̄. Et ideo quæ hic ſcripta

ſunt

A ſunt,tãcꝫ ſi modo hæc pronuncies & definias audienda ſunt. Et hic talia definis qualia dicis eſſe damnanda. Sed non ſum, inquit, ego qui definio: alium dico eſſe q hæc ita dicat: id eſt, ipſum iſtum quem modo dico debere damnari. Repetamus ergo ſi placet illum ipſum uerſiculum ubi immutas exponentis perſonam: ut uideamus quis eſt ille quem talia dicis aſtruere. Ais ergo: Alius uero qui deũ iuſtũ conatur oſtendere, dicit hæc quæ iam ſupra diximus. Si iſte quem dicis alium, deũ iuſtum aſſertione hac ſua, ut ais, oſtendit, & a te alius & diuerſus eſt: de teipſo quid ſentis? Tu negas iuſtum eſſe deũ? Magiſter dũ tumultũ uides, & ſatis arguis captos oculis talpas: puto te incurriſſe ἀδυνατόν τι, & ex utraq; parte cõcludi. Aut em̃ iuſtum deũ negabis: ut alius ſis & cõtrarius illi qui hæc dicit. Aut ſi, ut omnis confitetur eccleſia, etiam tu deum iuſtũ eſſe confitearis: tu es qui hæc dicis, & tu es qui primus excipis ſententiam, quam in alium fers, & tu qui tuo metipſius mucrone confoderis. Sufficere opinor hæc apud iuſtiſſimos iudices & futurum dei iudiciũ præſtolantes: non quia condemnare debeant eum qui feſtucam uidet in oculo fratris ſui, & in ſuo trabem non uidet: ſed emendare & ad ueram pœnitentiam reuocare. Verũ ne forte latuerit eum locus iſte unus ex his libris, quos ad liquidum ſe recenſuiſſe putauerat: & quorum exemplum cæteris omnibus condemnatis, ad confeſſionem fidei propoſuerat: requiramus quomodo etiã in cæteris ſentiat. Idem in eodem libro, de eo capitulo ubi ſcriptũ eſt: Secũdum placitum uoluntatis ſuæ in laudem gloriæ ſuæ: poſt pauca ita ait: Inuadunt itaq; in hoc loco occaſionem, qui ante conſtitutionem mundi animas putant cum angelis & cæteris uirtutum cœleſtium nominibus in cœleſti Hieruſalem fuiſſe uerſatas: quod nec ſecundum beneplacitum dei: nec in laudẽ gloriæ ei⁹ & gratiæ poſſit intelligi: alios nudos, barbaros, ſeruos, debiles, alioſq; diuites, Romanos nobiles, liberos, ſanos in diuerſis oris, & diuerſa parte generari, niſi cauſæ præceſſerint quibus ex meritis hæc animarũ unaquæq; ſortita eſt. Et illud quod ad Romanos ſcriptum eſt: Quidam putant noſſe, nec norunt: an nõ habet poteſtatem figulus luti de eadẽ maſſa facere, aliud uas in honorem, aliud in contumeliam: ad eundem ſenſum referunt: ut quo-
B modo mala uita ſeu bona, laborioſa uel facilis, fruſtra in hoc mundo agitur, niſi credamus dei eſſe iudicium: ita & diuerſitas in hoc mundo naſcentium iuſticiam dei arguat, niſi animarũ merita præceſſerint. Si em̃ inquiunt hæc non ita accipimus, non ſecundum beneplacitũ uoluntatis dei erit, nec in laudẽ gloriæ & gratiæ eius referet̃ alios elegiſſe ante cõſtitutionẽ mũdi: ut eſſent ſancti & immaculati: & haberent adoptionem per Ieſum Chriſtum: alios ultimæ conditioni & pœnis ꝓpetuis deſtinaſſe: amaſſe Iacob anteꝯ oriret̃ ex utero: odiſſe Eſau priuſꝯ digna odijs perpetraret: niſi cauſæ præceſſerint quæ iuſticiam dei probent. Quid expreſſius hac aſſertione? quid euidentius uel ab Origene, uel a quoꝯ eorũ quos te arguere dicis, de his dogmatibus uel cogitari, uel dici potuit: quod ſcilicet diuerſitas & inæqualitas quæ eſt in hoc mundo naſcentiũ ad dei iuſticiam referat̃? Cauſam ſalutis uel damnatiõis dicis dediſſe ipſam ſibi unãquãq; animã: ex his ſcilicet motibus animor̃ quos prius in cœleſti Hieruſalẽ, quæ eſt mater omniũ uiuẽdo geſſerũt. Et hoc inquit, non ex mea perſona dictũ eſt: ſed aliũ dicere deſcripſi. Deniq; dixi: quia inuadunt quidam occaſionem. Nec ego nego, quod de alio dicere uidearis. Sed iſte alius quem hæc dicere ais, utrum tibi concors & conſonans, an uero contrarius ſit & inimicus: non denegaſti. Cum em̃ alium iſtum contrarium tibi aliquem nominas: ſoles ponere quædam dicta eius, ſed ſtatim ea deſtruere & impugnare: ut Marcionis & Valentini & Arrij & cæterorum. Cũ uero alium quidam nominas: & dicta eius cum ualidiſſimis aſſertionibus ſcribis: teſtimonijs quoq; ſcripturarum copioſiſſimis munis, nonne etiam nos tardiſſimi, & quos tu talpas dicis: uidemus iſtũ cuius dicta ponis & nõ deſtruis, nõ alium ꝯ te eſſe: & fieri hæc rhetorica figura cũ ſub aliena perſona ſuam ſententiam proferunt? Fiunt iſta ab oratoribus, cum aut offendere aliquos metuunt, aut inuidiam declinare cupiunt. Nam ſi tu te ex hoc defenſum putas, quod in his dictis alium nomines, multo erit excuſabilior ille quem inſimulas. Nam ille non ſolum hoc in conſuetudine habet, ut dicat alios ita dicere, & quibuſdam ita uideri: ſed multo cautius dicit ille, de talibus ſe hoc nõ definire, ſed opinari magis. Quod ſi alij melius uiſum fuerit, dicit ut his omiſſis illa teneãtur. Vide quãta ille cautione uſus eſt: & tamẽ a te ad dãnationẽ uocat̃. Tu qa tantũmodo alium nominas, effugiſſe te putas. Ex his em̃ eum damnas, in quibus eum ſequeris

& imitaris

C &imitaris. Sed progrediamur legendo cõmentarios, ne immorando per singula, excludamur ab agnitione plurimorũ. Item ex eodem libro, de eodẽ capitulo ubi scriptum est: Vt simus in laudem gloriæ eius, qui ante sperauimus in Christo. Si sperauimus tantũ dixisset in Christo: & non præmisisset, ante sperquimus, quod græce dicitur προλπικότας, esset manifestior sensus, eos qui sperauerũt in Christo sorte uocatos, & esse prædestinatos secũdũ ꝓpositũ eius, qui uniuersa operatur iuxta consiliũ uolũtatis suæ. Nũc uero præpositionis adiectio, id est ante, ad illã nos intelligentiam trahit, de qua superius disputauimus, exponẽtes hoc quod scriptum est: Qui benedixit nos in omni benedictiõe spirituali in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipo ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati coram ipso: quod scilicet, sicut iam nos benedixerat in omni benedictione spiritali in cœlestibus, & elegerat nos ante constitutionem mundi: ita etiam nũc speraſſe ante dicamur in Christo, ex eo tẽpore quo electi & prædestinati & benedicti sumus in cœlestibus. Hucusq; interim: quæ em̃ sequũtur maiora sũt. Nũc ergo gratias ago deo, quod me pondere grauissimæ suspitionis releuauit. Fortasse em̃ uidebar aliquibus de alio isto contentiosius uel calumniosius agere, cum secundum rhetoricam figuram, istũ quẽ dicit alium, ipsum perhiberem esse. Sed ne qua ulli auditorum nunc prorsus dubitatio remaneret, quis esset iste alius de quo superius dixerat, declarauit. Tanc̃ uere bonus magister, & qui nullas uelit ex dictis suis ambiguitates discipulis remanere, dignatus est in hoc loco illum, quẽ supra aliũ dixerat, euidentius quis esset ostendere. Ait ergo: Nũc uero præpositiõis adiectio, id est, ante, ad illã nos intelligentiã trahit de qua superius disputauimus. Vides quia nos sum⁹, inquit, & nõ alius nescio qs quẽ putabatis q superius disputauim⁹, exponẽtes illud quod scriptũ est: Qui benedixit nos in oĩ benedictiõe spũali in cœlestibus in Christo. Et qđ ibi ex persona alterius dictum, a minus intelligentibus putabatur: ne quis error his quos iusserat ex istis libris quid de Origene sentiret sententiã suam noscere remaneret: ad suã personã nunc reuocans: nec alium aliquem nominãs, dicit ea quæ superius legimus: quod scilicet sicut iam nos benedixerat in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo: & elegerat ante constitutionem mun-

D di: ita etiam speraſſe dicamur in Christo ex eo tempore quo electi & prædestinati & benedicti sumus in cœlestibus. Absoluit ergo me (ut puto) ipse suo testimonio oĩ suspitione calumniæ, quod alius iste non sit alius c̃ illeipse. Sed & maiora adhuc ex consequentibus, sicut promisimus, ostẽdemus. Post hoc enim quod dixerat nos ante speraſſe in Christo, & ex eo iam tempore, id est, ante cõstitutionem mũdi, & antec̃ in corporibus nasceremur, in cœlis esse benedictos & electos: iterũ illum suum aliũ introducit, & dicit: Alius uero hoc dogma non sustinens, quod ante fuerimus & sperauerimus in Christo, c̃ in isto corpore degeremus, illo intelligentiã transfert. Hoc in loco omnem suum fetorem quisq; ille est, iste eius alius exhalauit. Dicat em̃ nobis hic, quem uult alium esse qui hoc dogma non sufferat, quod antec̃ in hoc corpore degeremus: & fuerimus & sperauerim⁹ in Christo: hoc est em̃ pro quo dãnari iubet Origenẽ. Quẽ uult hic alium intellexisse? an aliquẽ cõtratrium sibi? Quid dicis magister? Bicorni illo urgeris, de quo exponere discipulis soles. Si em̃ hic aliũ istũ qui ante fuisse animas c̃ in corpore degerent non recipit, te esse dixeris: proditum est, quod in superioribus celabatur: Inueniris em̃ tua confessione alius ille tu esse, qui definis omnia dogmata quæ damnari iubes. Si uero nõ es tu in superioribus alius, ne tibi ea quæ improbas asscribãtur: nec hic tu eris alius qui nõ sustineas ante fuisse animas c̃ in corpore degeremus. Elige utrãlibet excusationis partem. Istum alium quẽ frequẽter inducis, te uis intelligamus: an alterum aliquem catholicum eum uis uideri? an hæreticum damnandum uel absoluendũ? Si catholicus est iste alius tuus, qui in superioribus dicebat ante hunc mundum uisibilem fuisse animas cum angelis & cæteris uirtutibus in superiori Hierusalẽ in cœlestibus constitutas: & ibi uiuendo contraxisse causas sibi diuersitatis, uel nascendi in hoc mundo, uel alias quaslibet conditiones tolerandi: erunt ergo ista catholica dogmata: & interim impium damnare quod catholicum est. Si uero alium istum hæreticum dixeris: hæreticum designabis eum: qui fuisse animas nõ recipit: & speraſſe in Christo antec̃ in corpore nascerẽtur. Qua hinc exitur magister? Quo erumpitur? Quo rursum euaditur? Quocũq; te cõuerteris, hærebis. Non dico nullus subtrahendi te aditus datur: sed ne respirandi quidem paululum fit co-

pia. Sic

A pia. Sic tibi Alexandri tui Aristotelici cōmentarij profuere? Sic Porphyrij εἰσαγωγή. Sic te tot & tantorum philosophorum Græcæ & latinæ: insuper & Iudaicæ eruditionis excoluit disciplina: ut in istas angustias tā inextricabiles deuenires: & tam miserabiliter coartareris: ut nec ad alpes posses esse defensus? Sed parcamus, iam deferendum est litteris: & ut ipe ait, operi magno somnus nō est asscribendus, cp̄s cp̄s ipse parcat nemini: & nō tam ratiōe dictorum cp̄s flagello linguæ, quos libitum fuerit uerberet. Et si quis minus adulabitur: continuo hæreticus & scriptis & missis per diuersa centum codicibus designetur: Tamen nos non ipsum, sed patriarchā imitemur Dauid: qui comprehensum in spelunca inimicum suum Saul: cum eum posset iugulare, noluit, sed ei pepercit: quod & iste sibi a nobis aliquotiēs factum, non solū uerbo, sed & re atq; opere, etiam si fateri non uult, corde tamen & conscientia retinet. Demus ergo ueniam ei, qui dare ueniam nescit, qui sine ullo humanitatis respectu de dictis alterius iudicat: & interim educamus eum de spelunca: uscq; quo in illam incidat, de qua etiam si omēs conemur & cupiamus, exire nō possit. Dicat ergo qui potest fieri: ut in superioribus illis, ubi istud dogma confirmabatur ab eo qui iustum deum conabatur ostendere: ubi alium quem dixit, uere ne alterius persona fuerit talis, qualem nunc condemnari uult: hic uero ubi contrarius est: & non recipit quæ in superioribus dicta sunt, alium seipsum dixerit? Potest em̄ fieri, ut cōscius sibi sit, ita sensisse se cum scriberet: licet stilo id non potuerit explicare. Sit ergo uenia: & ponamus in hoc loco istum alium, hūc esse ipsum qui nō recipit dogma, quod dicit animas fuisse anteq̄s in corpore degeremus: & sperasse in Christo. Repetamus ipsum capitulum: & quo rursus tendat, diligentius prosequamur. Ait itaq;. Alius uero hoc dogma non sustinens quod ante fuerimus, & sperauerimus in Christo, cp̄s in isto corpore degeremus: illo intelligentiam transfert, ut dicat in aduentu domini salua toris: quando in nomine eius omne genu flectetur, cœlestium & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur: quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris: cum ei fue-

B rint uniuersa subiecta, alios uolūtate, alios necessitate subijciēdos: & eos qui ante præsentiā maiestatis eius sperauerint in eum: futuros esse in laudem gloriæ eius & uocari προκλητικούς: eos uero qui reperti fuerint necessitate credentes, eo tempore quo nec diabolus & angeli eius poterūt negare regnantem, esse sperantes, sed non in laudem gloriæ eius: quod quidem & nunc ex parte uidemus expleri: quia alia sit merces eius, qui uoluntate sequatur deum, alia qui necessitate. Verūtamē siue per occasionē, siue per ueritatē tantū Christus annuncietur, dummodo sciat & sperans & ante sperās, quod pro diuersitate spei diuersa sint præmia recepturi: omīs in hoc loco adimitur cauillationis occasio. In superioribus dixisti quod hi q ante sperauerūt in Christo: illi sunt qui anteq̄s in hoc uisibili mundo in corporibus nascerentur, spem in Christo habuerunt in cœlestibus positi. Sed ne istud dogma tuū esse uideretur, aliā introduxisti expositionē: qua dicis eo tempore quo omne genu flectetur dño Iesu, uniuersa creatura cœlestium, terrestrium & infernorum duobus ei modis erit subiecta: quidam uoluntate, quidam necessitate. Et uolūtate ais subiectos sanctos oēs qui per uerba p̄dicationis modo ei credūt: & istos uocari προκλητικούς, id est, qui ante sperauerunt in Christo. Necessitate autem subiectos, qui nunc quidem per prædicationem uerbi non crediderunt: tunc autem iam negare non poterunt: sicut diabolus & angeli eius, & qui cum ipsis necessitate crediderunt, quiq; omnes cum quibus & diabolus & angeli eius, quia postea credent, non uocabuntur ante sperantes: pro eo scilicet quod illi ante crediderunt in Christo: & sperauerunt in eum uoluntate: isti uero postmodum & necessitate. Et ideo ais eos diuersa præmia recepturos. Præmia tamē ponis in his oibus qui modo nō credūt: id est diabolo & angelis eius, licet inferiora: & eum de cuius sola pœnarum aliquādo uenia opinionē non sententiā alterius arguis, tu in regno Christi ad præmia secunda perducis. Et hoc uis intelligi, quia sicut nihil interest utrum ueritate, an necessitate Christus annuncietur: ita nihil refert necessitate, an uolūtate credatur. Hæc sunt quæ nobis discere de cōmentarijs tuis iubes. Istas nos regulas cōfusionis fidei doces: ut hoc damnetur in alijs quod domi discitur. Nam utiq; si tu es nunc alius qui primum dogma illud nō sustines quod animas in cœlestibus fuisse dicit anteq̄s in corporibus nascerētur: tu es sine dubio qui diabolum & angelos eius atq; omēs incredulos, non solum uenia donas: uerūetiam secundis munerandos esse præmijs polliceris. Si uero hoc

C ſecundū dogma refugis,tu eris primi illius dogmatis pater.Et miror quō iſti prudentes & eruditi uiri:qui hæc eius legunt ſcripta:& quibus nunc illa ab illo ſcribūtur,rideant de me,quod me talpam nominet:& non ſentiant ſe magis ipſos ab eo talpas iudicari,quos putat hæc in ſuis libris non uidere defoſſa.Si enim putaret eos legentes intelligere poſſe: nunc̄ ad condemnanda ea,quæ ipſe magiſter docet,iſtorum librorum habere iuſſiſſet exemplū:in quibus ea ipſa plenius & manifeſtius continentur,quæ cōdemnare nos ſuadet.Oſtendimus interim iſtum ipſum aſſerere in iſtis electis commētarijs ſuis ea quæ damnari in alterius libris iubet:id eſt,quod animæ fuerint in cœleſtibus antec̄ in hoc mundo in corporibus naſcerentur: & quod omnes uel peccatores,uel increduli cum diabolo & angelis eius,eo tempore quo omne genu flectetur Ieſu cœleſtium & terreſtriū & infernorum:non ſolum ueniam accipient:uerūetiam ad ſecunda præmia uocabuntur.Sed quoniam hæc rei nouitas nō dubito,quod fidē difficile mereatur: ut quis credatur ea damnare quæ aſtruit: ſcio quid deſyderatis:ut ſi poſſumus talia ex eiſdem libris proferamus exempla: & tam euidentia, ut nullus omnino de his cuic̄ dubitandi reſideat locus: id eſt, ubi ne ille quidem alius ſuus nominetur, & ita faciam. Item ex eodem libro:quod in ſæculi fine Chriſtus, & omnes ſancti ſui, ſupra dæmones habebunt ſedem: & ut eidem ipſi dæmones ſecundum uoluntatem ſedentis ſupra ſe Chriſti: & ſanctorum eius agant: Ex eo capitulo ubi dicit Apoſtolus, ut oſtenderet ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu: poſt pauca: Quod nos, inquit, qui quondam lege tenebamur inferni:& propter uitia atq; peccata ut operibus carnis,ita eramus & ſupplicijs deſtinati:nunc in Chriſto regnemus,ſedeamuſq; cum eo.Sedeamus autē non in humili quocūq; loco, ſed ſuper omnē principatum, poteſtatem & dominationē & omne nomen quod nominatur,nō ſolum in hoc ſæculo,ſed etiam in futuro.Si enim Chriſtus reſuſcitatus eſt a mortuis:& ſedet ad dexteram dei in cœleſtibus ſuper omnem principatū & poteſtatem & dominationem & ſuper omne nomen quod nominatū eſt,non ſolum in hoc ſæculo, ſed & in futuro: & nos ſedebimus regnabimuſq; cum Chriſto: neceſſe eſt, ut ſuper his ſup̄ quæ ſedet ille,
D ſedeamus.Sed qui diligens lector eſt ſtatim dicet & requiret: Quid ergo,maior homo angelis & cūctis in cœlo poteſtatibus? Quod quia periculoſum eſt reſpōdere: principatus,poteſtates, ac uirtutes,& dn̄ationes,& omne nomen quod nominatur nō ſolum in hoc ſæculo:ſed etiam in futuro:maxime quia omnia ſubiecta ſunt Chriſti pedibus:non ad bonam partem, ſed ad contrariam referet:ut dicat eas eſſe angelos refugas: & principē mundi huius & luciferū qui mane oriebat̄, ſup̄ quibus ſancti in fine ſæculi ſeſſuri ſunt cū Chriſto: illis quoq; tribuente beneficiū qui nūc inferni & male libertate ſua abutentes uagentur paſſim: & per præcipitia corruant peccatorū.Cum autē tales habuerint ſeſſores,iuxta ſedentium uoluntatē incipient gubernari:nunquid hic ambiguitas aliqua derelicta eſt:ut locus hic egeat aſſertore? Vbi euidentiſſime nulla illius alij ſibi interiecta perſona dicit angelos refugas:& principem mundi huius,& luciferū qui mane oriebatur in fine Chriſto ſuperſedente & regnante cum ſanctis ſuis, conſortes ac ſocios, non ſolum regni eius,ſed & uoluntatis futuros.Secundū uoluntatem nāq; Chriſti & omnium ſanctorum eius agere:hoc eſt ad ſummam beatitudinem perueniſſe.Neq; enim eſt alia perfectio orationis,qua ſupplicare nos docuit patri:niſi ut fiat uoluntas eius,ſicut in cœlo & in terra. Sed quæſo patienter audite: non quidē omnia,quæ de ipſis dogmatibus in libris eius continētur reuoluentem: tanta em̄ ſunt: ut plura mihi(ſi exequi ea cupiam)uolumina cōſcribēda ſint: ſed tanta quanta ſatiſſacere legentibus poſſint:quod non iſte caſu in hæc incidat, quæ nunc diſcipulis imitanda proponit:ſed latiſſima & frequenti aſſertione confirmat.Sed uideamus quæ ſunt,quæ nos ex his probatiſſimis edocet cōmentarijs.Item ex eodem libro:quod nō ſolum in præſenti ſæculo:uerūetiam in futuro aſcenſus ſit hominum & deſcenſus:de eo capitulo, in quo ait:Sup̄ oēm principatū,poteſtatē,ac uirtutē,& dn̄ationē & om̄e nomē quod nominatur:nō ſolum in hoc ſæculo:uerūetiam in futuro:poſt aliquanta. Si autem ſunt,inquit, poteſtates, uirtutes,& principatus,& dn̄ationes:neceſſe eſt ut & ſubiectos habeāt:& timentes ſe & ſeruiētes ſibi, & eos qui a ſua fortitudine roborentur. Quæ diſtributiones officiorum:non ſolum in præſenti: ſed etiam in futuro ſæculo erunt: Vt per ſingulos profectus & honores, aſcenſiones etiā & de-

A ſcenſiões,uel creſcat alius,uel decreſcat:& ſub alia atq; alia poteſtate,uirtute,principatu, atq; dominatione fiat. Cur magiſter(ut tuis tecum uerbis agam)poſt quadringẽtos fere ãnos quietas & ſimplices hæc latinorum mẽtes doces? Cur nouas uoces quas ab apoſtolis nemo ſuſcepit,inſuetis auribus ingeris? Quæſo te ut parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ apoſtoli uocę laudata eſt. Cur in medium profers quod Petrus & Paulus ædere noluerunt? Vſq; quo tu hæc ſcriberes:non uſq; quo ego interpretarer,ut doces:ſed uſq; quo tu hæc ante quindecim fere annos ſcriberes,ſine his mundus Chriſtianus non fuit? Quid enim tu modo doces,quod in futuro ſæculo adhuc aſcenſiones & deſcenſiones fiant:& proficiant aliqui,& aliqui decreſcant? Ergo illud quod dicis,in hoc ſæculo uita uel acquiritur uel amittitur,nõ eſt uerũ:an occultam habet aliquam interpretationem? Non eñ pœnitentiam agis pro his quæ in iſtis commentarijs continentur. Item quod eccleſia unum corpus,non ſolũ ex hominibus,ſed & ex angelis,& omnibus uirtutibus cœleſtibus intelligendum ſit:ex eodem libro,de eo capitulo,in quo ſcriptum eſt: Et ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam:poſt pauca:Nõ ſolum,inquit,hominũ:ſed etiam angelorum cunctarumq; uirtutum & rationabilium creaturarum, eccleſia intelligi poteſt. Itẽ quod animæ,quia in illa priori uita nouerant deum:modo eum nõ quaſi ignotum cognoſcant: ſed quaſi poſt obliuionem denuo agnoſcãt:ex eodem libro ita dicit. Quod uero, ait,in agnitione eiꝰ,id eſt, ἐπιγνώσῃ quidã ſic intelligũt,ut inter γνῶσιν καὶ ἐπίγνωσιν,hoc eſt inter notionẽ & agnitionem illud interſit: quod notio eorũ ſit quæ ante non ſciuimus & ea poſtea ſcire cœpimus. Agnitio uero eorum quæ poſtea recordamur. Et priorem quandam uitam in cœleſtibus ſuſpicamur,poſtq; in corpora iſta deiecti & obliti dei patris,nunc eum per reuelationem cognouimus,ſecundum illud quod ſcriptũ eſt:Reminiſcentur & conuertentur ad dñm omnes fines terræ,& multa his ſimilia. Quod autem,ait,quia quidam hæc dicunt:puto me ſatis euidenter in ſuperioribus edocuiſſe: quod ſi quando ponit,quia quidã hæc dicũt uel alius dicit,nec tamen iſta quæ dicũtur deſtruit,iſte ipſe ſit quidã uel alius, maxime cũ iam concordes his ſententias abſq; ulla huiuſmodi interiectiõe ꝓſonæ ab eo dictas frequẽter oſtenderim. Sed quid adhuc eſt qđ ei diſplicet in alio? Et aſtra,inquit,uel cætera quæ in cœlo ſunt,rationabilia dicit & delicti capacia. Videamus ergo quid ipſe de talibus ſentiat:ex eodem libro in eo capitulo, ubi ſcriptũ eſt:
B Oportet eñ eum regnare,donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus ſuis:poſt aliquanta. Poteſt, inquit,ita reſponderi:qđ abſq; peccato nullus ſit. Et ſydera ipſa non ſint munda corã deo:oiſq; creatura paucat creatoris aduentum. Vnde crux ſaluatoris non ſolum ea quæ in terris ſunt, ſed etiam quæ in cœlis erant purgaſſe perhibetur. Item quod propter corpus humilitatis & corpus mortis,homines filij iræ appellentur:ex eodẽ libro de eo capitulo, ubi ſcriptum eſt. Eramus natura filij iræ ſicut cæteri: poſt aliquanta. Nos uero,inquit,dicamus eſſe primũ omnes homines natura filios iræ propter corpus humilitatis & corpus mortis:& quod ab adoleſcentia mens hominum appoſita ſit ad maliciam. Item quod prima ſit animæ factura:& deinceps corporis plaſmatio:ex eodem libro ſub eodem capitulo:poſt multa. Et diligenter,inquit,obſerua:quia nõ dixit ipſius figuratio ſumus atq; plaſmatio,ſed ipſius factura. Plaſmatio quippe originem de terra e limo trahit: Factura uero iuxta ſimilitudinẽ & imaginem dei ſumpſit exordium. Quod in centeſimodecimooctauo pſalmo ſimul poſitum, diuerſa ſignificat. Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerũt me. Factura primũ locum tenet, deinde plaſmatio. Quid adhuc aliud eſt quod condemnari uult? Dicat ut id de eius libris imo de eius corde proferamus. Quod eñ, inquit,unam naturam & animarũ & angelorũ:moleſtum eſt hoc. Sed uideamus quid ipſe de hoc ſentiat in his libris, quos nobis ad confeſſionis exemplum & ad credendi regulam ponit. Item ex eodem libro de eo capitulo,ubi ſcriptum eſt: Veniens euangeliçauit pacem his qui longe,& his qui prope:quod cum de Iudæis,& de gentibus primum dictum expoſuiſſet: poſtmodum addidit hæc:& hæc quidem iuxta uulgatam interpretationem dicta ſunt. Cæterum qui illud apoſtoli legit, de Chriſto memorantis:pacem faciens per ſanguinem crucis ſuæ his quæ in terra erant, & his quæ in cœlis: & cætera quæ in eodem dicuntur loco,nõ putabit nos qui iuxta ſpiritum Iſrael uocamur fuiſſe longe:& Iudæos qui tantummodo Iſrael nuncupantur in carne fuiſſe prope. Et hanc totam intelligentiam ad angelos uirtuteſq; cœleſtes: & ad animas tempe-

C rauit humanas:quod in ſuo Chriſtus ſanguine terrena & cœleſtia copulauerit,quæ inter ſe diſ/
ſidebant. Et bonus paſtor morbidam ad montes reuectans ouem,fecerit eſſe cum cæteris:
drachmamq; quæ perierat,drachmis quæ ſaluæ fuerint copulauerit. Vides quantam diuerſita/
tẽ naturæ facit inter animas & angelos? Quãta eſt,inquit,inter ouem & oues:& inter drachmã
& drachmas. Sed & poſtpauca addidit,dicẽs: Qd' aũt ait,ut duos cõderet in ſemetipſo in unũ
nouum hominem:quod & magis uidetur ſuperiori de Iudæis & gentibus ſenſui conuenire,ſic
ſuæ intelligentiæ coaptauit:ut dicat hominem iuxta imaginem & ſimilitudinem dei factũ,ean
dem poſt reconciliationem formam recepturum: quã & nunc angeli habent & ipſe perdidit.
Nouum autem hominem dicit eſſe,qui quotidie renouatur:& habitaturus eſt in nouo mũdo.
Sicut oues ab oue,& drachma a drachmis differũt,ita & animas cum angelis eſſe dicit:& eandẽ
formam quã nunc habent angeli,prius homo habuerit & perdiderit,& hominẽ habiturum di/
cit in futuro. Si natura,ſi ſpecie,ſi forma nõ differat,quomodo nullus pudor eſt erudito homi/
mini ſuas ſententias ſub alterius nomine condemnare: maxime cum hoc ita non ſecundũ uul/
gatam expoſitionem,ſed ſecũdum apoſtoli ſenſum dici debere decernas? Sed uideamus quid
ad hæc in eodem loco additur. Poſt pauca ſic inquit. Et inſtaurationem noui hominis tunc ple/
ne perfecteq; complendam: cũ cœleſtia terreſtriaq; fuerint copulata: & in uno ſpiritu & ſenſu
eadẽq; ſententia acceſſerimus ad patrem. Neſcio quid tale & in alia epiſtola, ſi quis tamẽ eã re/
ceperit, prudentibus quibuſq; lectoribus Paulus ſubindicat, dicens: Hi omẽs teſtimoniũ fidei
accipientes,non receperunt promiſſionem a deo pro nobis aliquid melius prouidente: ut non
abſq; nobis conſummarentur. Propterea uniuerſa creatura cõgemiſcit nobiſcum: qui in taber/
naculo iſto congemiſcimus:& condolet,qui a timore dei in utero cõcepimus & dolemus:& præ
ſtolatur reuelationem filiorũ dei:ut de uanitate ſeruitutis cui nunc eſt ſubiecta liberetur:& fiat
unus paſtor & unus grex:& oratio dñi compleatur: Fiat uoluntas tua:ſicut in cœlo & in terra.
Cœleſtia & terreſtria:id eſt,angelos & homines,ſicut ante unam formam geſſerunt,& unũ oui
le habuerunt,ita & in futuro dicis eſſe reparanda. Quia Chriſtus uenit utraq; facere unum gre/
D gem:& hoc futuros homines eſſe dicis,uel quod nũc ſunt angeli,uel quod ante ipſi homines, id
eſt, animæ fuerũt. Et quomodo quæſo te tam amice:imo iam nec amice,ſed ſcurriliter mulierc/
las irridebas, quæ cum plauſu uentris & fœmoris, negarent ſe poſt reſurrectionem in corpore
iterum fragili futuras,ſed ſimiles angelis,uel idipſum futuras eſſe quod angelos? Et hæc cũ tan/
ta irriſione dici a mulieribus arguis,quæ de tuis illis electis cõmentarijs ſcripta proferuntur. Nũ
quid non hoc tibi tale uidetur,quale ſi quis furti alium incuſans, idipſum unde alium arguit in
ſuo ſinu cõtegat furtum:& poſteaq; late porauerit, & magnifice fuerit inuectus in furẽ, poſt/
eaq; teſtes produxerit, iuris quoq; iurandi dederit ſacramenta, poſt hæc omnia furtum ipſum
pro quo alium iam ſe conuiciſſe putauerat de ſinu eius extrahatur? Tum deinde arguis alios
quod interrogati de talibus, non prompte, nec ſtatim reſpondeant: ſed cunctabundi & nutu
magis q; uerbis agant. Et hoc ipſe de apoſtolo dicis,quod neſcio quid tale in epiſtola ſua pru/
dentibus quibuſq; lectoribus ſubindicat. Si Paulus nõ indicat, ſed ſubindicat, & non quibuſ/
cũq;,ſed prudẽtibus: nos miſeros quid irrides o noſter pœnitẽs:ſi qd' Apoſtolus nõ manifeſte
protulit:aut neſcire,aut dubitare nos dicimus: & non tam intelligere, q; ſubintelligere: & ideo
non tam indicamus, ſed ſubindicamus? Iam ſi tibi reuelata ſunt illa quæ oculus non ui/
dit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt: ſi tibi uenit quod perfectum eſt, &
deſtructa tibi ſunt ea quæ ex parte ſunt,clama de his & prædica:& quæ Apoſtolum ſubindicaſ/
ſe dicis,tu indica:qui non ſolum ea quæ ſubindicata, uerum & quæ cõfirmata ab eo ſcribis eſſe
nũc damnas. Hæc em̃ omnia quæ nũc anathematiçari iubes,dũ apoſtoli dicta exponis aſtru/
xeras: & tanq; illius ſenſibus hæc inſerta eſſe docueras. Quid adhuc aliud eſt quod dãnare cæ/
teros iubet? Quod corpus hoc,inquit,carcerem & uincula eſſe animæ dicunt:& ipſam animam
non ire aſſerũt,ſed redire quaſi ad ea loca,ubi iam ante fuerat. Proferamus ergo & de hoc quo
modo ipẽ ſenſerit teſtimonia. Ex iſtis ipſis cõmentarijs libro ſecundo, ex eo capitulo,ubi dicit:
Huius rei gratia ego Paulus uinctus Ieſu Chriſti:poſt pauca. Quia in pluribus,inquit, locis ſcri
ptum eſt: uinculum animæ corpus hoc dici,quod quaſi clauſa in carcere teneatur, dicimus pro/

pterea

A pterea Paulum corporeis nexibus coerceri,nec reuerti & esse cum Christo:ut perfecta in gentes per eum prædicatio compleatur.Item de eadem re,ex eisdem commentarijs,libro tertio,capitulo ubi dicit: Pro quo legatione fungor in catena : post aliquanta per illum iterum suum alium qui ipse est,ita dicit : Alius uero propter corpus humilitatis & catenā istam qua circūdamur, & necdum scimus secundum quod oportet nos scire,& per speculū uidemus in ænigmate: ista eū dixisse contendit : Et tunc uere posse in confidentia euangelij aperire mysteria,cum catenam deposuerit:& de carcere liber exierit.Nisi forte & in uinculis absq; uinculis computandus est,q conuersationem habet in cœlis:& de quo dici potest: Vos autem in carcere non estis,nec in carne,sed in spiritu,si tamen spiritus dei habitat in uobis.Item de eadem re,ex commentario epistolæ Pauli ad Philemonē sub eo capitulo,ubi ait:Salutat te Epaphras concaptiuus meus:post aliquāta:Nisi forte reconditū aliquid & sacratum (ut quidam putant)in uerbo captiuitatis ostēdit,quod capti pariter & uincti,in uallē hanc deducti sunt lachrymarum.Vides quomodo hæc tanq; mystica & sacrata dicit haberi apud quosdam:quorum tamē & ipsum unum esse in multis sæpe docuimus : sed uti figura per quam scientiæ mysticæ uideatur inuidiam declinare.Hæc, inquit,quomodo se habeant uideris.Nunquid & omnia restituenda esse in unum statum atq; in unum corpus reintegrandos,non solum homines,sed & dæmones & angelos refugas,dictū a me potes referre? Vis mihi,inquit,nō fiat, si quod ex alterius persona dixi alterius sit: si quid sane exinde dictum,ac nullius interiecta persona scriptum legeris, hoc mihi merito debet asscribi.Et quid omnes istos effundimus quos superius desudauimus agones? Tātum ualet frontis duritia.Sed age fiat,acquiescamus etiam in hoc,non ut res,sed ut ipse postulat conuincatur.Ex his commentarijs libro secundo de ea re quam proposui sub eo capitulo,ubi scriptum est: Solliciti seruare unitatē spiritꝰ in uinculo pacis,unū corpus & unus spūs, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ:post aliquanta.Quæritur,inquit,quomodo una spes uocatiōis sit,cum apud
B patrem diuersæ sint māsiones? Ad quod unam spem uocatiōis regnum cœlorum,quasi unam domū dei patris esse dicimus: & in una domo plurimas mansiones. Alia enim gloria solis,alia gloria lunæ,alia stellarū gloria.Aut certe illud subtilius indicatur,quod in fine & in cōsūmatiōe rerum,in pristinum statum restituenda sint omnia:quando omnes unum corpus efficiemur:& in uirum perfectum reformabimur : & oratio in nobis saluatoris implebitur.Pater da, ut quomodo ego & tu unum sumus,ita & isti in nobis unū sint.Accepistis & hanc eius de resurrectiōe omnium absq; ulla ambiguitate sententiam:accipite & aliam,& tunc concludam apologiæ nostræ primum uolumen.Innumera sunt enim eius dicta de talibus.Item ex eodem libro sub eo capitulo,ubi scriptum est: Ex quo totum corpus cōpactum & conglutinatum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationē in mensuram uniuscuiusq; membri augmētum corporis facit in ædificationē sui in charitate,sic cœpit: In fine rerum cum deum uidere cœperimus facie ad faciē:& in mensurā puenerimus ætatis plenitudinis Christi:de cuius plenitudine nos omēs accepimus:ita ut Christus non ex parte sit,sed totus in nobis,& relictis initijs paruulorum,creuerimus in eum uirum,de quo propheta dicit:Ecce uir oriens nomen est illi:& Iohannes baptista commemorat:Post me ueniet uir qui ante me factus est:quoniā ante me erat: Tunc in occursu unius fidei,& unius agnitionis filij dei:quem nunc pro uarietate mētium, non una nec eadem fide agnitionis cognoscimus:totum corpus quod prius dissipatum fuerat,& in diuersa laceratum,in suam compaginem iuncturam q; redigetur: ita ut una subministratio eadem q; operatio & unius ætatis consummata perfectio,totum faciat crescere corpus æqualiter, & omnia membra iuxta mensuram suam incremētū ætatis accipiant.Hæc autem tota ædificatio,per quam ecclesiæ per partes corpus augebitur, mutua in se charitate cōplebit.Totas rationabiles creaturas sub unius rationabilis animalis intelligamus exemplo: & quodcūq; de huius membris dixerimus & partibus,hoc sciamus esse referendum ad unūquāq; rationabilem creaturam.Putemus hoc animal ita per artus,uenas,carnesq; laceratū:ut nec os ossi hæreat,nec neruus iungatur ad neruū, separatim oculi iaceant, seorsum nares, manus alium locum teneāt, in aliū proiecti sint pedes, & reliqua membra in hunc modū inter se dispersa sint & diuisa.Fingamus aliquem uenire tantæ scientiæ medicum, qui iuxta fabulas ethnicorum Aesculapium possit

C imitari,& nouam figuram nouumq; hominem Virbium ſuſcitare:hic neceſſe habebit unumquodq; membrum ſuo loco reſtituere, & compagem copulare compagi, & quodam glutino partibus reſtitutis unum corpus efficere. Hucuſq; nobis una ſimilitudo proceſſerit. Nunc in eadem ſimilitudine ad id quod intelligi uolumus, aliud trahatur exemplum. Paruulus creſcit, & occulto æuo in perfectã adoleſcit ætatem: ſuum manus habent augmẽtum:ſua pedes ſentiunt incrementa:uenter dũ neſcimus impletur:humeri dum falluntur oculi,dilatantur:& omnia mẽbra per partes iuxta menſuram ſuã ſic creſcunt:ut tamen non ſibi,ſed corpori uideantur augeri. Ita igitur & in reſtitutione omniũ,quãdo corpus totius eccleſiæ nũc diſperſum atq; laceratũ,uerus medicus Ieſus Chriſtus ſanaturus aduenerit:unuſquiſq; ſecundũ menſurã fidei & agnitionem filij dei:quẽ ideo agnoſcere dicitur,quia prius nouerat, & poſtea noſſe deſiuit,ſuũ recipiet locũ,& incipiet id eſſe quod fuerat:ita tamen ut nõ iuxta aliam hæreſim omẽs in una ætate ſint poſiti,id eſt,omnes in angelos reformentur:ſed unumquodq; membrũ iuxta menſuram ſuam & officiũ perfectũ ſit. Verbi gratia,ut angelus refuga id eſſe incipiat quod creatus eſt:& homo qui de paradiſo fuerat eiectus,ad culturam iterũ paradiſi reſtituatur. Iſta autẽ uniuerſa ſic fiẽt, ut inuicem inter ſe charitate iungantur:& dum cõgaudet membrum membro,& in alterius prouectione lætatur, Chriſti corpus,eccleſia primitiuorum,habitet in cœleſti Hieruſalem:quam in alio loco Apoſtolus uocat matrem ſanctorũ. Hæc tua dicta legunt omnes latini, quæ etiã nũc tu quoq; iubes eos legere:ubi dicis,quod omnes rationabiles creaturæ,quæ ſub unius rationabilis animalis exemplo intelligũtur,ita in unũ corpus reparandæ ſint,tanq; ſi unius hominis mẽbra diuulſa, rurſus in eiuſdẽ corporis ſoliditatem Aeſculapij arte reparẽtur:in quibus quidẽ diuerſa futura definis officia, utpote membrorum:ſed corpus unum,hoc eſt unius naturæ:& hoc omniũ unũ corpus,primitiuã eccleſiã uocas: & corpus eſſe nominas Chriſti:cuius corporis unũ membrum ſuo officio reſtituendum,ais,eſſe angelum refugam,qui eſt utiq; diabolus:& in hoc quod ab initio creatus eſt reparandum. Similiter & hominem aliud membrũ ad cultum paradiſi tanq; colonum originarium reuocandũ: & hæc nulla,ut fieri ſolet,cum de rebus talibus pe
D detentim cauteq; dicitur, alterius interiecta perſona proſequeris: ut uel dubitaſſe te aliquis in rebus tam ſecretis & abſconditis exiſtimet,ſicut Origenes iſte,cuius te & diſcipulum non negas & proditorẽ fateris, ſemper facere inuenitur in talibus:ſed abrupta & definita ſententia, tanq; ſi angelus loqueretur in Daniele,aut Chriſtus in Paulo,mortalium auribus futurorum arcana enuncias ſæculorum. Et,ais,nulli ueterum electa a Chriſto plæbs fidelium credas. Si Origenes aliquid de diuinæ diſpenſationis ſecretioribus ſuſpicatus eſt, nemo recipiat: Et ſi Clemens, aut ille apoſtolorum diſcipulus,aut ille Alexandrinæ eccleſiæ,& ipſius magiſter Origenis tale aliquid dixerunt. Etiam ſi Gregorius ille Ponticus uir apoſtolicarum uirtutum. Etiam ſi iſte alius Naçiançenus & Didymus uidens ꝓpheta, ambo magiſtri mei:qbus ſapientius in fide Chriſti nihil habuit mũdus. Oẽs iſti ut Origenes errauerunt:ſed accipiãt erroris ſui ueniã,quia & ego aliquando erraui:& nunc pœnitentiam gero:ſed ueniam accipere debeo. Origenes uero cũ eadem quæ ego dixerit,etiam ſi pœnitentiam egit,ueniam non accipiet:imo pro his quæ omnes diximus,ſolus ipſe damnetur. Ipſe eſt qui oia mala fecit. Ipſe eñ nobis prodidit: unde eſt totũ quicquid nos loquimur,quicquid ſcribimus,quicquid dicti putatur eruditi, & quod de græcis bonis latina facimus non bona. Nemo ergo quemq; horum audiat:ſed hæc ſola ſuſcipite, quæ in meis cõmentarijs inuenitis:& maxime in epiſtola ad Epheſios,in qbus Origenis dicta uehæmẽtiſſime confutaui. Ego autẽ ſcrutatus ſum: ut credere & tenere debeatis reſurrectionẽ carnis ita futuram:ut corpora conuertantur in animas, & uxores dirigantur in uiros:& quod ante mũdi conſtitutionem animæ in cœleſtibus fuerint:& inde ob quaſdam cauſas ſoli deo cognitas,in uallem hanc deductæ ſint lachrymarũ:& quod corpori mortis inſertæ ſint: & quod in fine ſæculorũ omnis natura rationabilis in unũ corpus reſtituat̃ ſicut ab initio fuit: ita ut & homo ad paradiſum reuocet̃:& angelus refuga ſupra Petrũ & Paulũ exaltet̃,cui ipſi ad paradiſum,utpote hoĩes poſtponẽdi ſunt:ille aũt in id qd̃ ex initio creatus eſt reparet̃,& fiãt oẽs ſimul eccleſia primitiuorũ in cœleſtibus:& ſint dum in officijs quidẽ ſingulis,quibuſq; ſunt mẽbra Chriſti. Vniuerſitas uero cunctorum perfectum Chriſti ſit corpus. Hæc tenentes o fideles prudenteſq; diſcipuli

A scipuli,& istas meas indubitatas definitiones custodientes: Origenem tamen pro his ipsis dictis condemnantes bene agetis,ualete. Vides quia totū cū irrisione agis:& pœnitere te ideo dicis, ut fallas eos quibus scribis? Nam & si uere te pœniteat, ut debet, quid facies propter omnes illas animas quas per tot annos hæc tua tā uenenata(ut ipse ais)doctrina decepit? Deniq; quis unq̄ per tuam pœnitentiam emendabitur:cum iste ipse libellus,in quo & pœnitens & accusator & iudex es,auditores tuos rursum,ad hæc ipsa & legenda & tenenda transmittat? Ad ultimum etiam si hæc ita non essent:ipse tamē tibi etiā post pœnitentiā,omnem aditum ueniæ præclusisti. Ais etiam ipsum Origenem pro his dictis pœnituisse,libello pœnitentiæ ad Fabianum,tunc urbis Romæ episcopum dato:& tamen post pœnitentiā,post centū & quinquaginta annos mortis suæ in ius eum trahis,& ad damnationem uocas. Quomodo ergo pro his dictis tibi uenia dabitur pœnitenti: si ille qui ante te pro his pœnituit, ueniam non meretur? Similiter ut scripsisti,scripsit:similiter ut pœnituisti pœnituit. Aut similiter pro pœnitentia debetis absolui:aut si negas ueniam pœnitenti(quod ego non opto)tu perurges nos pariter cōdemnari:secundum quandam euangelij parabolam: Oblata est dño a Iudæis adultera,ut uiderēt quid de ea secundum legem iudicaret. Ille misericors & miserator dominus,dixit: Si quis uestrum peccatum non habet:mittat super eam lapidem. Et tunc omnes,inquit,discesserunt. Et Iudæi quidem licet impij & increduli,tamen erubuerunt conscientias suas:ne cum ipsi essent peccatores,in peccatores uiderentur ulcisci. Et latro ille de cruce dicebat ad alterum latronem,qui simul pendebat in cruce & blasphemabat: Quia nec tu deum times,uel quod in eodē nos sumus supplicio. Nos cū hæc eadem quæ in nobis sunt condemnemus in alijs,nec cum Iudæis erubescimus, nec cum latrone mitescimus.

## INVECTIVARVM RVFFINI IN DIVVM HIERONYMVM LIBER SECVNDVS.

B SVperiore quidem libello dogmaticas illius obiectiones, quas alijs impingit immerito,in se ipso teste retorsimus:nūc uero iam explicitis & post tergum reiectis his,quæ fidei uicinæ sunt cautionibus,confidentius ei de cæteris criminationibus respondebimus. Est enim etiam illud accusationis eius grauissimū caput: quod similiter,ut cætera mendacia,ueritatis falce resecandum est. Ait em cōfœderatos esse quosdam Origeni ad periurium: & istud mysticæ eius traditionis arcanū absconditum esse in sexto Stromatum libro: nec ab ullo alio in tot sæculis nisi a se solo deprehensum. Verum ne risum ei moueam si iuris iurandi sacramento alienum me esse confirmē:a confœderatione periurij planiore uia ad manifestationem ueritatis incedam:ex eo quod facillime ꝓbare possum:nec habuisse me unq̄ libros istos:nec legisse a quoq̄ p̄stitos. Et sicut me nō possum excusare de eo,qđ quale sit nescio:ita ne accusari quidē possum de eo qđ uel si sit,penitus ignoro. Iste tamē q arguit uel ab illo traditū,uel a discipulis eius dici,qđ scriptū est:qui loquit' ueritatē cū ꝓximo suo, proximus nō sit,nisi ille q ꝓfectus sit,& symmystes. Et iterū qđ Apostolus dicit: Quia sapientiā loquimur inter ꝓfectos:& qđ scriptū est: Nolite mittere sanctū canibus,neq; mittatis margaritas uestras ante porcos:ut asserant,inquit,per hoc ueritatem non omnibus aperiendam. Videamus quid ipse in istis ipsis electis suis commentarijs libro secundo,sub eo capitulo ubi scriptum est: Propter quod deponentes mendacium,loquimini ueritatē unusq̄sq; cum proximo suo,qm̄ sumus inuicem membra:post pauca. Propter quod,inquit,Paulus ipse perfectus in epistola alia loquebatur: Sapientiam autē loquimur inter perfectos.Ergo hoc est quod iubet,ut unusquisq; mystica quæq; atq; secreta, & ea quæ dei ueritate sunt plena loquatur cum ꝓximo suo, ut dies diei eructet uerbum,& nox nocti indicet scientiam:hoc est, clara quæq; & lucentia indicet his, qui merentur audire: Vos estis lux mundi. Porro tenebrosa & inuoluta, & omni sacramentorum nocte uelata,alijs referat,qui & ipsi nox,tenebræ uel caligo sunt. De quibus dicitur: Et caligo sub pedibus eius, haud dubium quin dei. Nam & in monte Sina Moyses ingreditur in turbinem & caliginem, ubi erat deus. Et de ipso deo scriptum est: Posuit deus tenebras latibulum suū. Loquatur itaq; ueritatem atq; mysteria unusquisq; cū proximo suo,nec det sanctū

canibus: neq; mittat margaritas ante porcos: sed quicunq; oleum ueritatis habuerint, illos in thalamum sponsi & penum regis inducat. Videte queso uos & diligentius perspicite: si alium aliquem in omnibus his quæ scribit, nisi se & sua dicta condemnet. Si inimici sui lacerare eum & arguere proscriptis suis uellent: quo alio ordine, quibus alijs aduersum eum sententijs uterentur: nisi quibus ipse aduersum se, tanq; aduersus alios utitur? Condemnatio aduersum istum si proferenda sit, epistola sua sufficit, si solum nomen immutes: textus enim criminum, nec in alium omnino quemq;, sicut in ipsum conuenit solum. Quæ damnari iubet, hæc iterum obseruari iubet: quæ agit, arguit: quæ detestatur, operatur. Beati discipuli eius: qui eum uel audiunt uel imitantur. Verũtamen quoniam periurij eius dogma proponitur: nihil ad me si iste uel agat uel scribat: quia apud nonnullos fratrum etiam hanc nobis inurere conatus est maculam, & nunc iterare per litteras: secundum ab illo datã regulam: quid ego ipse de periurio sentiã profero, ut de sese iterum sibi ipsi iudiciũ derelinquam. Etenim cũ dns & saluator noster dicat in euangelijs: dictum est antiquis, non periurabis, reddes enim domino iuramẽta tua: ego autem dico uobis nolite iurare omnino: Omnis qui docet quacũq; ex causa peierandum esse, ego dico q d'alienus sit a fide Christi, & ab ecclesiæ unitate catholicæ. Sed uelim nũc posteaq; de meo, ut ipse statui anathemate satis feci, elaborare paululũ, si patiẽter accipitis: & hoc quod iste per orgia quædam & mysticas fœderationes, periuriũ obseruari dicit: quos habeat cultores & symmystas aperire. Certa est enim & satis uera dei illa sententia quæ dicit: Quia ex fructibus eorum cognoscetis eos: & iterum, ex fructibus, inquit, arbor cognoscitur. Et nos ergo sicut iste dicit, periurij dogma suscepimus. Si ad hoc edocti sumus & talis in nobis arbor plantata est: non potest fieri, ut non tales aliqui ex nobis sæpius germinauerint fructus: uerumetiam mystici dogmatis authoritate coaluerint. Et quidem quantum ad personam meam pertinet, quem solum ex his omnibus quæ scribit lacerare se putat, non mihi ipsi feram testimonium: nec dicam quod etiam sit iurandum, cum forte necessitas exigit: & si non cautus sum: at certe timidus esse cupio.

D Postremo & si obseruare non possum, errasse me nouerim. Hæc ergo non dicam: tamen siue errem in his, siue caueam: iste interim causam commissi alicuius, qua me in talibus arguat nõ habet. Ego autem qualiter apud istum sacratissima sit huius non dogmatis, sed fœdissimi & uerissimi uitij obseruantia, iterum ex scriptis eius probabo. Nihil enim ex liuore & inuidia confictũ aduersum eum proferam: ut ipse contra nos facit: sed ipsum se testem & scripta sua aduersum eum producam: ut sciat se non ab inimicis argui, sed a semetipso redargui. Libellum quẽdam de cõseruanda uirginitate Romæ positus scripsit: quem libellum omnes pagani & inimici dei, apostatæ & persecutores, & quicũq; sunt qui Christianum nomen odio habent, certatim sibi describebant: pro eo quod omnem ibi Christianorum ordinem, omnem gradum, omnem professionem, uniuersamq; pariter fœdissimis exprobrationibus infamauit ecclesiam: & ea quæ gentiles falso in nos conferre crimina putabãtur: iste uera esse, imo multo peiora a nostris geri q; illi criminabantur asseruit. Nam primo illas ipsas uirgines de quarum uirtute scribere uidebat infamat: & dicit de eis his uerbis. Aliæ uirili habitu ueste mutata, erubescũt se fœminas esse quod natæ sunt: crinẽ amputant: & impudenter erigunt facies eunuchinas. Suntq;, quæ cilicijs uestiũtur, & cucullis fabrefactis. Vt ad infantiam redeant: imitãtur noctuas & bubones. Dicit & mille alia de his probra grauiora. Sed nec uiduis quidem parcit. Ait quidem de ipsis: Nulla illis nisi uentris cura: & quæ uentri proxima sunt. Alia quoq; ingerit obscœna q; plurima. Sed & monachorũ omne genus, q; fœde q; turpiter laceret: longũ est si ipsius uerbis uel scriptis uelim probare. De diaconis uero & presbyteris, quæ dedecora descripserit, pudet retexere. Initiũ tamen lacerationis ponam ipsius: ex quo facilius conijci possit, quantũ in consequentibus augescat inuectio. Sunt alij, inquit, de mei ordinis hominibus loquor: qui ideo presbyterium & diaconatum ambiunt: ut mulieres licentius uideant. Omnis his cura de uestibus si bene oleant: si pes laxa pelle non folleat. Crines calamistri uestigio rotantur: digiti de anulis radiant: & ne plantas humidi or uia spargat, uix imprimunt summa uestigia. Tales cum uideris: sponsos magis æstimes esse quam clericos. Et posteaquam speciatim non tam uitia, quam crimina sacerdotum uel ministrorum exprobrans, etiam ingressum eorum & salutationes ad matronas, non solum deco-

lorauit

A lorauit:uerumetiam execrabilem fecit:quomodo posteaq̄ omne genus Christianum concidit & infamauit,sibi quoq; non parcat ipse,audite.Redeo em̄ post excessum quēdā ad hoc quod proposueram, propter quod & libelli huius res popoſcit fieri mētionem: & ostēdam apud istū tam licita haberi periuria:ut scriptis quoq; suis deprehendi ea non erubescat. Igitur in hocipso libello,cum moneret sæculares codices legi non debere:& diceret,quid faciet cum psalterio Horatius: cum euangeliſs Maro : cum apostolis Cicero : nonne scandaliçabitur frater, si te uiderit in idolio recumbentē? Et cætera cum dixisset eiusmodi,quibus alienam esse a Christiano assereret librorum sæcularium lectionem,inserit etiam reuelationem quandam ad se diuinitus factā, satis honorificis refertam præceptis. Refert em̄ quod posteaq̄ sæculo renunciasset:& ad deum fuisset conuersus,amore tamen sæcularium librorum ualde teneretur:nec facile posset tali carere desyderio: & pro hoc subito,inquit,raptus in spiritu,ad tribunal iudicis pertrahor:ubi tantū luminis & tantū erat ex circūstantium claritate fulgoris:ut proiectus in terram,sursum aspicere non auderem.Interrogatus conditionem,Christianum me esse respōdi . Et ille qui præsidebat, mentiris ait,Ciceronianus es,non Christianus. Vbi thesaurus tuus est,ibi & cor tuum. Ilico obmutui,& inter uerbera (iam enim cædi me iusserat)conscientiæ magis igne torquebar.Clamare tamē cœpi & eiulans dicere:Miserere mei dñe,miserere mei.Hæc uox inter flagella resonabat. Tandem ad præsidentis genua prouoluti qui astiterant,precabantur,ut ueniam tribueret adolescentiæ & errori locum pœnitentiæ cōmodaret: exacturus deinde cruciatum si gentilium litterarum libros aliquando legissem.Ego qui tanto constrictus articulo,uellem etiam maiora promittere,deierare cœpi,& nomē eiꝰ obtestās dicere:Dñe si unq̄ habuero codices sæculares,aut si legero,te negaui.In hæc uerba dimissus,reuertor,inquit,ad superos.Audistis q̄ nouū,q̄ honorificū iuramēti sui exposuerit genus? Residēte in tribunali bꝰ iudice dño Iesu Christo,assistentibus angelis & intercedentibus ꝓ se, inter uerbera & cruciatus iurat se sæculares libros,nec habiturū unq̄,nec lecturū. Relegant nūc quæso quæ scribit , si una eius operis pagina est, quæ nō
B eū iterū Ciceronianū pronunciet,ubi non dicat:sed Tullius noster,sed Flaccus noster,sed Maro.Iam uero Chrysippum & Aristidem,Empedoclem & cætera Græcorum authorū nomina: ut doctus uideatur & plurimæ lectionis, tanq̄ fumos & nebulas lectoribus spargit. Deniq; inter cætera,etiam Pythagoræ libros legisse se iactat: quos ne extare quidē eruditi homines asserunt.Sed iste ne aliqua ex parte iuramentum suum de authoribus gentilium præteriret,etiā ea quæ non sunt scripta legisse se scribit.Sed in oīibus opusculis suis fere multo plura & prolixiora testimonia de his suis,q̄ de prophetis nostris uel apostolis ponit.Puellis quoq; & mulierculis scribens,quæ non utiq; nisi de nostris scripturis ædificari,& cupiunt & debent,exēpla eis Flacci sui & Tullij uel Maronis intexit.Iam uero in illo libello,quem de optimo genere interpretandi intitulauit:ubi præter tituli annotationem nihil optimum,sed totum pessimum est.Ibi em̄ assequerat hæreticos illos quibus nunc cōmunicat: & incurrit illam sententiam apostoli nostri,nō sui(ille enim suum aut Flaccum dicit aut Tullium)qui ait: Qui autem discernit , si manducat damnatus est.In illo ergo libello,quod nullo genere uerbum de uerbo interpretari ratio sinat: quod modo ei iterum rationabile uisum est: capita integra dictata ex codice Ciceronis inseruit.Nonne ipse dixerat quid faciet cum psalterio Horatius: cum euangeliſs Maro: cum apostolis Cicero? Nōne scandaliçabitur frater,si te uiderit in idolio recumbētem? in quo utiq; ipse se idololatriæ reum statuit.Si em̄ qui uiderit legētem hoc,scandaliçatur,multo amplius qui scribentem.Sed quoniam qui ad idololatriam deuoluitur:non plene,nec integre prophanus efficitur,nisi prius negauerit Christum,ipse Christo in faciē coram sedenti in tribunalibus,assistentibus quoq; clarissimis ministeriis angelorum dicit: Si legero, uel habuero gentiliū libros, te negaui.Et nunc non solum legit & habet,non solum describit & comparat:uerūetiam diuinis eos uerbis & sermonibus ecclesiasticæ ædificationis interserit.Res quam dico, omnibus qui legunt libellos eius satis nota est,& teste non indiget.Sed est hominis de tam sacrilego periurij barathro se cupientis eripere:adhibere sibi aliquod excusationis commentum & dicere: non modo lego:sed ea quæ in adolescentia didici,quia sum tenacis memoriæ, ita ut possim plura simul de diuersis capita continuare, ipsa nunc profero . Si quis a me modo exigeret: ut probarem si

hodie

C hodie antecp̃ sol oriretur,nox fuisset in terris:aut si usq; ad solis occasum dies illustrauerit mun
dum : quid aliud dicerem,nisi magis ab illo,qui dubitaret de eo quod omnes nouerant,causas
dubitationis cp̃ a me probationis oportere deposci ? Sed in hoc licet omnes sciant esse uerum
quod dicimus,& omnes intelligant:tamen quia de anima hominis res agitur,de periurij crimi
ne,de negationis Christi sacrilegio:non potest facilis haberi condẽnatio. Nũquid illum imita
bimur qui reos, nec interrogatos,nec respõdentes cõdẽnat:& nõ solum nõ respondẽtes,sed nec
præsentes: & non solũ præsentes,sed & mortuos:nõ solum mortuos,sed & eos quos semp ante
laudauerat: & non solum eos quos laudauerat,sed & eos quos secutus fuerat & magistros ha
buerat? Timeatur dñi sententia primo illa quæ dicit:Nolite iudicare,ut non iudicemini. Et ite
rum: Qua mensura mensi fueritis,eadẽ & remetietur uobis. Quid ergo? licet ex superfluo,unũ
tamen proferam testem aduersum eum perualidum:& cui præscribere non potest,ipsum iter
se & sua proferam scripta. Quãuis ergo omnes libelli eius hoc testentur: & supflua de hoc mea
uideatur assertio:tamen utendum aliquo speciali testimonio est,ne minus plenum his qui forte
scripta eius non legerunt,uideatur esse quod dicimus. Cum libellos eius quos aduersus Iouinia
nũ scripsit,reprehendissem: cuidã Domnioni beatæ memoriæ seni:qui sibi hocipsum indicaue
rat,iste rescribens excusat,& dicit:Nullo genere potuisse fieri se errasse, hominem qui omnium
haberet scientiam. Cum ergo enumerasset,uel syllogismorum genera,uel dicendi ac scribẽdi ar
tes,quas uidelicet ille qui eũ reprehẽderat ignoraret,cõtinuo subiungit hoc. Stultus,inquit,ego:
qui me putauerim hoc absq; philosophis scire non posse,qui meliorẽ stili partem elegerim eã
quæ deleret,cp̃ quæ scriberet. Frustra ergo Alexandri uerti cõmentarios, nequicp̃ me doctus
magister per εἰσαγωγικὸν Porphyrij introduxit ad logicam:& ut humana cõtemnã,sine causa Gre
goriũ Naçiançenũ & Didymũ in scripturis κατηχησάς habui. Hic est qui Christo dixit,te negaui,
si uel habuero gentiliũ codices uel legero. Si nihil aliud,uel de Porphyrio silere debuerat,q spe
cialis hostis Christi est,qui religionẽ Christianã quãtũ in se fuit,penitus subuertere conatus est
scriptis suis:quem iste nunc introductorẽ & instructorem ad logicam habere gloriatur: nec ar-
D gumentari potest se ante hæc didicisse. Ante em̃ cp̃ cõuerteretur,mecum pariter & litteras Græ
cas & linguam penitus ignorabat. Post iuramentũ omnia hæc,post sacramenti dati sponsionẽ.
Sine causa argumẽtamur continuo dicetur nobis. Erras homo,deus non irridetur,nec syllogis
mi apud eum de Alexandri cõmentarijs intexuntur. Vt uideo frater male tibi auspicatus es qd
introductor tuus sit Porphyrius. Quo te introduxit perfidus? Si ad illũ locũ ubi ipse est:ibi &
fletus & stridor dentiũ est. Ibi em̃ & apostatæ & inimici dei,fortassis & periuri ibi habitant. Nõ
bonum introductorem tibi elegisti. Magis si accipis consilium meum:ad illũ nos introducto
rem pariter conuertamus qui introducit ad patrem:qui dixit: Nemo uenit ad patrem nisi per
me. Doleo frater si credis:& si non credis,doleo te suspitiones alieni periurij,in antiquis & uete
rulis chartulis perscrutari:cum in tuo ore iugis ac sine fine periurij inexplicabile sacrilegium per
seueret. Nõne recte tibi conueniet illud dici quod Apostolus dicit. Tu autẽ qui Iudæus cogno
minaris,& requiescis in lege,& gloriaris in deo instructus per legem,cõfidis teipsum ducem esse
cæcorum: lumen eorum qui in tenebris sunt: eruditorẽ insipientium,magistrum infantium ha
bentem formam scientiæ ueritatis in lege? Qui ergo doces alium teipsum non doces? Qui dicis
non mœchandum,mœcharis? Qui prædicas non furandum,furaris? Qui abominaris idola,sa
crilegium periurij committis? Et quod est ultimum & grauissimum:nomen dei per te & φιλονεικί-
αν tuam blasphematur inter gentes. Sed transeamus iam hinc ad alterius obiecti purga
tionem : si tamen conuictum se periurij & præuaricationis simul,perurgente etiam conscientiæ
sua fateatur. Alioquin si inficias eat:etiã testes cp̃ plurimos fratrum habere possum qui in mei
is cellulis manentes,in monte oliueti cp̃ plurimos ei Ciceronis dialogos descripserunt: quorum
& ego quaterniones cum scriberent, frequenter in manibus tenui & relegi : & quod mercedes
multo largiores cp̃ pro alijs scripturis solent ab isto eis darent agnoui. Mihi quoq; ipsi aliquã
do cum de Bethlehem hierosolymã uenissem & codicẽ secum detulissem: in quo erat dialogus Ci
ceronis:& idẽ ipe Græcꝰ Platonis qd dederit ipm codicẽ,& aliquãdiu fuerit apud me,nullo ge
nere negare põt. Sed qd imoror tãdiu in re,quæ luce est clarior? cũ ad hæc oia q̃ supra diximus,

etiam

A etiã illud addat, ubi ceſſet omne cõmentũ,quod in monaſterio poſitus in Bethlehem:ante nõ multo adhuc tempore partes grãmaticas executus ſit: & Maronem ſuum Comicoſq; ac Lyricos & Niſtoricos authores,traditis ſibi ad diſcendum dei timorem pueruliſ exponebat:ſcilicet ut & præceptor fieret authorum gentilium: quos ſi legiſſet tantũmodo,Chriſtũ ſe negaturum iurauerat. Sed uideamus quid adhuc aliud culpet:gentilium eſſe dicit hæc dogmata. Ecce qua ſententia ſe ipſe condemnet. Gentilium dicit dogmata quæ ipſe cõſcribit,labitur: ſed porrigenda manus eſt,non eſt nimie perurgendus. Dũ em̃ totus in æloquẽtia uolitat & uituperationibus atq; inuectionibus fertur:immemor ſui fit,& a ratiõe deuoluitur. Noli frater temetipſum, etiam in non neceſſarijs temere condemnare: non cõtinuo inter gentiles deputandus es,uel tu uel Origenes: ſi(ut ipſe dixiſti )uolentes dei iuſticiã defendere & reſpondere cõtra eos, qui uel fato uel caſu cũcta moueri dicunt:& uolentes oſtendere iuſtam eſſe dei prouidentiam quæ moderatur uniuerſa, dixiſtis inæqualitatis cauſas unamquãq; ſibi animam iam ex anterioris uitæ quã in cœleſtibus habuit motibus ac ſenſibus cõparaſſe:uel etiam ſi dixiſtis bonæ illi & incõmutabili ac ſimplici naturæ trinitatis conuenire:ut omnem creaturam ſuam in fine omnium reſtituat in hoc quod ex initio creata eſt:& poſt longa & ſpatijs ſæculorũ exæquata ſupplicia:quæ deus non tam iraſcentis q̃ curantis affectu infert unicuiq;: quippe qui cõmotionis caret uitio, & medentis & curantis uice finem ſtatuat aliquando pœnarũ. Hæc ergo q̃ uera dixeritis,deus uiderit:tamen impietatis non multum mihi continere uidentur in deum,nec gentilitatis aliqd: maxime ſi hac mente dicitis, quauis ratione dei ſcilicet iuſticiã defendere cupientes. Pro his ergo noli te ſatis conturbare,neq; teipſum ſuperfluo,aut pœnitentiæ ſubijcias,aut condemnationi. Sed illud eſt reuera, unde te defendere,aut excuſare non poſſum:quod nõ ſolum gentiliter, uerum & ſuper omnem gentilitatem,immo impietatem a te dictum probatur,quod in hocipo libello, cuius ſuperius fecimus mentionem, deum ſocrum habere dixiſti. Et quid tam impium
B uel prophanum a quoq̃ gentilium poetarum ſaltem dici potuit? Stultum eſt em̃ ſi requiram de te,ubi hoc in ſcripturis ſanctis legeris. Quæro ſi uel Flaccus tuus aut Maro,ſi Plautus Comicus,aut Terentius certe,ſi uel Satyricus quis inter omnia ſpurca ſua, & impudica iſtud nefas in deum ex ſuo ore protulerit. Fefellit te credo illa res & decepit,quod puella ad quẽ ſermo dei fiebat:ſponſa Chriſti dicebatur: ut propterea etiam matrem carnalem,ſocrum dei appellandam putares. Et neſciebas quod hæc non ſecundum carnis ordinem dicuntur: ſed ſecundum ſpiritus gratiam. Spõſa em̃ ex eo appellatur,quod ſermo dei quaſi ſacrato quodam cõnubio iungatur animæ humanæ. Si autem tali coniunctione etiam mater puellæ Chriſto per fidem ſociatur :rectius etiã ipſam ſponſam Chriſti q̃ ſocrũ dei appellare potuiſſes. Nam reſtat tibi ut & patrem puellæ,ſocerum dei dicas:& ſorores eius cognatas,etiam puellam nurum dei pronuncies. Sic dum totus Plautinæ & Tullianæ cupis æloquentiæ ſectator uideri:oblitus es quomodo Apoſtolus omnem eccleſiam,id eſt,parentes cum liberis,matrem cum filiabus, cũ ſororibus fratres: omnes ſimul unam nominet uirginem uel ſponſam,dicens: Statui autem hocipſum om̃es uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto. Sed tu dum non Paulum,ſed Porphyrium introductorem te habere gloriaris:ipſum Porphyriũ ſequendo qui aduerſum Chriſtũ, & aduerſum deum libros impios ac ſacrilegos ſcripſit:& ab ipſo,ut ais,introductus in iſtud blaſphemiæ barathrũ decidiſti. Quod ſi uere pro maledictis tuis uis agere pœnitentiã,ſi non irrides iſta dicendo:ſi non mente φιλόνικος & contentioſus,ppter hoc ſolum etiam te infamare non refugis,dummodo alium decolores: ſi nõ arte,ſed fide dictorum tuorum pœnitudinem egeris,pro hac tam graui turpiq; blaſphemia age pœnitentiam,hinc enim in deum blaſphemaſti. Nam de creaturis aliquid dicere & errare:maxime ſi non contumeliæ uoto:ſed dum iuſticiam dei ut dicis cupit aſſerere quis effluat, non eſt nimis execrabile commiſſum. In cœlum tendere os graue eſt. Iniuſticiam uel contumeliam in excelſum loqui,pernitioſum eſt. Hoc lugeatur quod difficile curat. Nam quis eſt q cũ morbo regio laboret:& de ipſo capite & uultu ac uita periclitet magnopere damet, quod non leue παρωνύχιον pedis,aut perfacilis ungulæ ſuæ offenſa curet? Illud aũt minimum quidem eſt,& reſponſione uix dignum quod enumerans doctores ſuos quos ſe de ſynagoga dicit eſſe mercatos, ſtimulans nos ſubiungit: Neq; enim, inquit, ipſe me docui, ſicut

/quidam

C quidam, nos sine dubio intuens, in quos omne ab initio lacerationis suæ pondus inuexit. Et miror hoc eum dicere uoluisse: cum maiorem in me & ueriorem haberet obtrectandi materiam: quod magis inter multos & prædaros magistros diu moratus, nihil dignum eorum, uel magisterio, uel institutionibus habeam. Cæterum iste qui in tota uita sua non totos triginta dies Alexandriæ ubi erat Didymus commoratus est, per totos pene libellos suos longe lateq; se iactat Didymi uidentis esse discipulum, & καθηγητὴν, id est, præceptorẽ in scripturis sanctis habuisse Didymum. Et omnis ista iactantia in uno mense quæsita est. Ego qui sex ãnis dei causa commoratus sum: & iterum post interuallum aliquot alijs diebus, ubi Didymus, de quo tu solo te iactas: & ubi alij nihilominus illo non inferiores, quos tu ne facietenus quidem nosti, Serapion & Menites, uiri natura & moribus & eruditiõe germani: ubi Paulus senex Petri martyris discipulus: & ut ad eremi magistros ueniam: quibus & attentius & frequẽtius uacabamus: ubi Macarius Antonij discipulus, & alter Macarius, & Isidorus, & Pambas, oẽs amici dei: qui nos hæc docebant quæ ipsi a deo discebant: quãtam ego, si hoc ita deceret, aut expediret, de his omnibus habere iactantiæ materiam possem? Sed erubesco, hæc etiam retexens, dum uolo tibi ostendere, non ut tu dicis, nostro ingenio magistros: sed quod plus doleo, magistris defuisse magis ingenium nostrum. Verum quid stultus ego sanctos enumero Christianos uiros? Non propter istos dicit: quia ipsi nos docuimus: sed quia Barrabbã eius de synagoga magistrum nõ suscepimus, & p εἰσαγωγικὸν Porphyrij, ad logicã non sumus introducti. Ignosce mihi pro hoc qđ malui ante imperitus & indoctus uideri, q̃ Barrabbæ discipulus dici. Proposito em̃ Christo simul & Barrabba: ego quasi imperitus Christum elegi: Tu ut uideo, cum illis clamas qui dicunt, non hũc, sed Barrabbam. Nam Porphyrius tuus: dic quæso quid te docuit: qui aduersum Christianos, & aduersum religionẽ nostrã blasphemiæ uolumina conscripsit? Quid te isti in quib⁹ tantum te iactas: unus ab idolis dæmonum, & alius de synagoga, ut dicis, Satanæ magistri docuerunt boni? Nihil uideo nisi hoc quod & ipsi nouerant. Nam Porphyrius te docuit de Chri-

D stianis mali loqui, concidere uirgines, continẽtes, diaconos, presbyteros: & omnẽ prorsus Christianorum gradum & ordinẽ libellis æditis infamare. Ille uero de synagoga Barrabbas tuus p Christo electus: docuit te resurrectionẽ carnis, non in uirtute, sed in fragilitate sperare: litteræ occidentis amicum fieri, & inimicum spiritus uiuificantis. Et alia quædam secretiora: quæ si res poposcerit postmodũ proferent̃ in tẽpore. Sed quid in longum sermo producitur? Cõuitijs eius & iniurijs nõ respondeamus: lacerationibus eius, ad quod opus quotidie stilum eius Porphyrius exacuit, nõ obuiemus: Ad hoc enim Iesus noster, nõ Barrabbas magister, silere nos docuit. Ad illud ueniamus, ut ostendatur q̃ uera sunt, quæ uel pro sua excusatione, uel pro nostra accusatione conscripsit. Ait duos esse solas præfatiunculas suas, in quibus laudare uisus est Origenem. In eo tamen interpretationis opere eum laudauerit, in quo nihil omnino dogmaticum, nihil de fide dictum sit: & quod penitus in his quæ eius ipse interpretatus est, nihil tale inferatur, quale nunc ad synagogæ gratiam, non ad Christianorum ædificationem reprehendit. Et q̃uis ei sufficere ad silentium agendum debeat, quod ea in alienis litteris culpat, quæ proferuntur ex suis: tamen & in hoc q̃ uerum dixerit uideamus. Ex præfatiõe interpretationum in Ezechiele, quatuordecim homilijs, siue oratiũculis Origenis scribens cuidã Vincentio. Magnũ est, inquit, mi amice quod postulas, ut Origenem faciam latinum: & hominem iuxta Didymi uidentis sententiam alterum post apostolos ecclesiarum magistrum etiam Romanis auribus donem. Et post aliquanta. Et illud, inquit, breuiter admonens: ut scias Origenis opuscula in omnem scripturam esse triplicia. Primũ eius opuscula excerpta sunt, quæ Græce σχόλια, nũcupantur. In quibus ea quæ sibi uidebantur obscura, aut quæ habere aliquid difficultatis, summatim breuiterq; perstrinxit. Secundum ὁμιλητικὸν genus: de quo & præsens interpretatio est. Tertium quod scripsit ipse τόμους, nos uolumina possumus nuncupare: in quo opere tota ingenij sui uela spirantibus uentis dedit: & recedens a terra, in medium pelagus aufugit. Scio te cupere ut omne genus transferam dictionis: præmisi causam, cur non facere possem: hoc tamen spondeo: quia si orante te Iesus reddiderit sanitatem: non dicam cuncta (quia hoc dixisse temerarium est) sed permulta sim translaturus, ea lege quam tibi sæpe cõstitui: ut ego uocem præbeam, tu notarium. Item

de Canticis

A de Canticis cãticorũ ꝓfatio. Beatiſſimo papæ Damaſo. Origenes cũ in cæteris libris oẽs uicerit: in Canticocanticorũ ipſe ſe uicit. Nam undecim uoluminibus explicitis, quæ ad uiginti uſq; uerſuũ milia peruenerũt: primũ ſeptuaginta interpretes, deinde Aquilam, Symmachũ, Theodotionem, & ad extremum quintam æditionem, quã in Acteo littore inueniſſe ſe ſcribit, ita magnifice aperteq; diſſeruit, ut mihi uideatur in eo completũ eſſe quod dicitur: Introduxit me rex in cubiculum ſuum. Itaq; illo opere prætermiſſo, quia ingentis eſt oĩ, laboris & ſumptuum, tantas res, tam dignũ opus in latinum tranſferre ſermonẽ, hos duos tractatus quos in morẽ quotidiani æloquĩ, paruulis adhuc lactẽtibuſq; compoſuit, fideliter magis cꝫ ornate interpretatus ſum: guſtum tibi ſenſuum eius non cibum offerens: ut animaduertas quanta ſunt illa exiſtimãda quæ magna ſunt, cum ſic poſſint placere quæ parua ſunt. Item ex præfatione commẽtariĩ in Micheam ſcripta ad Paulam & Euſtochium: poſt aliquanta. Nam quod dicũt Origenis me uoluminа compilare & contaminare non decere ſcripta ueterum, quod illi maledictum uehemens exiſtimant: eam laudem ego duco maximam, cum illos imitari uolo, qui cunctis prudentibus, & uobis placent. Item ex præfatione interpretationis Hebraicorum nominum: poſt aliquanta, ita dicit: At ne forte cõſummato ædificio, quaſi extrema deeſſet manus, noui teſtamenti uerba & nomina interpretatus ſum, imitari uolens Origenem ex parte: quem poſt apoſtolos eccleſiarum magiſtrum, nemo niſi imperitus negat. Inter cætera enim ingenĩ ſui prædara monimenta, etiã in hoc laborauit: ut quod Philo quaſi Iudæus omiſerat: hic ut Chriſtianus impleret. Item de epiſtola ad Marcellã. Ambroſius, quo chartas, ſumptus, notarios miniſtrante: tam innumerabiles libros uere Adamantius noſter & Chalcenterus explicuit, in quadã epiſtola, quã ad eundem de Athenis ſcripſerat, refert nuncꝫ ſe cibos Origene præſente ſine lectiõe ſumpſiſſe: nũcꝫ iniſſe ſomnum, niſi unus e fratribus ſacris litteris perſonaret. Hoc diebus egiſſe uel noctibus: ut & lectio orationẽ ſuſciperet, & oratio lectionem. Item ex alia epiſtola ad Marcellam: Beatus Pamphilus martyr, cuius uitam Euſebius Cæſarienſis tribus ferme uoluminibus explicuit: cum Demetriũ Phalereũ & Piſiſtratum in ſacræ bibliothecæ ſtudio uellet æquare, imagineſq; ingeniorum quæ uera ſunt & æterna monimenta, toto orbe perquireret: tunc omnes, maxime Origenis libros impenſius proſecutus, Cæſarienſi eccleſiæ dedicauit. Quam bibliothecam ex parte
B corruptam Acatius, de hinc Euçoius, qui eiuſdem eccleſiæ ſacerdotes fuerũt, in membranis inſtaurare conati ſunt. Hic cum multa reppererit, & inuentorum nobis indicem reliquerit: centeſimi uiceſimiſexti pſalmi cõmentarium & phe litteræ tractatũ, ex eo quod nõ inſcripſit confeſſus eſt non repertum: non quod talis tantuſq; uir, Adamãtium dicimus, aliquid præterierit: ſed qđ negligentia poſteroꝝ ad noſtram uſq; memoriam non durauit. Sed fortaſſe dices mihi: Quid ſuperfluis reples paginas? Nunquid & ille dicit criminis eſſe nominari Origenem, aut ingenĩ ei laudẽ dari: ſi prædicatur talis ac tantus uir, eo magis, ſi qua ſunt illius, in quibus aut apoſtolicus uir aut eccleſiæ magiſter dicitur, ut in ſuperioribꝰ ipſe profert: aut ſi quid tale eſt quod fidẽ eius non ingeniũ ſolum cõmendare uideat. Hoc quidem faciam: tamẽ idcirco hæc protuli, ubi eum talem ac tantum uirum dicit: quia in ea præfatiuncula ubi eum dicit Apoſtolum, uel prophetam defendi, uel uſq; ad cœlum ferri: hunc puto ſermonem laudis eius inſcriptum. Et ſicubi forte ſcientiam eius laudauimus, tales ſunt omnes meæ in illum laudes: pro quibus hoc tantum in te ignis accendit: quas de ſuis ſcriptis, nec imputari ſibi dignum ducit. Verum quia non dignat æqualem nobiſcum perſonam habere in iudicio, & nos quidem etiam ex ſuſpitionibus condẽnat: ipe uero neq; ex chirographis ſuis teneri uult, nec putat in cauſa ſua obſeruare ſcripturæ ſanctæ debere ſententiam, quæ iubet abſq; perſonarum acceptione iudicari: non ut æquitas, ſed ut ipſe uult, ita ſatiſfaciamus pro nobis. Ait enim. Tu ſi interpretatus es Origenem, culpandus es: ego etiam ſi eadem dixi, pro quibus ille culpatur, bene feci: & legi debent & teneri. Tu ſi laudaſti ingenium eius uel ſcientiã eius, reus es: ego ſi ingenium laudaui nihil eſt. Sed profer, inquit, ubi eum ita laudauerim, ut fidem eius excuſarem. Non æque quidem: ſed quocũq; duxeris ſequar. Libellum quẽdam ſcribens, comprehendere quaſi indiculo quodam uoluit, quanta apud latinos Varro ſcripſerit, & quanta apud noſtros Origenes in Græcis, in quo ita ait: Marcũ Terentium Varronem miratur antiquitas, quod apud latinos tam innũerabiles libros ſcripſerit.

C Græci Chalcenterũ miris efferũt laudibus, quod tantos libros compoſuerit: quantos quiuis noſtrum alienos, ſua manu deſcribere non poſſit. Et quia nunc ocioſum eſt apud latinos Græcorum uoluminum indicem texere, de eo qui latine ſcripſit aliqua cõmemorabo: ut intelligamus nos Epimenidis dormire ſomnum: & ſtudium quod illi poſuerũt in eruditione ſæcularium ſcripturarum, nos in congregandis opibus ponere. Scripſit itaq; Varro quadragintaquinq; libros antiquitatum, quatuor de uita populi Romani. Et cũ enumeraſſet per ſingula omnia quæ Varro ſcripſit: addidit poſt hæc. Quorſum Varronis & Chalcẽteri mentio facta ſit quæritis: uideli cet ut ad Adamantium, noſtrumq; Chalcẽterũ ueniamus: qui tãto in ſanctarum ſcripturarum labore ſudauit, ut iuſte Adamantĩj nomẽ acceperit. Vultis noſcere quanta ingenĩj ſui reliquerit monimenta? Sequens titulus oſtendit. Scripſit in Geneſim libros tredecim: Myſticarum homiliarum libros duos: in Exodo excerpta: in Leuitico excerpta. Et poſt multa. Item, inquit, monobiblia, περὶ ἀρχῶν libros quatuor: de reſurrectione libros duos, & alios de reſurrectione dialogos duos: & cum enumeraſſet omnia eius opuſcula, ſecundum indiculi fidem, addidit & dicit: Videtis ne & Græcos pariter & latinos, unius labore ſuperatos? Quis enim unq; tanta legere potuit, quanta ipſe conſcripſit? Pro hoc ſudore, quid accepit preciĩ? Damnatur a Demetrio epiſcopo: exceptis Palæſtinæ & Arabiæ & Phœnicis, atq; Achaiæ ſacerdotibus: in dãnationẽ eius conſentit urbs Roma. Ipſa contra hunc cogit ſenatum, non propter dogmatum nouitatem, nõ propter hæreſim, ut nunc aduerſum eum rabidi canes ſimulant: ſed quia gloriam æloquentiæ eius & ſcientiæ ferre non poterant: & illo dicente, omnes muti putabãtur. Hæc quare ſcripſerim & ad pauperis lucernæ igniculũ, cito ſermone ſed nõ cauto dictauerim, poteſtis intelligere: ſi Epicuros & Ariſtippos cogitetis. Si quis tibi nũc quæſo cũ iſta ad pauperis, ut ais, lucernæ igniculũ, cito ſed nõ cauto ſermone dictares aſtitiſſet ꝓpheta & damaſſet: o ſcriptor cohibe hanc uocẽ, reprime ſtilũ, erit emẽ tẽpus & nõ multo poſt, cũ tu ſchiſma ab eccleſia facies: & ut ꝓ ipõ ſchiſmate colorẽ aliquẽ excuſationis inuenias, iſtos q̃s nũc oĩbus mirabiles facis libros incipies infamare: & iſtũ quẽ modo Chalcẽterũ tuũ uocas, & pro merito laudabilis laboris, ais, Adamantiũ nomi
D natum, dicturus es, non tam libros ad utilitatẽ animæ cõꝑ uenenata dogmata cõſcripſiſſe. Hũc quẽ negas iuſte a Demetrio in cauſa fidei eſſe damnatum, & hunc quem negas pro dogmatũ nouitate accuſatum, tu execrandũ pro nouitate dogmatũ dices: & ea quæ dicis, nunc aduerſum eum canes rabidos ſimulare, hæc tu ipſe ſimulabis. Romanum quoq; ſenatum, ut nunc ſcribis, epiſtolis tuis cõmonitorĩjs, iuramentis, ſatellitibus circũuolãtibus, etiam tu coges cõtra eum: & talem uicem pro omnibus laboribus ſuis Chalcentero tuo reddes. Et ideo caue hæc nunc ſcribere, ne cum hæc ſcripſeris & illa egeris, multo uerius tu tuis ſententĩjs condemneris, cõꝑ ille alienis. Putaſne habuiſſes ꝓphetæ illi hæc tibi dicenti fidem, & non magis illũ inſanum tũc, cõꝑ te in hæc uenturũ putaſſes? Sed cõtẽtio hæc eſt, quæ nec amicis parcit: dũmodo ledat inimicos. Tu uero hoc ſupgreſſus, tibi ipſi nõ parcis: dũmodo nõ inimicos cõficias, ſed amicos. Itẽ ex præfatiõe Hebraicarum quæſtionũ poſt multa. De Origene autẽ, inquit, ſileo: cuius nomen ſi parua licet cõponere magnis meo nomine inuidioſum eſt. Qui cum in homilĩjs ſuis quas ad uulgus loquit cõmunem æditionẽ ſequatur: in Tomis Hebraica ueritate ſuperatus, & ſuoꝝ circũdatus agminibus: interdum linguæ peregrinæ quærit auxilia. Hoc unũ dico, quod uellem cũ inuidia nominis eius, habere etiam ſcientiã ſcripturarũ, floccipendens imagines umbraſq; laruarũ: quarũ naturæ eſſe dicit, terrere paruulos & in angulis garrire tenebroſis. Verum ego iam nec mirari debeo, nec cõqueri pro his quæ in me agit: qui tantis uiris & talibus non pepercit. Nam & ſanctæ memoriæ Ambroſiũ epiſcopũ, qualibus figuris laceret, qualibus obtrectationibus ſecet: in his ipſis in quibus nihilominus laudat Origenem, ſimiliter ex ſuis præfationibus edocebo. Præfatio de homilĩjs in Lucam ad Paulam & Euſtochium. Ante paucos dies quorũdã in Matthæũ & Lucam cõmẽtarios uos legiſſe dixiſtis: e quibus alter & ſenſibus hebes eſſet: & alter in uerbis luderet, in ſententĩjs dormitaret. Quãobrem petitis, ut iſtiuſmodi nugis contẽptis, ſaltẽ triginta & nouem Adamantĩj noſtri in Lucam homilias, ſicut in Græco habentur interpreter: moleſtã rem & ſimilẽ tormento, alieno, ut ait Tullius, ſtomacho & nõ ſuo ſcribere: quã tamen idcirco nũc faciã: quia ſublimiora nõ poſcitis. Siquidẽ illud qd olim Romæ ſancta Bleſilla efflagi

tauerat

A tauerat, ut uiginti ſex Tomos illius in Matthæũ,& alios quinq; in Lucã,& triginta duos in Iohannem,noſtræ linguæ traderem: nec uiriũ mearũ,nec ocij,nec laboris eſſe perſpicitis.Sed quãtum apud me & authoritas ueſtra & uoluntas ualet: prætermiſi paululum Nebraicarum quæſtionum libros,ut ad arbitrium ueſtrũ,lucratiui operis,hæc qualiacũq; ſunt non mea, ſed aliena dictarem:præſertim cum a ſiniſtro oſcinẽ coruum audiam crocitantẽ,& mirum in modũ de cũctarum auium ridere coloribus,cũ totus ipſe tenebroſus ſit.Fateor itaq; anteq; ille obijciat, Origenẽ in his tractatibus quaſi puerũ talis ludere:alia ſunt uirilia eius,& ſenectutis ſeria.Quæ ſi uobis libuerit & potuero:ſi dñs ut in latinum uertam ſermonẽ dederit cõmeatum: & prætermiſſum prius opus expleuero, tunc uidere poteritis: imo per uos Romana lingua cognoſcet, quãtũ boni & añ neſcierit & ſcire nũc ceperit.Ecce quæ de Origene & de Ambroſio ſentiat.Qd ſi negare uoluerit hoc quod omnes ſciunt,quia de ſancto Ambroſio dixerit:primo ex eo cõuincetur:quod apud latinos ipſius tantum,& non alterius in Lucam cõmentarius fertur. Deinde ſcit me habere epiſtolam ſuam:in qua hoc ipſum de alijs excuſans,in illum cõuertit ſuſpitionẽ. Verum quia epiſtola illa etiã ſecretiora quædã continet,quæ interim modo publicari nolo ante tempus:ex alijs adhuc his ſimilibus approbabimus.Interim Origenis libros, ut ſupra,in omnẽ admirationem extollit & dicit:quod ſi eos interpretetur Romana lingua,cognoſcet quantũ boni & ante neſcierit & ſcire nunc cœperit:id eſt in Matthæum, inquit,uiginti ſex libros,& in Lucã quinq;,& in Iohãnem triginta duos.Iſti ſunt quos magnificat,in quibus eadem prorſus omnia ſed latius & copioſius,quæ & in iſtis Peri archon libris pro quibus me arguit cõtinẽtur. Quod ſi iſte promittit ſe iſtos interpretaturũ:me quare pro ſimilibus incuſat? Sed quoniã polliciti ſumus probaturos nos quomodo laceret uirum omniũ admiratione dignũ Ambroſium epiſcopum:qui non ſolum Mediolanenſis eccleſiæ,uerum omniũ eccleſiarũ columna quædam & turris inexpugnabilis fuit: unam adhuc ipſius præfationẽ ponemus,ex qua uideatis uel tãtum uirum,q; fœde & indigne laceret:uel iterum quomodo Didymũ uſq; ad cœlum efferat laudibus, B quẽ rurſus uſq; ad inferna demergit:uel quomodo de urbe Roma deo fauente capite Chriſtianorũ,ea dicat quæ dicebant tunc,cũ gentiles in ea populi & perſecutores principes morabant. Præfatio ad Paulinianũ de ſpiritu ſancto.Dum in Babylone uerſarer, & purpuratæ meretricis eſſem colonus,& iure quiritũ uiuerem,uolui aliquid garrire de ſpiritu ſancto:& cœptũ opuſculum eiuſdem urbis põtifici dedicare.Et ecce olla illa quæ in Nieremia poſt baculũ cernitur,a facie cœpit aquilonis ardere:& Phariſæorũ cõclamauit ſenatus,& nullus ſcriba uel fictus,ſed omis quaſi indicto ſibi prelio aduerſum me imperitiæ factio cõiurauit. Ilico ego uelut poſtliminio Nieroſolymam ſum reuerſus: & poſt Romuli caſam,& nudorũ ſupercal, diuerſoriũ Mariæ & ſpeluncam ſaluatoris aſpexi. Itaq; mi Pauliniane frater, quia ſupradictus pontifex Damaſus, qui me ad hoc opus primus impulerat,iam dormiuit in dño:tam tuo q; uenerabiliũ mihi ancillarum Chriſti Paulæ & Euſtochij nũc adiutus oratu,canticũ,quod cantari nõ potui in terra aliena,hic a uobis prouocatus in Iudæa immurmuro:auguſtiorẽ multo locum exiſtimans, qui ſaluatorẽ mundi,q; qui fratris genuit parricidam.Et ut authorem titulo fatear, malui alieni operis interpres exiſtere,q; ut quidam faciunt,quaſi informis cornicula alienis me coloribus adornare.Legi dudum de ſpiritu ſancto cuiuſdam libellos:& iuxta Comici ſentẽtiam,ex Græcis bonis, Latina uidi nõ bona.Nihil ibi dialecticũ,nihil uirile atq; diſtrictum quod lectorem uel ingratis in aſſenſum trahat:ſed flaccidum totũ,molle, nitidum,atq; formoſum,& exquiſitis hinc inde odoribus pigmentatũ.Didymus uero meus oculum habens ſponſæ de Cãticocanticorũ, & illa lumina quæ in candẽtes iam ſegetes ſublimari Ieſus præcipit,procul altius intuetur:& antiquum nobis morem reddit,ut uidens uocetur propheta.Certe qui hunc legerit,latinorũ furta cognoſcet:& cõtemnet riuulos cum cœperit haurire de fontibus.Imperitus ſermone eſt,ſed non ſcientia:apoſtolicum uirũ ex ipſo ſtilo exprimens, tam ſenſuum nomine,q; ſimplicitate uerborum.Audiſtis quomodo quẽ ante coruum dixerat & totum tenebroſum,nunc iterum cornicullam dicat,alienis ſe pẽnis uel coloribus depingẽtem:& q; turpiter laceret,& nihil uirile dicat habere uirum,qui ad eccleſiarum Chriſti gloriam electus a deo eſt:qui in teſtimonijs dñi locutus eſt,in conſpectu perſecutorũ regum & non eſt confuſus. Ambroſius ſanctus,de ſpiritu ſancto, nõ ſolũ uerbis:ſed & ſanguine ſuo ſcripſit.Obtulit em perſecutoribus ſanguinẽ ſuũ quem in ſe

C fudit:ſed a deo ad alios adhuc reſeruabatur labores. Quod etiam ſi ſecutus eſt Græcos catholi
cos noſtrorũ ſcriptores,& aliquid de eorũ ſcriptis ꝑſumpſit:nõ cõtinuo hæc debuit tua eſſe ſum
ma cura,hic labor,hoc ſtudium,ut pro hac cauſa interpretareris librum Didymi de ſancto ſpi/
ritu,ut furta illius cognoſcerentur:qui fortaſſis etiam neceſſitatẽ ſcribendi paſſus eſt,ut inſanien
tibus tunc hæreticis reſponderet. Hæc eſt Chriſtiana modeſtia? Sic monita ſeruamus apoſtoli
dicentis,nihil per cõtentionẽ,neq; per inanẽ gloriã? Deinde quomodo,ut iterũ eadẽ repetã,tu
qui prædicas nõ furandũ furaris? Paulo ante interpretationẽ Micheæ obiectã tibi dicebas,qua
ſi Origenis dicta furareris. Tu furtũ quidẽ nõ negaſti,ſed ais: Quod mihi illi maledictũ uehe
mens exiſtimant,hoc ego laudẽ duco maximã:cũ illũ imitari uolo: qui cunctis prudentibus &
uobis placet. Tua furta laudẽ tibi præſtant maximã:alios furta ſua apud te coruos & corniculas
faciunt. Si tu Origenem quẽ alterũ poſt apoſtolos dicis,recte facis imitari:quid concidis eũ,qui
ſecutus eſt Didymũ,quẽ nihilominus & ꝓphetã nominas & apoſtolicũ uirũ deſignas? Si ergo
neq; tanto ac tali uiro Ambroſio pepercíſti:& eũ quẽ alterum poſt apoſtolos ſcribis,atq; omni
bus placere prudentibus,ac mille aliꝭs laudibus,non duobus ut dicis,ſed innumeris ſcriptis tuis
uſq; ad cœlum extuliſti,rurſum hæreticum quẽ ante apoſtolũ facis:& Didymum ipſum,quem
nunc ꝓphetam uidentẽ & oculum habentẽ ſponſæ de Canticocanticorũ,& apoſtolicũ uirũ ſen
ſuũ nomine deſignas, iterũ eũ peruerſum doctorẽ criminaris, & inter hæreticoꝝ conſortia, tua
cenſoria,ut ais,uirgula ſegregas:quã uirgulã a q̃ acceperis neſcio:nã Petrũ ſemel ſcimus claues
a Chriſto accepiſſe:iſtas modo cenſorias uirgulas, qui ſpiritꝰ erogat tu uideris:ſi inquã iſtos om
nes quos tuo ore laudaſti,tuo ore rurſum cõdemnas:quid ego ad iſtos pulex de me conquerar,
ſi me nũc laceres, quẽ & in epiſtolis tuis ante laudaueras,& in Chronicis tuis Florẽtio & Bono
ſo,pro uitæ,ut ais,nobilitate cõiunxeras? Etiã nec illud eius admirabile factũ ſilendũ eſt,ne pu
dorẽ incutiamꝰ audiẽtibus, quod Marcellini cõſulis neptẽ quã Romanæ nobilitatis primã,par
uulo filio Romæ derelicto Hieroſolymã petiſſe,& ibi ob inſigne meritũ uirtutis Teclam nomi
D natã,in ipſis Chronicis ſuis ſcripſerat: poſt id de exemplaribus ſuis eraſit:cũ actus ſuos uidiſſet
diſtrictioris diſciplinæ fœminæ diſplicere. Cõpellimur quidem plura adhuc de ſcriptis eius cõ
gregare:ut agnoſcatur quã uerũ ſit & hoc quod ſcribit,qui in ſuis duabus tantum præfatiuncu
lis Origenis meminerit: in his non fidem eius,ſed ingeniũ:nõ dogmatiſtẽ eũ,ſed interpretẽ lau
dans. Adhibui interim decem. Sed ne dilatari nimis ſermonem oneroſum ſit, ſufficiant interim
hæc,in quibus eum & quaſi apoſtolũ laudat,& quaſi eccleſiarũ magiſtrum: & quia nõ pro fide,
non pro dogmatum nouitate,ut rabidi nũc canes ſimulant,aduerſum eũ moueatur ordo Ro
manus:& quia ipſum ſequit᷑,qui omnibus prudentibus & ipſi placet: & omnia illa quæ inſertæ
ſuperius eius præfatiunculæ cõteſtantur. Verum hæc quoquo modo ſint,quæcũq; habes tu cũ
iſtis uel antiquis uel nouellis ſcriptoribus,ſiue eos tu apoſtolos,ſiue eos uenerarios ſcribas, ſiue
prophetas eos tu,ſiue peruerſos doctores uoces:ad me iſta quid ſpectant? Tu pro his uarieta/
tibus tuis,pro cõtumeliꝭs & lacerationibus bonorũ,recte pœnitentiã egeris, ſi tamẽ egeris. Mi/
hi quare dicis,ſi ſecuti ſunt errantẽ ſequãtur correctum? Apage,abſit a me. Nũq; ego nec te,nec
alium errantẽ ſecutus ſum:ſed in uirtute Chriſti,nec te,nec alium quẽq;,niſi eccleſiã catholicam
ſequar. Tu qui ſcripſiſti talia & ſecutus es eos, quos erraſſe credebas, qui tam indigne de deo
ſcripſiſſe conuictus es:tu age pœnitentiã,ſi tamen putas tibi blaſphemiæ crimen ignoſci. Nun/
quid mea aliqua proferre potes ſcripta ſimilia:in qbus me uel in iuuẽtute erraſſe cõuincas, ſicut
tu nõ tã cõfiteris q̃ cõuinceris? Ego me interpretãdi diſciplina tantũmodo imitatũ te dixi uel ſe/
cutũ:ſed tamẽ in nullo alio:in quo etiam tibi omnẽ iniuriam factã eſſe dicis, quia ſecutus ſum
quod te uideram in homiliꝭs ſecundũ Lucæ euangelium feciſſe:ubi de filio dei in Græco nõ re/
cte inueneras ꝓterieris: in illo loco ubi dicit: Magnificat anima mea dñm:& exultauit ſpiritus
meus in deo ſalutari meo. Noſti quia de anima ſicubi illa quæ ſolent dici non preterieris:ſed ea
adhuc etiam ex te additis quibuſdam aſſertionibus lucidius ſcripſeris:ut in illo loco: Ecce ut fa/
cta eſt uox ſalutationis tuæ in auribus meis,exultauit infans in utero meo: ubi dicis quod non
erat hoc principiũ ſubſtantiæ eius,de tuo addidiſti,atq; naturæ. Hæc & mille alia his ſimilia in
interpretationibus tuis, ſiue in his ipſis homiliꝭs,ſiue in Hieremia uel in Eſaia, maxime aũt in
Hieẓechiele ſubtraxiſti. De fide autem, id eſt,de trinitate cum in aliquantis locis aliter inue/

niſſes:quæ

A nisses:quæ tibi uisa sunt prætermisisti. Hoc genus interpretãdi,uterq; nostrum tenuit. Quod si alius culparet,tu utiq; respondere deberes, qui primus hoc feceras. Nũc ipse id culpas, sine dubio unde ipe culperis. Verbũ de uerbo interptari:antea,& stultũ esse & malicioſum proũncia/sti. In hoc secutus sum te. Nunquid de hoc uis ut pœniteat me,quia nu modo mutasti sententiã: & ad uerbũ interpretatũ te dicis? Si qua in fide minus ædificabant abstulisti:ita tamen abstulisti:ut non oĩa nec in omnibus penitus amputares. Deniq; in homilijs Esaiæ,uisio dei, filium & spiritum sanctum retulit. Ita tu transtulisti:adijciens ex te quod sensum authoris ad clementiorem traheret intellectum. Ais enim:Qui sunt ista duo Seraphim? Dñs meus Iesus Christus & spiritus sanctus. Et ex tuo addidisti: ne putes trinitatis dissidere naturam:si nominũ seruant officia. Hæc & ego in quãplurimis feci:& aut desecaui,aut ad saniorem intelligentiam declinaui. Pro his me iubes agere pœnitentiã? Non puto hoc te sentire. Quod si pro his neq; tibi,neq; mihi pœnitendũ est,pro quibus alijs me inuitas ad pœnitentiam? Scripta mea nulla extant,in quibus error meus aliquis corrigendus sit: Tua extant multa,quæ ut uideo nunc secundum sententiam tuam uniuersa damnanda sunt. Exceperas tibi cõmẽtarios in epistola ad Ephesios,in quibus te putaueras aliquid emendatius condidisse. Etiam ipse uidisti cp̃ similes per oĩa esse Origenis sensibus inuenti sunt:imo & plus aliquid cp̃ hoc quod damnari expostulas cõtinere. Et nisi ipse de his iam tibi exclusisses pœnitentiæ facultatẽ,dicens, reuoluite cõmentarios meos in epistola ad Ephesios:& inde agnoscetis,quomodo Origenis dogmatibus aduersatus sum: fortassis uelles iterum & de his pœnitere & in istis condemnare temetipsum, sicut & in cæteris. Tamen quantũ in me est,concedo ego tibi & pro his pœnitere:sed & pro omnibus non solum quæ locutus es,sed & quæ locuturus es,si agas pœnitentiam bene facis. Certum est enim quod pœnitẽda sunt cũcta quæ scripseris. Qd' si hinc me aliquis culpandũ putat,quare omnino aliqd de Origene interpretatus sum:si hoc culpatur:ego in hoc opere postremus sum:& necesse est,ut culpa a primis incipiat. Et tamen nemo cõmissum punit,quod ne admitteretur ante nõ uetuit. Licuit,fecimus. Si quid prohibet lex:obseruari in posterum solet. Sed damnare dicit quis debere cũ authore suo libros. Sed quid facimus de isto authore? qui eadem scribit sicut superius plenissime ostendi. Similem excipiat eandem q; sententiã. Ego hoc nec peto,nec urgeo,licet ille me/
B cum hostiliter agat:sed ut uideo ipse sibi hoc temere alios cõdemnando cõquirit. Verum ut iterum tecum ex tuis uerbis loquar:ipse scribis in istis inuectiuis tuis,me interpretatione mea hoc ostendisse: quod ego quidem essem catholicus: Origenes autẽ quẽ interpretabar hæreticus. Ais enim:Hoc est dicere,quia ego sum quidem catholicus: iste autẽ quem interpretor hæreticus. Ais emĩ: Hoc legi, si ut dicis, hoc toto opere meo ostẽdi,qd' ego catholicus sum,& Origenes hæreticus:quid adhuc aliud queritur? Nõne totum agis,& illũ hæreticũ & me catholicum dici? Si hoc dixisse me, & hoc toto opere meo satis egisse testaris: quæ tibi iam accusationis causa superfuit? Quo profecit tua ista in nos inuectio? Si Origenem hæreticum esse ostendi,& me catholicũ:recte feci an non recte? Si recte:cur ad culpam & accusationem quæ recte gesta sunt uocas? Si non est rectum Origenem hæreticum dici:cur me hoc nomine in ius uocas? Quid opus fuit te interpretari malicioſius ea,quæ secundũ tuum interpretandi morẽ fuerant trãslata, licet incultiori sermone? Quid certe opus erat auditores tuos illudere: & illis aliud opinantibus te aliud agere? Illi emĩ hoc existimant,quod tu aduersum eos agas,qui Origenem catholicũ defendunt:tu uero illos arguis,& accusas qui hæreticũ illũ designarunt. Propter hoc forte me inuitabas ad pœnitentiã? Nõ intellexerã. Verũtamen scito me ne de hoc quidẽ pœnitudinem gerere: quin dicã non omnia quæ in libris eius inueniuntur tanc̃p catholica esse suscipienda. Quæ utrũ sua sint,ut dicis:an ab alijs inserta,ut nos putamus,deus uiderit. A nobis interim ubi ad fidei fastigium & ueritatem uentũ fuerit respuuntur. Tu tamẽ dic, quid exposcis a nobis:hæreticũ uis ut dicamus Origenẽ? Hoc fecisse nos non culpas. Sed catholicum? Pro hoc nos accusas. Designa manifestius quid uelis: si tamẽ potes aliquid horum mediũ inuenire quod uelis. Isti sunt omnes sales tui de Alexandri & Porphyrij, & ipsius Aristotelis acumine congregati. Hæc est omnis illa iactantia,qua te a prima ætate usq; ad senectam in grammaticorũ & rhetorũ & philosophorum scholis ac disciplinis prædicas esse uersatum:ut procederes Origenem pronuncia/

C turus hæreticum:& in ea ipſa oratione qua in illū ferebas ſententiam,accuſares eum,quem aſſe
rebas quod illum hæreticum deſignarit. Vides quia nuſq; cura ueritatis ac fidei, nuſq; religio/
nis ac iudiciꝫ contemplatio:ſed ſola male loquendi & lacerandi fratres, exercitata libido uerſat
in lingua:ſola in corde humana contentio:ſola inuidia & liuor in mẽte:intantum ut cum odio/
rum tibi cauſa nõ eſſet,cognominatū te a me fratrem & collegam,licet cum preconio,indignã/
ter acciperes.Ignoſce mihi quod neſciebam te ἀκαταωνόμαστον dici,& incompellabilẽ nominari. Mi
ror tamen,quod ea me cõdemnare depoſcas,quæ a me notata cõquereris.Ad illam ſane incuſa
tionis eius partem,ſuperfluum uidetur uel reſpondere aliquid,ubi pie & religioſe dicta marty/
ris Pamphili,aut falſa dici uult:aut etiam ſi uera ſint,ſpernenda decernit. Cui iam iſte deferat,
cui iam parcat? Omnes apud iſtum Græci ſcriptores antiqui eccleſiaſtici errauerunt.Latinis ue/
ro quomodo deroget,quomodo carpat ſingulos,uel ueterum,uel nouorum,diuerſa eius qui le
git opuſcula recognoſcit.Sed nunc ne martyres quidem apud eum habere poſſunt aliquid re/
uerentiæ.Non,inquit,credo,quia martyris ſit.Hoc ſi uelimus de omnibus ſcriptorum dicere li/
bellis: quæ erit in ſingulis probatio, ſi dicam,non eſt uerũ, quia Stromatũ libri quos dicis Ori-
genis ſunt. Vnde ipſius eſſe probantur? Ex cæterorum,inquit,ſimilitudine. Sed ſicut ille qui in
ſcriptura alicuius falſum facere uult,manus eius imitatur:ita & qui ſua dicta ſub alterius nomi/
ne uult inſerere:ſtilum ſine dubio imitabitur eius,cuius & nomen aſſciuit. Deinde ut oñia quæ
iuſtiſſime dici poſſunt,breuitatis cauſa præteream:ſi intantũ uolebas audere ut martyrem rep/
henderes:dicta ipſa quæ tibi uidebantur reprehenſibilia,in medium proferre debueras:& tunc
unuſquiſq; legentiũ uidiſſet quid ibi eſſet abſurdũ, quid cõſequens, quid iniquũ, quid certe cõ/
tra apoſtolicas regulas:ſed tantũ neſcio,quid impietatis,p quo,ut dicis, expiando ſanguinẽ ſuũ
fuderit martyr:ipſa illa uerba ſi legeret,iam non tua,ſed ſua ſententia,aut erraſſe martyrem,aut
nomine martyris,abſurdam & impiam cõſcriptionẽ ab alio diceret eſſe compoſitã. Nunc uero
ſciens quia ſi legantur ea quæ reꝑhendis,nota retorquebitur in eũ qui culpat iniuſte: ea quidẽ
quæ reprehendis non profers: tua autem illa cenſoria uirgula & arroganti authoritate decer/
D nis:ille arceatur a bibliothecis,ille recipiatur:& iterum iſte ipſe qui hodie receptus eſt,craſtino ſi
eũ alius aliquis præter me laudauerit,eiꝯciatur, & cum illo ipſe qui laudauit. Hic autem catholi/
cus habeatur etiã ſi aliquãdo uideatur erraſſe:illi erroris uenia nõ detur,etiã ſi ea dicat quæ ego
dixi:& neq; interpretetur quis cũ,neq; legat,ne quis mea furta cognoſcat. Hic hæreticus quidẽ,
ſed magiſter meus eſt. Et hic licet Iudæus ſit, & de ſynagoga ſatanæ conductus uerba uendat
ad precium: tamen magiſter meus eſt,& præferatur omnibus,quia apud ipſos ſolũ ſcripturarũ
ueritas permanet.Si tibi iſtud authoritatis uniuerſa pariter iniunxiſſet eccleſia: & exigeretur a
te,ut de ſingulis uel de omnibus iudicares:nõne graue & periculoſum onus, ne tibi imponeret
excuſare debueras? Nunc uero intantum quotidiana derogandi meditatiõe profecimus:ut iam
nec martyribus parcamus.Sed ponamus quod nõ ſit martyris libellus iſte:ſed cuiuſcũq; unius
de eccleſia:nũquid ſuis uerbis uſus eſt quiſq; ille eſt ſcriptor? Vt meritis cedẽdũ uideat autho/
ris: de ipſis Origenis uoluminibus ponit exempla: & quid de ſingulis ſentiat, non ſuis defen/
ſoriꝭs uerbis:ſed eiuſipſius qui accuſabatur oſtẽdit.Et ſicut aduerſum te modo, multo meis uer/
bis uehementiora ſunt tua ſcripta:ita illum nõ excuſantis authoritas,ſed ſua dicta defendunt.
Et ideo ſuperflua eſt de authore quæſtio:ubi defenſio talis eſt,quæ aſſertore non egeat.Sed ad
illud iam nequiſſimum incuſationis eius caput & inuidioſiſſimum ueniendum eſt,imo non in-
uidioſum,ſed inuidum,Ait emꝫ,quis prudentiũ, uel quis ſanctorum aggredi uoluit in latinum
uertere quod tu auſus es? Egoipſe,inquit,ſæpe rogatus a multis non feci.Et quidẽ ſancti quare
hoc non fecerint,facilis excuſatio eſt. Non emꝫ continuo qui ſanctus & prudens eſt latinus,etiã
linguæ Græcæ noticiam ſufficienter habet. Nec ſanctitati eius detrahitur, cui deeſt peregrinæ
linguæ noticia. Aut iterum non continuo ſi ſcientiam quis habet græci ſermonis,etiam uolunta
tem interpretandi habet.Aut etiam ſi habet,non ſtatim diſcutiendus eſt ille qui pauca interpre
tatus eſt, quare non plura:aut cur non illa, ſed illa? Libertas eſt enim in huiuſcemodi opere,&
eſt uel in arbitrio ſcribentis,uel in deſyderio depoſcentis:& tamen de ſancto Hilario dicit,& de
ſancto Victorino:quorum alterum interpretis titulo nihil omnino arbitror trãſtuliſſe de Græ
co:alterũ

A co:alterum ipſe dicit Heliodori cuiuſdã preſbyteri uſum ſcientia,ut quæ ille ſibi hauriret ex fon
te Græcorꝝ,ipẽ latino ea ſermone digereret,pro eo qđ aut nihil aut parũ græce noſſet. Illi ergo
cur hæc nõ fecerint,& facilis & manifeſta eſt excuſatio:de te ſane mirãdũ eſt quare hoc feceris?
Quid eñ magis audax,uel quid amplius temerarium,libros iſtos interpretari Origenis:quorꝝ
iam pene omnẽ continentiam in alĳs libris ſcripſeras?quorum omnia iam dicta quæ reprehẽ-
ſibilia nunc dicis, ſub propriĳ nominis ſermone protuleras? An ut diuinarum ſcripturarum li-
bros,quos ad pleniſſimum fidei inſtrumentum eccleſĳs Chriſti apoſtoli tradiderunt,noua nũc
& a Iudæis mutuata interpretatione mutares? Quid tibi ex his duabus cauſis magis uideaꝰ il-
licitum? Nam Origenis dicta:ſiue placent,ut hominis dicta placent:ſiue diſplicent,ut hominis
falſa dicta facile contemnuntur. Iſta uero quæ nunc tu interpretaris:& per eccleſias & monaſte-
ria,per oppida & caſtella tranſmittis quomodo ſuſcipiemus:tanꝯ diuina an tãꝯ humana? Et
quid facimus,quod quæ prophetarũ uel legiſlatorũ nominibus titulãtur,ueriora hæc abs te ꝯ
illa quæ apoſtoli probauerunt affirmantur? Iſtud cõmiſſum,dic quomodo emendabitur:imo
nefas quomodo expiabitur? Si eñ in explicãda lege aliquid aliter ſenſiſſe damnabile apud te
ducitur:ipſam legem peruertere in aliud ꝯ apoſtoli tradiderunt,quotiẽs dãnabile iudicandũ
eſt? Cur non magis pro huius auſi temeritate dicamus:quis ex tot & tantis prudentibus & ſan
ctis uiris,qui ante te fuerũt ad iſtud opus auſus ſit manum mittere? Quis præſumpſerit ſacras
ſancti ſpiritus uoces & diuina uolumina temerare? Quis præter te diuino muneri & apoſtolo-
rum hæreditati manus intulerit? Et quidẽ cũ ingens copia fuiſſe ex initio in eccleſĳs dei:& præci
pue Hieroſolymis eorꝝ qui ex circũciſione crediderãt referaꝰ:in quibus utiꝙ linguæ utriuſꝙ p-
fectam fuiſſe ſcientiam,& legis peritiam probabilẽ,adminiſtrati pontificatus teſtatur officium.
Quis ergo in iſta eruditorꝝ uirorũ copia auſus eſt inſtrumentũ diuinũ quod apoſtoli eccleſĳs
tradiderunt, & depoſitum ſancti ſpiritus compilare? An non eſt compilare cũ quædam quidẽ
B immutãtur,& error dicitur corrigi? Nam oñis illa hiſtoria de Suſanna,quæ caſtitatis exemplũ
præbebat eccleſĳs dei:ab iſto abſciſſa eſt & abiecta atꝙ poſthabita. Trium puerorum hymnus
qui maxime diebus ſolennibus in eccleſia dei canitur,ab iſto e loco ſuo penitus eraſus eſt. Et qđ
per ſingula cõmemoro de his,quorum comprehẽdere numerum nequeo? De quo ut omittam
illud dicere:quod ſeptuaginta duorũ uirorum per cellulas interpretantiũ unam & conſonã uo-
cem,dubitandũ non eſt ſpiritus ſancti inſpiratione prolatam: & maioris id debere eſſe autho-
ritatis,ꝯ id quod ab uno hoie ſibi Barrabba aſpirante trãſlatũ eſt. Vt ergo hoc omittam,uide
quid dicimus, uerbi cauſa,Petrus Romanæ eccleſiæ per uiginti & quatuor annos præfuit:dubi-
tandum non eſt:quin ſicut cætera,quæ ad inſtructionẽ pertinent:etiam librorũ inſtrumenta ec
cleſiæ ipſe tradiderit:quæ utiꝙ iam tunc ipſo ſedente & docente recitabantur. Quid ergo? De-
cœpit Petrus apoſtolus Chriſti eccleſiam:& libros ei falſos & nihil ueritatis continentes tradi-
dit: & cum ſciret quod uerum eſt haberi apud Iudæos:apud Chriſtianos uolebat haberi quod
falſum eſt? Sed fortaſſe dicit; quia ſine litteris erat Petrus:& ſciebat qđẽ Iudæorꝝ libros magis
eſſe ueros,ꝯ iſtos q erãt in eccleſia:ſed interp̃tari nõ poterat ꝓpter ſermonis imperitiã. Et qđ?
Nihil in iſto agebat ignea lingua per ſpiritũ ſanctũ cœlitus data? Nõ ergo oĩbus linguis loque
bantᵉ apoſtoli. Sed cõcedamus,quia nõ potuerit Petrus apꝰus facere,qđ hic modo fecit:de Pau
lo qđ dicimus. Nũ & Paulus ſine litteris fuit. Hebræꝰ ex hebræis,ſecũdũ legẽ phariſæus,edoctꝰ
ſecus pedes Gamalielis:qui etiã & ipſe Romæ poſitus,ſi quid Petro defuiſſet,putas non potuit
adimplere? Quomodo ergo iſti q præcipiebãt diſcipulis ut attẽderent lectioni, emẽdatas eis &
ueras nõ dabant lectiones: & qui p̃cipiunt ne attendamus Iudaicis fabulis & genealogĳs,quæ
quæſtiones magis p̃ſtant ꝯ ædificationẽ? Et iterũ cauere nos iubent, & obſeruare maxime eos
qui ex circũciſione ſunt:quomodo nõ p̃uidebant per ſpiritũ qđ futurꝝ eſſet tẽpus poſt quadrin
gẽtos fere ãnos,qñ eccleſia cognito eo qđ ab apoſtolis nõ ſibi eſſet tradita ueritas ueteris inſtru
mẽti,legatos mitteret ad iſtos quos illi tũc circũciſionẽ uocabãt: obſecrans & exorans,ut ſibi de
ueritate quæ apud ipſos eſt aliquid largirentur? Per totos iſtos quadringentos annos erraſſe ſe,
& ignoraſſe quod uerum eſt fateretur? Aſſcitam quidem ſe eſſe ex gentibus ſponſam Chriſto
per apoſtolos: ſed non ab eis ueris monilibus exornatam,putaſſe ſe lapides eſſe precioſos: Nũc

C autē deprehendiſſe quod non ſunt ueræ iſtæ gemmæ, quas ſibi apoſtoli Chriſti impoſuerāt: erubeſcere ſe ad publicū procedere, falſis & non ueris lapidibus adornatam: & ideo rogare ſe ut uel Barrabbam illum quē aliquādo ut Chriſto nuberet ſpreuerat, mittant ad ſe qui poſſit cum uno electo ex ſuis uiro ornamenta ſibi uera, quæ apoſtoli non præſtiterant reparare? Quid ergo mirum eſt, ſi me minimum & nullius numeri hominē laceret, ſi Ambroſium ſecet, ſi Hilariū, ſi Lactantium, ſi Didymum reprehēdat? Nec multum dolere de iniuria mea debeo, pro eo qđ opus meum ipſe interpretari denuo aggreſſus eſt: cum me ſeptuaginta interp̄tibus in hac æqua uerit contumelia. Sed & illud quomodo accipiendū eſt? Quantū acceſſiſſe ad incredulitatē ex hoc facto gentilibus æſtimatis? Nō em̄ latent eos, quæ apud nos agūtur. Scientes ergo legem noſtram nō emendatā uel mutatam: nonne dicunt apud ſemetipſos, errāt iſti, nec eſt apud eos aliquid ueritatis? Ecce ipſi cū uolunt, leges ſuas corrigunt & emendant. Certum eſt aūt errorem præceſſiſſe ubi emēdatio ſubſecuta eſt: nec diuinū uideri poſſe, quod ab homine mutatur. Hoc nobis præſtitit tua iſta nimia ſapientia: ut omnes inſipientes etiam a gentilibus iudicemur. Nolo ſapientiam quā Petrus & Paulus non docuit: nolo ueritatem, quā apoſtoli non probauerūt. Tua uerba ſunt: poſt quadringentos annos non debere ſimplices latinorū aures nouæ doctrinæ uoce pulſari. Modo tu dicis: Omnis qui putabat Suſannam nuptis & innuptis exemplū pudicitiæ præſtitiſſe errauit. Non eſt uerum. Et omnis qui putabat quod puer Daniel ſpiritu ſancto fuerit repletus, & arguerit adulteros ſenes, errauit. Non erat uerum. Et omnis eccleſia per orbē terrarū, ſiue eorum qui in corpore ſunt, ſiue eorū qui ad dn̄m perrexerunt, ſiue illi ſancti cōfeſſores fuerūt, ſeu etiā ſancti martyres, qcūq; hymnū triū puerorꝝ in eccleſia dn̄i cecinerūt, oēs errauerūt & falſa cecinerunt. Modo ergo nobis poſt quadringentos ānos legis ueritas emptā p̄cio de ſynagoga procedit. Poſteaq̄ ſenuit mūdus, & perurgētur cūcta ad finē, ſcribamus etiā in ſepulchris ueterū: ut ſciant & ipſi qui hic aliter legerant: quia Ionas non habuit umbrā cucurbitæ, ſed hederæ. Et iterum cū uoluerit legiſlator: nec hederæ, ſed alterius uirgulti. Sed & Origenes, inquit, aſteriſcos fecit, ex tranſlatione Theodotionis aſſumens: ut componeret uolumina
D quæ appellantur Hexapla. Et quid, Origenem iſtum, quādo tibi placet condemnandum, quādo placet imitandū producis? Veriſimile eſt ut eūdē tu & defenſorē adhibeas & reum. Authorē facti tui habere potes eum, quē & primus ipſe condemnas: & ad condemnationē eius epiſtolis tuis Romanum cogis ſenatum? Ante hoc prouidere debueras. Nemo ſuccidit arborē cui inniti parat: nemo in ſua cauſa fidem eius explorat cuius ipſe reprobat fidem. Siue hoc fecit Origenes, ſiue non fecit, quid ad te? Si ad illius exemplū iudicari uis: relege ſentētias tuas: & uide quid dixeris. Hoc non eſt, inquis, ſe purgare: ſed ſocios criminis quærere. Noli ergo & tu ſocios criminis quærere: ſed purgationem facti require. Verumtamen uideamus quid tale etiam reus & author ſimul Origenes fecerit. Ego illius nec unum locum ex ſcripturis diuinis de Hebræis inuenio tranſlatum. A te omnes ſcripturas uideo eſſe mutatas. Et quomodo factū tuum & illius ſimile uideri poteſt? Apoſtatæ quidem & Iudæi interpretati ſunt ea: quorum lectione Iudæi maxime utuntur. Et quia frequenter ſi diſputatio accidiſſet, uel immutata eſſe aliquanta, uel deeſſe uel abundare in noſtris ſcripturis mentiebātur: uoluit Origenes noſtris oſtendere: qualis apud Iudæos ſcripturarum lectio teneretur: & in propriis paginis uel colūnellis, æditiones eorū ſingulas quaſq; deſcripſit: & ea quæ apud illos ſunt addita uel decerpta, certis quibuſq; ſignis additis, ad uerſiculorum capita deſignauit: & in alieno non ſuo opere, ſuas tantummodo notas fixit: ut ſciremus non quid nobis: ſed quid Iudæis aduerſum nos certātibus, aut deeſſe, aut abundare uideretur. Quod tale eſſet quale ſi quis accepto breuiculo, in quo militum nomina continentur, nitatur inſpicere quanti ex militibus ſuperſint, quanti in bello ceciderint: & requirens qui inſpicere miſſus eſt propriā notam: uerbi cauſa, ut dici ſolet ⊙ ad uniuſcuiuſq; defuncti nomen aſſcribat, & propria rurſus nota ſuperſtitem ſignet: nunquid uidebitur is qui notam addefuncti nomē apponit: & propria rurſum nota ſuperſtitem ſignat, quod egerit aliquid, ut uel hic defuncti, uel ille uiuentis cauſam acciperet, ſed quod eos qui ab aliis fuerint perempti, iſte annotationis deſignauit indiciis? Ita ergo fecit & ille ea quæ per alios interpretes ſiue perempta fuerant ſeu etiam abundantius prolata, propriis quibuſdam ſignis, id eſt, aſteriſci & obeliſci

notulis

A notulis designauit. Cæterũ neq; uerbum aliquod de suo unũ saltem inseruit, neq; nostror̃ exemplarior̃ fidem fecit in aliquo uacillare: sed ea quæ minus uidebãtur secundũ cursum litteræ plana & lucida, spiritualis intelligentiæ ostendit referta mysteriis. Quid tibi ergo Origenis factum in hoc potest p̃stare solatij, cuius neq; opus simile aliquod ostendere potes: & in quo tantũ laboras, ut littera occidat cõsequẽtem: dum ille ecõtrario spiritus uiuificantis esse conetur assertor? Tuũ igitur frater, tuũ istud est factum, nec quẽq; nunc te in hoc comitẽ uel socium in ecclesia habuisse certũ est: nisi istum solum, quẽ frequenter cõmemoras Barrabbã. Quis em̃ alius auderet ab apostolis tradita ecclesiæ instrumẽta temerare, nisi Iudaicus spiritus? Illi te o mi frater anteqũ a Iudæis capereris charissime, illi te in hæc mala præcipitant. Illi te libellis æditis notas infligere Christianis, illi te nec martyribus parcere faciunt: & de omni Christianorũ ordine fanda atq; nefanda scribere, turbare pacẽ nostram, scandala ecclesiæ generare. Illi etiã aduersum teipsum, & scripta tua quæ quasi Christianus aliquando locutus sis, cogunt ferre sententiam. Et ideo tibi omnes sordemus: dum illi pessimis suis artibus tibi nimiũ placent. Nam quomodo tu si Pauli litteris acquiesceres dicentis, si quis frater præuentus fuerit in aliquo delicto, uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, ita efferbuisses: ut in nullo prorsus spũalis institutiõis ordinem custodires? Pone em̃ aliquid me scripsisse cõtumeliosum: pone quod tibi uirorũ sũmæ æloquẽtiæ, & fratri & collegæ mihi quẽ imitandũ in disciplina interpretandi dixi, iniuriam fecerim: Tamẽ post pacẽ illam summo uix sudore reparatã: hæc prima ad huc de meis iniuriis querela ad te peruenerat. Sed & illam tuam ponamus iniuriam, quod in interpretando Origenem te imitatus, aliqua præterierim, quæ mihi minus ædificationis in fide habere uidebant: Culpandus pro hoc erã fortassis, & emẽdandus. Scripta, ut ais, ad te fratrum missa sunt, deposcentium culpas interpretis argui. Quid tu uir spiritualis agis? Quid formæ & exempli in rebus talibus cæteris præbes? Fratris turpitudinem non solum nudatam his
B qui foris sunt nuncias: sed & obtecta denudas. Pone quia non te imitatus hoc feci: sed ebrietas aliqua subrepens, sicut patriarchæ fecit, nudauerit turpitudinẽ nostrã: nũquid maledictionẽ cõsecutus fueras si obuersus incedẽs, leui palliolo rescripti tui cõtexisses obprobriũ nostrũ, & si uelasset epistola uigilantis quẽ stilus nudauerat dormitantis? Sed aliud rescribere nõ potueram his, qui ad me talem epistolam miserãt: ut nisi ita rescripsissem, aut reinterpretatus essem ea ad uerbum, quæ tu es interpretatus ad sensum: etiam ego Origenem sequi uiderer. Nõdum dico quæ sit illa aut qualis epistola: tamen quoniã uiri nobilis Pãmachij continet nomen: quid fuisset absurdum si ei tale aliquid respondisses: frater non est temere de alterius opere iudicandũ. Nam & tu ipse nosti quid feceris: quando aduersum Iouinianũ, Romam misi libellos: cum eos quidã aliter intelligerent q̃ ego me dictasse meminerã: nõne cum iam a plurimis legerentur, & offenderentur pene omnes, cum quibus etiam tu ipse esse putabaris, exemplaria iam de foro, iam de publico subtraxisti: & hæc non ad aliquem alium, sed ad me remisisti, causam pariter quia multi scandalum pati uidebantur, insinuans: quomodo ego Apologeticum denuo descripsi, & quæ aliter intelligebantur ad intelligentiam rectiorem prout potui reuocaui? Aequũ est ergo: ut qd̃ nobis fieri uolum⁹, alijs nos faciamus. Sicut em̃ meos libros mihi remisisti, ut a me emẽdarent̃, ita & ad illũ suos remitte: & qd̃ culpabile uidet̃ insinua: ut ipe se si in aliquo errauit emẽdet. Tum præterea & nos iam in multis exercuimus ingenium: & multa iam nobis opuscula desudata sunt. Ille hoc primum prope opus adijt & fortasse compulsus: & nihil mirum si fluctuauit in primis. Nec occasio derogandi Christianis captanda est: sed emendationis utilitas requirenda. Hæc si ad eum rescripsisses: nonne maiorem gratiam & ædificationem, uel ipsi, initia in timore dei habenti, uel cæteris legentibus præbuisses, q̃ nunc istæ tuæ inuectiuæ mœroris & confusionis omnibus timentibus deum præstant: qui & in te fœdissimam obtrectandi libidinem & in me respondendi necessitatem miserabilem uident. Si enim ut dixi de tuis libris cõtra Iouinianũ scriptis, nũc eadẽ quibus illũ arguebas, ipse inueniris asserere: nũc uero intãtũ plaberis, ut sordes nuptiarũ, nec martyrij cruore dilui posse cõfirmes: & illud qd̃ est Manicheorũ dogmatis, emẽdationẽ tibi habere facile uisum est in his libris quos iam edideras, & describendos plurimis p̃bueras: quid erat difficultatis me nõ meum opus & interpretationem alieni operis, si quid forte in eo erratũ: non ratio, sed liuor suggesserat emẽdare? maxime cũ adhuc esset in schedulis quas

C dulis,quas nõdum ad plenũ relegeram uel explicueram,quas nõ ædítas inuenerunt? Nõne per facile emẽdari poterant ea,quæ adhuc emẽdata nõ fuerãt? Verum non hinc,ubi quod culparet nihil habebat:ſed totũ inde mordetur:dũ per hoc prodi timuit:unde eſt omne quod ipſe dicit: unde doctus,unde ſcripturarũ uidetur interpres. Sed idcirco cauſam qua ad interpretandum adductus ſum expoſui:ut ſciat me hæc nõ contẽtiõe (ut ipſe agere ſolet)uel æmulatiõe aliqua p tuliſſe: ſed neceſſitate,qua ſuperius edocui,ad boni & utilis operis inſtrumentũ:ut aliq̃d ex hoc uel ordinis uel coloris acciperet ille,qui rudis ip̃e opuſculũ condebat antiquũ. Aut nõ uidemus uetuſtas ædes,nouellis ædificijs profuiſſe? Et interdũ aſſumitur lapis de abditis & abſtruſis antiquæ domus partibus,qui nouæ domus frontem decoret, & exornet ingreſſum. Et interdum totũ nouellæ conſtructionis ædificiũ, unius antiquæ trabis ſtabilitate munitur. Agamus ergo nunc aduerſus eos,qui ueteribus recte utuntur in nouis: nõ uobis licet dicentes tranſferre materiã de ueteri domo ad nouã:niſi tignum tigno,& lapidẽ lapidi iunxeritis,niſi porticũ de porticu,niſi membrum de membro:& hoc fieri non poterit, niſi ſeceſſum de ſeceſſu,niſi cloacam de cloaca tranſtuleritis. Nabere em̃ domũ magnam etiam hæc neceſſe eſt. Noc nãq; eſt uerbum tranſferre de uerbo:quod a te ante improbabile,nũc uero probabile iudicatum eſt. Sed tu quidem tibi & quæ non licẽt,licere defendis:nobis autẽ quæ licita ſunt impingis ad crimẽ. Nam tu cum ſacras litteras & uolumina diuina permutas, laudari uis:nos etiam ſi te imitantes de homiñ ſermonibus aliquid quod minus ædificare credimus præterimus,in his nobis ueniã nõ das in quibus exemplũ dediſti. Verũ agat hæc iſte,ut ſibi uel licere uel expedire putat. Ego interim, ut recenſeamus in fine,ea quæ ſparſim pro noſtra purgatione reſpondimus, cum de me dixerit quaſi ſine ſe hæreticus eſſe non poſſem,oſtendi fidem meã:& de reſurrectione carnis ipſum magis errare,qui corpus quod reſurrecturũ eſt,fragile eſſe ſcripſerit cõprobaui. Sexus quoq; diuerſitatem quomodo abraſerit,& corpora in animas, & mulieres redigi in uiros dixerit docui:meæ quoq; interpretationis cauſas ut puto iuſtiſſimas protuli: quod nõ uel cõtentione excitatus,uel
D gloriæ cupidus:ſed dei timore prouocatus,antiquæ materiæ tranſuexerim copias, nouellæ conſtructionis ædificijs profuturas,& tela uetera rubigine iam obducta deterſerim:nõ ut ciuile bellum mouerem,ſed ut hoſtile depellerem. Ipſum etiã caput cui manus falſarias iniecerũt inſeruit & adulteriũ blaſphemiæ in filiũ dei & ſpm̃ ſanctũ,alienũ a meo noie,ſed ip̃or; ſcelere,& ab ip̃is docui eſſe cõmiſſum. In ſingulis quoq; de quibus ſe idcirco Origenẽ arguere dicebat,ut nos pulſare ſe crederet,& infamare opus tranſlationis noſtræ,oſtendi ex ipſis cõmentarijs ſuis:ex qbus fidem ſuam expectari debere dixerat:& probari,quid & de animæ ſtatu,& de reſtitutione omniũ,de diabolo atq; angelis refugis,eadem quæ in illo culpat,ipſe cõſcripſerit. Sed & quod animæ in corpore hoc uinctæ uelut in carcere tenerẽtur, ipſum dixiſſe conuici. Vnũ quoq; eſſe corpus totius creaturæ rationabilis:id eſt,angelorũ & animarũ,in his ipſis eum ſcripſiſſe cõmentarijs approbaui. Periurij etiam cõfœderationẽ,apud nullum ita ut apud ipſum oſtendi ſacratiſſimam conuerſari. Veritatẽ adæque, & perfectiorẽ doctrinã non eſſe omnibus publicandam: in ipſis commentarijs ipſum docere conuici. Tum inde ſæculares libros, pro quibus ſedenti ſeq; uerberanti pro tribunalibus Chriſto dixerat,ſi unq̃ legero uel habuero gentiliũ codices, te negaui:nunc non ſolũ legere uel habere:uerũetiã oẽm ſuæ doctrinæ iactantiã in his eũ gerere demõſtraui:intantũ ut etiã p̃ iſagogẽ impijſſimi Porphyrij inductũ ſe eſſe glorietur ad logicã. Et cũ gẽtiliũ dogmata eſſe diceret quoquo modo ſentire,uel de anĩa,uel de cæteris creaturis:ip̃m multo fœdius gẽtibus dixiſſe,qd̃ deus ſocrũ haberet oſtẽdi. Sed & cũ ſe dixiſſet in duabus tantũ p̃fatiũculis Origenis meminiſſe,ut ingenioſi magis q̃ apoſtolici uiri: breuitatis cauſa decẽ ſolas p̃fatiũculas,ptuli:in qbus eũ nõ ſolũ,ut apoſtolicũ uirũ,ſed alteri; poſt ap̃los eccleſiaꝝ magiſtri; & qd̃ eũ cũ oĩbus prudẽtibus ſequeret̃ aſſerui. Præterea euidẽter oſtendimus ex more huic eſſe ut bonis oĩbus deroget: & in hoc ſe putet aliq̃d eſſe,ſi opinatus quoſq; uiros, & qui aliq̃d noĩs in litteris habuerint,reꝑhendat. Oſtendi etiã q̃ indigne miniſtros & ſacerdotes Chriſti lacerauerit. Sed ne monachis quidẽ ac uirginib9 ip̃is quas laudauerat,uel cõtinẽtibus pepercerit: atq; oẽm Chriſtianoꝝ ordinẽ & gradũ libellis fœdis infamauerit. Sanctũ q̃q; uirũ Ambroſiũ,cui9 adhuc p̃claræ uitæ mẽoria in animis omniũ uiget, q̃ indigne & turpiter lacerauerit. Didymũ etiã quẽ dudũ inter uidẽtes,pphetas & ap̃los poſuerat,nũc inter eos q̃ diuerſa ab eccl̃ijs doceãt

collocarit

A collocarit:& omnes omnino uel antiquos uel nouellos ſcriptores,quos nunc imperitiæ,nunc in
eptiæ notet,ad ultimum quod nec martyribus parcat:& hæc omnia ut ſuperius dixi, non extra
neis aliquibus,ſed ſuis litteris,& ſe ipſo teſte conuici, per ſingula quæq; ex his ipſis probatiſſi-
mis ſibi libris teſtimonia proferens:quos libros etiam cum de cæteris oĩbus dictis uel ſcriptis
ſuis pœnitere ſe dicat,non quo uere pœniteat,ſed quo anguſtatus in hoc uenerit: ut aut pœnitẽ
tia ſibi eſſet ſimulanda,aut nõ poſſet mordere uel ledere quem uellet :illos tamen ut dixi libros
ſibi excepit ſolos, tanq; minime pœnitendos. Et ideo nolui eius nunc cætera ſcripta continge-
re,ut de iſtis pene ſolis cõuinceretur:de quibus ipſe ſibi iam locũ clauſerat pœnitendi. Poſt om-
nia uero oſtendi,quod ſacros libros,quos apoſtoli eccleſijs tanq; ſpiritus ſancti fidele depoſitũ
cõmendauerant,permutauerit:& quod is qui audaciã notet in hominũ opuſculis uertendis:iꝑe
maiore piaculo æloquia diuina permutauerit. Supereſt iam ut unuſquiſq; qui hæc cognoſcit,ta
li iudicio fauorem ſuum alteri noſtrũ conferat,quali iudicio ſe a deo cupit ipſe iudicari: nec ſuã
ledat animã, dũ alteri fauorẽ præſtat iniuſtũ. Cognoſcat etiã per te fili chariſſime Aproniane,
ſanctꝰ uir ille Pãmachius, cuius epiſtolã amicus meꝰ in inuectiõe uel accuſatiõe hac ſua ꝓtulit,
in Chriſti adiutorio,nõ ſtudijs,ſed innocentiæ fauendũ:nec in cauſa ueritatis ſtudioſe agendũ
eſſe magis q; religioſe. Præceptũ eſt eĩ dñi:ut non ſecundum faciem,ſed rectum iudicemus iu-
dicium. Quia ſicut in unoquoq; minimorũ ſuorum Chriſtus eſt:qui eſurit & ſitit & nudus eſt,
& ipſe eſt qui reficitur & induitur:ita in his q iudicantᵉ iniuſte,ipſe eſt qui inique iudicatur. Et ꝓ
his qui odio habentur gratis, ipſe dicturus eſt,odiſtis me gratis: Quomodo æſtimat hanc cau-
ſam & hoc factũ ſuũ,in tribunalibus Chriſti iudicandũ,cum habeat ſua cõſcientia quod codices
illius cõtra Iouinianũ ſcriptos,q iam publice legebantᵉ & reꝑhẽdebantᵉ,ſubtraxerit de manibus
legentiũ : & culpantes prohibuerit atq; culpauerit : remiſerit uero ad ipm authorẽ libros ſuos :
inſinuans ea quæ ad reprehenſionem uenirent:ut uel emẽdaret,uel rem quoquo modo poſſet
B curaret. Meos uero non codices:ſed ſchedulas imperfectas,inemendatas,furto cuiuſdã nebulo-
nis & fraude ſubtractas,ſibiq; delatas cum me inibi haberet præſentem,mihi quidem nõ offer-
ret neq; cõquereretur: ſed ne increpare quidem : aut etiã arguere dignaretur:uel per amicũ cer-
te aliquem , aut etiam per inimicum : ſed ad orientem mitteret & inſtigaret linguam eius ho-
minis qui eam temperare non nouerat. Quid cõtra religionem faceret, ſi me præſentem potius
conueniſſet:intantum ne colloquio eius uidebamur indigni,ut abeo nec argui mereremurᵉ Et
pro nobis Chriſtus mortuus eſt : & pro noſtra redemptione ſanguinem ſuum fudit. Peccato-
res quidẽ:ſed de ipſius grege ſumus:& inter eius ouiculas numeramur. Verum quia,ꝑpter deũ
contempſit nobilitatem ſuam,& totum ſe exæquauit humilibus,optimumq; opus eius in fide
Chriſti, & qdᵈ exẽplo cæteris eſſe debeat,confitemur:idcirco nolumus eũ humanis ſtudijs con-
tẽtionibuſq; raptari: ne in aliquo fidei ſuæ ſentiat detrimẽtũ. Certe cum legerit,quod ea ipſa de
quibus cæteros arguit magiſter ille Hieronymus,in ipſius electis etiam poſt pœnitentiam com
mentarijs docuerit quod ſua non ſint : q; uerum iudicium ſeruet uidebimus. Putabitur enim
prior error fuiſſe ignorantiæ,ſi eũ emendarit agnitio. Nos autem quãuis neceſſitate compulſi,re
ſpondere niſi ſumus ei,qui nos amariſſime pulſauerat:attamen pro hoc ipſo ueniam petimus,
ſi quid forte aſperius proſecuti ſumus:quia deus cõſcientiæ noſtræ teſtis eſt, quod multo plura
reticuimus q; protulimus:penitus autem ſilere contra conſcientiam criminãti, minime potui-
mus:cum ipſius pene fidei ſuæ,nõnulli iacturam ducerent ſilentium noſtrũ. Poſtea q; iſta dicta-
ui,frater aliquis qui ex urbe a uobis ad nos uenerat,cum relegenti mihi aſſiſteret,ait,prætermiſ-
ſum unum adhuc excuſationis locum,quem ibi audiſſet ab obtrectatoribus incuſari. Dicebat
autem de eo quod ſcriptum eſt in præfatiuncula mea,quia dixerim de iſto qui me nunc perſe-
quitur & accuſat,quod in his quæ de Origene interpretatus eſt,nõnulla offendicula eſſe uidean
tur in Græco:quæ ita tamen interpretando purgauerit:ut nihil in his quod a fide noſtra diſcre
pet,latinus ſermo inueniat. Aiũt,inqt, de hoc capitulo. Vides quõ & collaudauit interꝑtationẽ
eius:& teſtimoniũ ei dedit ipe qdᵈ ſine offendiculo ſint ea,quæ ille interꝑtatus eſt:& ipm ſecutu
rũ ſe eſſe pmiſit. Cur ergo nõ & ea quæ ipe trãſtulit abſq; offenſiõe ſũt,ſicut ipſiꝰ ſcripta eſſe ipe
teſtatꝰ eſtᵉ Nõ mira res,qdᵈ ibi ſemp culpari mereor ubi iſtũ laudauero. Et recte qdẽ. Tñ uenia-

mus ad

C mus ad rem. Dixi eũ purgaſſe in latina trãſlatiõe,ſi qua offẽdicula fidei uidebant in Græco:& nõ immerito: ita tamen ut eadem etiã a me cõprobẽ geſta. Nam ſicut ille in homilijs de Eſaia duo Seraphim,filiũ & ſpiritum ſanctum eſſe interpretatus eſt:& addẽs de ſuo:nemo exiſtimet in trinitate naturæ eſſe differentiam,cum nominum diſcernũtur officia:per hoc curare ſe offendicula credit potuiſſe:ita & nos uel ademptis uel immutatis quibuſdam uel additis,ſenſum authoris adducere conati ſumus ad intelligentiæ tramitem rectiorem. Quid hic diuerſum,aut qd contrarium,aut quid non idem fecimus? Sed quia ego de ſcriptis illius abſq; malicia & calumnia iudicabam: nõ quid obtrectationi pateret:ſed quid proſpectus fuerit interpretantis aſpexi. Ille autem qui occaſiones ad calumniam quærit:ea reprehendit in meis ſcriptis, quæ ante me prior ipſe cõſcripſit. Et reuera ego culpandus ſum,ſi ſecundum meam quidem ſentẽtiam, quæ ſcripſit recta ſunt:ſecundum ſuum uero iudicium condemnanda. Hoc quãtum ad trinitatis fidem pertinet ubi utiq; blaſphemiæ crimen ducitur:quod dixit duo Seraphim,filium eſſe & ſpiritum ſanctum, ſi ſecundum ſuam ſententiam,qua aduerſum me agit, ipſe iudicetur. Secundũ uero meũ iudicium, quod in ſcriptis eius abſq; ppoſito calumniæ iudicaui,abſoluitur: pro his quæ de ſuo ad explanandum ſenſum authoris adiecit. De reſurrectione autem carnis puto in tranſlatione noſtra eadem contineri,quæ in eccleſijs prædicantur. Cætera uero quæ de creaturarum rationibus dicta ſunt,quod nihil ad fidem deitatis pertineãt,iam ſuperius diximus. Sed ſi iſte hæc modo ad calumniam uocat:quæ ante offendiculum non habebant,non prohibeo:ſi ei placeat reuocare ſententiam meam illam qua potuiſſet abſolui: & proferre ſuam qua debebat alligari. Non ergo mea de eo ſententia culpabilis putanda eſt ſed ſua, quæ reprehendit in alijs quod in ſemetipſo probat. Nouum autẽ hoc iudicij genus eſt: ubi accuſatorem meum egoipſe defendo:& ubi tum demum me ille ſuperatum putat,ſi ſemetipſum reum probarit. Verũtamẽ ponamus quod epiſcoporum ſynodus ſequatur ſententias tuas: & iubeat oẽs libros, qui hæc talia continent cum authoribus ſuis,ut aiunt,debere damnari: Damnabuntur iſti libri prius in Græcis:& quod in Græcis damnatur:ſine dubio damnatum eſt in latinis. Veniatur ad tuos li-
D bros,inuenientur eadem continere ſecundum ſententiam tuam,neceſſe eſt ut cum ſuo authore dãnentur. Et ſicut nihil profuit Origeni,quod a te laudatus eſt:ita nec tibi proderit, quod a me excuſatus es. Me eñ ſequi neceſſe eſt eccleſiæ catholicæ ſententiam ſiue aduerſus Origenis libros ſiue aduerſus tuos datam.

Inuectiuarum Ruffini finis.

## AVGVSTINVS HIERONYMO DE EO QVOD SCRIPTVM EST QVI TOTAM LEGEM SERVAVERIT.

QVod ad te ſcripſi honorande mihi in Chriſto frater Hieronyme,quærẽs de anima humana,ſi naſcentibus ſingulis,nouæ ſingulæ nunc uſq; fiant, ubi peccati uinculũ contrahunt:quod per ſacramentum gratiæ Chriſti,etiam in infantibus recenter natis ſoluendum eſſe non dubitamus:cum in non paruum uolumẽ procederet,nolui ulla alia onerare quæſtione:ſed quod urget acrius,multo minus eſt negligẽdum. Proinde quæro,& per deũ obſecro: ut exponas mihi quod multis exiſtimo profuturũ: aut ſi iã uel abs te,uel ab alio aliquo expoſitum habes,dirigas nobis,quomodo accipiendũ ſit,quod in epiſtola apoſtoli Iacobi ſcriptum eſt: Quicũq; eñ totam legem ſeruauerit:offendat autẽ in uno: factus eſt omnium reus:quæ res talis ac tanta eſt:ut quod hinc tibi non iam olim ſcripſi,multum me pœniteat. De agenda nãq; præſenti uita,quomodo ad uitam perueniamus æternam:nõ de præterita perſcrutanda, quã penitus demerſit obliuio,ſicut eſt illud quod de anima quærẽdum putaui:hæc uertitur quæſtio. Eleganter autem dictum eſſe narratur:quod huic rei ſatis apte conuenit. Cum quidam ruiſſet in puteum,ubi aqua tanta erat,ut eum magis exciperet ne moreretur, cẽq; ſuffocaret ne loqueretur:acceſſit alius & eo uiſo admirãs,ait: Quõ huc cecidiſti? At ille: Obſecro,inquit,cogita quomodo hinc me liberes:nõ quomodo huc ceciderim quæras. Ita quoniã fatemur,& fide catholica tenemus,de reatu peccati tancẽq; de puteo etiã paruuli infantis animã Chriſti gratia liberandã,ſatis eſt ei quod modum quomodo ſalua fiat nouimus,ſi etiam nuncẽq;

quomodo

A quomodo in malum illud deuenerit nouerimus. Sed ideo putaui esse quærendum: ne forte ex illis opinionibus incarnationis animæ aliquam teneamus incautius, quæ liberandam prorsus animam paruuli contradicat: negans eam esse in isto malo. Hoc igitur firmissime retento, quod anima paruuli de reatu peccati liberanda est: nec alio modo liberanda: nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: si possumus etiam ipsius mali causam & originem nosse: uani/loquis non disputatoribus, sed litigatoribus paratius instructiusq; resistimus. Si autem nō pos/sumus, non quia latet miseriæ principium: ideo pigrescere misericordiæ debet officium. Aduer/sus eos aūt qui sibi uidentur scire quod nesciunt: hoc tutiores sumus, quod hanc ignorantiā no/stram non ignoramus. Aliud est em̄ quod nescire malum est: aliud quod sciri uel nō potest, uel non opus est, uel ad uitam quā quærimus indifferens est. Hoc uero quod de litteris apostoli Ia/cobi nūc requiro: in hac ipsa qua uiuimus, & ut semp uiuamus deo placere studemus actiōe uer/satur. Quomodo igitur intelligendum est obsecro te: Quicunq; totam legem seruauerit, offen/dat autē in uno, factus est omnium reus? Ita ne qui furtum fecerit: imo uero qui dixerit diuiti, sede hic: pauperi autem, tu sta illic, & homicidij, & adulterij, & sacrilegij reus est? Quod si nō est: quomodo qui in uno offēdat, factus est omniū reus? An illud quod dixit de diuite & paupere ad ista nō pertinet: quorum si quis in uno offenderit, factus est omnium reus? Sed recolendū est unde uenerit illa sententia: & quæ illam superiora pepererint: qbusq; cōnexa dependeat. Fra/tres mei nolite, inquit, in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi glo/riæ. Etenim si introierit in conuentū uestrū uir anulum aureum habens inueste candida: in/troierit autē & pauper in sordido habitu: & intendatis in eum qui indutus est ueste prædara, & dicatis ei: Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedū meo/rū: nōne iudicatis apud uosmetipsos: & facti estis iudices cogitationū iniquarū? Audite fratres mei dilectissimi: nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni qđ
B repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem, propter illum scilicet, cui dictum est: tu sta illic: cum habenti anulū aureum dictum esset, tu sede hic bene. Ac deinde se/quitur, eandem ipsam sententiam latius uersans & explicans: Nonne, inquit, diuites per poten/tiā opprimunt uos, & trahunt ad iudicia? Nōne ipsi blasphemant bonū nomē, quod inuocatū est super uos? Si quidem legem perficitis regalem secundum scripturam: Diliges proximum tuum sicut teipsum, benefacitis. Si autem accipitis personas: peccatum operamini, redarguti a le/ge quasi transgressores. Vide quemadmodū transgressores legis appellat: qui dicunt diuiti, sede hic: & pauperi, sta illic. Vnde ne putarent cōtemptibile esse peccatum: in hac una re legem transi/gredi, secutus adiunxit: Quicū q; totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est om/nium reus. Qui em̄ dixit: Non mœchaberis, dixit: Et non occides. Quod si non occidis: mœcha/tis autem, factus es transgressor legis propter id quod dixerat: Redarguti a lege, quasi transgres/sores. Quæ cum ita sint, cōsequens uidetur: nisi alio modo intelligendū ostendatur: ut qui dixe/rit diuiti, sede hic: & pauperi, sta illic, huic ampliorē honorē quā illi deferēs: & idololatra, & blas/phemus, & adulter, & homicida: & ne quod longū est cuncta cōmemorem: reus omnium crimi/num iudicandus est. Offendēs quippe in uno, factus est omniū reus. At em̄ qui unā uirtutē ha/bet, omnes habet: & qui unam non habet, nullā habet. Hoc si uerū est, confirmatur ista senten/tia. Sed ego eam exponi uolo: nō confirmari, quæ per seipsam apud nos omnibus philosopho/rum authoritatibus firmior est. Et illud quidem de uirtutibus & uitijs si ueraciter dicitur: nō est consequens, ut propter hoc omnia peccata sint paria. Nam illud de inseparabilitate uirtutū, nisi forsitan fallor: tamē si uerum memini (quod uix memini) omnibus philosophis placuit: qui eas/dem uirtutes, agendæ uitæ necessarias esse dixerūt. Hoc autem de parilitate peccatorū soli Stoi/ci ausi sunt disputare: contra omnem sensum generis humani: quā eorum uanitatem in Iouinia/no illo qui in hac sententia Stoicus erat: in aucupandis autē & defensandis uoluptatibus Epi/cureus, de scripturis sanctis dilucidissime cōuicisti. In qua tua suauissima & preclarissima dispu/tatione, satis euidenter apparuit: non placuisse authoribus nostris, uel ipsi potius quæ per eos lo/cuta est ueritati, omnia esse paria peccata. Quomodo autem fieri possit: ut etiam si hoc de uirtu/tibus uerum est: non tamen ideo cogamur fateri æqualitatem omnium peccatorum: quantum

C possum adiuuante dño aperire conabor. Quod si effecero, approbabis: ubi uero causæ defuero, tu supplebis. Certe hinc persuadent, qui unam uirtutem habuerit habere oẽs, & omnes deesse cui una defuerit: quod prudentia, nec ignaua, nec iniusta, nec intemperans potest esse: nam si aliquid horum fuerit, prudentia non erit. Porro si prudentia tunc erit, si & fortis & iusta & temperans sit, profecto ubi fuerit secum habet cæteras: sic & fortitudo imprudens esse non potest uel intẽperans uel iniusta. Sic & tẽperantia necesse est, ut prudens fortis & iusta sit. Sic & iusticia nõ est, nisi sit prudens, fortis, temperans: ita ubi est una uera aliqua earũ, & aliæ similiter sunt. Vbi autem aliæ desunt, uera una illa non est, etiam si aliquo modo similis esse uideatur. Sunt enim (ut scis) quædam uitia uirtutibus, aperta discretione contraria: ut imprudentia, prudentiæ. Sunt autem quædam tantum quia uitia sunt ideo contraria, quadam tamen specie fallaci similia: ut eidem prudentiæ non imprudentia, sed astutia. Nunc eã eam dico astutiã, quæ usitatius in malicioſis intelligi & uocari solet: non sicut nostra loqui scriptura cõsueuit, quæ sæpe astutiã in bono ponit. Vnde, Estote astuti ut serpentes: & illud: Vt & innocentibus det astutiã: cꝫ & apud illos Romanæ linguæ disertissimus dixerit: neqꝫ illi tamen ad cauendum dolus, aut astutia deerant: astutiam ponens in bono, sed apud illos rarissimum, apud nostros frequentissimum est. Itemqꝫ in partibus temperãtiæ, apertissime contraria est effusio parsimoniæ. Ea uero quæ tenacitas dici uulgo solet, uitium quidem est: tamen parsimoniæ simile, non natura: sed fallacissima specie. Item dissimilitudine manifesta contraria est iniusticia iusticiæ. Solet autem quasi imitari iusticiam uindicandi se libido, sed uitium est. Ignauia fortitudini perspicue contraria est: duritia uero distat natura, fallit similitudine. Constantia pars quædam uirtutis est: ab hac inconstãtia longe abhorret: & indubie contrasistit. Pertinacia uero constantia dici affectat & non est, quia illa est uirtus, hæc uitium. Vt ergo non iterum hæc eadem cõmemorare necesse sit: exempli gratia ponamus aliquid, unde possint cætera intelligi. Catilina, ut de illo scripserunt, qui nosse potuerũt, frigus, sitim, famem, ferre poterat: eratqꝫ patiens inediæ, algoris, uigiliæ supra cꝫ cui cꝫ credibile est: ac per hoc & sibi & suis magna præditus fortitudine uidebatur. Sed hæc fortitu
D do prudens non erat, mala eã pro bonis eligebat. Temperans non erat, corruptelis eã turpissimis fœdebatur. Iusta non erat, nam contra patriam coniurauerat. Et ideo nec fortitudo erat, sed duritia sibi: ut stultos falleret, nomen fortitudinis imponebat. Nam si fortitudo esset, non uitiũ, sed uirtus esset. Si autem uirtus esset, a cæteris uirtutibus tancꝫ inseparabilibus comitibus nũcꝫ relinqueretur. Quapropter dum quæritur etiam de uitijs, utrum ipsa similiter omnia sint, ubi unum erit: aut nulla sint, ubi unum nõ erit: laborioſum est id ostendere, propterea quia uni uirtuti duo uitia opponi solẽt. Et quod aperte contrarium est, & quod specie similitudinis adumbratur. Vnde illa Catilinæ, quia fortitudo non erat, quæ esset, cum secum uirtutes alias non habebat facilius uidebatur. Quod uero ignauia fuerit, ubi exercitatio quaslibet grauissimas molestias perpetiendi atqꝫ tolerandi supra cꝫ cuicꝫ credibile est fuit, ægre persuaderi potest. Sed forte acutius intuẽtibus ignauia apparet ipsa duritia: quia laborem bonorum studiorum quibus uera acquiritꝰ fortitudo neglexerat. Verũtamẽ quia sunt audaces qui timidi nõ sunt: & rursus timidi, quibus abest audacia: cum sit utrũqꝫ uitium, qm̃ qui uera uirtute fortis est, nec temere audet, nec inconsulte timet, cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus. Vnde aliquãdo uitium uitio tollitur: ut amore laudis amor pecuniæ. Aliquãdo unũ cedit ut plura succedant: uelut qui ebrioſus fuerit, si modicum bibere & tenacitate & ambitione didicerit. Possunt itaqꝫ uitia etiam cedere uitijs succedentibus non uirtutibus: & ideo plura sunt. Virtus uero quo una ingressa fuerit, quoniam secum cæteras ducit, profecto uitia cedent omnia quæcũqꝫ inerant. Non eã oẽia inerant, sed aliquando totidem, aliquãdo plura paucioribus, uel pauciora pluribus succedebãt. Hæc utrum ita se habeant, diligentius inquirendum est. Non enim & ista diuina sententia est qua dicitur: Qui unã uirtutem habuerit, omnes habet: eiqꝫ nulla inest, cui una defuerit: sed hominibus hoc usum est, multum quidem ingenioſis, studioſis, sed tamen hominibus. Ego uero nescio quemadmodũ dicam. Non dico uirum a quo nominata dicitur uirtus: sed etiam mulierẽ quæ uiro suo seruat thori fidem, si hoc faciat propter præceptũ & promissum dei: & quæ primitus sit fidelis non habere pudicitiam, aut pudicitiam nullam uel paruam esse uirtutẽ. Sic & ma-

ritum

A titum qui hoc idem ſeruat uxori. Et tamen ſunt plurimi tales: quorum ſine aliquo peccato eſſe neminem dixerim: & utiq; illud qualecunq; peccatum ex aliquo uitio uenit. Vnde pudicitia cõ/iugalis in uiris fœminiſq; religioſis, cum proculdubio uirtus ſit: non em̃ aut nihil aut uitium eſt: non tamen ſecum habet omnes uirtutes. Nam ſi omnes ibi eſſent, nullum eſſet uitium: ſi nullũ uitiũ, nullũ omnino peccatũ. Quis aũt ſine aliquo peccato eſt? Quis ergo ſine aliq̊ uitio, id eſt, fomite quodam uel quaſi radice peccati: cum dicat qui ſupra pectus dñi recũbebat: Si dixeri/mus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus: & ueritas in nobis non eſt? Neq; hoc apud te diutius agendum eſt: ſed propter alios qui forte hoc legerint dico. Nam tu quidem in eodem ipſo opere ſplendido contra Iouinianum, etiam hoc de ſcripturis ſanctis diligenter, probaſti. Vbi etiam ex hac ipſa epiſtola: cuius uerba ſunt, quorum nũc intellectum requirimus, poſuiſti quod ſcriptum eſt: In multis em̃ offendimus omnes: Nõ enim ait, offenditis: ſed offendi/mus omnes: cũ Chriſti loqueretur Apoſtolus, & cũ hoc loco dicat: Quicũq; autem totam legẽ ſeruauerit, offendat autem in uno, factus eſt omniũ reus. Ibi non in uno, ſed in multis: nec quoſ/dam, ſed omnes dicit offendere. Abſit autem ut quiſq; fidelis exiſtimet tot milia ſeruorũ Chri/ſti, qui ueraciter dicunt ſe habere peccatum, ne ſeipſos decipiant & ueritas in eis non ſit, nullã ha/bere uirtutem, cum uirtus magna ſit ſapientia. Dixit autẽ ipſa ſapientia homini: Ecce pietas eſt ſapientia. Abſit ergo ut dicamus tot ac tantos fideles & pios homines, dei non habere pietatẽ, quam Græci uel εὐσέβειαν, uel expreſſius & plenius θεοσέβειαν uocant. Quid autem, pietas eſt, niſi dei cultus? Et unde ille colitur niſi charitate? Charitas igitur de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta, magna & uera uirtus eſt, quia ipſa eſt & finis p̃cepti. Merito dicta eſt fortis, ſicut mors: ſiue quia nemo eã uincit, ſicut mortẽ: ſiue quia in hac uita uſq; ad mortẽ eſt mẽſura charitatis, ſicut dñs ait: Maiorẽ hac charitatẽ nemo habet, q̃ ut animam ſuã ponat quis pro amicis ſuis: ſiue potius, quia ſicut mors animam auellit a ſenſibus carnis, ſicut charitas a concupiſcentiis carnalibus. Huic ſubſeruit ſcientia cum eſt utilis: nam ſine illa inflat. Quod uero illa ædi/ficãdo impleuerit: nihil ibi iſta inane quod inflet inueniet. Vtilem porro ſcientiã definiendo mõſtrauit: ubi cum dixiſſet: Ecce pietas eſt ſapientia: continuo ſubiunxit: Abſtinere uero a ma-
B lis, ſcientia eſt. Cur ergo non dicimus, qui hanc uirtutem habet, habere om̃es: cum plenitudo le/gis, ſit charitas? An quanto magis eſt in homine, tanto magis eſt uirtute præditus? Quanto aũt minus, tanto minus eſt uirtus, quia ipſa eſt uirtus: & quanto minus eſt uirtus, tanto maius eſt uitium? Vbi ergo illa plena & perfecta erit, nihil ex uitio remanebit. Proinde mihi uidẽtur Stoici falli, quia proficientem hominẽ in ſapientia, nolunt omnino habere ſapiẽtiam: ſed tũc habere: cum in ea omnino perfectus fuerit: non quia illum perfectũ negant, ſed niſi ex profundo quo/dam emergendo repente emicet in auras ſapientiæ liberas, nulla ex parte eſſe ſapientem. Sicut em̃ nihil intereſt ad hominem præfocandum, utrum aquam ſtadiis multis ſuper ſe habeat al/tam, aut uno palmo, aut digito: ſic illos qui tendunt ad ſapientiam proficere quidã dicunt, tamq̃ ab imo ſurgentes gurgitis in aerem: ſed niſi totam ſtulticiam, uelut opprimentem aquã pro/ficiendo uelut emergendo euaſerint: non habere uirtutem, nec eſſe ſapientes. Vbi autem euaſe-rint: mox habere totam, nec quicq̃ ſtulticiæ remanere, unde omnino ullum peccatũ poſſit exiſtere. Hæc ſimilitudo ubi ſtulticia, uelut aqua: & ſapientia, uelut aer ponitur: ut animus a præfocatione ſtulticiæ, tanq̃ emergens in ſapientia repente reſpiret: non mihi uidetur ſatis accõmodata noſtrarum ſcripturarum authoritati: Sed illa potius, ut uitiũ uel ſtulticia tenebris: luci autẽ uirtus & ſapientia comparetur: quãtũ iſta ſimilia de corporalibus ad intelligibilia duci poſſũt. Non itaq; ſicut de aquis in aerem ſurgens, ubi earum ſummum tranſierit, repente quãtum ſufficit inſpiratur: ſed ſicut de tenebris in lucẽ p̃cedens, paulatim progrediendo illuminat. Quod donec pleniſſime fiat: iam eũ tamẽ dicimus, tãq̃ de abditiſſima ſpelunca egredientẽ: uicinia lucis afflatũ tãto magis, quãto magis propinquat egreſſus: ut illud qd̃ in eo lucet, ſit utiq; ex lumine quo p̃grediẽ: illud aũt quod adhuc obſcurũ eſt: ſit ex tenebris unde egrediẽ. Itaq; & nõ iuſtificabiẽ in cõſpectu dei oĩs uiuens: & tamẽ iuſtus ex fide uiuit. Et induti ſunt ſancti iuſticia: alius maius, alius minus. Et nemo hic uiuit ſine peccato: & hoc alius maius, alius minus. Optim⁹ aũt eſt qui minimũ. Sed quid ego tãq̃ oblitus cui loquor, doctori ſimilis factus ſum: cũ p̃poſuerim

C qd abs te diſcere uelim? Sed quia de peccatorũ paritate: unde in id quod agebam incidit quæ/
ſtio, examinandã tibi ſententiam meam promere ſtatueram, iam eam tandem aliquando con/
cludam. Quia & ſi uerum eſt, eum qui habet unam, omnes habere uirtutes: eum qui unam non
habet, nullã habere: nec ſic peccata ſunt paria: quia ubi uirtus nulla eſt: nihil quidẽ rectũ eſt, nec
tamẽ ideo nõ eſt prauo prauius eſt, diſtortoq; diſtortius. Si aũt qd̃ puto eſſe uerius ſacriſq; lit/
teris cõgruentius: ita ſunt animæ intentiones, ut corporis membra nõ quod uideantur locis: ſed
quod ſentiantur affectibus: & aliud illuminatur amplius, aliud minus, aliud omnino caret lumi
ne & tenebroſo inumbratur obſtaculo: pfecto ita ut quiſq; illuſtratiõe piæ charitatis affectus
eſt in alio actu magis, in alio minus, in aliquo nihil: ſic poteſt dici habere aliam, & aliam non ha
bere, aliam magis, aliam minus habere uirtutem. Nam & maior eſt in iſto charitas, cq̃ in illo, re/
cte poſſumus dicere: & aliqua in iſto, nulla in illo quantũ pertinet ad charitatem quæ pietatis
eſt: & in ipõ uno homine quod maiorem habeat pudicitiam, cq̃ patientiam: & maiorem hodie
cq̃ heri ſi proficit: & adhuc non habeat continentiam, & habeat non paruam miſericordiam: Et
ut generaliter breuiterq; cõplectar: quã de uirtute habeo notionem: quod ad recte uiuendum
attinet: uirtus eſt charitas qua id quod diligendum eſt, diligitur. Hæc in alijs maior, in alijs mi/
nor, in alijs nulla eſt: pleniſſima uero quæ iam non poſſit augeri, cq̃ diu homo hic uiuit eſt in ne/
mine: quãdiu autem augeri poteſt: profecto illud quod minus eſt, cq̃ debet ex uitio eſt. Ex quo
uitio non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Ex quo uitio non iuſtificabitur in
conſpectu dei omnis uiuens. Propter quod uitium, ſi dixerimus, quia peccatum non habemus,
noſmetipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Propter qd̃ etiã quantũlibet profecerimus
neceſſariũ eſt nobis dicere: Dimitte nobis debita noſtra: cum iam omnia in baptiſmo dicta, fa/
cta, cogitata, dimiſſa ſint. Quid itaq; q recte uidet, uidet unde & quando & ubi ſperanda ſit illa
pfectio, cui non ſit quod adijci poſſit? Si autẽ præcepta nõ eſſent, nõ utiq; eſſet ubi ſe homo cer/
tius inſpiceret & uideret unde auerteretur, quo conaretur, quare gratularetur, quid præcaretur.
Magna eſt ergo utilitas præceptorum, ſi libero arbitrio tantum detur: ut gratia dei amplius ho
D noretur. Quæ ſi ita ſe habẽt: unde fiet omnium reus, ſi in uno offendat: qui totam legem ſerua
uerit? An forte quia plenitudo legis charitas eſt, qua deus proximuſq; diligitur: in quibus præ/
ceptis charitatis, tota lex pendet & prophetæ: merito fit reus omnium, qui contra illam facit, in
qua pendent omnia? Nemo autem peccat, niſi aduerſus illam faciendo, quia nõ adulterabis, nõ
homicidium facies, non furaberis, non concupiſces: & ſi quod aliud eſt mandatum, in hoc ſer/
mone recapitulatur: in eo quod diligis proximum tuum tancq̃ teipſum. Dilectio proximi ma/
lum non operatur, Plenitudo aũt legis eſt charitas. Nemo autem diligit proximum, niſi diligẽs
deũ: & hoc quantũ poteſt proximo impendat, quẽ diligat tãcq̃ ſeipſum: & ut ille diligat deum,
quem ſi ipſe non diligit, nec ſe, nec proximum diligit. Ac per hoc qui totam legem ſeruauerit, ſi
in uno offenderit: fit omnium reus, quia contra charitatẽ facit: unde tota lex pendet. Reus itaq;
fit omnium: faciendo contra eam, in qua pendent omnia. Cur ergo nõ dicantur paria peccata?
An forte quia magis facit contra charitatem, qui grauius peccat: minus, qui leuius. Et hoc ipſo
quod admittit: fit quidem omniũ reus, ſed grauius peccans, uel in pluribus peccans, magis reus:
Leuius autem uel in paucioribus peccans, minus reus: tanto maiore ſcilicet reatu quanto am/
plius: tãto minore quãto minus peccauerit: tamen etiã ſi in uno offenderit, reus eſt omniũ, quia
cõtra eam facit: in qua pendet oia. Quæ ſi uera ſunt: eo modo & illud abſoluitur, quod ait ho/
mo etiam apoſtolicæ gratiæ: In multis eñ offendimus oñes. Omnes eñ offendimus, ſed unus
grauius, alius leuius. Quanto quiſq; grauius leuiuſq; peccauerit, tanto in peccato committendo
maior, quanto in diligendo deo & proximo minor. Et rurſus tanto minor in peccati perpetra/
tione, quãto maior in dei & proximi dilectione. Tanto itaq; plenior iniquitatis, quãto inanior
charitatis. Et tunc perfecti ſumus in charitate, quãdo nihil reſtat ex infirmitate. Nec ſane quan/
tum arbitror putandum eſt leue eſſe peccatum in perſonarum acceptione habere fidem domi/
ni noſtri Ieſu Chriſti: ſi illam diſtantiam ſedendi ac ſtandi ad honores eccleſiaſticos referamus.
Quis eñ ferat eligi diuitem ad ſedem honoris eccleſiæ, cõtempto paupere inſtructiore atq; ſan
ctiore? Si autem de quotidianis conſeſſibus loquitur quis non hic peccat, ſi tamen peccat niſi

cũ apud

A cum apud ſeipſum intus ita iudicat:ut ei tanto melior,quãto ditior illo eſſe uideatur.Hoc enim uidetur ſignificaſſe cum dicit:Nonne iudicatis apud uoſmetipſos:& facti eſtis iudices iniquarũ cogitationũ? Lex itaq; libertatis:lex charitatis eſt,de qua dicit. Si tamẽ ꝓficitis legẽ regalem,ſecundũ ſcripturas: diliges proximum tuũ ſicut teipſum,bene facitis. Si autẽ ꝑſonas accipitis,peccatum operamini:redarguti a lege,tanq; tranſgreſſores.Et poſt illam ſententiam ad intelligendum difficillimam de qua ſatis dixi, quod dicendum putaui: eandem legem libertatis commemorãs: Sic loquamini,inquit,& ſic facite:ſicut per legẽ libertatis incipientes iudicari.Et quoniam quid paulo ante dixerit,nouit:quoniam in multis offendimus omnes:ſuggerit dominicã tanq; quotidianis quotidianam &ſi leuioribus tamen uulneribus medicinã. Iudicium em̃,inquit,ſine miſericordia illi,qui nõ facit miſericordiã. Hinc em̃ & dñs:dimittite,inquit,& dimittet uobis:date & dabit uobis. Superexaltat aũt miſericordia iudiciũ:nõ dictum eſt uincit miſericordia iudiciũ:non em̃ eſt aduerſa iudicio,ſed ſuperexaltat:quia plures ꝑ miſericordiã colligunt:ſed q miſericordiã præſtiterũt: Beati em̃ miſericordes,quia ipſis miſerebit deus. Et hoc utiq; iuſtũ eſt:ut dimittat eis, quia dimiſerũt:& detur eis,quia dederũt.Ineſt qppe deo & miſericordia iudicanti,& iudiciũ miſeranti:propter quod ei dicitur:Miſericordiam & iudiciũ cantabo tibi domine.Nam quiſquis uelut nimium iuſtus,iudicium ſine miſericordia, quaſi ſecurus expectat: iram iuſtiſſimam prouocat,quam timens ille dicit: Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo. Vnde dicitur populo contumaci:Quid,uultis mecum iudicio contendere? Cum em̃ rex iuſtus ſederit in throno: quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? Aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe a peccato? Quæ igitur ſpes eſt:niſi ſuperexaltet miſericordia iudicium? Sed erga illos qui miſericordiam fecerunt ueraciter dicendo.Dimitte nobis,ſicut & nos dimittimus: & ſine murmuratione dando: hilarem em̃ datorẽ diligit deus.Deniq; ſanctus Iacobus iam ex iſto loco de miſericordiæ operibus loquitur: ut quos uehementer illa ſententia terruerat conſoletur:cum admonet
B quomodo etiam quotidiana peccata,ſine quibus hic nõ uiuitur, quotidianis remediis expient: ne homo qui cum in uno offenderit ſit omniũ reus in multis offendendo:quia in multis offendimus:propter magnum aggerem reatus ſui,minutatim collectum,ad tribunal tãti iudicis perueniat,& eam quã non fecit miſericordiam non inueniat:ſed potius dimittẽdo atq; dando mereatur ſibi dimitti peccata,reddiq; promiſſa.Multa dixi quibus tibi tædiũ fortiſſis inferrem,qui hæc tamen quæ approbas non expectas diſcere,quod ea docere cõſueuiſti. Si quid autẽ eſt in eis,quantũ ad rem ipſam pertinet:nã quali æloquio explicata ſint: nõ nimis curo. Si quid ergo in eis eſt,quod eruditionẽ offendat tuã:quæſo ut reſcribendo admoneas & me corrigere nõ graueris.Infelix eſt em̃ q nõ tãtos & tam ſanctos ſtudiorũ labores, & digne honorat,& de his dño deo noſtro cuiꝰ munere talis es,gratias agit. Vnde cũ libẽtius debeã a quolibet diſcere qd̃ inuititer ignoro:q; promptius quoſlibet docere qd̃ ſcio: quãto iuſtius abs te hoc charitatis debitũ flagito, cuius doctrina noie & adiutorio dñi tantũ in Latina lingua eccleſiaſticæ litteræ adiutæ ſunt:quantũ unq; antea potuerunt.Maxime tamen iſtam ſententiam: Quicũq; totam legem ſeruauerit offendat autem in uno,factus eſt omnium reus:ſi quo alio modo exponi melius poſſe nouit tua dilectio:per dñm obſecro,ut id nobiſcum cõmunicare digneris.

## AVGVSTINVS AD HIERONYMVM DE RATIONE ANIMAE.

DEum noſtrum qui nos uocauit in ſuũ regnum & gloriam,& rogaui & rogo: ut hoc quod ad te ſcribo ſancte frater Hieronyme,conſulens te de his quæ neſcio,fructuoſum eſſe nobis uelit. Quãq; em̃ te multo q; ego ſum ætate maiorem: tamen etiam ipſe iam ſenex conſulo:ſed ad diſcendum quod opus eſt:nulla mihi ætas ſera uideri poteſt:quia & ſi ſenes magis decet docere q; diſcere,magis tamen diſcere q; quid doceãt ignorare. Nihil equidem moleſtius fero in omnibus anguſtijs meis,quas patior in difficillimis quæſtionibus,q; in tam longinqua tuæ charitatis abſentia:ut uix poſſim meas dare,uel recipere litteras tuas,per interualla,non dierum,non menſium,ſed aliquot annorum:cũ ſi fieri poſſet quotidie præſentem te habere uellem:cum quo loquerer quicquid uellem. Nec ideo tamen nõ de-

Cui facere quod potui:ſi non potui totum uolui. Ecce uenit ad me religioſus iuuenis,catholica pace frater,ætate filius,honore cõpreſbyter,noſter Oroſius,uigil ingenio,paratus æloquio,flagrans ſtudio,utile uas in domo domini eſſe deſyderans:ad refellendas falſas pernitioſaſq; doctrinas,quæ animas Hyſpanorum multo infelicius q̃ corpora barbaricus gladius trucidarũt. Nam inde ad nos uſq; ab oceani littore properauit:fama excitus,quod a me poſſet de his quæ ſcire uellet, quicquid uellet audire. Neq; ullum cœpit aduentus ſui fructum: Primo ne de me multum famæ crederet. Deinde docui hominem quod potui:quod autem non potui,unde diſcere poſſet admonui:atq; ut ad te iret hortatus ſum. Qua in re cõſilium uel præceptum meũ, cum libenter & obedienter acciperet:rogaui eũ ut abs te ueniens per nos ad propria remearet. Quam eius pollicitationem tenens,occaſionem mihi credidi a domino eſſe conceſſam:qua tibi ſcriberem de his quæ per te ſcire cupio. Quærebam em̃ quem ad te mitterem,nec mihi facile occurrebat idoneus & fide agendi,& alacritate obediendi,& exercitatione peregrinãdi. Vbi ergo iſtum iuuenem expertus ſum,eum ipſum eſſe qualem a domino petebam,dubitare non potui. Accipe igitur quæ mihi peto aperiri,ac diſſerere nõ graueris. ¶ Quæſtio de ania multos mouet, in quibus & me eſſe confiteor. Nam quid de anima firmiſſime teneam,nõ tacebo. Deinde ſubiungam quid mihi adhuc expediri uelim. Anima hominis immortalis eſt:ſecundum quendam modum ſuum. Non em̃ omni modo ſicut deus:de quo dictum eſt:quia ſolus habet immortalitatem. Nam de animæ mortibus,ſancta ſcriptura multa commemorat. Vnde illud eſt:Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sed quod ita moritur alienata a uita dei:ut tamẽ in natura ſua uiuere non omnino deſiſtat:ita mortalis ex aliqua cauſa inuenitur:ut etiã immortalis non ſine ratione dicat'. Nõ eſt pars dei anima. Si em̃ hoc eſſet,omnimodo incõmutabilis atq; incorruptibilis eſſet. Quod ſi eſſet,nec deficeret in deterius,nec ꝓficeret in melius:nec aliquid in ſemetipſa uel inciperet habere,quod non habebat:uel deſineret habere,quod habebat:quantum ad eius ipſius affectiones pertinet. Quam uero aliter ſe habeat, non opus eſt extrinſecus teſtimonio: quiſquis ſeipſum aduertit,agnoſcit. Fruſtra autem dicitur ab eis,qui animam dei partem eſſe
D uolunt:hanc eius labem ac turpitudinẽ,quam uidemus in nequiſſimis hominibus: hanc deniq; infirmitatem & egritudinem, quam ſentimus in omnibus hominibus: non ex ipſa illi eſſe,ſed ex corpore. Quid intereſt unde egrotet:quæ ſi eſſet incõmutabilis aliquo modo, undelibet egrotare non poſſet. Nam quod uere incommutabile & incorruptibile eſt, nullius rei acceſſu cõmutari uel corrumpi poteſt. Alioquin non Achillea tantum,ſicut fabulæ ferũt, ſed omis caro eſſet inuulnerabilis,ſi nullus ei caſus accidiſſet. Non eſt itaq; natura incommutabilis:quæ aliquo modo,aliqua cauſa,aliqua parte mutabilis eſt. Deum autem nefas eſt niſi uere ſummeq; incommutabilem credere. Non eſt igitur anima pars dei. Incorpoream quoq; eſſe animam & ſi difficile tardioribus perſuaderi poteſt:mihi tamen perſuaſum eſſe fateor. Sed ne uerbi controuerſiã uel ſuperfluo faciam uel merito patiar:quoniam cum de re conſtat,non eſt opus certare de nomine:ſi corpus eſt omnis ſubſtantia uel eſſentia,uel ſi quid aptius nuncupatur id quod aliquo modo eſt in ſeipſo,corpus eſt anima. Item ſi eam ſolam incorporeã placet appellare naturam, quæ ſumme incommutabilis & ubiq; tota eſt:corpus eſt anima,quoniam tale aliquid ipſa non eſt. Porro ſi corpus non eſt,niſi quod per loci ſpatium aliqua longitudine,latitudine,& altitudine ita ſiſtitur uel mouetur,ut maiore ſui parte maiorem locum occupet,& breuiore breuiorem: minuſq; ſit in parte q̃ in toto:nõ eſt corpus anima. Per totum quippe corpus,quod animat nõ locali diffuſione:ſed quadam uitali intentione porrigitur. Nam per omnes eius particulas tota ſimul adeſt:nec minor in minoribus eſt,in maioribus maior:ſed alicubi intenſius,alicubi remiſſius, & in omnibus tota, & in ſingulis tota eſt. Neq; enim aliter quod in corpore etiam nõ toto ſentit,tamen tota ſentit. Nam cum exiguo puncto in carne uiua aliquid tangitur:q̃uis locus ille,non ſolum totius corporis non ſit,ſed uix in corpore uideatur,animam tamen totam non latet. Neq; id quod ſentitur per corporis cuncta diſcurrit,ſed ibi tantum ſentitur,ubi fit. Vnde ergo ad totã mox peruenit,quod nõ in tota fit,niſi qa & ibi tota eſt ubi fit. Nec ut tota ibi ſit cætera deſerit. Viuunt em̃ & illa ea præſente,ubi nihil tale factum eſt. Quod ſi fieret, & utrumq; ſimul

A mul fieret,ſimul utrumq; totam pariter non lateret. Proinde & in omnibus ſimul, & in ſingulis particulis corporis ſui, tota ſimul eſſe non poſſet: ſi per illas ita diffunderetur,ut uidemus corpora diffuſa per ſpatia locorum,minoribus ſuis partibus minora occupare,& amplioribus amplio ra. Quapropter ſi corpus anima eſſe dicẽda eſt:non eſt certe corpus quale terrenum eſt:nec quale humidum,aut aereum,aut æthereum. Omnia quippe talia maiora ſunt in maioribus locis, & minora in minoribus:& nihil eorum in aliqua ſui parte totum adeſt,ſed ut ſunt partes locorum,ita occupantur partibus corporum. Vnde intelligitur anima ſiue corpus ſiue incorporea dicenda ſit,propriam quandam habere naturam,omnibus his mundanæ molis elementis excellentiore ſubſtantia creatam: quæ ueraciter nõ poſſit in aliqua phantaſia corporalium imaginũ, quas per carnis ſenſus pcipimus cogitari:ſed mente intelligi,uitaq; ſentiri. Neq; hæc perinde loquor,ut te quæ tibi nota ſunt doceam: ſed ut aperiã qd firmiſſime de anima ſentiã:ne me qſq; cum ad ea uenero quæ requiro:nihil de anima,uel ſcientia,uel fide tenere arbitretur. Certus etiã ſum animam nulla dei culpa,nulla dei neceſſitate uel ſua:ſed propria uolũtate in peccatum eſſe collapſam, nec liberari poſſe de corpore mortis huius,uel ſuæ uolũtatis uirtute tãq; ſibi ad hoc ſufficiente,uel ipſius corporis morte:ſed gratia dei per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum. Nec omnino eſſe animam ullam in genere humano,cui non ſit neceſſarius ad liberationẽ,dei & hominum mediator homo Ieſus Chriſtus. Quæcũq; autem ſine gratia mediatoris & ſacramento eius in qualibet corporis ætate de corpore exierit:& in pœnam futuram & ultimo iudicio recepturam corpus ad pœnam. Si autem poſt generationem humanam,quæ facta eſt ex Adam regeneretur in Chriſto,ad eius pertinens ſocietatem,& requiem poſt mortem corporis habiturã, & corpus ad gloriam recepturam. Hæc ſunt quæ de anima firmiſſime teneo. Nunc accipe obſecro quid requiram,& noli me ſpernere,ſi te nõ ſpernat qui pro nobis dignatus eſt ſperni. Quæro ubi anima contraxerit reatum, quo retrahatur in condemnationem: etiam infantis morte
B præuenti,ſi ei per ſacramentum quo etiam paruuli baptiçantur,Chriſti gratia non ſubuenerit. Non enim es exillis,qui modo noua quædam garrire cœperunt: dicentes, nullum reatum ex Adam eſſe tractum, qui per baptiſmum in infante ſoluatur. Quod te ſapere ſi ſcirẽ, immo niſi te id non ſapere ſcirem, nequaq; hæc abs te quærerem,aut quærendum putarem. Sed quia tenemus de hac re ſententiam tuã, concinnentem catholicæ fundatiſſimæq; fidei: qua & Iouiniani uaniloquia redarguens adhibuiſti teſtimonium ex libro Iob: Nemo mundus in cõſpectu tuo, nec infans cuius eſt diei unius uita ſuper terram. Deinde adiunxiſti,tenemurq; rei in ſimilitudinem prævaricatiõis Adæ. Et liber tuus in Ionam prophetam ſatis hæc inſigniter dilucideq; declarat:ubi ieiunare paruulos,propter ipſum originale peccatum merito coactos eſſe dixiſti: non inconuenienter abs te quæro hunc reatum anima ubi contraxerit,unde oporteat eam etiam in illa ætate per ſacramentum Chriſtianæ gratiæ liberari. Ego quidem ante aliquot annos,cum libros quoſdam ſcriberẽ de Libero arbitrio:qui in multorum manus exierunt:& habentur a plurimis:quatuor opiniones de animæ incarnatione: Vtrum ex illa una quæ primo homini data eſt cæteræ propagentur. An ſingulis quibuſq; nouæ etiam modo fiant. An alicubi iam exiſtentes,uel mittantur diuinitus,uel ſponte labantur in corpora:ita putaui eſſe tractandas:ut quæliber earum uera eſſet,non impediret intentionem meam:qua tunc aduerſus eos quantis poteram uiribus agebam:qui naturam mali,ſuo principio prædítam,aduerſus deum conantur inducere,id eſt contra Manichæos. Nam de Priſcillianiſtis adhuc nihil audieram, qui non multũ ab his diſſimiles blaſphemias fabulantur. Ideo quintam opinionem non addidi,quam in tua epiſtola inter cæteros commemoraſti:ne aliquam præterires,ubi de hac quæſtione interroganti reſcripſiſti religioſæ memoriæ uiro,nobiſq; in Chriſti charitate gratiſſimo Marcellino, quod anima non ſit pars dei. Primo,quia non de incarnatione eius,ſed de natura quæritur, cum hoc quæritur. Deinde quia hoc ſentiunt illi contra quos agebam:& id maxime agebam: ut creatoris inculpabilem inuiolabilemq; naturam a creaturæ uitijs & labe ſecernerem: cũ illi a ſubſtantia mali,cui ꝓpriũ principiũ principeſq; tribuũt:ipſam boni dei ſubſtãtiã ex parte qua capta eſt corruptã & oppſſam & ad peccãdi neceſſitatẽ pductã eſſe cõtendũt. Hoc itaq; excepto hæreticæ

C opinionis errore:ex quatuor reliqs opinionib⁹,quæ nã sit eligenda scire desydero. Quæcũ q̃ em̃ eligenda est,absit ut impugnet hanc fidem de qua certi sumus:omni animæ,etiã paruuli infantis,necessariam esse liberationem ex obligatione peccati:eamq; nullam esse,nisi per Iesum Christum & hunc crucifixum. Proinde ne longum faciamus:hoc certe sentis:quod singulas animas singulis nascentibus,etiam modo deus faciat. Cui sententiæ ne obiiciatur,quod omes creaturas sexto die consũmauerit deus & septimo requieuerit:adhibes testimonium ex euangelio:Pater meus usq; nunc operatur:& ego operor. Sic em̃ ad Marcellinum scripsisti, in qua epistola etiã mei cõmemorationem,beniuolentissime facere dignatus es:quod hic me haberet in Africa:qui ei ipsam facilius explicare possem sententiam. Quod si potuissem,nõ ille hoc abs te tam longe posito inquireret:si tamen id tibi ex Africa scripsit. Nam quando scripserit nescio, tantum scio quod de hoc bene cognouerit cunctationem meam,unde me inconsulto facere uoluit. Quãq; si consuleret etiam magis hortarer & gratias agerem,quod nobis conferre omnibus posset: nisi tu breuiter rescribere q̃q; respondere maluisses: credo ne superfluo laborares ubi ego essem quẽ putabas id optime scire,quod ille quæsierat. Ecce uolo ut illa sententia etiam mea sit:sed nondũ esse confirmo. Misisti ad me discipulos,ut ea doceam,quæ nõdum ipse didici. Doce ergo quod doceã,nã ut doceã multi a me flagitant:eisq; me sicut alia multa,& hoc ignorare cõfiteor. Et fortasse q̃uis in os meum uerecundentur:tamen apud se dicunt. Tu es magister in Israel,& hæc ignoras? Quod quidem dñs ei dixit,qui erat unus illorum,quos delectabat uocari Rabbi. Vnde etiam ad uerum magistrum nocte uenerat:quia fortassis erubescebat discere, qui docere cõsueuerat:me autem potius magistrum audire, q̃q; uelut magistrum delectat audiri. Recolo em̃ quid dixerit eis,quos præ cæteris elegit. Vos autem,inquit,nolite uocari ab hominibus Rabbi: unus em̃ est magister uester Christus Iesus. Nec alius docuit Moysen per Iethro:nec alius Cornelĩũ etiam per priorem Petrum: nec alius Petrum etiã per posteriorem Paulũ. A quocũ q̃ em̃ uerũ dicitur:illo donante dicitur, qui est ipa ueritas. Quid si ideo adhuc ista nescimus,& ea neq; orãdo,neq; legendo,neq; cogitando & ratiocinando inuenire potuimus:ut probemus non solum indoctos quanta charitate doceamus, uerum a doctis etiam quãta humilitate discamus? Doce ergo quæso qd̃ doceã: doce quod teneã, & dic mihi:si animæ singillatim in singulis nascentibus fiunt,ubi in paruulis peccent: ut indigeant in sacramento Christi remissione peccati,peccantes in Adam,ex quo quo caro est ꝓpagata peccati:aut si non peccant,qua iustitia creatoris ita peccato obligantur alieno,cum exinde propagatis membris mortalibus inseruntur: ut eas nisi per ecclesiam subuentum fuerit,damnatio consequatur:cum in earum potestate nõ sit ut eis possit baptismi gratia subueniri. Tot igitur animarum milia,quæ in mortibus paruulorum sine indulgentia Christiani sacramenti de coporibus exeunt,qua æquitate damnãtur:si nouæ creatæ nullo suo præcedente peccato,sed uoluntate creatoris singulæ singulis nascẽtibus adhæserunt: quibus eas animandis ille creauit & dedit,qui utiq; nouerat quod unaquæq; earũ nulla sua culpa sine baptismo Christi de corpore fuerat exitura? Quoniã igitur, neq; de deo possumus dicere, quod uel cogat animas peccatrices fieri,uel puniat innocẽtes:neq; negare fas nobis est eas,quæ sine Christi sacramento de corporibus exierint,etiam paruulorum non nisi in damnationẽ trahi:Obsecro te quomodo hæc opinio defenditur,qua creduntur animæ nõ ex illa una primi hominis fieri omnes:sed sicut illa una uni,ita singulis singulæ. Ea uero quæ dicunt alia contra hãc opinionẽ,facile me puto posse refellere:sicuti est illud quo eam sibi quidam uidentur urgere: quomodo consummauerit deus omnia opera sua sexto die,& septimo requieuerit si nouas adhuc animas creat? Quibus si dixerimus,quod ex euangelio in supradicta epistola posuisti: Pater meus usq; modo operatur. Respondent,operatur dictum est,institutas administrando,nõ nouas instituendo naturas: ne scripturæ Geneseos cõtradicatur:ubi apertissime legitur cõsummasse deum omnia opera sua. Nam & quod eum scriptum est requieuisse:utiq; a creandis nouis creaturis intelligẽdum est nõ a gubernãdis:quia tunc ea quæ nõ erant fecit,a qbus faciendis requieuit,quia cõsũmauerat oia, quæ antequã essent uidit esse facienda: ut deinceps nõ ea quæ nõ erãt: sed ex his quæ iã erant crearet & faceret qcqd faceret. Ita utrũq; uerũ esse monstrat: &

D

quod

A quod dictum est, requieuit ab operibus suis: & quod dictum est, usq; nunc operatur: quoniam Genesi non potest euangelium esse contrarium. Verum his qui hæc ideo dicunt: ne credatur modo deus sicut illam unam, nouas animas quæ non erant facere: sed ex illa una, quæ iam erat, eas creare: uel ex fonte aliquo siue thesauo quodam quem tunc fecit, eas mittere: facile respondetur: etiam illis sex diebus multa deum creasse ex his naturis, quas iam creauerat, sicut ex aquis alites & pisces: ex terra autem arbores, fœnum, animalia: sed quod ea quæ non erant tunc fecerit, manifestum est. Nulla em̃ erat auis, nullus piscis, nulla arbor, nullum animal: & bene intelligitur ab his creatis requieuisse, quæ non erāt & creata sunt, id est, cessasse, ne ultra quæ non erant crearentur. Sed nunc quod dicitur animas, nescio quo fonte, iam existētes nō mittere: nec de seipso tāc̄ suas particulas irrorare, nec de una illa originaliter trahere, nec p delictis ante carnem commissis, carneis uinculis compedire: sed nouas creare singulas singulis, suam cuiq; nascenti: non aliquid facere dicitur quod ante non fecerat. Iam em̃ sexto die fecerat hominem ad imaginem suam, quod utiq; secundum animā rationalem fecisse intelligitur. Hoc & nunc facit, nō instituēdo quod non erat, sed multiplicando quod erat. Vnde & illud uerū est, quod a rebus quæ non erant instituendis requieuit: & hoc uerum est, quod non solum gubernā do quæ fecit: uerūetiam aliqd nō quod nondum, sed quod iam creauerat numerosius creando, usq; nūc operatur. Vel sic ergo, uel alio modo quolibet eximus ab eo quod nobis obijcitur, de requie dei ab operibus suis: ne, ppterea non credamus nunc usq; fieri animas nouas: non ex illa una, sed sicut illam unā. Nam quod dicitur: quare facit animas eis, quos nouit cito morituros? Possumus respōdere: parentum hinc peccata, uel conuinci, uel flagellari. Possumus etiam recte illius moderationi ista relinquere, quē scimus omnibus tēporaliter trāseuntibus rebus, ubi sunt etiam animalium ortus & obitus: cursum ornatissimum atq; ordinatissimum dare: sed nos ista sentire non posse: quæ si sentiremus delectatione ineffabili mulceremur. Non em̃ frustra per p/
B phetam, qui hæc diuinitus inspirata didicerat, dictū est de deo: Qui profert numerose sæculū. Vnde musica, id est, scientia sensusue bene modulandi: ad admonitionem magnæ rei, etiā mortalibus rationales habentibus animas, dei largitate concessa est. Vnde si homo faciendi artifex carminis, nouit quibus quas moras uocibus tribuat, ut illud quod canitur decedentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat & transeat: quāto magis deus cuius sapientia, per quam fecit omnia, longe omnibus artibus preferenda est: nulla in naturis nascentibus & occidentibus temporum spatia: quæ tanc̄ syllabæ ac uerba ad particulas sæculi huius pertinent, in hoc labentiū rerum tanc̄ mirabili cantico: uel breuius uel productius c̄ modulatio præcognita & præfinita deposcit, præterire permittit? Hoc cum etiā de arboris folio dixerim, & de nostrorum numero capillorum: quāto magis de hominis ortu & occasu, cuius uita tēporalis breuius productiusue non tenditur, c̄ deus dispositor temporum nouit uniuersitatis moderamini consonare? Id etiam quod aiunt: omne quod in tempore cœpit esse, immortale non posse, quia omnia orta occidunt & aucta senescunt: ut eo modo credi cogāt animum humanū ideo esse immortalē, quod ante omnia tempora sit creatus: non mouet fidem nostram. Vt em̃ alia taceam cœpit esse in tēpore immortalitas carnis Christi, quæ tamen iam non moritur, & mors ei ultra non dñabitur. Illud uero quod in libro aduersus Ruffinum posuisti, quosdam huic sententiæ calumniari: qđ deum dare animas adulterinis conceptibus uideatur indignum: unde conantur astruere meritis gestæ ante carnem uitæ, animas quasi ad ergastula huius mūdi iuste posse perduci: non me mouet multa cogitantem, quibus hæc possit calumnia refutari. Et quod ipse respondisti nō esse uitium sementis in tritico, quod furto dicitur esse sublatum: sed in eo qui frumenta furatus est: nec idcirco terram non debuisse gremio suo semina confouere, quia fator immunda proiecerit ea manu: elegātissima similitudo est. Quā & añc̄ legerē nōnullas mihi obiectio ista de adulterinis fœtibus in hac quæstione faciebat angustias: generaliter intuenti multa bona deum facere, etiam de nostris malis nostrisq; peccatis. Animalis autē cuiuscunq; creatio, si habeat pium prudentēq; consyderatorem, ineffabilem laudem creatori excitat: quāto magis creatio nō cuiuslibet animalis, sed hominis? Si autem causa creandi quæritur, nulla citius & melius respondetur: nisi quia omnis creatura dei est bona est. Et quid dignius, quā ut bona faciat bonus deus,

quæ nemo

C quæ nemo poteſt facere,niſi deus.Hæc & aliá quæ poſſum,ſicut poſſum dico aduerſus eos,qui hanc opinionem qua creduntur animæ, ſicut illa una ſingulis fieri, labefactare conantur. Sed cum ad pœnas uentum eſt paruulorum, magnis mihi crede coartor anguſtijs:nec quid reſpondeam prorſus inuenio. Non ſolum eas pœnas dico, quas habet poſt hanc uitam illa damnatio, quo neceſſe eſt trahantur, ſi de corpore exierint ſine Chriſtianæ gratiæ ſacramento:ſed eas ipſas quæ in hac uita dolentibus nobis uerſantur ante oculos, quas enumerare ſi uelim,prius tempus q̄ exempla deficient.Langueſcunt egritudinibus,torquent̄ doloribus, fame & ſiti cruciantur, debilitantur membris,priuantur ſenſibus,uexantur ab immũdis ſpiritibus.Demonſtrandum eſt itaq; quomodo iſta ſine ulla ſua mala cauſa iuſte patiantur. Nõ em̄ dici fas eſt,aut iſta ignorante deo fieri,aut eum nõ poſſe reſiſtere facientibus,aut iniuſte iſta uel facere uel permittere. Nunquid nam ſicut animalia irrationabilia recte dicimus in uſus dari naturis excellentioribus & ſi uitioſis:ſicut apertiſſime in euangelio uidemus, porcos ad uſum deſyderatum,conceſſos eſſe dæmonibus:hoc & de homine recte poſſumus dicere? Animal eſt enim, ſed rationale & ſi mortale. Anima eſt rationalis in illis membris, quæ tantis afflictionibus pœnas luit. Deus bonus eſt, deus iuſtus eſt,deus omnipotens eſt: hoc dubitare omnino dementis eſt. Tantorum ergo malorum, quæ fiunt in paruulis,cauſa iuſta dicatur. Nempe cum maiores iſta patiantur, ſolemus dicere: aut ſicut in Iob merita examinari:aut ſicut in Herode peccata puniri: & de quibuſdam exemplis,quæ deus manifeſta eſſe uoluit, alia quæ obſcura ſunt,hominum coniecturæ conceditur:ſed hoc in maioribus.De paruulis autem quid reſpondeamus ædiſſere,ſi pœnis tantis nulla in eis ſunt punienda peccata.Nã utiq; nulla eſt in illis ætatibus examinãda iuſticia.De ingenior; uero diuerſitate imo abſurditate qd dicã? Quæ qdẽ in paruulis latet:ſed ab ipſis exordijs naturalib9 ducta,apparet in grandibus:quor; nõ nulli tam tardi & obliuioſi ſunt,ut ne prima quidem diſcere litterarum elementa potuerint. Quidam uero tantæ ſunt fatuitatis:ut nõ multum a pecoribus differant,quos Moriones uulgo uocant.Reſpondetur forte,corpora hoc faciunt. Sed nunquid ſecũdum hanc ſententiam, quã de-
D fendere noluimus:anima ſibi corpus elegit:& in eligendo cũ falleretur errauit? Aut cum in corpus cogeretur intrare neceſſitate naſcendi:alia corpora præoccupantibus animarum turbis,ip̄a aliud non inuenit? & ſicut in ſpectaculo aliquo locum, ita carnem nõ quã uoluit,ſed quã ualuit occupauit.Nunquid hæc & talia dicere poſſumus,uel ſentire debemus? Doce igitur,quid ſentire, quid dicere debeamus:ut cõſtet nobis ratio nouarum animarum, ſingulis corporibus ſingilatimq; factarum.Ego quidem non de ingenijs:ſed ſaltem de pœnis paruulorum, quas in hac uita patiũtur,dixi aliquid in libris illis de Libero arbitrio:quod quale ſit,& cur mihi in iſta quã habemus in manibus quæſtione non ſufficiat, intimabo: & eũ ipſum de tertio libro locum excerptum his litteris inſeram. Nam ita ſe habet:De cruciatibus autem corporis quibus affligun tur paruuli,quorum per ætatem nulla peccata ſunt: ſi animæ quibus animantur, non prius q̄ ipſi homines eſſe cœperunt:maior quærela & quaſi miſericors depromi ſolet cum dicitur, quid mali fecerunt,ut iſta paterentur? Quaſi poſſit eſſe innocẽtiæ meritum antec̄ quiſc̄ nocere aliquid poſſit. Cum autem boni aliquid operatur deus in emendatione maiorum:cum paruulorum ſuorum qui eis chari ſunt doloribus ac mortibus flagellantur: cur iſta non fiant,quando cum tranſierint pro non factis erunt,in quibus facta ſunt? Propter quos autem facta ſunt, aut meliores erunt,ſi temporalibus incommodis emendati,rectius elegerint uiuere:aut excuſatiõnẽ in futuri iudicij ſupplicio nõ habebũt,ſi uitæ huius angoribus,ad æternã uitã deſyderiũ noluerint conuertere. Quis autẽ nouit,quid paruulis:de quorũ cruciatibus duritia maiorũ contun ditur,aut exercetur fides, aut miſericordia probatur? Quis inquã ergo nouit,quid ip̄is paruulis in ſecreto iudiciorum ſuorum bonæ compenſationis reſeruet deus? Quoniam c̄ c̄ nihil recte fecerint:tamen nec peccãtes aliquid iſta perpeſſi ſunt. Non em̄ fruſtra etiã infantes illos, qui cũ dñs noſter Ieſus Chriſtus necandus ab Herode quæreretur,occiſi ſunt,in honore martyrum receptos commendat eccleſia. Hæc tunc dixi,cum hancipſam de qua nunc agitur uellem cõmuni re ſententiã. Sicut em̄ pauloante cõmemoraui,quæcũ q; illarũ de animæ incarnatione quatuor opinionũ uera eſſet,inculpatã ſubſtãtiã creatoris:& a noſtror; peccator; ſocietatẽ remotiſſimã

nitebar

A nitebar ostendere:& ideo quæcũq; illarum ueritate posset cõuinci & repudiari:ad curam intentionis meæ,quam tunc habebam non pertinebat:quandoquidem cunctis diligentiori disputatione discussis,quæcũq; illarum recte uinceret cæteras:me securissimo fieret,quando etiam secũdum oẽs id quod agebã,inuictũ persistere demonstrabã.Nunc uero unã uolo si possum ratione recta eligere ex omnibus:& ꝓpterea huius ipsius de qua defensionẽ nũc agimus,in his quæ cõmemoraui de illo libro uerbis meis attentius intuẽs, ualidam firmãq; non uideo:Nam uelut firmamentum eius illud est quod ibi dixi.Quis autem nouit quid paruulis,de quorum cruciatibus duritia maiorũ contũditur,aut exercetur fides,aut misericordia ꝓbatur? Quis,inquã,ergo nouit quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonæ cõpensatiõis reseruet deus? Quoniam cũq; nihil recte fecerint: tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt. Sed hoc non immerito dici uideo de his,qui uel pro Christi nomine ac uera religione tale aliquid etiam nescientes patiuntur: uel sacramento Christi iam imbuti sunt:quia sine societate unius mediatoris,liberari a damnatione non possunt:ut possit eis etiam pro illis malis,quæ hic in diuersis afflictionibus pertulerunt,compensatio illa præstari.Nunc autem cum ista quæstio nõ possit absolui,nisi etiã de his paruulis respondeat:q post grauissimos cruciatus sine sacramẽto Christianæ societatis expirant: quæ circa eos cõpensatio cogitanda est,quibus insuper & dãnatio præparata est? Nam & de baptismo paruulorum in eodem libro,nõ quidem sufficienter:sed quãtũ illi operi satis esse uidebatur utcũq; respondi:quod etiam nescientibus & fidem suam nondum habentibus prodest:non tamen de damnatione eorum paruulorum qui sine illo ex hac uita emigrant,tunc aliquid dicendum putaui:quia non quod nunc agitur agebatur. Sed ut omittamus & contemnamus ea quæ breui tempore patiuntur,nec transacta reuocantur: nunquid similiter contemnere possumus,quod per unum hominem mors,& per unum hominẽ resurrectio mortuorũ? Sicut em̃ in Adam omnes moriuntur: sic & in Christo omnes uiuificabuntur.Per hanc
B em̃ apostolicam diuinam daramq; sententiam,satis euidenter elucet,neminem ire in mortem, nisi per Adam:neminem ire in uitam æternam,nisi per Christũ.Hoc est quippe omnes & omnes:quia sicut omnes homines per primam:hoc est per carnalem generationem pertinent ad Adam:sic omnes homines ad secũdam,id est,spiritalem regenerationem ueniunt,quicunq; ad Christum perueniunt.Ideo ergo dictũ est,& hic omnes,& ibi omnes:quia sicut omnes qui moriuntur,non nisi in Adam moriũtur:ita omnes qui uiuificabuntur,non nisi in Christo uiuificabuntur. Ac per hoc quisquis nobis dixerit quẽcũq; in resurrectione mortuorum uiuificari posse nisi in Christo, tancũq; pestis cõmunis fidei detestandus est.Item quisquis dixerit,quod in Christo uiuificabuntur etiam paruuli,qui sine sacramenti eius participatione de uita exeunt:hic profecto & contra apostolicam prædicationem uenit,& totam condemnat ecclesiã: ubi propterea cum baptiçandis paruulis festinatur & curritur:quia sine dubio creditur aliter eos in Christo uiuificari omnino non posse.Qui autem nõ uiuificatur in Christo: restat ut in eadem damnatiõne maneat,de qua dicit Apostolus:Per unius delictum in omnes homines ad condemnationẽ. Cui delicto obnoxios paruulos nasci, & om̃is credit ecclesia:& ipse iam contra Iouinianum disputans & exponens Ionam prophetam:sicut pauloante cõmemoraui: fide ueracissima definiuisti: credo & in alijs locis opusculorum tuorum,quæ uel non legi,uel in præsentia non recordor.Huius igitur damnationis in paruulos causam requiro:quia neq; animarũ, si nouæ fiunt singulis singulæ,uideo esse ullum in illa ætate peccatum:nec a deo damnari aliquam credo,quã uidet nullũ habere peccatũ. An forte dicendũ est in paruulo carnẽ solã causam esse peccati:nouam uero illi animam fieri,qua secundum dei præcepta uiuente in adiutorio gratiæ dei, & ipsi carni edomitæ ac subiectæ possit incorruptionis meritum comparare.Sed quia in paruulo anima nondum id agere potest,nisi Christi accesserit sacramentum:per hanc gratiam carni eius acquirit, quod illius moribus nõdum potuit.Si aũt sine illo sacramẽto anima paruuli exierit,ipa quidẽ in æterna uita erit:unde eam nullũ peccatũ potuit separare:caro uero eius nõ resurget in Christo nõ ꝓcepto ante mortẽ illius sacramẽto.Hãc opinionẽ nũcq; audiui,nũcq; legi.Sed plane audiui & credidi,propter quod & locutus sum:quia ueniet hora quãdo oẽs qui in monumentis sunt:audiẽt uocẽ eius & procedẽt qui bona fecerũt in resurrectionẽ uitæ.Ipa est de qua dicit:Et

per unũ

C per unum hominem resurrectio mortuorum. Ipsa est qua in Christo omnes uiuificabunt. Qui autem male egerunt, in resurrectionem iudicij. Quid hic ergo de illis infantibus intelligendum est: qui priusq; possent agere uel bene uel male, sine baptismo corpore exuti sunt? Nihil hic de talibus dictum est. Sed si caro eorum ideo non resurget: quia nec boni aliquid fecerunt, nec mali: nec illorū resurrectura est, qui percepta baptismi gratia in illa ætate defūcti sunt: in qua nihil bene uel male agere potuerūt. Si aūt illi inter sanctos resurgēt, id est, inter eos qui bene egerūt: inter quos & illi resurrecturi sunt, nisi inter eos qui male egerunt, ne aliquas humanas animas credamus corpora sua non recepturas, siue in resurrectionem uitæ, siue in resurrectionem iudicij? Quæ sententia priusq; refellatur, ipsa nouitate iam displicet. Deinde quis ferat, si credant se illi qui ad baptismum cum suis paruulis currunt: propter carnem eorum, non propter animas currere? Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens nouum: sed ecclesiæ fidē firmissimam seruans, ad corrigēdum eos qui putabāt ante octauum diem natiuitatis, nō esse paruulum baptiçandum: non carnem, sed animam dixit esse perdendam: & mox natum rite baptiçari posse, cum suis quibusdam episcopis censuit. Sed cōtra Cypriani aliquam opinionem: ubi quod uidendum fuit, fortasse non uidit, sentiat quisq; quod libet: tantum contra apostolicā manifestissimam fidem, nemo sentiat: qui ex unius delicto, omnes homines in condemnationem duci prædicat: ex qua condemnatione non liberat, nisi gratia dei per Iesum Christum dñm nostrum: in quo uno omnes uiuificantur quicunq; uiuificantur. Contra ecclesiæ fundatissimum morem nemo sentiat: ubi ad baptismum si propter sola paruulorum corpora curreretur, baptiçandi offerrētur & mortui. Quæ cū ita sint: quærenda causa est atq; reddenda: quare damnētur animæ, quæ nouæ creantur singulis quibusq; nascentibus: si præter Christi sacramentū paruuli moriātur. Damnari em̄ eas si sic de corpore exierint: & sancta scriptura, & sancta testis est ecclesia. Vnde & illa de animarum nouarum creatione sentētia, si hanc fidem fundatissimam nō oppugnat, sit & mea: si oppugnat, non sit & tua. Nolo mihi dicatur pro hac sententia debere accipi quod scriptum est: Qui finxit spiritum hominis in ipso, & qui finxit sigillatim corda eorum. Aliquid fortissimum atq; inuictissimum requirendum est: quod nos non cogat, deum credere ullarum animarū sine culpa aliqua damnatorem. Nam uel tantundē ualet, uel plus est fortasse creare q̄ fingere: & tamen scriptum est: Cor mundum crea in me deus. Nec ideo putari potest anima hoc loco optare se fieri priusq; aliquid esset. Sicut ergo iam existens creatur innouatione iusticiæ, sic iam existens fingitur confirmatione doctrinæ. Nec illud quod in Ecclesiaste scriptum est: Tunc cōuertetur in terram puluis sicut fuit: & spiritus reuertetur ad dominum, qui dedit illum: istam confirmat sententiam, quā uolumus esse nostram. Plus em̄ hoc suffragat eis qui ex una putant omnes esse animas. Nam sicut conuertitur, inquiunt, puluis in terrā sicut fuit: & tamen caro, de qua hoc dictum est, ad hominem nō reuertitur, ex quo propagata est: sed ad terram, unde primus homo factus est: sic & spiritus ex illius unius spiritu propagatus: nō tamē ad eum reuertitur, sed ad dominū a quo illi datus est. Verum quia hoc testimoniū ita pro istis sonat: ut non omnimodo huic opinioni, quā defendi uolo, uideatur esse contrarium: admonendam tantum credidi prudentiam tuam: ne talibus testimonijs ex his angustijs me coneris eruere. Nā licet nemo faciat optando, ut uerū sit, quod uerū nō est: tamē si fieri posset optarē, ut hæc sentētia uera esset, sicut opto: ut si uera est absteliq; dissime atq; inuictissime defendat. Hæc aūt difficultas etiā illos sequitur: qui iam existentes alibi animas, & ab initio diuinorū operū præparatas: a deo mitti opinantur in corpora. Nam & ab his hoc idem quæritur: si animæ inculpatæ obedienter ueniunt quo mittuntur: cur in paruulis, si non baptiçati uitam istam finierint, puniuntur? Eadem prorsus in utraq; sentētia difficultas est. Illi sibi uident de hac facilius exire quæstione: qui animas asseuerant pro meritis uitæ prioris, singulas singulis corporibus implicari. Hoc em̄ putant esse in Adam mori, in carne scilicet, quæ propagata est ex Adam supplicia pendere: a quo reatu, inquiunt, gratia Christi liberat pusillos cum magnis. Hoc quidem recte, ueraciter, optimeq;, quod gratia Christi liberat a reatu peccatorum pusillos cum magnis. Sed in alia superiore uita peccare animas: & inde præcipitari in carceres carneos, non credo, non acquiesco, non consentio. Primo quoniam nescio per quos circuitus fieri id aiunt isti: ut post nescio quāta

D

uolumina

A uolumina ſæculoꝝ iterū ad iſtam ſarcinā corruptibilē carnis,& ſupplicia pendēda redeundum ſit:qua opinione quid horribilius cogitari poſſit ignoro.Deinde quis tandem iuſtus defunctus eſt:de quo non(ſi iſti uera dicunt)ſolliciti eſſe debeamus,ne in ſinu Abrahæ peccans in flāmas illius diuitis deiſciatur? Cur em̄ nō & poſt hoc corpus peccari poſſit,ſi & ante potuit? Poſtremo longe aliud eſt in Adam peccaſſe. Vnde dicit Apoſtolus:In quo omnes peccauerūt:& aliud eſt extra Adam,neſcio ubi peccaſſe:& ideo in Adam,id eſt,in carnē quæ ex Adam propagata eſt, tanc̄ꝫ in carcerem trudi.Illam uero opinionem,quod ex una fiant omnes animæ: nec diſcutere uolo niſi neceſſe ſit.Atqꝫ utinam iſta de qua nūc agimus,ſi uera eſt,ſic abs te defendatur : ut hic iam neceſſe nō ſit.Quāuis aūt deſyderem,rogem,uotis ardētibus exoptem & expectem, ut per te mihi dominus huius rei auferat ignorantiam:tamen ſi(quod abſit)minime meruero, patien/ tiam mihi petam a domino deo noſtro: in quē ſic credimus:ut ſi aliqua nobis non aperiat etiā pulſantibus , nullo modo aduerſus eum murmurare debeamus . Memini prius ipſis apoſto- lis dictum:Multa habeo uobis dicere:ſed non poteſtis illa portare modo:in his quantū ad me attinet etiam hoc deputem.Nec qui hoc ſciam me indigner indignum:nec hocipſo etiā conuin/ car indignior.Multa enim alia ſimiliter neſcio,quæ cōmemorare uel enumerare non poſſum: & hoc tolerabiliter ignorarem:niſi metuerem ne aliqua iſtarum opinionum contra illud quod fir miſſima fide retinemus,incautis obreperet mētibus .Sed antec̄ꝫ ſciam,quæ nam earum potius eligenda ſit: hoc me nō temere ſentire profiteor eam quæ uera eſt nō aduerſari robuſtiſſimæ ac fundatiſſimæ fidei, qua Chriſti eccleſia, nec paruulos homines recenti ſſime natos a damnatiōe credit,niſi per gratiam nominis Chriſti,quam in ſuis ſacramentis cōmendauit poſſe liberari.

## AVGVSTINVS AD OPTATVM EPISCOPVM DE ORIGINE ANIMARVM.

QVamuis tuæ ſanctitatis nullas ad meip̄m datas acceperim litteras:tamen quia illæ quas ad Mauritaniā Cæſariēſem miſiſti, me apud Cæſaream præſentē inuenerūt, quo nos iniūcta nobis a uenerabili papa Zoçimo apoſtolicæ ſedis epiſcopo eccle B ſiaſtica neceſſitas traxerat:factum eſt,ut ea quæ ſcripſiſti etiam ipſe perlegerē, tra/ dente mihi eandem epiſtolam tuā famulo dei ſancto Renato, in Chriſto nobis fratre chariſſi/ mo:quo petente,& mihi licet aliīs occupato uehementer inſtante, ad ea ſum reſpondere cōpul/ ſus.Acceſſit huc etiam alterius ſancti & debito cum honore nominandi fratris noſtri,& quan- tū ab illo comperi neceſſariꝭ tui Murēſis,cū in ſupradicto oppido remoraremur aduentus : qui mihi retulit etiam ſibi miſſas de hac re litteras uenerationis tuæ:& me de hac ipſa quæſtione cō ſuluit,ut quid inde ſentirem, uel meis, uel ſuis ſcriptis ad te faceret peruenire:utrum ſcilicet ani mæ,ut corpora propagatione naſcantur,ſintqꝫ ex illa una,quæ primo homini creata eſt: an crea tor omnipotens qui utiqꝫ uſqꝫ nunc operatur,ſine ulla propagatione nouas faciat ſingulis & p/ prias. De qua re antec̄ꝫ admoneam aliquid ſynceritatem tuam,ſcire te uolo in tam multis opu/ ſculis meis,nunc̄ꝫ me fuiſſe perauſum de hac quæſtione definitam proferre ſententiam: & im- pudenter referre in litteras alios informando,quod a me non fuerit explicatum. Quarum autē rerum atqꝫ cauſarum conſyderatione permouear,ut in neutram aſſertionem meus inclinetur aſ ſenſus, ſed ſic adhuc inter utramqꝫ diſceptem, nimis longum eſt hanc epiſtolam exponere : nec tam neceſſarium, ut hoc omiſſo non poſſit de hac quæſtione quod ſatis eſt diſputari : & ſi non ad auferendam cunctationem : certe ad cauendam temeritatem. Illud enim ubi uel maxime fides Chriſtiana conſiſtit,quod per hominem mors,& per hominem reſurrectio mortuorum, ſicut enim in Adam omnes moriuntur:ita & in Chriſto omnes uiuificabūtur:& quod per unū hominem peccatum in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors: & ita in om̄es homines mors pertranſiit,in quo omnes peccauerunt:& quod iudicium quidem ex uno in condemnatio nem:gratia autem ex multis delictis in omnes homines in iuſtificationem uitæ:& ſi qua alia te/ ſtimonia declarant, neminē naſci ex Adam,niſi uinculo delicti & damnationis obſtrictum:ne/ minemqꝫ inde liberari,niſi renaſcendo per Chriſtum,tam inconcuſſe tenere debemus: ut ſcia- mus qui hoc negauerit,nullo modo ad fidem Chriſti,& ad eam quæ per Chriſtum datur puſil

C lis & magnis dei gratiam pertinere. Vnde si origo animæ lateat, dum tamẽ redemptio dareat, periculum non est. Neq; enim in Christum credimus ut nascamur: sed ut renascamur, quomodocũq; nati fuerimus. Hactenus autem dicimus, sine periculo latere animæ originem: ut nõ tamen eam partem dei esse credamus, sed creaturam: nec de deo natam, sed ab illo factam: atq; in eius genus adoptandam, mirabili dignatione gratiæ, non parili dignitate naturæ: nec eam corpus esse, sed spiritum: nec creatorem esse, sed creatum: nec ideo uenisse in hoc corpus corruptibile quo grauatur, quod illuc eã uitæ in cœlestibus uel in quibuslibet alijs mundi partibus, antea male gestæ merita compulerunt: nondum em̃ natos apostolus: cũ de Rebeccæ geminis loqueretur, nihil egisse dicit boni uel mali: ut nullis ex operibus quibus alter non distinguebatur ab altero: sed ex uocante diceretur, minori seruiturum esse maiorem. His ergo firmissime constitutis, si tam reconditum atq; abditum est in occultis operibus dei, ut nec scripturarum diuinarum manifesto æloquio declaretur: utrum propterea nihil boni uel mali, nõdum nati egisse credẽdi sint, quia non ex alijs propagatas, sed mox ex nihilo creatas animas singuli accipiunt? An quia cum essent originaliter in parentibus, adhuc ipsi nulli erant, qui suas & proprias uitas agerent? Illa tamen sit fides salua, qua credimus nullum hominem siue maioris siue paruulæ quamlibet & recentis ætatis, liberari a contagio mortis antiquæ, & obligatione peccati quod prima natiuitate cõtraxit, nisi per unum mediatorem dei & hominum, hominem Christũ Iesum. Cuius hominis eiusdemq; dei saluberrima fide, etiam illi iusti facti sunt salui: qui priusq; ueniret in carne, crediderunt in carne uenturum. Eadem nãq; fides est nostra & illorum: quoniam hoc illi crediderunt futurum, quod nos credimus factum. Vnde dicit apostolus Paulus: Habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est: credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Si ergo eundẽ spiritum fidei & illi habebant qui uenturũ in carne Christum prænunciauerunt, quem etiam illi qui eum uenisse nunciarunt: sacramenta esse potuerunt pro temporũ diuersitate diuersa: ad unitatem tamen eiusdem fidei concordissime recurrentia. Scriptum est in actibus apostolorũ, loquente apostolo Petro: Nũc ergo quid

D tentatis deum imponere iugum super colla discipulorum: quod neq; patres nostri, neq; nos potuimus portare? Sed per gratiam domini Iesu credimus saluos nos fieri: quemadmodum & illi. Si ergo & illi, id est, patres portare iugum ueteris legis non ualentes, per gratiã dñi Iesu saluos se fieri crediderũt: manifestũ est, quod hæc gratia etiã antiquos iustos uiuere fecit ex fide. Iustus em̃ ex fide uiuit. Lex autem subintrauit ut abundaret delictũ: & superabundaret gratia, per quã sanaret delicti abundantia. Si em̃ data esset lex quæ posset uiuificare: omnino ex lege esset iusticia. Cui tamen bono lex data sit: consequenter adiunxit, dicens: Sed concluſit scriptura om̃ia sub peccato: ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Danda itaq; fuerat lex, quæ manifestius sibi ipsum ostenderet hominẽ, ne superbus animus humanus a seipso posse esse iustum putaret: & ignorans dei iusticiã, id est, quæ homini ex deo est, & suam uolens constituere, id est, quasi suis uiribus partã: iusticiæ dei subiectus non fieret. Oportebat itaq; ut addito mandato cuius uox est: non concupisces, superbo peccatori etiam præuaricationis crimen accederet: atq; ita gratiam medicinæ non sanata per legem, sed conuicta infirmitas quæreret. Proinde cũ oẽs iusti, hoc est ueraces dei cultores, siue ante incarnationẽ siue post incarnationẽ Christi, nec uixerint, nec uiuãt, nisi ex fide incarnationis Christi, in quo est gratiæ plenitudo: pfecto qd scriptũ est, nõ esse aliud nomẽ sub cœlo, in quo oporteat saluos fieri nos: ex illo tẽpore ualet ad saluandum genus humanum ex quo in Adam uitiatum est. Sicut em̃ in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo oẽs uiuificabuntur: quia sicut in regno mortis nemo sine Adam: ita in regno uitæ nemo sine Christo. Sicut per Adam omnes iniusti: ita per Christũ omnes iusti homines. Sicut per Adam omnes mortales in pœna facti sunt filij sæculi: ita & per Christum oẽs immortales in gratia fiunt filij dei. Cur autẽ creentur etiã illi quos creator pscius ad dãnationẽ nõ ad gratiã pertinere: beatus Apostolus tanto succinctiori breuitate, quãto maiori authoritate cõmemorat. Deũ em̃ dicit uolentem ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulisse in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionẽ: & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quẽ superius dixerat tanq; figulũ luti ex eadẽ massa facere, aliud

uaş

A uas in honorem,aliud in contumeliam.Merito autem uideretur iniuſtum, quod fiunt inde uaſa iræ ad perditionem:ſi non eſſet ipſa uniuerſa ex Adam maſſa damnata.Quod ergo fiũt inde naſcendo uaſa iræ, pertinet ad debitam pœnam: quod autem fiunt renaſcendo uaſa miſericordiæ,pertinet ad indebitam gratiam.Oſtendit ergo deus iram ſuam,non utiq; animi perturbationem,ſicut eſt quæ ira hominis nuncupatur: ſed iuſtam fixamq; uindictam: quæ de ſtirpe inobediẽtiæ ducit᷑,propago peccati atq; ſupplicij: Et homo natus ex muliere,ſicut in libro Iob ſcriptum eſt:Breuis eſt uitæ,& plenus iracundiæ.Eius em̃ rei uas eſt,qua plenus eſt:unde iræ uaſa dicũtur.Oſtendit & potentiam ſuam qua bene utitur etiã in alĳs,multa illis naturalia & temporalia bona largiens,eorũq; maliciã ad exercendos, & cõparatione admonendos bonos accomodans:ut in eis diſcant agere gratias deo,quod ab eis non ſuis meritis, qui in eadẽ maſſa paria fuerint,ſed in illius miſeratione diſcreti ſunt. Quod maxime apparet in paruulis:de quibus cum per Chriſti gratiã renaſcantur,& iſtam uitã in illa tenera ætate finientes, in æternã tranſeunt & beatam:dici non poteſt , quod libero diſcernuntur arbitrio ab alĳs infantibus: qui ſine hac gratia,in ipſius maſſæ damnatione moriũtur.Si aũt hi ſoli crearentur ex Adam, qui eſſent per gratiam recreandi:& præter illos qui in dei filios adoptantur,nulli alĳ homines naſcerẽtur, lateret beneficium quod donaretur ingratis:quia nullis ex eadẽ damnabili ſtirpe uenientibus debitum ſuppliciũ redderetur. Cum uero attulit in multa patientia uaſa iræ quæ pfecta ſunt in perditionẽ,non ſolum oſtendit iram,& demõſtrauit potentiã ſuã,redhibendo uindictam, & bene utendo nõ bonis: ſed etiam notas fecit diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ. Ita enim quid ſibi præſtetur,diſcit gratis iuſtificatus:dum nõ ſuo merito,ſed gloria largiſſimæ dei miſericordiæ diſcernitur a damnato,cũ quo eadem iuſticia fuerat & ipſe damnandus. Tam multos autẽ creãdo naſci uoluit quos ad ſuã gratiã nõ pertinere præſciuit:ut multitudine innumerabili plures ſint eis,quos in regni ſui gloriam filios promiſſionis prædeſtinare dignatus eſt:ut etiam
B ipſa reiectorũ multitudine oſtenderet᷑,q̃ nullius momenti ſit apud deum iuſtum,quantalibet numeroſitas iuſtiſſime damnatorũ: Atq; ut hinc quoq; intelligant,qui ex ipa damnatione redimuntur, hoc fuiſſe debitum maſſæ illi uniuerſæ,quod tam magnæ parti eius, redditum cernerent: non ſolũ in eis qui originali peccato multa addunt malæ uolũtatis arbitrio:uerũ etiam in tam multis paruulis,qui tantũmodo uinculo peccati originalis obſtricti ſine gratia mediatoris ex hac luce rapiũtur. Tota quippe iſta maſſa iuſtæ damnationis reciperet debitũ,niſi ex ea faceret,nõ ſolum iuſtus, ſed etiam miſericors figulus:alia uaſa in honorẽ ſecundũ gratiam, nõ ſecundũ debitum:dum & paruulis ſubuenit:quorum nulla merita dici poſſunt:& maiores præuenit,ut habere aliqua merita poſſint.Quæ cũ ita ſint,ſi aſſertio tua nõ eo tendit,ut nouas animas dicas,propter innocentiam nouitatis ſuæ anteq̃ ad peccandum libero utantur arbitrio,damnationi originali obnoxias eſſe non poſſe:ſed eas fide catholica confiteris,etiã ſi in illa tenera æta/, te de corpore exierint in damnationem perditionis ituras: niſi ſacramento mediatoris qui uenit quærere & ſaluum facere quod perierat liberentur: quære ubi, uel unde,uel quando cœperint damnationis meritũ habere ſi nouæ ſunt:ita ſane ut deum non facias,nec aliquam creaturã quam cõdidit deus,uel peccati earũ, uel innocẽtium damnationis authorẽ.Et ſi inueneris quod te admonui quærere,quod ipſe fateor adhuc nõ inueni,defende quantum potes,atq; aſſere animarum infantium eiuſmodi eſſe nouitatem,ut nulla propagatione ducantur:& nobiſcũ quod inueneris fraterna dilectione cõmunica. Si autẽ non inueneris,quare,uel quãdo,uel quomodo fiant animæ infantiũ peccatrices,& nihil in ſeipſis habentes maliciæ a quo cogantur ex Adam trahere unde damnẽtur, cum eas credas nõ ex illa prima peccatrice propagatas,ſed nouas atq; inſontes includi carne peccati. Nec ſi iam temere in aliam ſentẽtiã tua deflectat᷑ aſſenſio,ut eas ex illa una credas propagando traduci,ne forte alius inuenire poſſit,quod ipſe nõ poſſis:ut aliquãdo inuenias, quod nũc nõ poteris. Nã & illi qui animas ex illa una propagari aſſerunt quã deus primo homini dedit:atq; ita eas ex parẽtib9 trahi dicũt, ſi Tertulliani opinionẽ ſequũtur, pfecto eas non ſpiritus,ſed corpora eſſe contendũt:& corpulentis ſeminibus exoriri. Quo perueniſſius quid dici poteſt? Neq; hoc Tertullianum ſomniaſſe mirãdum eſt,qui etiam ipſum creatorem deum non eſſe,niſi corpus opinatur. Qua dementia repulſa a corde & ore Chriſtiano,

C quiſquis animam ſicuti eſt non eſſe corpus,ſed ſpiritum confitetur,& tamen in filios ex parenti
bus duci:in eo quidem nullis coartatur anguſtijs,quod oẽs animas etiam paruulorum quos
eccleſia non utiq; in falſa,ſed in uera peccatorum remiſſione baptiçat:uera fides prædicat trahe/
re originale peccatum,propria primi hominis uoluntate cõmiſſum:& in omnes poſteros gene/
ratione tranſmiſſum:ac ſola regeneratione purgandũ. Sed cum conſyderari & pertractari cœ-
perit quid dicatur,mirũ ſi ullus ſenſus cõprehendit humanus:quo nã modo tanq; lucerna de lu
cerna accendatur,& ſine detrimento alterius alter inde ignis exiſtat:ſic anima de anima paren-
tis fiat in prole,uel traducatur in prolem:utrum incorporeum ſemen animæ,ſua quadam occul
ta & inuiſibili uia, ſeorſum ex patre currat in matrem cum fit conceptus in fœmina: an quod
eſt incredibilius in femine corporis lateat. Cum autem fluũt irrita ſine ullis cõceptibus ſemina,
utrum ſemen animæ non ſimul exeat: an ſumma celeritate atq; atomo temporis unde exierat
recurrat,an pereat? Et ſi perit,quomodo ipſa cuius mortale ſemẽ eſt,immortalis eſt anima? An
immortalitatem tunc accipit, quãdo formatur ut uiuat:ſicut iuſticiã quãdo formatur ut ſapiat:
& eo pacto deus eam fingat in homine,etiam ſi anima ſeminaliter trahatur ex anima:ſicut fin-
git in homine corporis membra,q̃uis corpus ſeminaliter trahatur ex corpore. Si etiam ſpiritua
lis creatura non fingeretur a deo:non ſcriptum eſſet, qui finxit ſingillatim ſpiritum hominis in
ipſo. Et in eo quod legit: Qui finxit ſingillatim corda hominũ: ſi per corda ſignificatæ ſunt ani/
mæ,fingi eas poſſe q̃s dubitet? Sed quærit,utrũ ex una ania hoĩs primi:ſicut fingit ſingillatim
facies hominũ,ex uno tamen corpore hoĩs primi. Cũ hæc atq; huiuſmodi de hac re multa quæ
rãtur,quæ nullo ſenſu cordis probari poſſunt, & a noſtra experiẽtia longe remota ſunt atq; in
abditiſſimis naturæ ſinibus latent:nõ erubeſcendũ eſt homini cõfiteri ſe neſcire quod neſcit: ne
dum ſe ſcire mentitur,nũq; ſcire mereatur. Quis autẽ negat non unius tantũ, ſed omnis animæ
creatorẽ deũ atq; factorẽ,niſi qui eius æloquijs apertiſſime refragatur? Sine ulla quippe ambi-
guitate per ꝓphetam dicitur: Omnẽ flatũ ego feci,animas uidelicet intelligi uolẽs:quod uerba
cõſequentia manifeſtãt. Nõ itaq; unũ quẽ facto ex terra homini primo inſpirauit:ſed oẽm fla/
D tum ipſe fecit:ipſe adhuc facit. Quæritur tamen utrũ omnẽ flatum ex uno illo flatu, ſicut omne
corp9 hominis ex uno illo corpore faciat:an uero noua quidẽ corpora faciat ex uno:animas au
tem nouas ex nihilo. Quis emi cõgrua ſuis originibus genera rerũ etiã de ſeminibus facit:niſi qui
ipſa ſemina ſine ſeminibus fecit? Sed ubi res naturaliter obſcura noſtrũ modulũ uincit,& aper-
te diuina ſcriptura non ſubuenit: temere hinc aliquid definire humana coniectura præſumit:
Secundũ uitas autẽ quas ꝓprias habere incipiũt,nouos homines dicimus naſci ſiue anima ſiue
corpore: At uero ſecundũ originale peccatũ ueteres naſcuntur:ideo baptiſmate renouãtur. Ali/
quid ergo certũ de animæ origine nondũ in ſcripturis ſanctis cõperi. Nam hi qui nouas ſine ul
la ꝓpagine aſſerunt animas fieri,inter teſtimonia quibus id nituntur oſtendere, ponunt etiam
illa duo quæ paulo ante cõmemoraui: Qui fingit ſpiritũ hominis in ipõ,& q finxit ſingillatim
corda hominũ:de quibus uides quẽadmodũ poſſit a reſiſtentibus reſponderi. Vtrum emi cum
fingit,ex alio fingat,an ex nihilo,incertũ eſt. Illud tamẽ inter cætera teſtimonia uidetur eſſe præ
cipuũ,quod in libro Solomonis Eccleſiaſte legit: Et reuertet puluis in terrã ſuã ſicut erat:& ſpi/
ritus reuertetur ad dñm ſuũ qui dedit illum. Sed facillime reſpondet. Corpus in terrã,de qua fa
ctũ eſt primũ hominis corpus:ſed ſpiritus ad deũ,a quo facta eſt prima hominis anima. Sicut
emi noſtrũ corpus inquiunt,q̃uis ex primo illo corpore ꝓpagatũ ſit:eo tamẽ redit unde ipſum
primũ corpus effectum eſt:ſic anima noſtra q̃uis ex illa anima ꝓpagata,nõ ad nihilũ,quia im/
mortalis eſt:ſed ad illũ redit a quo ipſa prima anima facta eſt. Ac per hoc illud quod ſcriptum
eſt,de ſpiritu cuiuſq; hominis,quod redeat ad deũ qui dedit eũ, non ſoluit iſtam obſcuriſſimã
quæſtionẽ:quia ſiue ex illo uno,ſiue ex nullo alio, deus utiq; dedit eũ. Itẽq; illi qui propaginẽ
animarũ incõſyderata temeritate defendũt,inter alia teſtimonia quæ ſuæ cauſæ ſuffragari arbi
trãtur,nullum quaſi manifeſtius & expreſſius pro ſe poſſunt putare proferendũ: q̃ id quod in
Geneſi ſcriptũ eſt:omnes autẽ animæ quæ introierunt cum Iacob in Aegyptũ,& qui exierũt de
femoribus eius. Hoc emi uelut euidentiſſimo teſtimonio poſſunt credi animæ in filios ex paren
tibus propagari:quoniã ſatis aperte dictũ uidet,animas etiã de femoribus Iacob nõ ſola exiſſe

corpora

A corpora filiorum:ut eo modo etiã illud intelligi uelint a parte totũ:quod dixit Adam cum illi mulier eius ostenderet:hoc nũc os ex ossibus meis,& caro de carne mea. Non em̃ dixit,& ania de anima mea: sed ita fieri potest,ut carne nominata utrũ q̃ intelligat:sicut hic anias noiauit:& tamen etiã corpora in filijs intelligi uoluit. Sed hoc testimoniũ certe quasi tam clarũ atq̃ manifestũ,eo dandæ huic quæstioni nõ sufficeret:nec si ita legeret genere fœminino,quæ exierũt de femorib9 eius,ut animas intelligerem9 quæ exierũt. Ideo aũt nõ sufficeret,quoniã & animæ noie corpus solũ significari posse,modo quodã locutionis ostendit:quo significat per id quod cõtinetur id quod cõtinet:sicut ait quidã,uina coronantur,cũ coronarentur uasa uinaria. Vinũ em̃ cõtinet,uas cõtinet. Sicut ergo appellamus ecclesiã basilicã, qua cõtinetur populus qui uere uocat ecclesia:aut noie ecclesiæ,id est populi qui cõtinetur,significamus locũ qui continet:ita quod animæ quæ corporibus continent intelligi corpora filiorũ per nominatas animas possunt. Sic em̃ melius accipit etiã illud quod lex inquinari dicit eum qui intrauerit sup animã mortuã,hoc est super defũcti cadauer: ut nomine animæ mortuæ,mortuũ corpus intelligatur,quod animã cõtinebat:quia & absente populo,id est ecclesia:locus tamen ille nihilominus ecclesia nũcupat. Hæc respõderẽtur,si sicut dixi fœminino genere positũ esset,quæ exierũt de femoribus Iacob:id est quæ animæ. Nũc uero cũ masculinũ genus sit positũ,id est,qui exierũt de femoribus Iacob: quis nõ ita intelligere malit,omnes animæ corũ qui exierũt de femoribus eius,id est,animæ hominũ:ut etiã sic possint intelligi secundũ corpus tantũmodo exisse hoies de femoribus patris: quorũ erãt illæ animæ,per quarũ numerũ intelligũtur tot hoies. Vellem autẽ legere libellũ tuũ cuius mentionẽ feciſti in litteris tuis:ne forte ibi aliqua testimonia non ambigua posuisti. A me autem cũ quæsisset amicus mihi charissimus, & diuinarũ studiosissimus litterarũ, quid de hac quæstiõe sentirẽ: eiq̃ remota uerecũdia hinc æstus meos & ignorãtiã fassus essem:scripsit inde longe trans mare ad doctissimum uirum:cui respondit illẽ,ut potius me cõsulcret,nesciẽs quod iam fecerat,nec aliquid a me certũ uel definitũ audire potuerat. Significauit tamẽ in eadẽ breui epistola sua,se potius fieri q̃ ꝓpagari animas credere: simul etiã admonẽs animarũ ꝓpagationẽ,quia ipse in oriente est,occidentalẽ ecclesiã solere sentire. Hac ergo maiori occasione comperta,scripsi ad eũ nõ breuem librũ,consulẽs eũ & petens,ut prius me doceat: & tunc ad me mittat
B quos doceam. Qui liber meus nõ doctoris,sed inquisitoris,& potius discere cupientis apud me legi potest: mitti uero uspiam nõ debet,uel cuiq̃ foris dari,nisi cũ rescripta dño adiuuante percepero:id quod ille sentit promptissime ac libentissime defensurus:si me docere potuerit, quomodo animæ neq̃ ex Adam ueniãt: & tamen iustã ex illo sortẽ dãnationis inueniãt, nisi ad remissionẽ peccatorũ,renascendo perueniant. Absit em̃ ut credamus uel animas paruulorũ in lauacro regenerationis falsam accipere peccatorũ mundationẽ:uel deũ esse,uel aliquã naturã quã deus nõ cõdidit,illius ex qua mũdãtur inquinationis authorẽ. Donec ergo aut ille rescribat,aut ego si deus uoluerit aliquo modo discam,si nullam de illa peccatrice originẽ ducit:quæ causa sit animæ subeundi originale peccatũ, quod necesse est esse in oĩbus paruulis:& quod eã nec deus cogit insontẽ,quia peccandi author nõ est:nec ulla mali natura, quia nõ est,nihil tale audeo p̃di care. Te autẽ si libenter uel patienter admittis charissime frater,admoneo ne hæresim nouã incautus incurras,quæ antiquissimæ fidei stabilita molitur fundamenta euellere,aduersus dei gratiam disputando:quã dñs Christus pusillis & magnis ineffabili bonitate largit:cuius uel authores,uel certe accerrimi ac notissimi suasores, cũ Pelagius & Celestinus extitissent, cõciliorũ episcopaliũ uigilantia in adiutorio saluatoris q suã tuetur ecclesiã,etiã a duobus uenerabilibus antistitibus apostolicæ sedis,papa Innocẽtio & papa Zoçimo,nisi correcti etiã egerint pœnitẽtiã: toto orbe Christiano dãnati sũt. De q̃bus exẽpla recẽtiũ litterarũ,siue quæ spẽaliter ad Afros, siue quæ uniuersaliter ad oẽs episcopos de memorata sede manarũt,ne forte ad sanctitatem uestram nõdum peruenerint,uobis curabimus mitti ab eis fratribus, quibus & has litteras ut tuæ ueneratiõi dirigerent dedimus. Hi aũt nõ ideo sunt hæretici, quia dicũt animas originẽ de illa prima peccatrice non ducere,quod uel aliqua fortasse ratione uera dici potest, uel sine fidei labe nesciri: Sed hinc conãtur efficere, unde omnino apertissime hæretici iudicãtur:animas paruulorũ nihil mali ex Adam trahere,quod sit lauacro regeneratiõis expiãdũ. Nam Pelagij de hac re

C argumẽtatio:quæ inter alia eius dãnabilia etiã litteris apoſtolicæ ſedis adiecta eſt,ita ſe habet. Si anima,inquit,ex traduce non eſt,ſed ſola caro tãtum habet traducem peccati:ſola ergo pœ/ nam meretur.Iniuſtum eſt em̃,ut hodie nata anima nõ ex maſſa Adæ tam antiquum peccatũ portet & alienum:quia nulla ratione conceditur:ut deus qui propria peccata dimittit,imputet alienũ.Si ergo ita potes animaꝝ aſſerere ſine ulla propagatiõe nouitatẽ,ut ratione iuſta & a fi/ de catholica nõ aliena,etiã ſic peccato primi hominis oſtendantur obnoxiæ: aſſere quod ſentis ut potes.Si autẽ eas non aliter a ꝓpagatiõe potes facere alienas,niſi ut ſimul facias ab oñi pec cati uinculo liberas:cohibe te ab huiuſmodi diſputatiõe omnino.Nõ eſt em̃ falſa etiã in paruu/ lorũ baptiſmate remiſſio peccatorũ:nec uerbotenus dicit̃,ſed ueraciter agitur.Nam ut iam uer bis utar,quæ in ipſa epiſtola beatiſſimi antiſtitis Zoçimi legũtur: Fidelis dñs in uerbis ſuis: id eſt,opere,cõfeſſione,& remiſſione peccatorũ,in omni ſexu,ætate,conditiõe generis humani eã/ dem plenitudinẽ tenet.Nullus em̃ niſi qui peccati ſeruus eſt, liber efficitur: nec redemptus dici poteſt,niſi qui uere per peccatũ fuerit ante captiuus,ſicut ſcriptũ eſt:Si uos filius liberauerit,ue/ re liberi eritis.Per ipſum em̃ renaſcimur ſpiritualiter,per ip̃m crucifigimur mundo:ipſius mor/ te mortis ab Adam oibus nobis introductæ atq; trãſmiſſæ uniuerſæ animæ illud ꝓpagatione contractũ chirographũ rumpitur: in quo nullus omnino natorũ anteq; per baptiſmũ liberet̃ nõ tenet̃ obnoxius.In his em̃ uerbis apoſtolicæ ſedis tã antiqua atq; fundata,certa & clara eſt catholica fides:ut nefas ſit de illa dubitare Chriſtiano. Quoniã ergo morte Chriſti nõ uniꝰ aut aliquarũ,ſed uniuerſæ animæ ꝓpagatione cõtractũ mortis chirographũ rumpitur: ſi potes ani mas ſic a ꝓpagatione defendere,ut tamen hoc chirographo quod ſola Chriſti morte rũpendũ eſt,rectiſſima ratione demõſtrentur obſtrictæ:nec ſua propagatiõe,ſed carnis hoc debito iuſte appareant obligatæ:nõ ſolũ nemine ꝓhibente defende:uerũetiã nobis quomodo id tecum de/ fendere poſſimus oſtende.Si autẽ aliter nõ potes quod de animarũ nouitate ſentis aſſerere,niſi ut eas dicas peccato primi hominis non teneri,aut per ꝓpagationẽ non ſuã,ſed carnis, authore deo,uel neſcio qua mali natura,innocentiſſimas fieri peccatrices:melius origo animæ latet,dum
D tamen eam nõ dubitemus dei eſſe creaturã, qua uel deus peccati author dicitur:uel contra deũ aliena natura introducitur:uel baptiſma paruulorũ in irritũ ducitur. Vt autẽ a me tua dilectio de hac quæſtione aliquid audiat definitum,nõ parui æſtimandũ imo præcipue neceſſariũ atq; retinendũ,quomodolibet ſe origo habeat animarũ,ſiue ex illa una,ſiue ex nulla alia ꝓpagẽtur: mediatoris tamẽ animã nullũ ex Adam traxiſſe peccatũ dubitare fas non eſt.Si em̃ nulla ꝓpa/ gatur ex altera,ubi omnes tenentur propagati carne peccati:quanto minus credendũ eſt ex ꝓ/ pagine peccatricis animam uenire potuiſſe:cuius caro uenit ex uirgine non libidine cõcepta,ſed fide,ut eſſet in ſimilitudine carnis peccati,nõ in carne peccati? Si autẽ peccato primæ animæ pec catricis ideo cæteræ tenentur obnoxiæ,quia ex illa ſunt propagatæ:profecto illa quã ſibi unige nitus coaptauit, aut peccatũ inde nõ traxit:aut omnino inde tracta nõ eſt. Neq; em̃ nõ potuit animã ſibi trahere ſine peccato, qui ſoluit noſtra peccata:aut qui nouã creauit ei carnẽ quã ſine parẽte fecit ex terra,nõ potuit nouã creare carnẽ quã ſine uiro ſumpſit ex fœmina? Hæc ſicut pò tui nõ quidem ad me datis, ſed tamen ad chariſſimos noſtros ſanctitatis tuæ litteris:nõ peritia quã deſyderaſti,ſed ſollicita dilectiõe reſpõdi.Si grate accipis & admonitionẽ fraternã etiã uti lem non errando,ſed prudenter cõſyderando cum eccleſiæ pace cõſeruas:deo gratias.Si autem me iſta nõdũ noſſe miraris:uel etiã nec miraris,& me aliquid certũ de origine animarũ ſalua iſta fide q̃ certiſſima atq; chariſſima eſt,in tua charitate docere nõ renuis:multo uberius deo gratias.

## DIVI AVGVSTINI HOMILIA DE PASTORIBVS.

SPes tota noſtra quia in Chriſto:& quia oñis uera & ſalubris gloria noſtra ipſe eſt, non nunc didicit primũ charitas ueſtra:Eſtis em̃ in eius grege qui intendit & paſcit Iſrael.Sed quoniam ſunt paſtores qui paſtorum nomine gaudere uolunt,paſtoris autem officium implere nolunt:quid ad eos propheta dicat ſicut lectum audiuimꝰ recenſeamus.Audite uos cum intentione:audiamus nos cum tremore.Et factum eſt ad me uer bum dñi dicẽs:Fili hominis ꝓphetiça ſuꝑ paſtores Iſrael. Hãc lectionẽ cũ legeret̃ audiuimus. Hinc cũ ueſtræ ſanctitati aliquid loqui decreuimus:adiuuabit ipſe ut uera dicamus.Si nos noſ/

A ſtra dicamus:paſtores erimus paſcẽtes nos,nõ oues.Si aũt illius ſunt quæ dicimus,per quælibet ipſe nos paſcet.Hæc dicit dñs deus:Væ paſtoribus Iſrael qui paſcũt ſe ſolos.Nũquid oues paſcũt paſtores,id eſt,nõ ſe paſcũt paſtores ſed oues?Hæc prima cauſa eſt quare arguãt paſtores iſti:quia ſeipos paſcũt,nõ oues. Qui ſunt q ſeipſos paſcũt? De qbus dicit Apl̃us:Oẽs em̃ quæ ſua ſunt quærũt,nõ quæ Ieſu Chriſti.Nos em̃ quos in loco iſto,de quo periculoſa ratio reddit, dñs ſecundũ dignationẽ ſuã,nõ ſecundũ meritũ noſtrũ cõſtituit:habem⁹ duo quædã: Vnũ,qd Chriſtiani ſumus:Alterũ,qd præpoſiti ſumus. Illud qd Chriſtiani ſumus,ppter nos eſt: quod aũt præpoſiti ſumus,ppter uos eſt. In eo quod Chriſtiani ſumus,attenditur utilitas noſtra: In eo qd p̃poſiti,nõ niſi ueſtra.Sunt autẽ multi Chriſtiani & nõ p̃poſiti,qui perueniũt ad deũ faciliore fortaſſe itinere:& tanto expeditius ambulãtes,quãto minorẽ ſarcinã portant. Nos autẽ excepto qd Chriſtiani ſumus,unde rationem reddimus deo de uita noſtra,ſumus etiã p̃poſiti unde rationẽ reddimus deo de diſpenſatiõe noſtra.Ad hoc iſtã difficultatẽ,pponimus,ut cõpatientes nobis oretis p nobis. Veniet em̃ dies quo cũcta adducunt in iudiciũ.Et ille dies ſi ſæculo lõgæ eſt,unicuiq; homini uitæ ſuæ ultimus prope eſt. Tamẽ utrũq; latere deus uoluit:& quãdo ueniat finis ſæculi,& quãdo ſit in unoquoq; homine huius uitæ finis. Vis non timere,diẽ oc cultũ:quãdo uenerit inueniat te paratũ.Cũ ergo p̃poſiti ad hoc ſint,ut his qui ſubiecti ſunt conſulant:nõ in eo qd p̃ſunt omnino utilitatẽ ſuã attendant,ſed eorum quibus miniſtrant. Quiſquis ita præpoſitus eſt,ut in eo quod præpoſitus ſit gaudeat,& honorẽ ſuum quærat, & cõmoda ſua ſola reſpiciat:ſe paſcit,non oues.Ad uos ſermo dirigitur.Audite tanq̃ oues dei & uidete quẽadmodũ uos ſecuros fecerit deus:Qualeſcunq; ſunt qui uobis præſunt,id eſt qualeſcũq; nos ſumus nobis:deus ſecuritatem dedit qui paſcit Iſrael. Nam deus non deſerit oues ſuas, & mali paſtores pœnas debitas luent,& oues promiſſa percipient. ¶ Videamus ergo quid alloquatur paſtoribus ſeipſos paſcentibus non oues, ſermo diuinus neminẽ palpans. Ecce lac conſumitis,& lanis uos tegitis:& quod craſſum eſt interficitis,& oues meas non paſcitis:quod infir-
B matũ eſt non cõfortaſtis:& qd ægrotat nõ corroboraſtis:& quod contribulatũ eſt non colligaſtis:& quod errabat non reuocaſtis:& quod perijt non inquiſiſtis:& quod forte fuit confeciſtis: & diſperſæ ſunt oues meæ eo quod non ſit paſtor. Dicitur in paſtores paſcentes ſemetipſos,nõ oues:quid diligãt,quid negligãt.Quid ergo diligũt?Lac cõſumitis,& lanis uos tegitis. Propter qd dicit Apoſtolus:Quis plantat uineã,& de fructu eius nõ ſumit?Quis paſcit gregẽ, & de lacte gregis nõ percipit?Inuenimus ergo eſſe lac gregis quicquid a plæbe diſtribuit præpoſitis ad ſuſtentandũ uictũ temporalẽ.Inde em̃ loquebat Apoſtolus cũ hæc diceret quæ cõmemoraui. Et qdẽ Apoſtolus cũq; eligeret manib⁹ ſuis laborare,nec ip̃m lac quærere ab ouib⁹: tamẽ lactis poteſtatẽ pcipiendi habere ſe dixit,& ſic dñm expoſuiſſe:ut q euangeliũ annunciant,de euangelio uiuant.Et dicit alios coapoſtolos ſuos uſos fuiſſe hac poteſtate:non uſurpata,ſed data.Plus ille fecit, ut nec quod debebatur acciperet.Ipſe ergo donauit & debitũ,ſed alius nõ exegit indebitũ:Ille plus fecit.Fortaſſis em̃ illũ ſignificabat,q ægrũ cũ adduceret ad ſtabulariũ dixit:Si qd amplius erogaueris,in redeundo reddã tibi.De his ergo qui nõ indigent lacte gregis,quid plura dicamus?Miſericordiores ſunt:uel potius ipſi miſericordiæ officiũ largius impendunt. Poſſunt em̃,& quod poſſunt faciunt.Laudentur hi,neq; dãnentur illi.Nam & ipſe apoſtolus datũ nõ quærebat,fructuoſas tamen oues eſſe cupiebat,nõ ſteriles ſine lactis ubertate. Itaq; cũ eſſet quodam tẽpore in magna indigentia,uictus in confeſſione ueritatis: miſſum eſt illi a fratribus unde neceſſitate & indigentiæ eius miniſtraretur.Reſpondit autẽ illis gratias agens & dixit: Bene feciſtis cõmunicare neceſſitatibus meis. Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe:Scio & abundare,& penuriam pati. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Verumtamẽ uos benefeciſtis uſibus meis mittere.Sed ut oſtenderet in eo quod illi benefecerunt quod non ipſe quæreret:ne inter illos eſſet q ſeipſos paſcũt,nõ oues:nõ tã ſuæ gaudet ſubuentũ eſſe neceſſitati,cũq; illorũ gratulabat fœcũditati.Quid ergo ibi quærebat?Nõ requiro,inquit,datũ,ſed requiro fructũ. Nõ ergo inquit ut explear,ſed ne uos inanes remaneatis. Qui ergo nõ poſſũt facere qd Paulus ut in manib⁹ ſuis trãſigant:accipiãt de lacte ouiũ:ſuſtentẽt ſuã neceſſitatẽ:nõ hoc ſibi quærãt tãcq; cõmodũ ſuũ,ut ex neceſſitate ſuæ pecuniæ uideant annũciare euãgeliũ,ſed hominib⁹ illum

C nandis præbeant lucem uerbi ueritatis. Sint enim tanq̃ lucernæ ſicut dictũ eſt: Sint lumbi ueſtri præcincti,& lucernæ ardentes: & nemo accendit lucernam & ponit eam ſub modio:ſed ſup candelabrum,ut luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lumen ueſtrũ corã hominibus,ut uideant bona opera ueſtra,& glorificent patrẽ ueſtrũ qui in cœlis eſt. Si ergo tibi lucerna accenderetur in domo,nõne adiceres oleũ ne extingueretur? Porro ſi lucerna accepto oleo,non lucere: nõ erat plane digna quæ in cãdelabro poneret, ſed quæ cõtinuo frangeret. Vnde em̃ uiuiẽ neceſſitatis eſt accipere,charitatis eſt præbere:nõ tanq̃ uenale ſit euangeliũ,ut iſtud ſit precium eius,quod ſumunt qui annunciant unde uiuant. Si em̃ ſic uendunt,magnã rem uili precio uendunt. Accipiant ſuſtentationẽ neceſſitatis a populo,mercedem diſpenſationis a dño. Non em̃ eſt idoneus populus reddere mercedẽ illis,qui ſibi in charitate euãgeliũ ſeruiunt: nõ expectent illi mercedẽ niſi unde & iſti ſalutem. Quid ergo iſti increpantur,unde arguuntur: qui cũ lac ſumerent,& lanis ſe tegerent,oues negligebant? Sua ergo tantũ quærebant, nõ quæ Ieſu Chriſti.

Sed quoniã diximus quid ſit lac ſumere:quæramus quid ſit lanis ſe tegere. Qui præbet lac,uictum præbet:qui præbet lanam,honorẽ præbet. Iſta ſunt duo quæ a populis quærũt,qui ſemet ipſos paſcunt,nõ oues: Cõmodũ ſupplendæ neceſſitatis:& fauorem honoris & laudis. Etem̃ ueſtimentũ propterea bene intelligitur in honore:quia nuditatẽ tegit. Etem̃ unuſqſq; homo infirmus:& quid eſt quiſquis uobis præeſt,niſi quod uos eſtis? Carnẽ portans mortalis eſt:manducat,dormit,ſurgit,natus eſt,moriturus eſt. Si ergo cogitatis quid ſit:& ipe homo eſt:tu tamẽ honorando eũ uelut angelũ,contegis quod infirmũ eſt. Huiuſmodi indumentũ acceperat a bona dei plæbe,idem Paulus cũ diceret: Sicut angelũ dei ſuſcepiſtis me: teſtimoniũ uobis perhibeo: quia ſi fieri poſſet,oculos ueſtros eruiſſetis,& dediſſetis mihi. Sed cum tantus honor exhibitus eſſet:nunquid propter ipſum honorẽ ſibi exhibitũ,ne forte cũ argueret negaretur,& minus ipe Apoſtolus laudaretur,pepercit errantib9? Nã ſi hæc feciſſet,eſſet inter illos qui ſeipſos paſcũt, non oues:diceret apud ſeipſum: Quid ad me pertinet? Quiſq; quod uelit agat: uictus meus ſaluus erit:& lac & lana ſatis eſt mihi:eat quiſq; quo poteſt. Ergo integra tibi ſunt omnia: ſic eat

D quiſq; quo poteſt: Nolo te præpoſitũ facere:unũ te conſtituo de ipſa plæbe. Si patiẽ unũ membrum,cõpatiuntur omnia membra. Proinde ipſe Apoſtolus,cũ eos cõmemorat quales fuerint erga illum:ne quaſi oblitus eorum honorificentia uideretur & teſtimoniũ perhibet:ſicut angelũ dei ſuſceperint eum:& quod ſi fieri poſſet,oculos ſuos uellent eruere,& illi dare:& tamen accedit ad ouem languidã,ad ouem putridam,ſecare uulnus,non parcere putredini. Ergo inimicus factus ſum uobis uer; prædicans? Ecce & accepit de lacte ouiũ,ſicut pauloante memorauimus, & indumentũ ex lanis ouium:ſed tamen oues nõ neglexit: Nõ em̃ ſua quærebat, ſed quæ Ieſu Chriſti. Abſit ergo ut dicamus uobis: Viuite ut uultis,ſecuri eſtote,deus neminẽ perdit,tantum modo fidem Chriſtianã tenete: Non perdet ille quod redemit:nõ perdet pro quibus ſanguinẽ ſuum fudit:& ſi ſpectaculis uolueritis oblectare animos ueſtros,ite: Quid mali eſt? Et feſta iſta quæ celebrant per uniuerſas ciuitates in lætitia cõuiuantiũ & publicis mẽſis ſeipſos ut putant iocundantiũ,reuera magis pereuntiũ,ite celebrare: Magna eſt dei miſericordia,quæ totũ ignoſcat. Coronate roſis uos anteq̃ marceſcant: In domo dei ueſtri quando uolueritis cõuiuamini: impleamini cibo & uino:cũ ueſtris:ad hoc em̃ data eſt iſta creatura ut perfruamini:non em̃ impijs & paganis eam dedit deus,ſed uobis eam dedit. Hæc ſi dixerimus,forte cõgregabimus turbas ampliores:& ſi ſint quidã qui nos ſentiant hoc dicẽtes nõ recte ſapere,paucos oſtendimus. Quod ſi fecerimus:non uerba dei,non uerba Chriſti dicentes,ſed noſtra,& ſumus paſtores noſmetipſos paſcentes,nõ oues. Cum autem dixiſſem quæ diligant iſti paſtores:dicam & quæ negligant. Vitia enim ouium late patent,craſſæ oues perpaucæ ſunt,id eſt ſolidæ in cibo ueritatis, utentes paſcuis bene de munere dei. Sed mali illi paſtores non parcunt talibus: parum eſt, quod illas languentes & infirmas & errantes & perditas non curant, ſed iſtas fortes & pingues necant,quantum in ipſis eſt. Illæ uiuent de miſericordia dei:tamen quantum ad paſtores malos attinet:occidunt male uiuendo, malum exemplum præbendo. An fruſtra dictum eſt,ſeruo dei eminenti in membris ſummi paſtoris: Circa omnes teipſum bonorum operum præbe exemplum, & forma eſto fidelis. Attendit enim ouis etiam fortis plærumq; præpoſitum ſuum

male

A male uiuentem,si declinet oculos a regulis dñi:& intendens in hominem,incipit dicere in corde suo:Si præpositus meus sic uiuit:ego quid sum,qui non faciam quod ille facit? Si fortem ergo occidit ouem,iam de cæteris quid faciet:qui illud quod nō ipse fortificauerat,sed forte aut robustum inuenerat,male uiuendo interfecit? Dico charitati uestræ & si uiuunt oues, & fortes sunt oues in uerbo dñi,& tenent istud quod audierunt a dño suo:Quæ dicunt facite,quæ autem faciunt facere nolite:tamen qui in conspectu dñi male uiuit,quantum in illo est, eum a quo attenditur occidit.Non sibi ergo blandiatur:quia ille non est mortuus,sed homicida est. Quomodo cum lasciuus homo intendit in mulierem ad cōcupiscendam eam: ecce illa casta est, & mœchus est iste.Dñi em̄ uera & aperta est sententia:Quisquis uiderit mulierem ad concupiscendū eam, iam mœchatus est eam in corde suo.Non peruenit ad illius cubiculum,& interiore iam suo cubili uolutatur.Sic omnis qui malæ uiuit in conspectu eorum quibus præpositus est, quantū in ipso est,occidit & fortes oues.Qui ergo imitatur præpositum malum, moritur: qui non imitat, uiuit:tamen quantū ad illos pertinet,ambos occidit.Et quod crassum est interficitis,& oues meas non pascitis. ¶ Iam audistis qui diligant:audite qui negligant:Quod infirmum est,non cōfortastis:& quod tabuit,non corroborastis:& quod contribulatum est,id est,cōfractū,non colligastis:& quod errabat,non reuocastis:& quod perijt,non inquisistis:& quod forte fuit, confecistis,id est interfecistis & occidistis.Infirmum quippe animū gerit ouis, quando tentationes sibi profuturas non credit.Pastor em̄ negligens,quando sic credit talis infirmus non illi dicit:Fili accede ad seruitutem dei:sta in iusticia & timore,& præpara animā tuā ad tentationem. Qui autē hoc loquitur,confortat infirmum, & ex infirmo facit firmum: ut non eum crediderit prospera huius sæculi sperare.Si autem doctus fuerit sperare prospera sæculi,ipsa prosperitate corrūpit: Supueniētibus aūt aduersitatibus sauciatur, aut fortassis extinguitur. Nō ergo eū ædificat sup petrā qui sic ædificat,sed super arenā. Petra aūt Christus est.Christi aūt passiōes imitādæ sunt,

B nō a Christiano delitiæ cōquirendæ. Cōfortatur infirmus cū ei dicitur: Spera quidē tētationes huius sæculi:sed ab omnibus eruet te dñs,si ab illo non recedet retro cor tuum. Nam ad confortandū cor tuum,uenit ille pati,uenit ille mori,uenit ille sputis liniri,uenit spinis coronari, uenit opprobria audire,uenit postremo ligno configi: Oia hæc ille pro te:tu nihil pro illo,sed pro te. Quales aūt sunt qui timent eos lædere,quibus loquūtur:non solum nō præparant ad imminētes tentationes,sed etiam promittunt felicitatem huius sæculi,quam deus ipsi sæculo nō promisit.Ille prædicit labores usq; in finem uenturos ipsi sæculo,& tu uis ab istis laboribus exceptum esse Christianum:quia qui Christianus est,aliquid plus passurus est in sæculo.Etenim ait Apostolus: Omnes qui pie uolunt in Christo uiuere, persecutionem patientur.Tu dicis: si uolueris in Christo pie uiuere,abundabunt tibi omnia bona: & si filios non habes, suscipies & nutries omnes.Nemo tibi moritur:hæc em̄ est ædificatio tua.Attende quid facias,ubi ponas:super arenam est quod constituis:uenturus est imber,influxurus est fluuius,flaturus est uentus,& impingent in domū istam,& cadet,& fiet ruina eius magna.Leua de arena & pone supra petram: in Christo sit quem uis esse Christianum.Attende ad passiones Christi.Attende ad illum sine ullo peccato, quæ non rapuit exoluentem. Attende scripturam dicentem: Flagellat autem omnem filium quem recipit:Et para te flagellari: aut certe non quæras recipi. Flagellat autem omnem, inquit, filium quem recipit: Et tu forte exceptus a passione flagellorum, exceptus a numero filiorum. Ita ne inquies, flagellat omnem filium? Prorsus flagellat omnem filium ut & unicum. Et unicus ille de patris substantia natus, æqualis patri in forma dei: uerbum, per quem facta sunt omnia,non habebat ubi flagellaretur: ad hoc carne indutus est ut sine flagello non esset. Qui ergo flagellat unicum sine peccato: nunquid relinquit adoptiuum cum peccato? In adoptionem uocatos nos esse Apostolus dicit: Adoptionem filiorum accepimus: ut essemus uni cohæredes, essemus etiam hæreditas. Postula a me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Exemplum nobis proposuit in passionibus tuis.Sed ne futuris tentationibus deficiat infirmus:nec falsa spe decipiendus:nec errore frangendus sit, dic ei: Præpara animam tuam ad tentationem. Sed forte incipit labi, contremiscere, nolle accedere: habes aliud: Fidelis deus qui non uos sinit tentari supra q̄ ferre potestis. Illud autem promittere & prædicare

futuras

C futuras passiones, infirmum confirmare est. Timenti autem nimium & ex hoc deterrito cum polliceris misericordiam dei: non quia tentationes deerunt, sed quia non permittit tentari supra q̄ potestis ferre, fractum colligare est. Sunt enim qui cum audierint uenturas tribulationes, armant se magis, & quasi potum suum sicut paruam sibi eam putant fidelium medicinam: sed quærunt martyrum gloriam. Sunt alij qui auditis futuris & necessario uenientibus tentationibus, quas proprie oportet uenire Christiano, quas nemo sentit nisi qui uoluerit esse uere Christianus: Imminentibus ergo sibi aliquibus, franguntur & claudicant. Affer consolationis alligamentum, alliga quod fractum est: dic ne timeas, non deerit in tentationibus ille in quem credidisti. Fidelis deus qui non sinit te tentari supra q̄ potes ferre. Non hoc a me audis: Apostolus dicit, q etiā dicit: An uultis experimētum eius accipere qui in me loquitur Christus? Hoc ergo cum audis ab ipso Christo, audis & ab illo pastore qui pascit Israel. Illi em̄ dictum est: Potabis eos in lachrymis, in mensura. Quod em̄ ait Apostolus: Non sinit tentari uos supra q̄ potestis ferre: hoc ait propheta: In mensura. Tātum tu noli dimittere corripientem & adhortantē, terrentem & consolantem, percutientem & sanantem. Quod infirmum est, inquit, non cōfortastis: pastoribus malis dicit, pastoribus falsis, pastoribus sua quærentibus, non quæ Iesu Christi, ex commodo lactis & lanæ gaudentibus, oues omnino non curātibus. Et quod male habuit, non corroborastis, aut infirmum, id est non firmū: Nam dicuntur infirmi etiam ægrotātes. Sed inter infirmum & ægrotum, id est male habentem, hoc mihi uidetur interesse: Etem̄ ista fratres quæ distinguere utcū q̄ conamur, forte & nos possumus maiore diligentia melius distinguere: & alius peritior uel lumine corporis plenior: interim ne fraudemini quantū ad uerba attinet scripturæ, quod sentio loquor. Infirmo ne accidat tentatio & eum frangat, timendum est: Languēs autem iam cupiditate aliqua ægrotat: cupiditate aliqua impeditur ab intranda uia dei, a subeūdo iugo Christi. Attendite illos homines uolentes bene uiuere, iam statuentes bene uiuere, & minus idoneos mala pati sicut parati sunt bona facere. Pertinet autem ad Christianam firmita-

D tem: non solum operari quæ bona sunt, sed & tolerare quæ mala sunt. Qui ergo uidentur ferue-re in operibus bonis, sed imminentes passiones tolerare nolle, aut non posse: infirmi sunt. Qui uero aliqua cupiditate mala amatores mūdi, ab ipsis bonis operib⁹ reuocātur: languidi & ægroti iacent: quippe in ipso languore tā q̄ sine ullis uiribus nihil boni possunt operari. Talis in anima paralyticus ille fuit, quem cum domino inferre nō possent qui eum portabant: tectum aperuerunt & deposuerunt: Id est tan q̄ si in anima hoc uelis facere ut tectū aperias, & deponas ad dominum animam paralyticam, dissolutam omnibus membris, & uacantem ab om̄i opere bono: grauatam uti q̄ peccatis suis, & languentem morbo cupiditatis suæ. Si ergo dissoluta sunt membra omnia, & est paralysis interior, ut peruenias ad medicum (. Forte enim latet medicus: hoc est, iste uerus intellectus in scripturis occultus est) exponendo quod occultum est, aperi tectum & depone paralyticum. Quod qui non faciunt, & qui facere negligunt, audistis quæ audiant: Quod male habuit non corroborastis, & quod contribulatum est, non colligastis. Iam hinc diximus. Fractus enim erat terrore tentationis: Accidit aliquid, unde quod fractum est colligetur consolatione illa: Fidelis deus qui non uos sinit tentari supra q̄ potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam exitum ut possitis sustinere. ¶ Et quod errabat, non reuocastis: Ecce unde inter hæreticos periclitamur. Et quod errabat, non reuocastis: & quod periit, non inquisistis. Hinc inter manus latronum, & dentes luporum furentium utcun q̄ uersamur. Et pro his periculis nostris ut oretis, oramus. Et contumaces oues, quia quæruntur errātes, alienas sese a nobis dicunt. Errore suo & perditione sua dicunt: quid uos uultis? quid uos quæritis? quasi non ipsa causa sit, ut quærere eas uelimus. Et quare quærimus? Quia errāt & pereūt. Si in errore, inquit, sum, si in interitu, quid me uis? quid me quæris? Quia in errore es, reuocare uolo: quia periisti, inuenire uolo. Sic uolo errare, sic uolo perire. Sic uis errare, sic uis perire: quanto melius ego nolo. Prorsus audeo dicere: Importunus sum. Audio enim dicentem Apostolum: Prædica uerbum, insta opportune importune. Quibus opportune? q̄bus importune? Opportune uti q̄ uolētibus: importune nolētibus. Prorsus importunus audeo dicere, tu uis errare, tu uis perire, ego nolo. Non uult postremo ille qui me terret. Si uoluero, uide quid dicat, uide quid increpet. Quod errabat

non

A non reuocastis,& quod perijt non inquisistis. Te magis timebo q̃ ipsum? Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Non te timeo: non em̃ potes euertere tribunal Christi. Reuocabo errantem, requiram perditum. Et si me lanient inquirentem uepres syluarum: per omnia angusta me coartabo: omnes sepes excutiam quantũ mihi uirium dñs terrens donat: omnia peragrabo: reuocabo errantem, requiram pereuntem. Si me pati non uis, noli errare, noli perire. Parum est quod doleo te errantem atq; pereuntem: timeo ne negligens te, etiam quod forte est occidam. Vide em̃ quod sequitur: Et quod forte fuit cõfecistis. Si neglexero errantẽ atq; pereũtem: & eũ qui fortis est delectabit errare atq; perire: Cupio lucra exteriora, sed timeo plus damna interiora. Si indifferentem habuero errorem tuum: attendit qui fortis est: putat nihil esse ire in hæresim, quando aliquod cõmodum de sæculo reluxerit unde imitetur: Statim mihi dicit fortis ille periturus, cum te perditum nõ requiro: Et hac & hac deus est: Quid interest: homines inter se litigantes hoc fecerunt, ubicũq; colendus est deus. Si forte illi dixerit aliquis Donatista: Non tibi do filiam meam nisi fueris de parte mea: Illi opus est, ut attendat & dicat: Si nihil mali esset esse de parte eorum, non contra illos dicerent tanta pastores nostri: non pro illorum errore satagerent. Si ergo cessemus & taceamus, contraria locuturus est: utiq; si malum esset esse in parte Donati, loquerentur contra, redarguerent eos, satagerent lucrari illos: si errant, reuocarent illos. Non frustra ergo cum iam dixisset superius: Quod crassum est, interfecistis: Ipsa est enim repetita sententia, nisi ex his quæ supra dixit nata esset. Quod errabat, non reuocastis: & quod perijt, non requisistis: & hoc faciendo, quod forte est, interfecistis. Proinde audi quid sequitur de ista negligentia malorum, immo falsorum pastorum. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non sit pastor: & factæ sunt in comesturam omnibus bestijs agri. Furantur lupi insidiantes, rapiunt leones frementes, cum oues non hærent pastori. Nam præsens est pastor, sed male agentibus non est pastor: Et inhærent pastoribus, seipsos, non oues pascentibus: & lœtalis
B error consequitur. Eunt in bestias deprædantes se: & de illarum morte se satiari cupientes. Tales enim sunt omnes qui gaudent de erroribus alienis: bestiæ sunt pastæ morsibus dispersarum. Et dispersæ sunt: & errauerunt oues meæ in omnem montem, & in omnem collem altum. Viam montibus & collibus: tumor terrenus, & superbia sæculi extulit. Supbia Donati fecit sibi partẽ subsequentem, cum Parmenianus illius confirmauit errorem. Ille mons est: ille collis est. Sic omnis cuiuslibet author erroris terrena elatione intumescens, promittit ouibus requiem, bona pascua: & aliquando inueniunt ibi oues pascua de pluuia diei, non de duricia montis: Habent em̃ & ipsi scripturas: habent sacramenta: Non sunt ista montium: sed cum inuenĩũtur in montibus, male remanent in montibus. Errando enim in montibus, & in collibus deserendo gregem, deserunt unitatem: deserit unitas cohortes aduersus leones & lupos. Inde ergo reuocet deus ipse: Reuocet modo: audietis ipsum reuocantẽ. Errauerũt, inquit, oues meæ in oẽm montẽ, & in omnem collem altum: hoc est in omnem tumorem terrenæ superbiæ. Sunt em̃ & montes boni: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Et uide quia nõ tibi in montibus spes est: Auxilium, inquit, meum a domino, qui fecit cœlum & terram. Noli putare iniuriam facere te montibus sanctis, quando dixeris: Auxiliũ meũ nõ in montibus, sed a domino qui fecit cœlum & terram. Ipsi montes hoc tibi clamant. Mons erat qui clamabat: Audio in uobis schismata fieri: ut unusquisq; uestrum dicat: Ego sum Pauli: ego apollo: ego Cephæ: ego autẽ Christi. Leua oculos in istum montem: audi quid dicat: & in ipso remaneas. Audi etiam quid sequatur: Nũquid Paulus crucifixus est pro uobis? Ergo posteaq; leuaueris oculos tuos in mõtes, unde uenit auxiliũ tibi, id est, in authores scripturarũ diuinarũ, attende omnibus medullis suis, omnibus ossibus clamantẽ: Dñe quis similis tibi? ut securus sine ulla iniuria montiũ dicas: Auxilium meũ a dño qui fecit cœlũ & terrã. Non solũ tunc tibi non succensebunt montes, sed tunc amabunt, tunc magis fauebunt. Si in ipsis spem tuam posueris, contristabuntur. Angelus multa diuina & mira ostendens homini, ab homine adorabatur: tanq; leuantem oculos in montem: ait ille se reuocans ad dominũ: Noli, inquit, facere: illum adora: Nam ego conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. In omnem montem, & in omnem collem: & in omnem faciẽ terræ dispersæ sunt:

& in

C & in omnem faciem terræ lucent. Quid eſt in omnem faciem terræ diſperſæ ſunt? Omnia ter/
rena ſectantes, ea quæ in faciem terræ lucent, ipſa amant, ipſa diligunt. Nolunt mori, ut abſcon/
datur uita ipſorum in Chriſto, ſuper omnem faciem terræ & dilectionē terrenorum. Et quia er
rantes oues ſunt ſuper omnem faciem terræ, non omnes hæretici per totam faciem terræ, ſed ta/
men hæretici per totā faciē terræ: alīꝫ hic, alīꝫ ibi: nuſq; tamen deſunt: ipſi ſe non nouerunt. Alia
ſecta in Africa: alia hæreſis in Oriente: alia in Aegypto: alia in Meſopotamia. Verbi gratia: Di
uerſis locis ſunt diuerſæ: ſed una mater ſuperbia omnes genuit: ſicut una mater noſtra catholi/
ca, omnes Chriſtianos fideles toto orbe diffuſos. Non ergo mirum ſi ſuperbia parit diſſenſio/
nem, charitas unionē. Tamen ipſa catholica mater & ipſe paſtor in ea ubiq; quærit errantes: cō
fortat infirmos, curat lāguidos, alligat cōfractos, alios ab iſtis, alios ab illis nō ſe inuicē ſciētibus:
ſed tñ illas oēs nouit: qa cū oibus fuſa eſt. Verbi gratia: Eſt in Africa pars Donati: Eunomiani
nō ſunt in Africa, ſed cū parte Donati eſt hic catholica. Sunt in oriēte Eunomiani: ibi aūt nō eſt
pars Donati, ſed ibi eſt catholica. Illa ſic eſt tāq; uitis creſcēdo ubiq; diffuſa: illi ſunt tāq; ſarmē
ta inutilia, agricolæ falce præciſa merito ſterilitatis ſuæ: ut uitis putaret, nō amputaret. Sarmen/
ta ergo illa ubi præciſa ſunt, ibi remanſerunt: Vitis autem creſcens per oīa, & ſarmenta ſua no
uit, quæ in illa manſerunt: & iuxta ſe, quæ de illa præciſa ſunt. Inde tamen reuocat errantes: quia
& de ramis fractis dicit Apoſtolus: Potēs eſt em̄ deus iterū inſerere illos: ſiue dicas oues erran
tes a grege: ſiue dicas ligna præciſa de uitæ. Nec ad reuocandas oues, nec rurſus ad inſerenda li/
gna, minus idoneus eſt deus: quia ille ſummus paſtor, ille uerus agricola. Et in oēm faciem terræ
diſperſæ ſunt: & non fuit qui reuocaret, ſed in malis illis paſtoribus non fuit homo qui require/
ret. Propterea paſtores audite uerbum domini: Viuo ego dicit dñs deus. Videte unde cœ/
pit. Tanq; iuratio eſt dei teſtificatio uitæ: Viuo ego dicit dominus, mortui ſunt paſtores, ſed ſe/
cutæ ſunt oues: Viuit dominus. Viuo ego dicit dominus deus. Qui autē paſtores mortui? Sua
quærentes non quæ Ieſu Chriſti. Erunt ergo & inuenientur paſtores: non quæ ſua ſunt quæren
tes, ſed quæ Ieſu Chriſti? Erunt plane, & inuenientur plane: nec deſunt, nec deerunt. Videamus
D ergo quid dicat dominus, qui ſe dicit uiuere: utrū dicat ablaturum ſe oues a paſtoribus malis,
paſcentibus ſeipſos, non oues: & daturum ſe eas paſtoribus bonis, paſcentibus oues, non ſe. Vi
uo ego dicit dominus deus: quia pro eo quod factæ ſunt oues meæ in cōmeſturam oīmbus be/
ſtijs campi: eo quod non eſſet paſtor. Rurſus paſtorem dicit: & pauloante: & nunc nō ait, ex eo
quod nō ſint paſtores. Quibus em̄ talibus male errantibus: male pereuntibus non eſt paſtor: &
ſi præſens eſt paſtor: quia & cum præſens eſt lux, non eſt cæcis lux. Et non quæſierunt paſtores
oues meas: & pauerunt paſtores ſeipſos: oues autem meas non pauerunt. Propter iſtud paſto/
res, audite uerbum domini. Sed qui paſtores audite? Dicit dominus deus: Ecce ego ſuper paſto
res: & requiram oues meas de manibus eorum. Audite & diſcite oues dei: A malis paſtoribus
inquirit deus oues ſuas: & de manibus eorum inquiret mortem eorum. Dicit enim alio in loco
per eundem prophetam: Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: & audies ex ore meo
ſermones: & præmonſtrabis eis ex me. In eo cum dixero peccatori: Morte morieris & nō fuerit
locutus, ut impius caueat a uia ſua: ille facinoroſus in ſuo facinore morietur: ſanguinem autem
eius de manu tua requiram. Tu autem ſi prænunciaueris facinoroſo uiam eius, ut auertatur ab
ea: & nō fuerit auerſus a uia ſua: ille in facinore ſuo morietur: & tu animā tuam liberabis. Quid
eſt fratres? Videtis q̄ ſit tacere periculoſum: Morit ille, & recte moritur in impietate ſua: & pec/
cato ſuo moritur: Negligentia enim eius occidit eum. Nam paſtorem inueniet uiuentē, qui ait:
Viuo ego dicit dominus deus: ſed cum fuerit negligens non admonente illo qui ad hoc eſt præ
poſitus & ſpeculator ut admoneat: & ille iuſte morietur: & ille iuſte damnabitur. Si autem dixe/
ris, inquit, impio: Morte morieris: cui ego fuero gladiū cōminatus: & ille neglexerit uitare immi/
nentem gladium: & uenerit gladius & interfecerit eum: ille in peccato ſuo morietur: tu autē ani/
mam tuam liberaſti. Propter hoc ad nos quidem pertinet non tacere: Ad uos autem & ſi tacea
mus, de ſcripturis ſanctis uerba paſtoris audire. ¶ Videamus ergo, quia ſic propoſueram:
utrum auferat oues a paſtoribus malis, & det eas paſtoribus bonis. Video eum auferentem

oues

A oues a paſtoribus malis. Hoc enim dicit dominus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores: & inquiram oues meas de manibus eor̃: & auertam ab eis ut non paſcant oues meas: nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos. Cum em̃ dico: paſcant oues meas, illi non paſcunt oues meas. Auertam ut non paſcant oues meas. Quomodo auertit ut non paſcant oues ipſius? Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: tanc̃ diceret: mea dicunt, ſua faciunt. Si diceret: Facite ſecuri quod faciunt: ipſos damnabo male uiuentes, uobis autem parcam, qui ſecuti eſtis præpoſitos ueſtros. Si hoc diceret: dederat malis paſtoribus paſcendas oues: paſcentibus non oues, ſed ſe. Sed quoniam terret non ſolum cæcum ducentem, ſed & cæcum ſequentem: Nec̃ em̃ ait: cadit in foueam ducens, & non cadit ſequens: ſed, cæcus cæcum ducens, ambo in foueã cadunt. Admonuit oues & ait: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Cum enim non facitis quæ faciunt mali paſtores, non uos ipſi paſcunt: cum facitis autem quæ dicunt, ego uos paſco: Mea enim dicũt, & non faciunt. Securi inquiunt ſequimur epiſcopos noſtros. Dicunt hoc ſæpe hæretici quando ueritate manifeſtiſſima conuincuntur: Nõne oues ſumus? Illi de uobis reddent rationem. Reddent plane malam de morte ueſtra. De morte ouis malignæ reddet malus paſtor malam rationem. Nunquid ideo uiuit ouis, quia deſignatur pellis ipſius? Increpatur paſtor, quia neglexit ouem errantem: & propterea in fauces lupi irruit ut deuoraretur. Quid illi prodeſt, quia affert pellem ſignatã? Paterfamilias uitam ouis inquirit. Sed ecce malus paſtor attulit pellem: reddat de pelle rationem. Forte mentiturus eſt. Videbat deſuper qui poſtea iudicat: Cui uerba ille ficta numerat, cogitatiões inſpicit. Reddat paſtor malus rationem de pelle ouis mortuæ. Clamaui ei uerba tua, & ſequi noluit: dedi operam ut a grege non aberraret, & non obtemperauit. Plane ſi hoc dicat, & uerum dicit: nouit autem ille utrum uerum dicat, reddit bonam rationẽ de oue mala. Si autem inſpicit deus quia neglexit errantem, quia non quæſiuit pereuntem, quid prodeſt quod inuenit pellem quam referret? Ipſam reuocaret ne pellem mortuæ demonſtraret. Si
B ergo non bonam rationem reddit: quia non quæſiuit errantem, qualem reddet qui fecit errantem? Hoc eſt quod dico: Si in catholica conſtitutus epiſcopus non bonã rationẽ reddit de oue, ſi non quæſierit errantem de grege dei: qualem rationem redditurus eſt hæreticus: qui nõ ſolũ non reuocauit ab errore, ſed etiam compulit in errorem? Sed uideamus ut dixi, quomodo reuocet deus oues a paſtoribus malis: Iam cõmemorauí: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Et non uos ipſi paſcunt, ſed deus: quia uelint nolint paſtores ut perueniant ad lac & lanã, uerba dei dicturi ſunt. Qui prædicas non furandum, furaris: dicit Apoſtolus ad eos qui bona dicunt, & mala faciunt. Tu audi prædicantem: Ne fureris: noli imitari furantem. Si furantem imitari uolueris, ipſe te paſcet facto ſuo: tibi uenenum ſubminiſtrat, non cibum. Si uero hoc ab illo audis quod non dicit de ſuo, ſed de deo: non poteſt quidẽ uua de ſpinis colligi. Nam & ipſius domini ſententia eſt: Nemo colligit de ſpinis uuam, & de tribulis ficus. Nec ideo tamẽ quaſi calumnieris domino tuo & dicas: Domine noluiſti me, quia fieri nõ poteſt, de ſpinis legere uuã. Et rurſus dixiſti mihi de quibuſdam: Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Nempe mala faciẽtes utiq; ſpinæ ſunt. Quomodo uis me de ſpinis colligere uuam uerbi? Reſpondebit: Non eſt illa uua ſpinarũ: ſed aliquando increſcens ſarmentũ implicat ſe in ſepem, & pendet uua inter denſa ſpinarum, ſed non ſurgit de radice ſpinarum. Tu ſi eſurieris & aliud nõ habes unde ſumas, caute manum mitte ne lacereris a ſpinis: id eſt ne facta imiteris malorum, & lege uuam inter ſpinas pendentem, ſed de uitæ naſcentem. Ad te perueniet botri alimentum, ſpinis ſeruatur ignis tormentum. Extraham, inquit, oues meas de ore eorum & de manibus eorum: & non erunt eis adhuc in cibum. Hoc & in pſalmo dicitur: Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatẽ: qui deuorãt populũ meũ ut cibum panis? Et nõ erũt eis adhuc in cibum: Quoniam hæc dicit dominus deus: Ecce egoipſe abſtuli a malis paſtoribus oues: monendo ut ut dixi: ne quod faciunt, faciant: id eſt, ne quod faciunt mali paſtores, faciant incaute negligentes oues. Et quid ait: Cui dat quod illis abſtulit? Forte bonis paſtoribus? Nõ hoc ſequitur. Et quid dicemus fratres: nõne ſunt paſtores boni? Nonne alio loco ſcripturarũ dicitur: Et cõſtituam eis paſtores ſecundum cor meum: & paſcent eas ſcientia & diſciplina? Quomodo ergo oues quas malis paſtoribus tollit, non dat bonis: ſed tanc̃ omnino nuſc̃ remanſerint boni, dicit: Ego paſcam

C ſcam? Petro dixerat: Paſce oues meas. Quid ergo faciemus? Cum Petro cõmendantur oues: nõ ibi dixit dominus: Ego paſcam oues meas: non tu: ſed Petre, amas me: paſce oues meas. An forte quia modo non inuenitur Petrus? Iam em̃ aſſumptus eſt in requiem apoſtolorum & martyrum. Non eſt cui dicat ſecurus dominus ouium: Paſce oues meas: & quodãmodo quaſi neceſſitate deſcendit ad officium paſcendi oues ſuas: non habens quibus cõmendet, nec tamẽ deſerẽs. Hoc enim uidetur ſequi. Hæc dicit dñs deus: Ecce ego ipſe. Videamus: Qui paſcis Iſrael intende: qui deducis tanq̃ oues Ioſeph populum in Aegypto conſtitutum. Iam diffuſus in gentibus Iſrael, ipſe eſt Ioſeph. Noſtis em̃ quia migrauit Ioſeph in Aegyptum: uendentibus fratribus, factum eſt. Vendiderunt Chriſtum Iudæi ſine cauſa: & inter apoſtolos ipſe Iudas uenditor fuit. Cœpit eſſe Chriſtus in gentibus: ibi honoratus eſt: ibi creuit populus eius: non eum deſerit paſtor eius. Excita, inquit, potẽtiam tuam & ueni: ut ſaluos facias nos. Plene facit & faciet. Ait em̃: Ecce ego ipſe, & inquiram oues meas: & uiſitabo eas ſicut uiſitat paſtor gregem ſuum. Non curauerunt mali paſtores: Non em̃ ſuo ſanguine redimerunt. Sicut uiſitat, inquit, paſtor gregẽ ſuũ in die. In qua em̃ die? Cum fuerit nimbus & nubes, id eſt in pluuia & nebula. Pluuia & nebula error ſæculi huius, caligo magna ſurgens de cupiditatibus hominum: & nebula ualida contegẽs terram: Et difficile eſt, ut non errent oues in iſta nebula: ſed paſtor non deſerit eas: inquirit eas: penetrat nebulam oculis acutiſſimis: non impeditur caligine nubium: uidet undiq̃: errantem reuocat: tantum ut fiat quod dicit in euangelio: Quæ ſunt oues meæ, audiunt uocem meam, & ſequuntur me. In medio ouium diſperſarum, ſic inquiram oues meas: & educam eas ab omni loco, quo diſperſæ ſunt. Illic in die nubis & nimbi, quando difficile eſt eas inueniri, tunc ego inueniam. Craſſa nebula eſt: pinguis nimbus eſt: oculos enim eius nihil latet. Et educam eas de gentibus: & colligam eas de regionibus: & inducam eas in terram earum: & paſcam eas ſuper montes Iſrael. Conſtituit montes Iſrael, authores ſcripturarum diuinarum: Ibi paſcite, ut ſecure paſcatis: quicquid inde audieritis, hoc uobis bene ſapiat: quicquid extra eſt, reſpuite, ne erretis in nebula. Audite uocem paſtoris: Colligite uos ad montes ſcripturæ ſanctæ. Ibi ſunt delitiæ cordis

D ueſtri: ibi nihil uenenoſum, nihil alienum: uberrima paſcua ſunt: uos tantum ſane uenite: ſane paſcimini. In montibus Iſrael & in riuis, & in omni habitatione terræ. A montibus enim quos oſtendimus, manauerunt riui prædicationis euangelicæ: cum in omnẽ terram exiuit ſonus eorum. Et facta eſt omnis habitatio terræ ad paſcendas oues læta atq̃ fœcunda. In paſcuis bonis paſcam eas: & in montibus altis Iſrael: Et erunt ſtabula earum illic: hoc eſt ubi requieſcãt: ubi dicant: Bene eſt: uerum eſt: manifeſtũ eſt: non fallimur. In gloria dei requieſcent tãq̃ in ſtabulis illis & dormient: hoc eſt, requieſcent in delitijs bonis: & in paſcua pingui paſcent ſuper montes Iſrael. Iam dixi montes Iſrael, montes bonos, quo leuamus oculos: ut inde nobis ueniat auxilium noſtrum a domino, qui fecit cœlum & terram: Ideo ne uel in montibus bonis eſſet ſpes noſtra: cum dixiſſet: Paſcam oues meas ſuper montes Iſrael: Rurſus ne tu ſpem poneres in montibus: ſubiecit ſtatim: Ego paſcam oues meas. Leua tu oculos tuos in montes: unde ueniet auxiliũ tibi. Sed attende dicentem: Ego paſcam. Auxiliũ enim tuũ a dño qui fecit cœlum & terram. Et ego requieſcere faciam eas, dicit dominus deus. Sed ut requieſcere faciat, quid primo curauit? Quod enim primo curauit, poſterius dicit: Hæc dicit dñs deus: Quod perijt, requiram: quod errauit, reuocabo: & quod cõminutũ eſt, colligabo: & quod exanime eſt, confortabo: & quod pingue eſt & forte, cuſtodiam. Quod non faciebant mali paſtores, ſeipſos paſcentes, non oues. Nõ ait dñs: Conſtituam alios bonos paſtores qui faciãt hæc: ſed ego inquit paſcam oues meas: nulli cõmittam. Securi uos fratres: ſecuræ uos oues: Nobis uidetur timendũ, quaſi deſit paſtor bonus. Et addit ſic: Et paſcam eas cum iudicio. Vide, quia ſic ſolus paſcit cum iudicio paſcens. Quis enim homo iudicat de homine? Temerarijs iudicijs plena ſunt omnia. De quo deſperauimus, ſubito conuertitur & fit optimus. De quo multũ præſumpſimus, ſubito deficit & fit peſſimus. Nec timor noſter certus eſt: nec amor noſter certus eſt. Quid ſit hodie quiſq̃ homo, uix nouit ipſe homo: tamen utcunq̃ ipſe quid hodie: quid aut cras, nec aut ipſe. Paſcit ergo ille cũ iudicio diſpertiens propria propꝛijs: hæc iſtis, illa illis: debita eis quibus debetur, hoc aut illud: Nouit enim quid agat: cum iudicio paſcit, quos iudicatus redemit. Paſcit ergo ipſe cum iudicio. In

propheta

A propheta em̃ Hieremia clamauit quidam: Perdix congregauit quæ nõ peperit: faciens diuitias ſuas nõ cũ iudicio. Cõtra iſtã perdicem facientẽ diuitias ſuas non cũ iudicio, paſcit iſte paſtor cũ iudicio. Quare ille ſine iudicio? Quia cõgregauit, quæ non peperit. Quare iſte cũ iudicio? Quia fouet qd̃ peperit. De paſtore tñ bono loquit̃. Paſtores boni aut nõ ſũt aut latẽt. Si nõ ſunt, qd agimus? Si latent: quare de eis tacet̃? Perdix quidẽ illa a quibuſdã maioribus, & ante nos ſcri/pturas tractantibus, diabolus intellectus eſt: congregans quæ nõ peperit. Non em̃ ille creator, ſed deceptor eſt: faciens diuitias ſuas, non cum iudicio. Non enim ad eum pertinet, quis iſto aut illo modo erret: om̃es errantes uult quibuſlibet erroribus. Quã diuerſæ ſunt hæreſes: c̃ꝫ diuerſi errores. Ille in omnibus uult errare homines. Non dicit diabolus: Donatiſtæ ſint, & non Arriani: ſiue illi ſint, ſiue iſti: ad eum pertinent congregantem ſine iudicio. Idola, inquit, adoret, meus eſt: Iudæorum ſuperſtitione remaneat, meus eſt: deſerta unitate in illã, uel in illam hæreſim per/gat, meus eſt. Congregat ergo ſine iudicio faciens diuitias ſuas. Sed quid ſequitur: In dimidio dierum eius derelinquet eas: & in nouiſſimis ſuis erit inſipiẽs. Venit ille cõgregans undiq; oues ſuas in dimidio dierũ eius: priuſq; ſperabat, anteq; putabat, derelinquet eas: & erit inſipiens in nouiſſimis eius. Quare in primis ſuis ſapiens erat? ut in nouiſſimis ſuis ſit inſipiens. Audite fra/tres: Dicitur aliquãdo in ſcripturis ſapientia pro ſtulticia, abuſione uerbi, nõ proprietate. Vnde etiam dicitur: Vbi ſapiens, ubi ſcriba, ubi conquiſitor huius ſæculi? Nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi? Et iſta perdix, idem draco, idem ſemper ſapiens erat: quando Adam per Euam decepit. Verum dicere putatus eſt: bonum conſilium dare exiſtimatus eſt: cõtra deũ creditus eſt. Quod uero dicitur ſapientia abuſiue uerbi, & in malo, conſuetudine quidẽ ſcriptu/rarum noſtrarum: Nam quẽadmodum loquantur authores mundi, quid ad nos? Habes in eo/dem libro: Erat ibi ſerpens ſapientior omnibus beſtijs. Iſte ſapientior omnibus beſtijs, aſtutus & acutus ad decipiendũ agnoſcitur: poſtea non ei creditur. Et dicitur ei: Renunciamus tibi, ſuffi ciat quod incautos primo decepiſti. Ergo ita erit in nouiſſimis ſuis inſipiens: Apertæ erunt frau des eius: & ideo iam fraudes non erunt. In nouiſſimis ſuis erit inſipiens, qui congregauit quæ non peperit: & fecit diuitias ſuas non cum iudicio. Paſcit contra illum redemptor noſter cum iu dicio. Exiſtat & aliquis hæreticus: & ſi non frater diaboli, certe adiutor & filius: & ipſum dixerim
B perdicem contentioſum animal: Hoc em̃ animal, ut aucupes norunt, etiam contendendi ſtudio capitur. Contendunt iſti contra ueritatẽ: & contenderũt ex quo ſe diuiſerunt. Modo dicunt, cõ/tendere uolumus: quia iam capti ſunt. Non habet quo dicat: Nolo contendere. O capte, aliquã/do tu eras qui primis temporibus ſeditionis tuæ traditores arguebas: innocentes damnabas: iu dicium imperatoris quærebas: iudicio epiſcoporum nõ conſentiebas: uictus totiẽs appellabas, apud ip̃m imperatorẽ ſtudioſiſſime litigabas, cõgregabas quæ nõ peperiſti. Vbi eſt nũc ceruix tua, ubi lingua tua, ubi ſibilus tuus? Certe in nouiſſimis tuis factus es inſipiens: pauiſti ſine iudi cio. Non em̃ uerum uis, uel de errore tuo, uel de ueritate iudicare: paſcit cõtra te Chriſtus cũ iu/dicio, diſcernit oues ſuas ab ouibus non ſuis. Quæ ſunt oues meæ, inquit, audiunt uocem meam & ſequũtur me. Hic inuenio oẽs paſtores bonos in uno paſtore. Non em̃ uere paſtores bo/ni deſunt, ſed in uno ſunt. Multi ſunt, qui diuiſi ſũt. Hic unus prædicat̃: quia unitas cõmendat̃. Neq; em̃ uere modo ideo tacentur paſtores, & dicitur paſtor: quia nõ inuenit dominus cui cõ/mendet oues ſuas: tunc autem ideo cõmendauit: quia Petrũ inuenit: Imo uero & in ipſo Petro unitatem cõmendauit. Multi erant apoſtoli, & uni dicitur: Paſce oues meas. Abſit ut deſint mo do boni paſtores: abſit a nobis ut deſint, abſit a miſericordia ipſius ut non eos gignat atq; con/ſtituat. Vtiq; ſi ſunt bonæ oues, ſunt & boni paſtores: Nam de bonis ouibus fiunt boni paſto/res: Sed omnes boni paſtores in uno ſunt, unum ſunt. Illi paſcunt, Chriſtus paſcit. Non em̃ uo/cem ſuam dicunt amici ſponſi, ſed gaudio gaudent propter uocem ſponſi. Idem ergo ipſe paſcit cum ipſi paſcunt. Et dicit: Ego paſco, quia in illis uox ipſius, in illis charitas ipſius. Nam & ipſum Petrum cui commendauit oues ſuas, quaſi alter alteri unum ſecum facere uolebat: ut ſic ei oues commendaret, ut eſſet ille caput, ille figuram corporis portaret, id eſt eccleſiæ: Et tãc̃ꝫ ſponſus & ſponſa eſſent duo in carne una. Proinde ut oues commendaret: quid illi prius dicit: ne illi tãc̃ꝫ al/teri cõmendaret? Petre amas me? Et reſpondit: Amo. Et iterum: Amas me? Et reſpondit: Amo.

C Et tertio: Amas me? Et respondit: Amo. Confirmat trinitatem, ut consolidet unitatem. Ipse ergo pascit unus in his, & hi in uno: & tacetur de pastoribus. Sed non tacetur. Gloriãtur pastores, sed qui gloriatur in domino glorietur. Hoc est Christum pascere: hoc est Christo pascere, præter Christum sibi non pascere. Neq; em̃ uere inopia pastorum tanq̃ ista futura mala tempora propheta prædiceret, dixit: Ego pascam oues meas: non habeo cui commendẽ. Etiam cum ipse Petrus erat, & cum adhuc ipsi apostoli erant in hac carne, & in hac uita: tunc ait ille unus in quo uno omnes unum: Habeo alias oues, quæ non sunt de hoc ouili: oportet me & eas adducere, ut sit unus grex & unus pastor. Sint ergo omnes in pastore uno: & dicant uocem pastoris unam, quam audiant oues & sequantur pastorem suum: & non illum, aut illum, sed unum: Et omnes in illo unam uocem dicant: diuersas uoces non habeant. Obsecro uos fratres, ut idipsum dicatis omnes: & non sint in uobis schismata. Hanc uocem eliquatã ab omni schismate, purgatam ab omni hæresi, audiãt oues & sequantur pastorem suum dicentem: Quæ sunt oues meæ, uocem meam audiunt & sequũtur me. Nam uis nosse hæretice q̃ non habeas uocem pastoris, & periculose te sequantur oues, tectum indumento ouium, & intus lupum rapacem, audiant uocẽ tuã. Videamus an Christi sit. Ecclesiam quærit infirma ouis a grege aberrans, nesciens ubi sit grex: quærit quo se aggreget, quo intret ædem. Vocem audiamus an Christi sit: Audiamus utrum agni sit, an perdicis. Quis dei, gregem suum quærit. Puta ouem de oriente uenisse in Africam: quærit gregem suum: incurrit in te, incurrit in basilicam tuam: intrare uult, cõmoueris ignota facie, uel tu, uel minister tuus, stans uel sedens ad ostium: interrogat ouem quærentẽ gregem suũ: imo gregẽ dei cũ grege suo intrare uult, ubi eũ esse putat. Quæris paganus sit, an Christianus? Respõdet: Christianus: Quis est em̃ dei. Quæris ne forte catechuminus sit & irruat in sacramẽtis? Respondet: Fidelis. Quæris cuius cõmunionis sit? Respondet: Catholicus: christianum fidelem catholicum reprobas: Qui sunt intus quos tenes? Ita uero proijce reproba. A te reprobatus a Christo probatur. Vtinam & illi qui sunt apud te cognoscant te, & in dimidio dierum tuorum derelinquant te. Quidam fratres nostri hesterno die ierunt ad basilicam eorum: etsi ad
D malos fratres, tamen ad fratres. Attendite fratres mei, quid intersit inter fiduciam ueritatis & timorem falsitatis. Quando aliquos eorum in hoc populo agnoscitis, quomodo gaudetis: quia in uobis ille est qui quærit quod perierat? Suggeretur aliquando uobis: Audiet & discedet. Et uos: Audiat & discedat. Audiet & irridebit. Audiat & irrideat: Aliquando sapiet, aliquando agnoscet, aliquando relinquitur a populo suo, remanet cum corde suo: Renunciat errori suo, gratias agat deo suo. Illi autem quid? Qui estis? Christiani sumus. Non, sed exploratores. Et illi: Catholici sumus. Conati sunt iniuriare meliori consilio. Pœnitet eos: atq; utinam sic pœniteat, & ibi remanere. Quomodo pœnituit eos qui ingressi sunt iniuriare? Tamẽ quos proiecerunt Christianos, fideles, catholicos quos tenuerunt: Nolo dicere: quos proiecerunt: uideo quos tenuerunt ipsi dicant. Dicant ergo uocem suam: Videamus an Christi sit uox, an pastoris sit uox, quam sequantur oues: siue per bonũ sit uox ista, siue per malum hominẽ: utrum pastoris sit uox, attẽdamus. ¶ Quærit infirmus ecclesiam: quærit errans ecclesiam: tu quid dicis? Partis Donati est ecclesia. Ego uocem pastoris inquiro. Lege hoc mihi de ꝓpheta: lege mihi de psalmo: recita de lege: recita de euangelio: recita de apostolo. Inde ego recito ecclesiam toto orbe diffusam & dn̄m dicentem: Quæ sunt oues meæ, uocem meam audiunt, & sequũtur me. Quæ est uox pastoris? Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalẽ. Ecce uox pastoris: agnosce eam, & sequere si ouis es. Sed illi codices tradiderũt, & illi thus idolis posuerunt: Ille & ille. Quid ad me de illo & de illo? Si fecerũt, nõ sũt pastores. Tu uocẽ pastoris edicito: qa nec de illis uocẽ pastoris ãnuncias. Tu accusas nõ euãgeliũ, tu accusas nõ ꝓphetã, nõ apostolũ de quo mihi uox ista loquit̃: de illo credo, alijs nõ credo. Sed acta ꝓferes. Acta ꝓfero. Credamus tuis, crede & tu meis. Nõ credo tuis: noli credere meis. Auferant̃ chartæ hũanæ, sonent uoces diuinæ. Ede mihi unã scripturæ uocẽ pro parte Donati. Audi innumerabiles ꝓ orbe terrarũ. Quis eas numerat? Quis eas terminat? Tamẽ ut pauca commemoremus, legem attende: primum dei testamentum: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et in psalmo: Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem

A sionem tuam terminos terræ. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum omnes fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ: Quoniã ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. Et adorabunt eum omnes reges, oms gentes seruient illi. Quis enumerare sufficiat? Prope omnis pagina nihil aliud sonat q̃ Christum & ecclesiam toto orbe diffusam. Exeat mihi una uox pro parte Donati. Quid magnũ est quod quæro? Ecclesiã toto orbe diffusam periturã esse dicunt. Peritura prædicta est tot testimonijs mansura? Nec una uox ista per legem, per prophetas, per cantica pastoris est. Neq; enim illi uerum dicere sine uerbo dei potuerunt, quod est Christus. Audi uocem uerbi: & ex ore uerbi, miratus fidem centurionis: Amen, inquit, dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Propterea dico uobis, quia multi ab oriente & occidente uenient & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Ab oriente multi & occidente uenient: Ecce ecclesia Christi, ecce grex Christi: tu uide si ouis es. Nõ em̃ te latet grex qui ubiq; est. Non habebis, quẽ non uis esse pastorem tuũ: Non habebis inquã quod respõdeas iudici tuo: Nesciui, non uidi, non audiui. Quid est quod non sciisti? Nec est qui se abscondat a calore eius. Quid est, quod non uidisti? Viderunt oms fines terræ salutare dei nostri. Quid est quod non audisti? In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed recte a uobis quæritur uox Christi, uox pastoris, quã oues audiant & sequãtur. Non inuenitis quid dicatis: uocem pastoris non habetis. Audite & sequimini. Dimittite uocem lupi, sequimini uocẽ pastoris, aut date uocem pastoris. ¶ Damus inquiunt. Audiamus. Damus & nos uocem pastoris. Audiamus: In canticis, inquiunt, canticorũ loquitur sponsa ad sponsum, ecclesia ad Christum. Nouimus canticacanticorum, sancta cãtica, amatoria cantica: sancti amoris, sanctæ charitatis, sanctæ dulcedinis. Plane uolo inde audire uocem pastoris, uocem dulcissimi spõsi ecclesiæ. Quid habes? Audiamus. Sponsa, inquiunt, dicit ad sponsum: Annũcia mihi quem dilexit anima mea: ubi pascis, ubi cubas. Et ille, inquiunt, respondet: In meridie. Manifesta tibi testimonia

B proferebam: nõ erat quemadmodũ aliter interpretareris. Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã & possessionẽ tuã, terminos terræ. Cõmemorabuntur & conuertẽtur ad dñm uniuersi fines terræ. Quid est quod mihi de Cãticis canticorũ profers: quod forte nõ intelligis? Etenim illa canticacanticor̃ ænigmata sunt: paucis intelligentibus nota sunt: paucis pulsantibus aperiuntur. Tene & deuote accipe aperta: ut merito tibi pandantur obscura. Quomodo eris penetrator obscuror̃, contẽptor manifestorũ? Ecce tamẽ ut possumus fratres hæc uerba discutiamus: aderit dñs ut uideatis ibi sanũ intellectũ. Primo, quod ab omnibus & imperitis facillime iudicat̃, uerba ip̃a male distinguũt, nũc audietis, nũc probabitis. Etem̃ sic se habet textus ipse lectiõis. Spõsa loquit̃ ad spõsum: Annũcia mihi quẽ dilexit ania mea: ubi pascis, ubi cubas? Q d̃ spõsa sponso dicat, quod ecclesia Christo dicat, nec nos dubitamus, nec illi. Sed oia uerba spõsæ audi. Quare uerbũ quod adhuc spõsæ est, uis tribuere iam sponso? Omnia quæ dicit sponsa dicat: tũc respondebit spõsus. Audi euidentius: hac distinctione quã dicturus sum, nõ inuenies aliqd plus. Annũcia mihi quẽ dilexit anima mea: ubi pascis, ubi cubas in meridie? Ip̃a adhuc dicit: ubi pascis, ubi cubas in meridie? Et uide quia ipsa adhuc dicit. Sequitur em̃: Ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum. Puto oms peritos imperitosq; discernere genus masculinum & fœmininum. Operta quæro, cuius generis sit. Ab omni homine quæro, masculini est, an fœminini? Annuncia, inquit, mihi quem dilexit anima mea: quem, cum dicit, masculum alloquitur, sponsum alloquitur. Quia uere fœmina uirum alloquitur, consequentia uerba indicant. Annuncia mihi: ubi pascis, ubi cubas in meridie: ne forte fiam sicut operta. Audi tu operta, ut fiant tibi hæc aperta. Annuncia mihi quem dilexit anima mea: ubi pascis, ubi cubas in meridie: ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum. Hucusq; uerba sponsæ. Iam incipiũt uerba sponsi de manifesto: Nisi cognoueris temetipsam. Agnosce euidenter fœminam. Temet ipsam o pulchra inter mulieres. Nisi cognoueris temetipsam. O pulchra inter mulieres, exi tu in uestigijs gregum, & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum: non in tabernaculo pastoris. Vide quomodo comminetur sponsus: uide quemadmodum in periculo q̃uis ille dulcis abstulit de medio blandimenta. Q̃ blande illa: Annuncia mihi, quem dilexit anima mea: ubi pascis,

C ubi cubas in meridie? Veniet enim dies medius, quando ad umbracula concurrant paſtores, & forte latebit me, ubi tu paſcis, & ubi cubas in meridie: & uolo mihi annuncies ne forte fiam ſicut operta, id eſt ſicut occulta & nõ cognita. Ego em̃ manifeſta ſum, ſed ne ſicut occulta & ſicut celata incidam ſuper greges ſodalium tuorũ. Omnes em̃ hæretici a Chriſto exierunt: oẽs qui facti ſunt paſtores mali, habentes greges ſuos ſub nomine Chriſti: illius ſodales fuerũt: illius cõ uiuium acceperunt. Sodales em̃ dicũtur tãcp unius conuiuij. Latina em̃ lingua ſic dicti ſunt ſodales, quaſi ſimul edales: eo quod ſimul edant. Audi illũ in pſalmo arguentẽ ſodales malos, id eſt unius conuiuij: Si inimicus, inquit, meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utiq; : & ſi ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me utiq; ab eo: tu uero unanimis & notus meus, dux meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. Ergo multi ſodales ingrati mẽſæ dñicæ exierunt foras, mali ſodales fecerunt ſibi menſas ſuas: & erexerũt ſibi altaria contra altare. In eos iſta timet errare. Et ſi putas quia meridies Africa eſt: cpcp poſſem obtinere magis mundi meridiem eſſe partes Aegypti, & illas exuſtas ſole regiones, ubi pluuia non apparet: quia ipſa eſt meridies, ubi feruet medius dies: ibi autem eremus plena milibus ſeruorũ dei. Vnde ſi ad meridiem locorũ ueli/mus aduertere: quare nõ ibi paſcat magis ille & requieſcat: quãdo ante prædictum eſt: Vberaerunt deſerta eremi? Sed ecce conſentio: Africa ſit meridies. Hic ſunt ſodales mali. Eccleſia trãſmarina in aliquo ſuorũ nauigante, in Africa ſollicita ne erret, inuocat ſponſum ſuum, & dicit ei: Abundare audio hæreticos in Africa, abundare audio rebaptiçatores in Africa: Eſſe autem ibi tuos non minus audio. Et illud audio, & hoc audio, ſed qui ſint tui a te uolo audire. Annuncia mihi quẽ dilexit ania mea: ubi paſcis, ubi cubas in meridie? Audio duas partes eſſe. Vnã Donati: alterã uniuerſo tuo cohærentẽ. Tu mihi dic quo eam, ne forte uelut operta, id eſt ignota fiam ſuper greges ſodalium tuorum: & incurram in greges hæreticorũ, conantes ponere lapidem ſup lapidem qui deſtruatur, ne irruam in rebaptiçatores. Annuncia mihi. Et ille qui cõmendat unitatẽ paſtoris in hac lectione dixit: Ego paſcam. Paſtores autẽ reprobat, qui multi eſſe uoluerũt: unitatẽ amiſerũt. Sæueriſſime, nõ blande reſpõdens, ſed pro magnitudine periculi: Niſi cognoueris, inquit, temetipſam o pulchra inter mulieres. Pulchra es inter mulieres, ſed agnoſce te. Vbi te agnoſces? In toto orbe terrarum. Si em̃ pulchra unitas eſt in te, ubi diuiſio: fœditas eſt, nõ pulchritudo. Niſi cognoueris temetipſam: In me credidiſti, agnoſce te in me. Quomodo credidiſti? Quomodo & illi mali ſodales cõſentiunt, uerbum carnẽ factũ, natum ex uirgine, crucifixum, reſurrexiſſe, aſcendiſſe in cœlos. Si talem me credidiſti: talem & illi ſonãt. Cognoſce & tu me in cœlo, & in toto orbe. Vnũ quẽlibet ex eccleſia tãcp eccleſiam Chriſtus alloquit. Nam quomodo eccleſia quærit eccleſiã? Secundũ ipſos loquor. Annuncia mihi quem dilexit anima mea, ubi paſcis, ubi cubas? Quid quærit? Eccleſiam. Et ille tancp oſtendens eccleſiã dicit: In meridie, ſicut illi uolunt. Reſpondeant mihi: quomodo eccleſia quærat eccleſiã: Annuncia mihi quem dilexit anima mea. Quæ loquit? Eccleſia. Quid ſibi uult annũciari? Vbi paſcis, ubi cubas, id eſt, ubi ſit eccleſia. Eccleſia loquitur & interrogat, ubi ſit eccleſia: Et reſpõdet ille, ut putant, in meridie. Si in ſolo meridie eſt, ut dicunt in Africa, quomodo ipſa interrogat, ubi ipſa ſit? An uero portio eccleſiæ tranſmarinæ bene interrogat de meridie ne hic erret? Alloquitur unũquodq; membrorũ eccleſiæ ſuæ Chriſtus, tãcp ſuã eccleſiam, & dicit: Niſi cognoueris temetipſam o pulchra inter mulieres, exi. Exire hæreticorum eſt. Aut cognoſce te, aut exi: Quia ſi te non cognoueris exitura es. Exitura es q̃? In ueſtigijs gregũ, ſequẽdo malos greges. Ne forte putes, qa oues ſequeris ſi exis, audi qd ſequit: Exi tu in ueſtigijs gregũ, & paſce hædos tuos, iã nõ oues. Noſtis fratres: ubi erũt hædi? Ad ſiniſtrã erũt oẽs q exierũt ab eccleſia. Manenti Petro dicit: Paſce oues meas: exeunti hæretico, paſce hædos tuos. Eſt inquiũt & aliud teſtimoniũ nihilominus cõtra te. Dic, audiam9. Erit ſic cõtra te, quõ quod putabis pro te. Si meridiẽ inquiunt interpretaris Aegyptũ; Multis quidẽ modis interpretamur meridiẽ, & Aegyptũ poſſumus ad locũ mũdi, & ipſam Africam ſic intelligere. Audi quid intelligam per meridiẽ: Intelligo feruorem ſpiritaliũ, flagrantẽ igne charitatis, ſplendentẽ lumine ueritatis. Nam dicitur in quodã pſalmo: Dexterã tuã notã fac mihi, & eruditos corde in ſapientia. Dexterã, non hædos: & eruditos corde in ſapientia: ipſi ſunt in meridie. Vnde dicitur a ppheta: Et tenebræ tuæ ſicut meridies erũt. Multis ergo modis poſſumus

D

intelligere

A intelligere meridiem. Sed prorſus Africam intelligo. Accipio a te aliquid forte melius ꝙ̄ ſape/
rem, niſi a te cōmemorarer: Africa ſit meridies. Timet eccleſia tranſmarina incidere in rebapti/
çatores: timet incidere tanꝙ̄ ignota in greges ſodalium: quærit ab ſponſo ſuo ut annunciet illi,
ubi paſcat, ubi cubet in meridie: quia in ipſo meridie, in alijs paſcit, in alijs non paſcit: in alijs cu/
bat, in alijs non cubat. Audiat conſilium: ueniat ad catholicam eccleſiam: non incurrat in greges
ſodalium: non paſcat hædos ſuos. Sed dic aliud quod te dicebas eſſe dicturum. Propheta inqt
ait: Deus ab Africo ueniet. Et iam ubi Africus, utiq; Africa. O teſtimonium: Deus ab Africo ue
niet: & ab Africo ueniet deus. Alterum Chriſtum in Africa naſci, & ire per mundū hæretici an/
nunciant. Rogo quid eſt: Deus ab Africo ueniet? Si diceretis: Deus in Africa remanſit, utiq; tur
piter diceretis: Nunc aūt etiam ab Africa ueniet dicitis Chriſtus. Nouimus ubi ſit natus Chri/
ſtus: ubi ſit paſſus: ubi in cœlum aſcenderit: unde diſcipulos miſerit: ubi eos ſpirituſancto reple/
uerit: ubi per totum mundū euangeliçare iuſſerit, & obtemperarūt ei: & adimpleretur orbis ter/
rarum euangelio: & tu dicis: Deus ab Africa ueniet. Ergo tu mihi, inquit, expone, quid eſt: Deus
ab Africo ueniet? Dic totum, & fortaſſis intelliges: Deus ab Africo ueniet: & ſanctus de monte
umbroſo. Tu mihi expone: ſi iam ab Africa, quomodo de mōte umbroſo? De Numidia nata
eſt pars Donati: ipſi miſſi ſunt primi in diſſenſionem & tumultum & ſcandalum, quærentes in/
gens uulnus. Numidæ miſerunt: Secundus Tigiſitanus miſit. Vbi ſit Tigiſi notū eſt. Qui miſſi
ſunt clerici extra congregauerunt ab eccleſia: ad clericos Carthaginis accedere noluerūt: uiſitato
rē poſuerūt: a Lucilla ſuſcepti ſunt. Author totius huius mali Numidia, hæreticus fuit in Numi
dia, unde uentum eſt huc: cum tanto malo uiſcarium uix inuenitur: cum incurſionibus habitant.
Quomodo mōs umbroſus Numidia? Dic mihi ergo: noli mihi hucuſq; recitare: Deus ab Afri/
co: Exigo & ſequentia: Et ſanctus de monte umbroſo. Sed oſtende mihi partem Donati a Nu/
midia de monte umbroſo uenire. Inuenis nuda omnia: pingues quidem campos, ſed frumenta
B rios: non oliuetis fertiles, non cæteris nemoribus amœnos. Vnde ergo mons umbroſus in Nu
midiæ partibus? Vnde hoc ſcandalum uenit? Tu mihi, inquit, ergo expone quid eſt: Deus
ab Africo ueniet, & ſanctus de monte umbroſo? Vide ꝙ̄ facile exponam. Primo illud audi qđ
ait dominus: Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere tertio die, & prædicari in nomine eius pœ-
nitentiam & remiſſionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem. Ecce un
de uenit. Incipientibus cum dicit, inde utiq; ſe in ſanctis ſuis ad alias gentes uenturū eſſe prædi
xit. Lege diuiſionem terræ filiorum Iſrael in omnibus tribubus in libro Ieſu naue: ubi aperte di/
ctum eſt: Hiebus ab Africo, quæ eſt Hieruſalem. Lege, quære, & inuenies. Vtinam cum inuene/
ris, credas: utinam animoſitatē deponas. Hiebus ab Africo quæ eſt Hieruſalem: Et dñs: Incipiē-
tibus ab Hieruſalem: hoc eſt, deus ab Africo ueniet. Quomodo ergo a monte umbroſo? Euan-
gelium iam lege. De monte oliueti Chriſtus aſcendit in cœlū. Sequere. Et quid lucidius? Audis,
ab Africo: audiſti, de monte umbroſo: Legem recitamus, euangeliū recitamus. Audiſti: Incipien
tibus ab Hieruſalem: audi, per omnes gentes in eodē ꝓpheta. Sequere uerba illa quæ contem-
pſiſti: Deus ab Africo ueniet: & ſanctus de mōte umbroſo. Cooperiet montē umbra eiꝰ, & glo/
ria eius plena eſt terra. Per omnes ergo gentes incipientibus ab Hieruſalē. Quomodo incipien/
tibus ab Hieruſalem? Deus ab Africo ueniet, & ſanctus de monte umbroſo & cōdenſo, id eſt, a
monte oliueti, unde aſcendit in cœlū, unde miſit diſcipulos ſuos: ubi etiā aſcenſurus ait: Nō em
ueſtrū eſt ſcire tēpora, quæ pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis uirtutē ex alto, & eritis mi
hi teſtes. Videte quomodo incepit euangeliū. Et eritis mihi teſtes in Hieruſalē & in Iudæa & Sa
maria & uſq; in totā terrā. Ergo deo ueniente Chriſto & nomē eius & prædicatio euāgelij eius
ab Hieruſalem, id eſt, ab Africo & monte umbroſo, id eſt, a monte oliueti, per omnes gentes
diffamatum eſt euangeliū. Operuit montes umbra eius, id eſt, refrigeriū eius, protectio eius: &
laudis eius plena eſt terra. Cantate ergo cum tota terra cāticum nouū, non canticū uetus cū an/
gulo terræ. Dicunt & aliud: Cyreneus inquiunt quidam Simon angariatus eſt, ut tolleret cru
cem domini. Legimus: ſed quid te adiuuet uolo ſcire. Cyreneus, inquit, Afer eſt: Quare ipſe an/
gariatus eſt qui crucem tolleret? Vbi ſit Cyrene forte neſcis. Libyæ pentapolis eſt: contigua eſt
Africæ: ad orientem magis pertinet: Vel in diſtributione prouinciarum imperatorem co/

C gnoſce. Imperator orientalis mittit iudicem ad Cyrenem. Breuiter reſpondeo: Vbi eſt pars Donati, non inuenitur Cyrene: ubi eſt Cyrene, non inuenitur pars Donati. Manifeſta ueritas conuincit errorem. Det mihi Cyrenem, ubi eſt pars Donati: det mihi partem Donati, ubi eſt Cyrene. Manifeſtum eſt enim fratres in Pentapoli eccleſiam eſſe catholicam: partem Donati ibi non eſſe. Sed ſecuri irrideamus flendos, & fleamus irridendos. Quid dicis? Meritum Cyrenẽſis huius magnum commemoras, quia tulit crucem domini: & Afrum dicis: Oriẽtalis eſt. Libya enim duobus modis dicitur: uel iſta quæ propriæ Africa eſt: uel illa orientis pars quæ contigua eſt Africæ, & omnino collimitanea. Sed Afer fuerit cyrenenſis: beatũ putas quod angariatus crucẽ tulerit? Quanto melius forte diceret qs in Arimathia remanſiſſe eccleſiã Chriſti: quia Ioſeph ille diues ab Arimathia habens ante oculos regnum dei: non angariatus, non coactus uenit ad crucem domini: cum cæteri formidarent, petijt a Pilato ſepeliendũ corpus domini: de ligno depoſuit, obſecutus eſt funeri, in ſepulchro condidit: laudatus eſt in euangelio. Quia uero de Arimathia fuit iſte pius, tantum exhibens obſequium corpori domini, in Arimathia remanſit eccleſia? Aut ſi magis uos delectat angariatus, id eſt qui cogitur tollere crucem? Recte ergo faciũt imperatores catholici, qui uos cogunt ad unitatem.

## VALERIVS RVFFINO NE DVCAT VXOREM.

LOqui prohibeor: & tacere non poſſum. Grues cœli tẽpeſtates p̃nũciant uarias: ululæ, bubones q; ominoſæ aues, hyemis grauitatem inſtantem luctuoſe præululant. Et tu ſubſannas ſi uenturi diſpendij uaticinia uera præſenſero. Ideo loqui prohibeor: ueritatis augur, non uoluptatis. Luſciniam amo & merulam: quæ læticiam aræ lenis concentu placido præloquũtur, & præcipue Philomenam: quæ optatæ tempus iocunditatis tota delitiar; plenitudine cumulat. Ni fallor gnatones diligis & comœdos: q dulces præſuſurrant illecebras: & præcipue Circen: quæ tibi ſuſpiratæ ſuauitatis aromate gaudia plena perfundat, ut fallaris: ut ſus fias, aut aſinus: tacere non poſſum. Propinãt tibi mellitum toxicum
D miniſtri Babel: blande ingreditur & delectat, & impetum ſpiritus tui conducit: Et ideo loqui prohibeor. Scio quod nouiſſime ſicut coluber mordebit: & uirus imprimet impar omi theriaca: ideo tacere non poſſum. Multos habes uoluptatis tuæ perſuaſores, in caput tuũ facundiſſimos: me ſolum elinguem præconem ueritatis, quem nauſeas: ideo loqui prohibeor. Reprobata eſt fatui uox anſeris. Inter cygnos tantum doctos delectare: ea tamen ſenatores docuit ſeruare urbem ab incendio: theſauros a rapina, ſeipſos a telis hoſtiũ. Forſitan & cũ ſenatoribus intelliges, quia prudens es: quod tibi organiçent olores interitũ: & anſer ſalutem ſtrepat: Ideo tacere non poſſum. Deſyderio tuo totus inflammatus: & ſpecioſi nobilitate capitis ſeductus: chimeram neſcis eſſe miſer quod petis: uel ſcire deuoues: quod triforme monſtrum illud, inſignis uenuſtetur facie leonis: olentis maculetur uentre capri: anguis inſidietur cauda uirulentæ: ideo loqui prohibeor. Delectatus eſt ulixes ſymphonia Syrenum. Sed quia Syrenum uoces & Circes pocula nouit: uirtutis uinculis ſibi uim fecit, ut uitaret uoraginem. Ego autem in domino ſperans adĳcio: quod Vlyxis imitator eris, non Empedoclis: qui per ſuam philoſophiam (ne dicam melancholiã, id eſt atrã bilem) uictus Aetnam ſibi mauſeolũ elegit: & parabolã quã audis, ad ueteres attulit: Ideo tacere nõ poſſum. Tãdem ualidior eſt ille ignis tuus, quo tibi annuit pars aduerſa: quam uereor æſtus ille tuus, quo in me accenderis: ne minorem maior ad ſe trahat: Et propterea loqui prohibeor. At ſpiritu loquar: quo tuus ſum. Penſentur ignes lance qualibet æquali uel inæquali: Verſetur periculũ capitis mei: quicquid agas quicquid iudices indulgendum eſt mihi qui præ amoris impatientia, tacere non poſſum. Prima primi uxor Adæ poſt primi hominis creationem, peccato primo ſoluit ieiunia: propter præuaricatum præceptũ domini parentauit inobedientiam, quæ citra mundi terminum non abſiſtet expugnare fœminas: quæ ſemper indefeſſæ erunt trahere in conſequentiam quod a matre ſua traxerunt. Amice, contumelia uiri eſt uxor inobediens. Caue tibi: ueritas quæ non poteſt falli: ait de beato Dauid, Inueni uirum ſecundum cor meum. Hic tamen egre præcipitatus eſt amore mulieris ex adulterio in homicidium: ne unc̃ ſola ueniant ſcandala. Diues enim omnis eſt iniquitas ſocietate plurima: & quamcunq; domum intrauerit, ſuis tradidit inquinandam conuitijs. Amice,

Bethſabeæ

A Bethſabeæ ſiluit,& in nullo malignata eſt:& nihilominus tamen facta eſt ſtimulus ſubuerſiõis uiro perfecto:& mortis aculeus marito innocenti.Nunquid innocens erit,quæ contendit ælo/quentia:ut Dalila Sampſonis:& forma,ut Bethſabeæ: cum huius ſola pulchritudo triumpha/uerit etiam nolens? Si non es amplius ſecundum cor domini ꝙ Dauid, crede quod & tu præ/cipitari potes. Sol hominum Solomon, theſaurus delitiarum dei,ſapiẽtiæ ſingulare domiciliũ, craſſo tenebraꝝ fuſcatus atramento,lucẽ animæ ſuæ,gloriã domus ſuæ,odorem famæ ſuæ ami ſit amore mulieris.Et poſtremo curuatus coram Baalim, ex Eccleſiaſte dñi mutatus eſt in mem brũ çabuli: ut adhuc grauiori uideretur detrudi præcipitio, ꝙ Phœbus in caſu Phaetonis, qui de Apolline Iouis factus eſt paſtor Admeti. Amice, ſi non es ſapientior Solomone, quod ne/mo eſt:non es maior ꝙ qui poteſt faſcinari a fœmina:oculos tuos aperi & uide.Optima fœmi/na, quæ rarior eſt fœnice: amari non poteſt ſine amaritudine metus, & ſollicitudinis, & fre/quentis infortunij.Malæ autem, quarum tam copioſa ſunt examina, ut nullus ſit expers mali/gnitatis earũ: cum amantur amare puniunt, & afflictioni uacant uſq; ad diuiſionem corporis & ſpiritus. Amice,philoſophicum eſt: Videto cui des.Ethica eſt:uideto cui te des. Vexilla pudi/citiæ tulerunt cũ Sabinis Lucretia,& Penelope,& pauciſſimo comitatu trophœa retulerũt.Ami ce, nulla eſt Lucretia,nulla eſt Penelope, nulla eſt Sabina. Time omnes.Ingreſſæ ſunt acies ad Sabinas, Scylla,& Myrrha, & Phedra: & ſecutæ ſunt eas turbæ multæ omnium uitiorum ex/ercitu ſtipatæ: ut gemitus & ſuſpiria:& tandem infernum captiuis ſuis fecerunt.Amice,ne præ/da fias in medio prædonum,non dormias earum in tranſitu.Iupiter rex terrenus,qui & rex cœ/lorum dictus eſt,præ ſingulari ſtrẽnuitate corporis,& incomparabili mentis elegantia,poſt Eu/ropam mugire coactus eſt.Amice,ecce quem bonitas ſuper cœlos extulit,fœmina brutis com/parauit.Poterit etiam fœmina te cogere ad mugitum:ſi non es maior Ioue, cuius magnitudini ñemo alius par fuit.Phœbus qui ſapientiæ ſuæ radijs totius orbis primiciauit ambitũ:ut merito
B ſolis nomine, ſolus illuſtraretur: infatuatus eſt amore Leucothoes:ſibi ad ignominiam: illi ad interitum:& ecliptica diu uiciſſitudine uarius factus eſt: frequenter ſui luminis expers,quo to/tus uniuerſaliter egebat mundus.Amice,ne illud lumen quod in te eſt,tenebræ fiãt.Leucotho/en fugito.Mars qui deus bellantium dici meruit,triumphorum familiari frequentia, in quibus expedit uis animi maxime prompta,nil ſibi metuens a Vulcano ligatus eſt cum Venere:inuiſi/libus quidem catenis,ſenſibilibus tamen.Hoc autem ad plauſum ſatyrorum:& ad riſum cœle/ſtis curiæ. Amice,meditare ſaltem catenas:quas non uides,& iam in parte ſentis: & eripe te dũ adhuc ruptibiles ſunt: ne claudus ille faber & turpis, quem deus non eſt menſa, nec dea eſt di/gnata cubili, te Veneri ſuo more concatenet: & te ſui ſimilem turpem & claudum, imo quod magis timeo loripedem faciat: & non poſſis quod ſaluat fiſſam habere ungulam, ſed alligatus Veneri dolor fias,& irriſio uidẽtium: dum ſibi applaudant cæteri.A falſo dearum iudice repro bata eſt Pallas:quæ non delectare promiſit,ſed prodeſſe.Amice,nunquid & tu ſic iudicas? Vi/deo enim iam te faſtidienti animo tota celeritate percurrere quæ legis, & ſententias non atten/dere,ſed expectare ſchemata.Fruſtra expectas:donec hic turbidus amnis effluat:ut hæc fetulen/tia ſecedens,pura tibi fluenta irriget.Similes enimuero oportet eſſe ſui fontis riuulos,aut turbi/dos,aut claros. Sic uero imperitiam cordis mei,uitium orationis exprimit: & ſtrumoſa dictio/nũ imperitia delicatum offendit animum. Huius imbecillitatis mihi cõſcius diuertiſſem me ad diſſuadendũ libenter:ſed quia tacere nõ potui, locutus ſum ut potui. Quod ſi mihi eſſet tanta ſtili uirtus,quantus eſſet ſcribendi animus:tam elegantia tibi uerba tranſmitterem, & tam no/bili maritata coniugio:ut ſingula ſeorſum: & omnia ſimul ſuum uiderentur authorem bene/dicere. Sed quia mihi omnia debes:quæcunq; adhuc nudus amor & infœcundus, ne dicam ſte/rilis mereri poteſt ex omnibus:mihi præbe interim patienter aurem,dum euoluam quod im/plicui:& a me non requiras purpuriſſum oratoris,aut ceruſſam:quam me neſcire fateor & fleo: ſed ſcribẽtis uotũ, & paginæ ueritatem accepta. Iulius Cæſar cuius amplitudini ſtrictus fuit or/bis:die qua nobilem filium ſuum auſa eſt occare ſæua nimis Atropos: Tugillio humiles quidẽ: ſed diuinos quaſi ſtilos prædocenti aurem humiliter inclinauit in ualuis Capitolij: quod ſi & animum,pœnas eis dediſſet quibus ipſe. Tu uero ſtilorum tuorum mihi prænuncio aurem

inclinas

C inclinas ut aſpis ueneficijs: adhibes animũ,ut aper latratibus: placaris, ut dipſas,cui ſol incan/
duit a cancro. Tibi conſulis,ut ſpreta Medæa. Tibi miſereris,ut æquor naufragis:quod manum
contines,reuerentia regiæ pacis eſt. Amice,ſe humiliauit,licet citra perfectum,domitor orbis fi/
deli ſuo:& pene pedẽ retulit,qa pene paruit: & pene ſuccubuit,quia pene obediuit & nõ penit9.
Nihil ei multa humilitas profuit,quia non plena. Quid tibi confert tua tam ferina inhumani/
tas,& rigor inflexus,& horror ſupercilij. Quid ultro irruis in latronũ inſidias inermis: hũilia te
cede. Sed ad modum humilitatis eius,qui totum ſibi mũdum humiliauit:& audi amicum tuũ.
Et ſi Cæſarem erraſſe credis: qui Tugillio non credidit: exaudi & attẽde quid & alijs contigerit,
ut tibi proſit eorũ læſio. Indemnis eſt eĩ caſtigatio quam perſuadent exemplaria. Neſcio quo
refugio tutus es,aut quo torpeſcis aſylo. Cæſar immiſericordes perfides repperit,& nõ eſt reuer
ſus. Tu ſi unq̃ tale gymnaſium euaſiſti,pios,impios inueniſti. Phoroneus rex,qui legũ the/
ſauros populis publicare non inuidit, ſed is primus Græcorum ſtudia deaurauit, die qua uiã
uniuerſitatis ingreſſus eſt,ait Leontio fratri ſuo: Ad ſummam felicitatem nihil mihi deeſſet,ſi
uxor mihi ſemper defuiſſet. Cui Leontius: Et quomodo uxor obſtat? At ille: Mariti oĩes ſciũt.
Amice,utinã tu ſemel maritus fueris:& nõ ſis ut ſcias quid felicitatẽ impediat. Valẽtinus impe/
rator octogenarius adhuc uirgo,cum audiret die fati ſui triumphorum præconia recoli,quibus
frequentiſſimus erat:ait una ſe tantum gloriari uictoria. Et requiſitus qua? reſpondit:quod ini/
micorum nequiſſimum deuici carnem meam. Amice,hic inglorius migraſſet a ſæculo,niſi ei for
titer reſtitiſſet cum qua tu aſſenſum familiaritatis pepegiſti. Cicero poſt repudiũ Terentiæ uxo
rari noluit,dicens ſe pariter uxori & philoſophiæ operam dare non poſſe. Amice,utinã tibi hoc
animus tuus reſpondeat:uel tua lingua mihi:ut loquendo ſaltem æloquẽtiæ principem digne/
ris imitari:& mihi ſpem facias uel uanam. Cãnius a Gadibus Herculis,poeta facundiæ lenis,&
iocundæ, reprehẽſus eſt a Liuio peno, graui & uxorato hiſtoriographo:quod multarum gau/
deret amoribus,his uerbis:Noſtram philoſophiam participare non poteris, dum a tot partici/
paris. Nõ eĩ eo iecore Iunonẽ amat Titius,qđ multi uultures in multa diuellũt. Cui Cannius:
D ſi quando labor,reſurgo cautius:ſi paulum opprimor,alacrius reſumo aerem,uices noctiũ dies
reddũt lætiores: ſed tenebrarum perpetuitas inſtar inferni eſt. Sic lilia primæua,uerni ſolis deli/
cata teporibus, uarietate tum Euri, tum Nothi,tum Zephyri læticia effuſiore laſciuiũt,quibus
uno ſpiritu fulminans Libs incumbens occaſum facit. Sic Mars ruptis teſticulis in menſa cœle/
ſti recumbit conuiua ſuperum:a qua uxorius Mulciber ſuo fune longe religatur. Sic leuius ligãt
multa fila q̃ ſola catena. Sic mihi a philoſophia delitiæ tibi ſolatiũ. Amice,utriuſq; uerba pbo:
uitã neutrius. Minus tamẽ multi morbi lædunt ſalutis uiciſſitudine interpolati: q̃ langor unus
qui a doloribus irremediatis non ceſſat affligere. Pacuuius flens,ait Arrio uicino ſuo. Amice,ar
borem habeo in horto meo infelicem:de qua prima uxor mea ſe ſuſpendit:poſtmodum ſecun
da,iam nũc tertia. Cui Arrius: Miror te in tot ſucceſſibus lachrymas inueniſſe. Et iterum: Dij bo
ni quot tibi diſpendia arbor illa ſuſpendit. Et tertio: Amice, da & mihi de arbore illa ſurculos,
quos ſeram. Amice,timeo ne & te oporteat arboris illius ſurculos mendicare, cum iam inueniri
non poterunt. Senſit Sulpitius ubi ipſum calceus ſuus premebat, qui ab uxore nobili & caſta
diuertit. Amice,caue tibi ne te premat calceus:qui auelli non poſſit. Ait Cato Vticenſis. Si abſq;
fœmina poſſet eſſe mundus,cõuerſatio noſtra nõ eſſet abſq; dijs. Amice, Cato non niſi uera &
cognita loquebatur,nec quiſq̃ fœminarũ execratur ludibria,niſi luſus & expertus & cõſcius pœ
næ. His igitur fidem habere decet:qui cũ omni ueritate loquuntur. Hi ſciunt ut placet delecta/
tio & pungit delictum. Hi norunt quod flos Veneris roſa eſt: quia ſub eius purpura multi
latent aculei. Metellus Mario reſpondit cum eius filiam dote diuitem, forma nobilem, genere
claram,fama felicem ducere noluit: Malo meus eſſe q̃ ſuus. Cui Marius, imo ipſa tua erit. At
ille: Imo uirum oportet uxoris eſſe. Logicum eſt enim,talia erunt ſubiecta, qualia permiſerint
prædicata. Sic facetia uerbi Metelli diuertit ab oneribus dorſum eius. Amice, ſi uxorari opor/
tet non expedit quidem. Verumtamen ſit amor in cauſa non cenſus. Et faciem uxoris eligas,
non ueſtem. Et animum,non aurum: Et tibi nubat uxor nõ dos. Ergo ſi quo modo fieri poteſt,
prædicari poteris, ut liuorẽ non ducas a ſubiecto. Lais Corinthia prærogatiua pulchritudinis

A insignis,tantūmodo regum & principum dignabatur amplexus:Conata est tamen Demosthe ni philosopho participare, ut notæ castitatis eius miraculo soluto: uideretur specie sua lapides mouisse,ut Amphion cithara:attractumq; blandicijs tractauit suauiter.Cūq; iā Demosthenes emolliretur ad thalamū,petiuit ab eo Lais centum talenta pro consensu.At ille suspiciens in cœ lum,ait:Non emo tāti pœnitere. Amice,utinam in cœlum & tu acumen mentis dirigas, ut id ef/ fugias quod pœnitentia est redimi. Liuia uirum suum interfecit,quem nimis odijt.Lucillia suū quem nimis amauit .Illa spōte miscuit aconitum:hæc decepta, furorem propinauit pro amoris poculo.Amice,contrarijs contenderunt uotis istæ.Neutra tamē defraudata est fine fraudis fœ/ mineæ,proprio scilicet malo. Varijs & diuersis incedunt semitis fœminæ, quibusq; anfractibus errent, quibusq; deuient inuijs: unus est exitus: una omnium uiarum suarum meta. Vnicum caput & conuentus omnium diuersitatum suarum malitia.Exemplo harum experimentum ca pe:quod audax est ad omnia quæ amat uel odit fœmina:& artificiosa cū nocere uult,quod sem per est& frequenter:cū iuuare parat,obest. Vnde fit,ut frequēter noceat nolens. In fornace po/ situs es:si aurū es, exibis purior.Deianira Tirynthium uestiuit interula:& mōstrorum malleū, monstri sanguine ulta est: sibiq; processit ad lachrymas, quod ad læticiā machinata est. Ami/ ce,traiectum telo Herculis sciuit & uidit Nessum ista, nihilominus tamē Nesso credidit in Her culem:& quasi non sponte,quem debuit uestire interula,uestiuit interitu.Insani capitis & præ/ cipitis est fœmina,indeliberata semper uoluntate: præcipuum arbitratur quod uult, & quod nō expedit:& ut præ omnibus placere cupit,ita placitum suum omnibus præferre cōsulta est.Duo decim inhumanos labores consūmauit Alcides.A tertiodecimo qui omnem inhumanitatē ex/ cessit,exuperatus est. Sic fortissimus hominum, æque dolendus ut gemebundus occubuit,qui cœli arcem sine gemitu sustinuerat humeris. Tandem quæ unq; inter tot milia milium sedulum sollicitumq; precatorem perpetua contristauit repulsa:uel quæ constanter præcidit uerba petē/
B tis:fauorem sapit eius responsio:& quantūcūq; dura fuerit, semper in aliquo uerbi sui angulo habebis aliquem petitionis tuæ fomitem implicitum:quælibet negat, nulla pernegat.Irrum pit aurum in propugnacula turris Acrisij,uallo q; multiplici signatam Danes pudicitiā soluit.Ami ce,sicut uirgini quæ terrā triūpharat,de cœlo pluit incestus:sic quā nūq; fallit humilis,uincit sub/ limis.Sic arborem quā nunq; mouit Fauonius,euertit Aquilo.Lycia uirgo,uergens in seniū,& fama castitatis priuilegiata cōstanter:tandē oppʒssa Apollinis phantasmate concepit,peperitq; Platonem.Amice,quam illibatam seruauerunt uigiliæ:defl orauit illusio per somnium:ut semp omne rosariū aliquo turbine sua purpura spolieť. Sed bene,si qd hic bene,qd' patrissauit Plato in sapientia: & quod similis factus est nois & numinis patris p̄cipui.Amice,miraris,an indigna ris magis:quod in parabolis tibi significē gentiles esse imitandos,Christiano idololatras:agno, canes:deniq; bono malos? Volo sis api argumētosæ similis: quæ mel elicit ex urtica: ut sumas mel de petra,oleumq; de saxo durissimo.Gentiliū noui superstitionē, sed omīs creatura dei ali quod habet exemplar honesti. Vnde ipse, tum aries, tum leo,tum uermis dicitur: sed plurima peruersa agunt increduli: aliqua tamē quæ cū ipsis interierāt, in nobis fructū abūdare fecerūt. Quod si illi ç̃onas habuerūt pelliceas causa mūditiæ,sine spe,sine fide,sine prædicamento, sine charitate:profecto si nos fuerimus asini & sues, aut aliqua inhumanitate brutorū similes, quo fidei,quo spei,quo charitatis merito digni reperiemur:cum uideas prophetas: & præcipue illū mundi cordis,quē soli cernere possunt oculi.Illi autē studio suaʒ artiū se multis conatibus affli xerunt:nullo futuræ fœlicitatis intuitu:sed tantū ne animas haberēt ignorātes.Quid nobis erit, neglecta diuina pagina: cuius finis ueritas est,& illuminatio & lucerna pedibus:& lumē semitis ad uitā æternā. Vtinā hanc eligas,utinā hanc legas,utinā hanc introducas in cubiculū tuū,ut in/ troducat te rex in suum. Hanc dudum floribus tui ueris subarrasti. Hec in æstate tua expectat ut facias uuam:in huius iniuriam, non ducas aliam,ne faciens in tempore uindemiæ labrusca inueniaris.Nolo te sponsum Veneris fieri,sed Palladis.Hæc sponsa te induet monilibus precio sis.& ornabit: hæc te induet ueste nuptiali.Hæ nuptiæ gloriabūtur Apolline paranympho:ha/ rum Fescēnina decebit cedros libani.Stilbon uxoratus,spem huius tā desyderatæ solēnitatis de uote cōcepi:sed in timore,causa huius tota hæc lectio facta est.Ad hūc finē luculēta tota hæc p/

perat oratio

C perat oratio. Hic rigor huius diſſuaſiõis: hic totus armat: cui⁹ multo chalybe præduratos ſentis aculeos. Dura eſt manus chirurgici, ſed ſanãs. Durus eſt hic ſermo, ſed ſanus. Sed utinã tã utilis q̃ deuotus. Amice, artã tibi, ut ais, infligo uiuẽdi regulam, eſto. Eſt em̃ arta uia quæ ducit ad uitam: nec eſt ſemita plana, qua itur ad gaudia plena: imo etiam ad mediocria per ſalebras euadimus. Audiuit Iaſon, quoc̃ per mare adhuc intactum, nec ullis deuirginatum ratibus aut remis: & per tauros & ſulphureos ignes: & per toxicati ſerpentis uigilias ſibi uiandum eſſet ad uellus aureum: & ſano conſilio, licet non ſuaui uſus, abijt & redijt: & optabilem theſaurum retulit: Sic abſinthium ueritatis acceptat moroſæ mentis humilitas: fœcundat officioſa ſedulitas: in fructum perducit perſeuerantiæ utilitas. Sic ſemẽtem ſerit, pincerna pluuiarũ Auſter. Conſolidat ſcopa uiarũ Aquilo. In ubertatem promouet florum procreator Zephyrus. Sic dura principia dulci fine munerantur. Sic arctus callis ad ampla palatia perducit: ſic anguſtus trames ad terram ducit uiuentium. Sed ne longo te diſpendio ſuſpẽdam, ut maiori teſtimonio mihi fides adhibeat: lege Aureolũ Theophraſti: & Medæam Iaſonis, & uix pauca inuenies impoſſibilia mulieri. Amice, det tibi deus omnipotens fœminæ fallacia nõ falli: & illuminet cor tuum: ne præſtigiatis oculis tendas quo ego timeo. Sed ne Oreſtẽ ſcripſiſſe uidear: Vale.

## ERASMI ROTERODAMI IN CATALOGVM ILLVSTRIVM VIRORVM GENNADII CENSVRA.

Opus hoc tametſi, nec eruditũ admodum, nec æloquens, tamen haud indignum arbitror quod ſeruet ob hiſtoriæ cognitionem. Quãq̃ apparet hunc quiſquis fuit, non caruiſſe, uel hæreſi, uel certe uirulenta inſania, qui non ueritus ſit Ruffinum blateronem & rabulam, ſi cum Hieronymo conferatur, tantis efferre laudibus. Nec eo contentus, addit Hieronymum, obtrectationis morbo ſcripſiſſe aduerſus ſanctiſſimum uirum. Verba Gẽnadij ſunt hæc. Sed & obtrectatori opuſculorum ſuorum reſpondit duobus uoluminibus, arguens & conuincens, ſe dei intuitu & eccleſiæ utilitate, auxiliante domino ingenium agitauiſſe: illum uero æmulationis ſtimulo incitatum, ad obloquium ſtilum uertiſſe. Hactenus Gennadius.

D

## GENNADII ILLVSTRIVM VIRORVM CATALOGVS.

HAcobus preſbyter cognomẽto ſapiens, Neſibenæ nobilis Perſarum modo ciuitatis epiſcopus, unus ex numero ſub Maximiano perſecutore cõfeſſorum: & eorum qui in Nicena ſynodo Arrianam peruerſitatem ὁμοούσιον oppoſitione damnarunt. Hunc uirum beatus Hieronymus in libro χρονικῶν, uelut magnarum uirtutũ hominem nominans, in Catalogo ſcribarum cur non poſuerit, facile excuſabitur: ſi conſyderemus ipſos tres uel quatuor Syros quos poſuit, interpretatos in Græcũ ſe legiſſe teſtatũ. Vnde cõſtat eũ ignoraſſe illo tẽpore Syram linguã uel litteras. Et ideo hũc qui necdũ in aliã uerſus eſt linguã neſciſſe ſcriptorem. Cõprehendit autẽ oñe opus ſuum in uigintiſex libris: id eſt de fide aduerſum oẽs hæreſes, de charitate generali, de ieiunio, de oratiõe, de dilectione erga proximũ ſpeciali, de reſurrectione, de uita poſt mortem, de humilitate, de pœnitentia, de ſatiſfactione, de uirginitate, de aſcenſu animæ, de circũciſione, de açymi benedictiõe: pro qua in Eſaia legit: Nõ exterminabitur botrus: de Chriſto quod filius dei ſit & cõſubſtantialis patri: de caſtitate aduerſus gentes, de conſtructione tabernaculi, de gentium cõuerſatione, de regno Perſarum, de perſecutione Chriſtianorum. Compoſuit & χρονικὸν minoris quidem Græcor: curioſitatis, ſed maioris fiduciæ: quia diuinarum ſcripturarum authoritate conſtructum, comprimit ora eorum qui præſumptuoſa ſuſpitione de aduentu Antichriſti uel domini noſtri inaniter philoſophantur. Moritur hic uir Conſtantij tẽporibus, & iuxta præceptum patris eius Conſtantini intra muros Neſibenſes ſepelitur, ob cuſtodiã uidelicet ciuitatis, quod ſecundum fidem Cõſtantini euenit. Nã poſt multos ãnos ingreſſus Iulianus Neſibẽ, & uel gloriæ ſepulti inuidẽs, uel fidei Cõſtãtini cuius ob id domũ perſequebat, iuſſit efferri de ciuitate ſancti corporis reliquias: & poſt paucos menſes conſulendæ licet rei publicæ Iouinianus imperator qui Iuliano ſucceſſerat tradidit barbaris ciuitatem: quæ uſq; hodie Perſarum ditioni cum finibus ſuis ſubiecta ſeruit.

Iulius

A TVlius urbis Romæ episcopus,scripsit ad Dionysium quendã de incarnatione Christi dñi epistolã unã:quæ illo quidẽ tẽpore utilis uisa est aduersum eos,qui ita duas per incarnationem in Christo asserebant personas sicut & naturas:nunc autẽ pernitiosa probatur:fomẽtum enim est Eutychianæ & Timothianæ impietatis.

PAulinus presbyter,discipulus beati Ephrẽ diaconi,homo acris ualde ingenij: & in diuinis doctus scripturis: sed uiuente magistro clarus in doctoribus ecclesiæ fuit: & maxime ex tempore declamator.Post illius autẽ obitũ,amore primatus & nominis, separans se ab ecclesia,scripsit cõtraria fidei multa.Huic obiturus beatus Ephrem astanti sibi dixisse fert. Vide Paulíne ne te submittas cogitationibus tuis:sed cum te ad purũ cõprehendisse putaueris dominum, crede nec intellexisse. Præsenserat em̃ illum ex studijs uel sermonibus eius,noua inuestigare:& immẽsum intellectũ tenere:unde eũ frequẽter Bardesanem nouellũ uocabat.

VItellius Afer, Donatianum schisma defendens,scripsit deo eo quod odio sint mũdo dei serui:in quo si tacuisset de nostro uelut persecutorum nomine, egregiam doctrinã ædiderat. Scripsit & aduersum gentes & aduersum nos, uelut traditores in psecutione diuinarum scripturarum:& ad regulam ecclesiasticam pertinentia multa disseruit.Claruit sub Constante filio Constantini principe.

MAcrobius presbyter,ut & ipe ex scriptis Optati cognoui,Donatianorꝝ postea in urbe Roma occultus episcopus fuit.Scripsit cum adhuc in ecclesia dei presbyter esset, & ad confessores,& uirgines librum : moralis quidem, sed ualde necessariæ doctrinæ:& præcipue ad studium castitatis aptissimis ualde sententijs communitum.Claruit inter nostros, primum Africæ:& inter suos,id est, Donatianos siue Montenses,postea Romæ.

HElíodorus presbyter, scripsit librum unum de naturis rerum exordialium:in quo ostẽdit unum esse principium: nec quicq̃ coæuum deo: nec mali conditorem deum: sed ita bonorum omnium creatorem, ut materia qua ad malum usa est, post inuenta malicia a deo sit facta.Nec quicq̃ materialiũ absq; deo credat conditũ:aut fuisse aliarum rerũ creatorem præter deũ:qui præscientia sua cũ uiderit mutandam naturã,præmonuit de pœna.

B PAchumius monachus,uir tam in docendo q̃ in signa faciẽdo apostolicæ gratiæ:& fundator Aegypti cœnobiorum, scripsit regulam utriq; generi monachorum aptam, quã angelo dictãte perceperat . Scripsit & ad collegas præposituræ suæ epistolas,in quibus alphabetum mysticis tectum sacramentis,uelut humanæ consuetudinis excedentem intelligentiam clausit: solis credo eorum gratiæ, uel meritis manifestum : id est ab abbatem Cornelium, unã:ad abbatem Syrum,unam:ad omnium monasteriorꝝ præpositos:ut in unũ antiquius monasterium, quod lingua Aegyptiaca uocatur Baum congregati,pascæ diem,uelut æterna lege concelebrent, epistolam unam.Similiter & ad diem remissionis quæ mense Augusto agitur: ut in unum præpositi congregarentur,epistolam unam:& ad fratres qui foras monasteriũ missi fuerant operari, epistolam unam.

THeodorus p̃sbyter,successor & gratiæ & p̃posituræ supradicti abbatis Pachumij,scripsit ad alia monasteria scripturarũ sanctarũ epistolas sermone digestas.In qbus tamẽ frequẽter meminit magistri & institutoris Pachumij: & doctrinæ eius ac uitæ,pponit exẽpla:quæ ille ut doceret angelo administrãte didicerat.Simul & hortabatur permanendũ in ꝓpositi cordis & studij: & redire in cõcordiã & unitatẽ eos qui post abbatis obitũ dissensione facta,a cœtu semetipsos abscíderant unitatis.Sunt autem huius exhortationis epistolæ tres.

OResiesis monachus,amborꝝ,id est Pachumij &Theodori collega,uir in sanctis scripturis ad ꝓfectũ instructus : cõposuit librũ diuino conditũ sale,totiusq; monasticæ disciplinæ instrumẽtis constructũ, & ut simpliciter dicam:in quo totũ pene uetus & nouũ testamentum compendiosis dissertionibus iuxta monachorum dũtaxat necessitatem inuenit expositum:quẽ tamen uice testamenti prope diem obitus sui fratribus obtulit.

MAcarius monachus ille Aegyptius, signis & uirtutibus clarus,unam tantum ad iuniores professionis suæ scripsit epistolam:in qua docet illũ perfecte posse deo seruire,qui conditionem creationis suæ cognoscens, ad omnes semetipsum inclinauerit labores:

C & luctando,atq; dei aduersum oñe quod in hac uita suaue est auxiliũ implorãdo: ad naturalẽ quoq; perueniens puritatem,continentiã uelut naturæ debitum munus obtinuerit.

EVagrius monachus,supradicti Macarij familiaris discipulus,diuina & hũana litteratura insignis:cuius etiã liber qui attitulatur uita patrũ,uelut continẽtissimi & eruditissimi uiri mentionem facit. Scripsit multa monachis necessaria,e quibus ista sunt. Aduersum octo principalium uitiorum suggestiones, quas aut primus aduertit, aut inter primos didicit. Octo ex sanctarum scripturarum testimonijs opposuit libros: ad similitudinem uidelicet dñi, qui tentatori suo semper scripturarum testimonijs obuiauit: Ita ut unaquæq;,uel diaboli, uel uitiatæ naturæ suggestionum contra se habeat testimonium:quod tamen opus eadem simplicitate qua in Græco inueni, iussus in latinum trãstuli. Cõposuit & Anachoretis simpliciter uiuẽtibus librum centum sententiarum per capitula digestum:& eruditis ac studiosis, quinquaginta sententiarum,quem ego in latinum primus feci. Nam superiorẽ olim translatum: quia uitiatum & per tempus confusum uidi:partim reinterpretando, partim emendando authoris ueritatem restitui. Composuit & cœnobitis ac synoditis doctrinam aptam uitæ cõmunis: Et ad uirginem deo sacratam, libellũ competẽtem religioni & sexui.Edidit & paucas sententiolas ualde obscuras:&(ut ipse in his ait)solis monachorum cordibus agnoscibiles:quas ego similiter latinis dedi. Vixit longa ætate,signis & prodigijs pollens.

THeodorus Antiochenæ ecclesiæ presbyter uir scientia cautus & lingua disertus,scripsit aduersum Apollinaristas & Anomæos de incarnatiõe domini libros ad qndecim milia uersum cõtinentes.In quibus ratione purissima & testimonijs scripturarum,ostendit dominũ Iesum,sicut plenitudinem deitatis,ita plenitudinem humanitatis habuisse. Docet & hominem duabus tantum substantijs constare,anima scilicet & corpore: sensumq; & spiritũ nõ alterã esse substantiã, sed officia esse animæ ingenita,qbus spirat,qbus rationabilis est,qbus sensibile facit corpus. Quartũdecimũ aũt huius operis librũ,pprie de increata & sola incorporea dominaq; omniũ sanctæ trinitatis natura:& de creaturarũ ratiõe differens, pio sensu cũ au
D thoritate sanctarum scripturarum explicuit.Quintodecimo uero uolumine, totũ operis sui corpus,citatis etiam patrum traditiõibus confirmauit & cõmuniuit.

PRudentius uir sæculari litteratura eruditus, composuit διπτύχαιον de toto ueteri & nouo testamento personis excerptis. Cõmentatus est & in morẽ græcorũ Hexameron de mundi fabrica, usq; ad conditionem primi hominis, & præuaricationem eius. Composuit & libellos, quos Græca appellatione prætitulauit ἀποθέωσις, ψυχομαχία, ἁμαρτιγένεια, id est, de diuinitate, de compugnantia animi, de origine peccatorũ. Fecit & in laudem martyrum sub aliquorũ nominibus. Inuitatorium ad martyriũ librũ unũ,& hymnorũ alterũ. Speciali tamen intentione aduersum Symmachum idololatriã defendentem:ex quorum lectione agnoscitur Palatinus miles fuisse.

AVdentius episcopus Hispanus, scripsit aduersus Manichæos & Sabellianos & Arrianos: maximeq; intentione speciali contra Photinianos, qui nunc Bonosiaci uocantur librum,quẽ prætitulauit de fide aduersum omnes hæreticos:in quo ostẽdit antiquitatem filij dei coæternalẽ patri fuisse: nec initiũ deitatis tunc a deo patre acceperit, cum a Maria matre uirgine homo deo fabricante conceptus & natus est.

COmmodianꝰ dũ inter sæculares litteras etiã nostras legit, occasionẽ accepit fidei.Factꝰ itaq; Christianus & uolẽs aliqd studiorũ suorũ muneris offerre Christo suæ salutis authori,scripsit mediocri sermone,q̃si uersu aduersum paganos: & qa patrũ nostrorꝝ attigerat litteras,magis illorũ dogmata destruere potuit q̃ nostra firmare. Vnde & de diuinis repmissionibꝰ aduersum illos agens,uili satis & crasso (ut ita dixerim)sensu differuit:illis stuporẽ, nobis desperationẽ incutiens. Tertullianũ & Lactantiũ & Papiã authores secutus,moralẽ sane doctrinã & maxime uoluntariæ paupertatis amore optime prosecutus studẽtibus inculcauit.

FAustinus presbyter,scripsit ad personã Faciliæ reginæ aduersum Arrianos & Macedonianos libros septem:his eos maxime scripturarũ testimonijs arguẽs & cõuincens,quibus illi prauo sensu utuntur ad blasphemiã. Scripsit & librũ quem Valentiniano, Theodosio &

A dosio & Archadio impatoribus p defensiõe suorꝝ,cũ Marcelliano q̃dã presbytero obtulit.Ex quo ostẽdit Luciferiano schismati cõsensisse:qa Hilariũ Pictauiẽsem,& Damasũ urbis Romæ episcopũ in eodẽ libro culpat,q̃si male cõsuluerit eccl̃iæ,quod p̃uaricatores episcopos,in cõmunionẽ & sacerdotiũ,pacis recuperãdæ gratia recepissent:qd' Luciferianis ita displicuit recipere

Reꝑos,q in Ariminẽsi cõcilio Arrianis cõicauerãt:ut Nouatianis apostatas pœnitẽtes. Vffinus Aquileiensis ecclesiæ presbyter: nõ minima pars ecclesiæ doctorꝝ: & in transferendo de græco in latinũ elegans ingeniũ habuit.Deniq; maximã partẽ græcorũ bibliothecæ latinis exhibuit.Basilij scilicet Cæsariensis Cappadociæ episcopi. Gregorij Naçianzeni æloquẽtissimi hominis.Clemẽtis Romani recognitionũ libros.Eusebij Cæsariensis Palæstinæ ecclesiasticam historiã.Xysti sententias,Euagrij sententias.Pamphili martyris aduersum Mathematicos.Horũ omniũ quæcũq; p̃missis prologis a latinis legũtur,a Ruffino interpretata sunt:quæ autẽ sine ꝓlogo,ab alio trãslata sunt,q prologũ facere noluit.Origenis aũt nõ oia, quia & Hieronymus transtulit aliquãta, quæ suo ꝓlogo discernunt'.Proprio autẽ labore:imo gratiæ dei dono,exposuit idẽ Ruffinus symbolũ:ut in ei⁹ cõparatiõe alij nõ exposuisse credãt', Disseruit & benedictionẽ Iacob sup patriarchas,triplici,id est historico morali & mystico sensu. Scripsit epistolas ad timorẽ dei hortatorias multas:inter quas p̃eminẽt illæ quas ad Probã dedit.Historiæ etiam ecclesiasticæ, quã ab Eusebio cõscriptã,& ab isto diximus interpretatã addidit decimũ & undecimum librũ. Sed & obtrectatori opusculorũ suorũ respondit duobus uoluminibus,arguẽs & cõuincens se dei intuitu & ecclesiæ utilitate,auxiliante dño ingeniũ agitauisse:illum uero æmulationis stimulo incitatum, ad obloquium stilum uertisse.

Tichonius natiõe Afer, in diuinis litteris eruditus:iuxta historiã sufficiẽter,& in sæcularibus nõ ignarus fuit: in ecclesiasticis quoq; negocijs studiosus:scripsit de bello intestino libros & expositiones diuersarũ causarũ:in quibus ob suorꝝ defensionẽ,antiquarũ
B meminit synodorũ:e qbus oibus agnoscit' Donatianæ partis fuisse.Cõposuit & regulas ad inuestigandã & inueniendam intelligentiã scripturarũ, octo q̃si uno uolumine cõclusit.Exposuit & Apocalypsim Iohãnis ex integro: nihil in ea carnale, sed totũ intelligẽs spiritale. In q̃ expositiõe dixit angelicã stationem corpus esse: mille annorũ quoq; regni in terra iustorũ post resurrectionem futuri suspitionẽ intulit. Neq; duas in carne mortuorum resurrectiões futuras: unã iustorum, aliam iniustorũ:sed unã & semel omniũ,in qua resurgent abortiui etiam deformati,ne quid humani generis deformatũ & animatum substantia. Interea ostẽdit distinctionem sane duarum resurrectionum : ita facit,ut primã quam iustorum Apocalypsim dicit,credamus modo in ecclesiæ incremento agi:ubi iustificati per fidem,a morticinis peccatorũ suorũ per baptismum ad uitæ æternæ stipendium suscitantur.Secundam uero generaliter omnis hominum carnis.Floruit hic ætate qua ante memoratus Ruffinus,Theodosio & filijs eius regnantibus.

SEuerus presbyter cognomẽto Sulpitius Aquitanicæ ꝓuinciæ:uir genere & litteris nobilis:& paupertatis atq; humilitatis amore cõspicuus:charus etiam sanctorum uirorũ Martini Turonensis episcopi & Paulini Nolani: scripsit non contemnenda opuscula. Nam epistolas ad amorẽ dei & contẽptum mundi exhortatorias,scripsit sorori suæ multas:quæ & notæ sunt:scripsit & ad supradictum Paulinum Nolanum duas,& ad alios alias.Sed quia in aliqbus etiã familiaris necessitas inserta est,nõ digeruntur.Cõposuit & chronica.Scripsit & ad multorum profectum:uitam beati Martini monachi & episcopi, signis & prodigijs ac uirtutibus illustris uiri : & collationem Posthumiani & Galli, se mediante & iudice de conuersatione monachorum orientalium, & ipsius Martini, habitam in dialogi specie,duabus incisionibus comprehendit; in quarum priorum refert suo tempore apud Alexandrinã synodum episcoporum decretum, Origenem & cautius a sapientibus pro bonis legendum, & a minus capacibus pro malis repudiãdum.Hic in senectute sua a Pelagianis deceptus:& agnoscens loquacitatis culpã, silẽtiũ usq; ad mortẽ tenuit:ut peccatũ,qd' loq̃ndo cõtraxerat,tacẽdo penit⁹emendaret.

ANtiochus episcopus:scripsit aduersum auariciã unũ & longũ uolumen:& de curatione cæci,qui a saluatore illuminatus est homiliam cõposuit:cõpunctione timoris dei & humilitate plenam.Moritur Archadij imperatoris tempore.

C SEuerianus Gabalensis ecclesiæ episcopus:in diuinis scripturis eruditus: & in homilijs declamator admirabilis fuit:unde & frequēter ab episcopo Iohāne & Archadio imperatore ad faciendū sermonē Cōstātinopolim uocabat. Legi eius expositionē in epistolā ad Galatas,& de baptismo & Theophaniæ solēnitate libellū gratissimum.Moritur iuniore Theodosio imperante.

NIceas Romanæ ciuitatis episcopus,cōposuit simplici & nitido sermone sex competentibus baptismū instructionis libellos: in qbus Primus continet, qualiter se debeant agere cōpetentes, qui ad baptismi gratiā cupiunt puenire.Secūdus, de gētilitatis erroribus: in quo indicat suo pene tpe Melchidiū quēdā patrēfamilias ob liberalitatē,& Gadariū rusticū ob fortitudinē eē inter deos relatos. Tertius liber,de fide unicæ maiestatis.Quartus,aduersum genethlelogiam. Quintus,de symbolo.Sextus,de agni paschalis uictima.Dedit & ad lapsam uirginem libellum,omnibus labētibus emendationis incentiuū.

OLimpus natione Hispanus episcopus,scripsit librū fidei aduersum eos,qui naturā & nō arbitriū in culpā uocāt: oñdens nō creatiōe, sed inobediētia insertū naturæ malū.

BAcciarius uir philosophiæ Christianæ nudus & expeditus, uacare deo disponens,etiā pegrinationē p cōseruāda ꝓposita integritate elegit.Edidisse dicit grata opuscula: sed & ego ex illis unū tm̄ de fide librū legi:in quo satisfacit pōtifici urbis aduersū quærulos & infamatores peregrinationis suæ:indicans se non timore hominū,sed dei causa peregrinationem suscepisse:ut exiens de terra sua & cognatione sua,cohæres fieret Abrahæ patriarchæ.

SAbbatius Gallicanæ ꝓuinciæ episcopus,rogatus a quadā casta & Christo dicata uirgine Secunda noie, cōposuit librum de fide aduersum Marcionē & Valentinianū eius authorem,& aduersum Eunomiū & eius magistrū Aetium:ostendens et ratione scripturarum & testimonijs,unū esse deitatis principiū,ipsumq; esse & suæ deitatis & æternitatis authorē,& mundi ex nihilo conditorem:simul & de Christo,quod non in phantasia homo apparuerit:sed
D uerā habuerit carnē,per quā manducādo,bibendo,lassando,plorando,patiendo,moriendo,resurgēdo,uerus,pbatus sit homo.His em̄ sentētijs Marcion & Valentinian⁹cōtrarij extiterūt:asserentes duo deitatis principia, & Christū uenisse in phantasia.Aetio uero & Eunomio discipulo, ostēdit patrē & filiū,nō duaꝝ esse naturarū & diuinitate pariliū: sed unius essentiæ:& alterū ex altero,id est,ex patre filiū, alterū alteri coæternū:cui credulitati Aetius & Eunomius cōtradicūt.

ISaac scripsit de sancta trinitate,& de incarnatione domini librum obscurissimæ disputationis & inuoluti sermonis : confirmans ita in una deitate tres esse personas: ut tamen sit in singulis propriū aliquid quod nō habeat alia . Patrē scilicet hoc habere ꝓpriū, qđ ipse sine origine,origo sit aliorꝝ.Filium hoc habere propriū,quod genitus genitori nō sit posterior. Spm̄ sanctū hoc habere ꝓprium,qđ nec factus sit,nec genitus,& tm̄ sit ex altero.De incarnatione uero dñi ita scribit:ut manētibus in eo duabus naturis,una credat filij dei ꝑsona.

VRsinus monachus,scripsit aduersum eos qui rebaptiçandos hæreticos decernunt:docēs nec legitimū nec deo dignū rebaptiçari illos q in noie simpliciter Christi,uel in nomine patris & filij & spūs sctī,cuius prauo sensu baptiçēt:sed post sanctæ trinitatis & Christi simplicē cōfessionē,sufficere ad salutē manus impositionē catholici sacerdotis.

MAcarius alius monachus,scripsit in urbe Romana aduersum mathematicos librū: in quo labore,orientalium quæsiuit solatia scripturarum.

HEliodorus alius Antiochen⁹ presbyter,edidit de uirginitate egregium & sanctis scripturis instructum uolumen.

IOhannes Hierosolymorum episcopus,scripsit in obtrectatores studij sui librum:in quo ostendit se Origenis ingenium non fidem secutum.

PAulus episcopus,scripsit de pœnitentia libellum,in quo dat legem pœnitētibus,ita debere dolere pro peccatis:ne supra mensuram tristiciæ,immēsitate desperationis mergant.

HEluidius Auxētij discipulus Symmachi imitator:scripsit religionis quidē librū studio, sed nō secūdū scientiā ,neq; sermone,neq; ratiōe nitidū:cui⁹operis ita sanctarꝝ scripturarū sensus ad suam peruersitatem flectere conatus est,ut earū testimonijs asserere uo

luerit

A luerit ſanctã Mariã poſt natiuitatẽ dñi,quẽ uirgo peperit,Ioſeph ſpõſo ſuo iunctã: & ex eiꝰ cõ
ſortio filios ſuſcepiſſe: qui fratres dñi appellati ſunt:cuius prauitatẽ arguẽs Hieronymꝰ, libellũ
documentis ſcripturarum ſufficienter factũ,aduerſus eum ædidit.

THeophilus Alexandrinæ ciuitatis epiſcopus:ſcripſit aduerſum Origenẽ, unũ & gran
de uolumen:in quo oĩa pene eius dicta,& ipſum pariter dãnat:ac ſimul edocẽs, non
a ſe eũ primũ:ſed ab antiquis patribus & maxime Heracla fuiſſe & a p̃ſbyterio eiectum,& de ec
deſia pulſum,& de ciuitate fugatũ. Sed & aduerſũ Anthropomorphitas hæreticos,q dicũt deũ
hũana figura & membris conſtare,diſputatiõe longiſſima cõfutans:& diuinarꝝ ſcripturarꝝ teſti
moniis arguẽs & cõuincens eos,oſtẽdit deũ incorruptibilẽ & incporeũ, iuxta patrũ fidẽ credẽ
dũ:neq; ullis mẽbrorꝝ lineamẽtis oĩno cõpoſitũ: & ob id nihil ei in creaturis ſiḿ p ſubſtãtiã,nec
cuiq; incorruptibilitatẽ,aut immutabilitatẽ aut incorporalitatẽ ſuæ dediſſe naturæ:ſed eſſe oẽs
intellectuales naturas corporeas,oẽs corruptibiles,oẽs mutabiles:ut ille ſolus corruptibilitati &
mutabilitati nõ ſubiaceat, q ſolus habet immortalitatẽ. Paſcalẽ etiã recurſum,qd magna apud
Niceã ſynodus poſt nonaginta & qnq; ãnos,agi in tpe & die & luna ſecundũ ſtatũ ſuũ inuene
rat: additis qbuſdã ipſiꝰ feſtiuitatis rõnibus & expoſitiõibꝰ, Theodoſio principi obtulit. Legi &
tres de fide libros ſub noĩe eius titulatos: ſed quia lingua incõſonans eſt,nõ ualde credidi.

EVſebius ſcripſit de crucis dñi myſterio & apl̃orꝝ,præcipueq; Petri conſtantiã uirtute cru
cis,fidei uirtute adeptam.

VIgilãtius preſbyter natiõe Gallus,in Hiſpania Barcilonenſis parrochiæ eccleſiã tenuit:
ſcripſit & ipſe çelo qdem religiõis aliq;,ſeductus hũana laude: & p̃ſumẽs ſupra uires ſuas
homo lingua politus,nõ ſenſu ſcripturarũ exercitatꝰ: expoſuit prauo ingenio ſecũdã Danielis
uiſionem, & alia locutus eſt friuola, quæ in Catalogo hæreticorũ neceſſario exponentur.

SImplicianus eps,multis epiſtolis hortatus eſt Auguſtinũ adhuc p̃ſbyter,agitare ingeniũ
& expoſitiõibus ſcripturarꝝ uacare:ut etiã nouus qdã Ambroſius Origenis ἐργοδιώκτης ui
deret. Vnde & multas ad eius p̃ſonã ſcripturarũ quæſtiones abſoluit. Eſt eius epiſtola p
poſitionum, in qua interrogando quaſi diſciturus doctrinam docet.

B GVIgilius epiſcopus,ſcripſit ad quendã Simplicianũ in laudẽ martyrũ libellũ,& epiſtolã
continentem geſta ſui tẽporis apud Barbaros martyrum.

AVguſtinus Afer Hipponenſis oppidi epiſcopꝰ ,uir eruditiõe diuina & hũana orbi da
rus,fide integer & uita purus:ſcripſit quãta nec inueniri poſſunt. Quis ergo glorieť oĩa
ſe illius habere:aut qs tãto ſtudio legat quãto ille ſcripſit? Vnde & multa loquẽti acci
dit qd dixit p Solomonẽ ſpũs ſcti:Ex mltiloqo nõ effugies pctm. Edidit tñ ſenex,qd iuuenis
cœperat, de trinitate libros duodecim. In quibus (ut ſcriptura ait) introductus in cubiculũ regis:
& decoratus ueſte multifaria,ſapientia dei exhibuit eccleſiam ſine macula,aut ruga, aut aliquid
eiuſmodi. De incarnatiõe quoq; dñi idoneam ædidit pietatẽ. De reſurrectione mortuorũ,etiã
ſimili cucurrit ſynceritate:licet minus capacibꝰ dubitationẽ de abortiuis fecerit. Error tamẽ illius
ſermone multo ut ſuperius dixi cõtractꝰ:lucta hoſtiũ exaggeratꝰ:necdũ hæreſis q̃ſtionẽ dedit.

OROſius p̃ſbyter Hiſpani generis,uir æloquẽs & hiſtoriarꝝ cognitor:ſcripſit aduerſum
quærulos Chriſtiani nois,q dicũt defectũ Romanæ reipublicæ Chriſti doctrina inue
ctũ libros ſeptẽ:in qbus totius pene mũdi tẽporis calamitates & miſerias,ac bellorũ in
quietudines replicans,oſtendit magis Chriſtianæ obſeruantiæ eſſe,quod contra meritũ ſuũ res
Romana adhuc duraret,& pace culturæ dei pacatũ retineret imperium. Sane in primo libro de
ſcripſit poſitionẽ orbis oceani interfuſione,& Tanai limitibus interciſum,ſitũ locorũ,noia & nu
merũ, moreſq; gentiũ,qualitates regionũ,initia bellorũ,& tyrãnidis exordia,finitimorũ ſangui
ne dedicata. Hic eſt Oroſius,qui ab Auguſtino pro diſcenda animæ ratione ad Hieronymum
miſſus,rediens reliquias beati Stephani primi martyris,tunc nuper inuentas, primus intulit oc
cidenti. Claruit extremo pene Honorij tempore.

MAximus Taurinẽſis eccleſiæ epiſcopus,uir in diuinis ſcripturis ſatis intentus, & ad do
cendã ex tempore plæbem ſufficiens,cõpoſuit in laudẽ apoſtolorũ,tractatꝰ & in Iohã
nis baptiſtæ:& generalẽ omniũ martyrũ homiliã. Sed & de capitulis euangeliorũ,& actuũ apo
ſtolorũ multa ſapienter expoſuit. Fecit & duos de ſancti Euſebij Vercellenſis epiſcopi & cõfeſſo

Cris uita tractat9:& de scti Cypriani spēale. De baptismi gratia libꝝ ædidit. Scripsit de auaricia: de hospitalitate: de defectu lunæ: de eleemosynis: de eo quod scriptū est in Esaia: Caupones tui miscēt uino aquā: de passiōe dñi: de ieiunio seruoꝝ dei generali: de ieiunio speciali q̄drageſimæ, & qd nō sit in eo iocandū: de Iuda traditore: de cruce dñi: de sepulchro ei9: de resurrectiōe ip̄ius: de accusato & iudicato dño apud Pilatum: de kalendis ianuarijs. Scripsit etiā homilias, de nata li dñi: homilias de theophania: & de pasca: & de pentecoste multas: de hostib9 carnalibus nō ti/mēdis: de gratijs post cibum deo agendis: de pœnitentia Niniuitarum: & multas alias eius ho/milias de diuersis legi, quæ nec retineo. Moritur Honorio & Theodosio iuniore regnantibus.

PEtronius Bononiensis Italiæ ecclesiæ episcopus: uir sanctitate uitæ & monachorum stu dijs ab adolescentia exercitatus: scripsisse putat uitas patrū Aegypti monachorū, q̄s ue lut specula ac normam professionis suæ, monachi amplectuntur. Legi sub eius noie de ordinatione episcopi, ratione & humilitate plenū tractatum: quē lingua elegantior, ostendit nō ipsius esse: sed ut quidā dicunt patris eius Petronij æloquentissimi & eruditissimi in sæcularibus litteris uiri: & credendū. Nam p̄fectū prætorio se fuisse, in ipso tractatu designat. Moritꝫ Theo/dosio Archadij filio & Valentiniano regnantibus.

PElagius hæresiarches, anteq̄ proderetꝫ hæreticus, scripsit studiosis tres necessarios de fide trinitatis libros: & pro actuali conuersatione Eulogiarū ex diuinis scripturis librū unum: capitulorū indicijs in modū sancti Cypriani martyris præsignatū. Postq̄ hære ticus publicatus est, scripsit hæresi suæ fauentia.

INnocentius urbis Romæ episcopus, scripsit decretū occidentaliū & orientaliū eccleſiarꝝ ad uersum Pelagianos datum, quod postea successor eius Zosimus latius promulgauit.

CElestinus anteq̄ ad Pelagium cōcurreret, imo adhuc adolescēs: scripsit ad parētes suos de monasterio epistolas in modū libellorū tres, omni deū desyderanti necessarias. Mo ralis, siquidem in eis dictio: nihil ibi uitij postmodum proditi: sed totum ad uirtutis in/citamentum tenuit.

D IVlianus episcopus Capuanus, uir acer ingenio: in diuinis scripturis doctus, græca & latina lingua scholasticus. Prius ergo q̄ impietatē Pelagij in se aperiret, clarus in doctoribus ec/clesiæ fuit: postea uero hæresim Pelagij defēdere nisus, scripsit aduersum Augustinū impu gnatorem illius libros quatuor: & iterū libros octo. Est & liber altercatiōis amborū, partes suas defendentium. Hic Iulianus eleemosynis tempore famis & angustiæ indigentibus, omnibus suis prorogatis, multos miserationis specie nobilium præcipue religioſorū illiciens, hæresi suæ sociauit. Moritur Valentiniano Constantij filio imperante.

LVcianus presbyter uir sanctus, cui reuelauit deus tēporibus Honorij & Theodosij Au gustorum, locum sepulchri & reliquiarū corporis sancti Stephani martyris primi: scri/psit ipsam reuelationē ad omnium ecclesiarum personas græco sermone.

AVitus presbyter, homo Hispanus genere: ante relatā Luciani presbyteri scripturā, tran stulit in latinū sermonē: & adiecta epistola sua, per Orosiū p̄sbyterū occidētalib9 dedit.

PAulinus Nolæ Campaniæ episcop9, cōposuit uersu breuia, sed multa: & ad Celsū quē dam epitaphij uice cōsolatoriū libellū, super morte Christiani & baptiçati infantis, spe Christiana munitū: & ad Seuerum plures epistolas: ad Theodosium imperatorē ante episcopatum prosa panegyricum super uictoria tyrannorum: eo maxime quod fide & oratiōe plus q̄ armis uicerit. Fecit & sacramētariū & hymnariū. Ad sororē quoq; epistolas multas de contēptu mūdi dedit: & de diuersis causis, disputatiōe diuersa tractat9 ædidit. Præcipuus tamē omniū opusculorū eius, est liber de pœnitētia & de laude generali omniū martyrum. Claruit tp̄ibus Honorij & Valētiniani: nō solū eruditiōe & sctitate uitæ: sed & potētia aduersum dæmo

EVtropius presbyter, scripsit ad duas sorores ancillas Christi: quæ ob deuotionē (nes pudicitiæ & amorē religionis exhæredatæ sunt a parentibus, epistolas in modū libello/rū consolatorias, eleganti & aperto sermone duas: non solum ratione, sed etiam & testi/monijs scripturarum munitas.

EVagrius alter, scripsit altercationem Simonis Iudæi & Theophili Christiani: quæ pene omnibus nota est.

A VIgilius diaconus,composuit ex traditione patrum,monachorum regulam:quæ in cœnobio ad profectum fratrum in conuentu legitur breuiato & aperto sermone, totius monasticæ professionis in se tenentem disciplinam.

ATticus Constantinopolitanus episcopus,scripsit ad reginas Archadij imperatoris filias de fide & uirginitate librum ualde egregiū:in quo peruersum Nestorianū dogma impugnat.

NEstorius hæresiarches, cum in Antiochena ecclesia presbyter insignis in docendo ex tempore declamator haberetur:cōposuit infinitos tractatus diuersarum ὑποθέσεων. In quibus iam tunc subtili nequitia infudit postea proditæ impietatis uenena:quæ moralis interdum occultabat sua dela.Postēp uero æloquentia & abstinentia cōmendante, Constantinopolitanæ ecclesiæ pontificatui donatus est,apertum se ecclesiæ hostē quē diu celabat ostendens,scripsit librum quasi de incarnatione domini sexaginta & duobus diuinæ scripturæ testimonijs,prauo sensu suo cōstructū:in quo qd asseuerauerit,in Catalogo hæreticorū mōstrabit.

XYstus urbis Romæ episcopus,decretum synodi aduersum supradictum Nestoriū habitum uolumine describens,ad orientis & occidentis ecclesias dedit:confirmans duabus in Christo manentibus perfecte naturis, unam filij dei credendā esse personam.Huic em̄ sententiæ suprascriptus Nestorius ostēsus est esse cōtrarius.Similiter etiā Xystus successor Celestini,pro eadem re, & ad ipsum Nestoriū & ad orientis episcopos aduersus errorem eius succidendum sententias direxit.

THeodorus Ancyranus Galatiæ episcopus, scripsit aduersus Nestorium adhuc Ephesi positus,librum redargutionis & confutationis:dialectica quidem arte ordinatum:sed authoritate sanctarū scripturarū detextum:multis enim assertionibus usus est antep̄ scripturarum testimonia poneret.

B FAstidius Britāniarum episcopus,scripsit ad Fatalem quendam de uita Christiana librū unum:& alium de uiduitate seruanda sana & deo digna doctrina.

CYrillus Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, ædidit uariarum ὑποθέσεων tractatus:homilias etiam composuit plurimas:quæ ad declamandum a Græciæ episcopis memoriæ commendātur.Præterea libri eius sunt de synagogæ defectu: de fide aduersum hæreticos: & peculiari intentione aduersus Nestoriū cōpositus, qui intitulatur ἔλεγχος.In quo omnia Nestorij occulta panduntur:& prodita confutantur.

TImotheus episcopus,cōposuit librū de natiuitate dñi secundum carnem:quam credit in epiphania factam.

LEporius adhuc monachus postea presbyter,præsumens de puritate uitæ:quam arbitriotātū & conatu ꝓprio nō dei se adiutorio obtinuisse credebat, Pelagianū dogma cœperat sequi:sed a Gallicanis doctoribus admonitus:& in Africa per Augustinū a deo emēdatus,scripsit emendationis suæ libellū:in quo & satisfacit de errore:& gratias agit de emendatioē.Simul & quod de incarnatioē Christi male senserat corrigens,catholicā sententiam tulit dicens: manentibus in Christo in sua substantia duab⁹ naturis,unā reddi filij dei personam.

VIctorin⁹ rhetor Massiliēsis,ad filij sui Etherij ꝑsonā cōmētat⁹ est in genesi,id est a principio libri usq; obitū Abrahæ patriarchæ. Quatuor uersuū ædidit libros Christiano qdē & pio sensu:sed utpote sæcl'ari litteratura hō occupatus:& nulli⁹ magisterio in diuinis scripturis exercitat⁹:leuioris p̄deris sentētias figurauit.Morit' Theodosio & Valentinia(no regnantibus.

CAssianus natioe Scytha, Constātinopoli a Iohāne magno episcopo diaconus ordinat⁹,apud Massiliā p̄sbyter,cōdidit duo,id est uirorū & mulierū monasteria, quæ usq; hodie extāt.Scripsit experientia magistrāte plano & librato sermone &(ut apertius dicā)sensu uerba inueniēs,& actioe linguā mouens,res omniū monachorū,professioe necessarias: id est de habitu monachi:de canonico orationū atq; psalmorū modo qui in monasterijs Aegypti die noctuq; tenent' libros tres:institutionū librū unū.De origine & q̄litate ac remedijs octo principaliū uitior̄ libros octo:singulos scilicet de singulis uitijs libros expediens.Digessit etiā collatioes cū patrib⁹ Aegypti habitas,hoc est,de destinatione monachi,ac fine:de discretioe:de trib⁹ ad seruiēdū deo uocatioibus. De pugna carnis aduersum spm̄: & spūs

C aduersum carnē. De natura omniū uitiorū: de nece sctōr: de mobilitate aiæ: de octo principa
lib⁹ uitijs: de q̄litate oratiōis: de iugitate oratiōis: de pfectiōe: de castitate: de ptectiōe dei: de sciē-
tia spirituali: de diuinis charismatib⁹: de amicitia: de definiēdo uel nō definiēdo: de tribus antiqs
generib⁹ monachorū & q̄rto nup exorto: de fine cœnobitæ & eremitæ: de satisfactiōe pniæ: de
remissiōe qnq̄gesimæ: de nocturnis illusionib⁹: de eo qđ dicit Apostolus: Nō em̄ quod uolo fa-
cio bonū: sed qđ nolo malū hoc ago: de mortificatiōe. Et ad extremū rogat⁹ a Leone archidia
cono, postea urbis Romæ episcopo: scripsit aduersus Nestorē de incarnatione dñi libros septē.
Et in his scribendi apud Massiliā, & uiuendi finē fecit, Theodosio & Valentiniano regnātibus.

PHilippus presbyter, optimus auditor Hieronymi, commentatus in Iob, ædidit sermo-
ne simplici libros. Legi eius & familiares epistolas & ualde salsas, & maxime ad pauper
tatis & dolorum tolerātiam exhortatorias. Moritur Martiano & Auito regnantibus.

EVcheri⁹ Lugdunēsis eccl'iæ ep̄s: scripsit ad Valerianū ꝓpinquū suū de cōtēptu mūdi, &
sæcularis philosophiæ epistolā unā, scholastico & rōnabili sermone. Disseruit etiā ad p-
sonā filior: Salonij & Veroni, postea ep̄or:, obscura quæq; sctār: capitl'a scripturarum.
Sed & Cassiani q̄dā opuscula lato tensa eloquio, angusto reuoluēs uerbi tramite, in uno coegit
uolumine: aliaq; tā ecclesiasticis studijs necessaria q̄ monasticis. Morit' Valentiniano & Mar-
tiano regnātib⁹.

VIncentius natiōe Gallus, apud monasteriū in Lerinēsi insula p̄sby
ter: uir in scripturis sanctis doctus, & noticia ecclesiasticor: dogmatū sufficiēter instru
ctus, cōposuit ad euertenda hæreticorū collegia nitido & aperto sermone ualidissimā
disputationē: quā absconso noie suo, attitulauit, Peregrini aduersum hæreticos: cui⁹ operis quia
secūdi libri maximā in schedulis partē, a q busdā furatā perdidit, recapitulato ei⁹ paucis sermo-
nib⁹ sensu primo cōpegit: & in unū librū ædidit. Morit' Theodosio & Valētiniano regnantib⁹.

SYagrius, scripsit de fide aduersum præsumptuosa hæreticor: uocabula: quæ ad destruen
da uel immutanda sanctæ trinitatis nomina usurpata sunt, dicentium patrem non debe
re patrem dici: ne in patris nomine filius consonet: sed ingenitum & infectum ac solitariū
D nūcupandū: ut q̄q̄d extra illū in p̄sona est, extra illū sit in natura: ostendēs & patrē quidē posse
dici ingenitū, licet scriptura non dixerit: & ex se genuisse in persona filium non feciſſe: & ex se p-
tulisse in persona spiritū sanctum, non genuisse neq; feciſſe. Sub huius Syagrij nomine, septem
de fide & regulis fidei libros p̄titulatos inueni: sed quia lingua uariantur, nō eius credidi esse.

ISaac presbyter Antiochenæ eccleſiæ: scripsit Syro sermone longo tempore & multa: præci
pua tamen cura aduersum Nestorianos & Eutychianos: ruinam etiā Antiochiæ elegia-
co carmine planxit, coauditores imbuens sono, quo Ephrem diaconus Nicomediæ la-
psum. Moritur Leone & Maiorano regnantibus.

SAluianus Massilienſis presbyter, diuina & humana litteratura instructus: & (ut absq; in-
uidia loquar) episcoporum magister, scripsit scholastico & aperto sermone multa: ex qui-
bus ista legi: De uirginitatis bono ad Marcellū presbyterum libros tres: aduersum auari
ciam libros quatuor: de p̄senti iudicio libros quinq;, & ꝓ eorū merito satisfactionis ad Salonīū
episcopū librū unū: & expositionis extremæ partis Ecclesiastis ad Claudianū episcopū Vienē-
sem librū unum: epistolarū librum unum: & in morē græcorum, de principio Geneſis usq; ad
cōditionē hominis, composuit uersu quasi Hexameron librum unum. Homilias episcopus fa
ctus m̄tas: sacramētor: uero quātas, nec recordor. Viuit usq; hodie in senectute bona.

PAulinus, composuit tractatus de initio quadragesimæ: e quibus legi duos. De die dñi-
co pascæ, de obedientia, de pœnitentia, de Neophytis.

HIlarius Arelatēsis episcopus, uir in sanctis scripturis doctus, pauptatis amator: & erga
inopum prouisionem, nō solū mentis pietate, sed & corporis sui labore sollicitus fuit.
Nam pro reficiendis pauperibus, etiam rusticationem contra uires suas homo ge-
nere clarus & longe aliter educatus exercuit: sed nec in spiritualibus neglexit. Nam & in docen-
do gratiam habuit: & absq; personarum acceptione oīmbus castigatū opus p̄dicatiōis ingessit.
Ingenio uero immortali, aliqua & parua ædidit: quæ eruditæ animæ & fidelis linguæ indicio
sūt: in q̄bus p̄cipua & ad multorū utilitatē necessaria opera, uitā sancti Honorati decessoris sui
cōposuit. Morit' Valentiniano & Martiano imperatorib⁹.

Leo

A LEo urbis Romæ ep̃s,scripsit ad Flauianũ C̃ostãtinopolitanæ eccl'iæ episcopũ,aduersum Eutychẽ p̃sbyterũ:q̃ tũc ambitiõe episcopat⁹,noua in ecclesiã molebat' inducere,epistolã: in q̃ admonet eũ,ut si cõfiteret' errorẽ & pollicer et' emendationẽ, reciperet eũ. Si aũt p̃sisteret in incepto, cũ sua hæresi dãnaret'.Simul docet in ipsa epistola & diuinis cõfirmat testimoniis,dn̄m Iesum Christum,sicut paternæ diuinitatis uerũ filiũ:ita uerũ humanæ naturæ esse hominẽ credẽdum:id est,ex carne uirginis,carnẽ traxisse:& non de cœlo corpus sibi exhibuisse, sicut Eutyches asserebat. Moritur Leone & Maiorano imperatoribus.

MOchimus Mesopotamen⁹ apud Antiochiã p̃sbyter,scripsit aduersum Eutychẽ egregiũ librum:& alia scribere dicitur,quæ necdum legi.

TImotheus,extincto ab Alexandrinis Protherio ep̃o,tumultuãte adhuc plæbe, aut uoluit,aut passus est se ab uno episcopo in locũ occisi episcopi fieri ep̃m.Et ne cõtra legẽ factus merito abiiceret',ad gratiã plæbis, q̃ Protheriũ exosũ habuerat:oẽs qb⁹ ille cõicauerat,Nestorianos esse,pnunciauit:& maculã cõsciẽtiæ temeritate abluendã p̃sumens,scripsit ad Leonẽ imperatorẽ libellũ ualde suasoriũ,quẽ prauo sensu,patrũ testimoniis intantũ roborare conatus est:ut ad decipiendũ imperatorẽ,& suã hæresim confortandã,pene Leonem urbis Romæ episcopũ,& Chalcedonẽsem synodũ ac totos oriẽtalium episcopos, illorũ adminiculo Nestorianos ostẽderet.Sed fauente deo a Chalcedonẽsi cõcilio hostis ecclesiæ coargutus est & cõfutatus. Viuere adhuc in exilio iam hæresiarches dicitur & habet'.Hunc ipsum libellũ cognoscẽdi gratia,ego rogatus a fratribus,in latinũ transtuli,& cauendũ prætitulaui.

ASclepius Afer in Baiensi territorio uici non grandis episcopus, scripsit aduersum Arrianos:& modo aduersum Donatistas scribere dicitur:in docendo autem ex tempore grandi opinione celebratur.

PEtrus Edessenæ ecclesiæ presbyter,declamator insignis,scripsit uariarũ causarum tractatus,& in morẽ sancti Ephrem diaconi psalmos metro cõposuit. B

PAulus presbyter,natiõe,ut ex dictis eius cognoui Pãnoni⁹,scripsit de uirginitate seruãda & cõtemptu mundi,ac uitæ institutiõe uel morũ correptione mediocri sermone, sed diuino cõditos sale libros duos, ad personã cuiusdã nobilis, & Christo deditæ uirginis Cõstãtia noie:in qb⁹ meminit Iouiniani hæretici,& uoluptatũ ac libidinũ p̃dicatoris:cui intãtũ cõtinẽtis & castæ uitæ istitutio cõtraria fuerat:ut inter luxuriosas epulas aiam eructaret.

PAstor episcopus,cõposuit libellũ in modũ symboli paruũ,totã pene ecclesiasticã credulitatẽ per sentẽtias cõtinentẽ: in quo inter cæteras dissensionũ prauitates, q̃s p̃termissis authorũ uocabulis anathematiçat,Priscillianos cum ip̃o authoris nomine damnat.

VIctor Cartẽnæ Mauritaniæ ciuitatis ep̃s, scripsit aduersũ Arrianos librũ unũ & lõgũ: quẽ Genserico regi p̃ suos audiẽdũ obtulit,sicut ex prohemio ipsi⁹ libri didici.Scripsit & de pnia publicani librũ:in q̃ & regulã uiuẽdi pœnitẽtib⁹ iuxta scripturaꝝ authoritatẽ statuit: & ad Basiliũ q̃ndã sup̃ morte filij cõsolatoriũ libellũ,spe resurrectiõis p̃fecta istructiõe munitũ. Homilias etiã cõposuit mltas q̃s a fratrib⁹ salutis,p̃pæ sollicitis in libris digestas seruari cognoui.

UOconius Castellani Mauritaneæ oppidi episcopus, scripsit aduersus ecclesiæ inimicos Iudæos & Arrianos & alios hæreticos.Composuit etiã sacramẽtorum egregiũ uolumẽ.

MVsæus Massilienſis ecclesiæ presbyter,uir in diuinis scripturis doctus,& in earũ sensibus subtilissima exercitatione limatus,lingua quoq; scholasticus,hortatu sancti Veneri epi scopi excerpsit ex sanctis scripturis lectiones totius ãni,festiuis aptas diebus: responsaria,etiã psalmorũ capitula,tẽpori & lectionibus cõgruentia:quod opus tam necessariũ a lectorib⁹ in ecclesia,pbatur:ut expetitũ,& sollicitudinẽ tollat & morã,plæbiq; ingerat scientiã celebritatẽ & decorẽ. Sed & ad p̃sonã sancti Eustasij ep̃i successoris supradicti hoĩs dei, cõposuit sacramẽtorũ egregiũ & nõ paruũ uolumẽ, p̃ mẽbra q̃dẽ p̃ opportunitate officiorꝝ & tẽporũ, p̃ lectionũ textu psalmorũq; serie & de cãtatione discretũ: sed supplicandi deo,& cõtestandi beneficiorum eius soliditate sui cõsentaneũ: quo opere grauissimi sensus & castigatæ æloquentiæ agnouimus uirum.Homilias etiam dicitur declamasse,quas & haberi a fidelibus uiris cognoui, sed ego non legi. Moritur Leone & Maiorano regnantibus.

Vincentius

C VIncentius p̃sbyter, & ip̃e natione Gallus, in diuinis scripturis exercitat⁹, linguã habẽs usu loquẽdi, & maior⁊ lectione politã: cõmentatus est in psalmos: cui⁹ operis legit ali/qua sancto homini dei Cannati me audiente, promittens simul si dn̄s uitam & uires daret: se in toto psalterio eodem studio laboraturum.

CYrus genere Alexãdrinus, arte medicus & ex philosopho monachus, uir dicẽdi perit⁹, scripsit aduersus Nestorẽ pri⁹ elegãter & fortiter. Modo aũt dũ in illũ nimius inuehit᷑, & syllogismis magis, q̃ꝑ scripturis agit, Timotheanum dogma fouere cœpit. Deniq; ambiguusq; etiam sui suspendit animum a consensu Chalcedonensis decreti, nec acquiescendum putat filium dei duabus post incarnationem constare naturis.

SAmuel Ediſſenæ eccleſiæ p̃sbyter, multa aduersus eccleſiæ inimicos Syro sermone cõstruere dicit᷑: p̃cipua tn̄ intẽtiõe cõtra Nestorianos, & Eutychianos, & Timotheanos nouellos: siue ad diuersos hæreticos. Vnde & freq̃nter triformẽ bestiã & eccleſiastica inſemel sententia cũ authoritate sanctarũ scripturarum ſummitatẽ ferit: ostendens Nestorianis deũ in homine, nõ purũ hominẽ ex uirgine natũ. Eutychianis uerã humani generis carnẽ a deo assumptã, & nõ de cœlo exhibitã: nec crassi aeris ſubstantiam in carne formatam. Timotheanis ita uerbum carnẽ factum: ut manẽte uerbo in sua ſubstãtia, & homine in sua natura, societate, nõ immixtiõe unã filij dei reddidisse p̃sonam. Viuere adhuc apud Constantinopolim dicit᷑. Nã initio collati Anthemio imperij, & scripta eius, & esse eum in carne cognoui.

CLaudianus Viẽnensis eccleſiæ p̃sbyter, uir ad loquendũ artifex, & ad disputandũ subtilis: cõposuit tres de statu uel de ſubstantia animæ libros, in quibus agit intentionem, quatenus ostendat aliquid incorporeum præter deum.

PRosper homo Aquitanicæ regionis, sermone scholasticus, & assertiõibus neruosus, multa cõposuisse dicit᷑. Ex q̃bus ego Chronica noīs illi⁹ p̃titulata legi: cõtinẽtia a primi hois cõditiõe iuxta diuinarũ scripturar⁊ fidẽ, usq; ad obitũ Valentiniani Augusti: & captiui
D tatẽ urbis Romæ a Genserico Vuandalorũ rege factã. Legi & librũ aduersus opuscula supp̃ssoīe Cassiani: q̃ eccleſia dei salutaria ꝓbat, ille infamat nociua. Re em̃ uera Cassiani & ꝓsperi de gratia dei & libero arbitrio sentẽtiæ in aliq⁹ sibi inueniũt᷑ cõtrariæ. Epistolæ quoq; papæ Leonis aduersum Eutychẽ, de uera Christi incarnatione ad diuersos datæ, ab ipso dictatæ credunt᷑.

FAustus ex abbate Lerinensis monasterij apud regnũ Galliæ ep̃s fact⁹, uir in diuinis scripturis satis intentus, ex traditione symboli occasione accepta, cõposuit librũ de spũsancto: in quo ostendit eũ iuxta fidẽ patrũ & cõsubstantialẽ & coæternalẽ esse patri & filio: ac plenitudinẽ trinitatis obtinentẽ. Edidit q̃q; opus egregiũ de gratia dei q̃ saluamur: & libero hũanæ mẽtis arbitrio, in q̃ saluamur: in q̃ ope docet gratiã dei sp̃ & inuitare, & p̃cedere, & iuuare uolũtatẽ nostrã: & qcqd ipsa libertas arbitrij ꝓ labore piæ mercedis acqsierit: nõ esse ꝓpriũ meritũ, sed gratiæ donũ. Legi ei⁹ & aduersum Arrianos & Macedonianos paruũ libellũ: in q̃ coessentialẽ prædicat trinitatẽ: & aliũ, aduersus eos qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum. In quo & diuinis testimonijs & patrũ cõfirmat sententijs: nihil credẽdũ incorporeũ præter deũ. Est ei⁹ epistola in modũ libelli ad diaconũ quẽdã gratũ noīe edita: qui a fide catholica discedẽs, ad Nestorianã abijt impietatẽ. In qua epistola admonet eũ credere sanctam Mariã uirginẽ, nõ purum hominẽ genuisse, qui postea susciperet diuinitatem: sed deũ uer⁊ & hominem uerum. Sunt eius & alia scripta quæ quia necdũ legi, nominare nolui: uiua tamen uoce egregius doctor & creditur & probatur. Scripsit postea & ad Felicem præfectumprætorio & patriciæ dignitatis uirũ, filium magni consulis iam religiosum, epistolam ad timorem dei hortatoriam, cõuenientẽ per sonis pleno animo pœnitentiam agere disponentium.

SEruus dei episcopus, scripsit aduersum eos qui dicunt Christũ in hac uita degentẽ non uidisse carneis suis oculis patrẽ: sed post resurrectionẽ ex mortuis & ascensionẽ in cœlis, cũ trãslat⁹ est in gloriã dei patris, ꝓfectũ scilicet ei dãtis in remunerationẽ martyrij: in q̃ scriptura oñdit & disputatiõe sana & sanctarũ scripturar⁊ testimonijs, dn̄m Iesum ab ip̃o eius cõceptu p̃ sp̃m sc̃tm facto & partu ex uirgine: qd᷑ de⁹ uerus in hoīe uero: ip̃e quoq; homo de⁹ fact⁹ nat⁹ est, semp carnis suæ oculis & patrẽ uidisse & sp̃m sc̃tm per specialẽ & unitã dei & hois societatẽ.

Victorius

A VIctorius homo natiõe Aqtanicus, calculator ſcripturarꝝ ſcrupuloſus, inuitatꝰa ſancto Hilario urbis Romæ epiſcopo: cõpoſuit paſcalẽ curſum indagatione cautiſſima, poſt quatuor priores, q cõpoſuerãt, id eſt, Hippolytũ, Euſebiũ, Theophilũ, & Proſperũ: & protẽdit annorũ ſeriem uſqꝫ ad annũ quingenteſimũ triceſimũ ſecundũ: ita ut a quingẽteſimo triceſimo tertio anno reincipiat paſcalis ſolennitas: eodẽ menſe & die eadẽqꝫ luna: quæ primo paſſionis ac reſurrectionis dominicæ anno facta eſt.

THeodoretus Cyriæ ciuitatis epiſcopus (a Cyro eñ rege Perſarũ cõdita, ſeruat hodieqꝫ apud Syriam nomẽ authoris) ſcripſiſſe dicit̃ multa: ad meã noticiã tamẽ iſta ſunt quæ uenerũt: De incarnatione dñi aduerſum Eutychen preſbyterũ & Dioſcorũ Alexandriæ epiſcopũ, qui humanã in Chriſto carnẽ fuiſſe negant: ſcripta fortia, per quæ cõfirmat & ratiõe & teſtimonijs ſcripturarũ, ita illũ uerã maternæ ſubſtantiæ carnẽ habuiſſe, quã ex matre uirgine ſumpſit: ſicut & ueram deitatem, quã æterna naſcibilitate deo patre gignente, ipſe naſcendo accepit. Et decẽ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libri, quos imitatus Euſebiũ Cæſarienſem cõſcripſit, incipiens a fine librorũ Euſebij uſqꝫ ad ſuum tempus: id eſt, a uicẽnalibus Cõſtantini uſqꝫ ad imperiũ Leonis ſenioris deduxit, ſub quo & mortuus eſt.

GEnnadius Conſtantinopolitanæ eccleſiæ pontifex, uir lingua nitidus & ingenio acer: tam diues ex lectione antiquorũ fuit: ut Danielem ꝓphetam ex integro ad uerbum cõmentatus exponeret. Homilias etiã multas cõpoſuit. Moritur ſeniore Leone imperiũ tenẽte.

THeodulus in Cœleſyria preſbyter multa cõſcribere dicit̃, ſed ad me liber eiꝰ uenit: quẽ de cõſonantia diuinæ ſcripturæ compoſuit: id eſt, ueteris & noui teſtamẽti aduerſus antiquos hæreticos. Qui ꝓpter differentiã ꝓceptorũ uel cerimoniarũ: alium ueteris teſtamenti deũ dixerunt, aliũ noui. In quo oſtendit diſpenſationis fuiſſe unius eiuſdẽqꝫ dei authoris utriuſqꝫ ſcripturæ: ut alia per Moyſen antiquis lex daret̃ in ſacrificiorũ cerimonijs & iudicio-
B rũ animaduerſionibus: alia bis per Chriſti præſentiã in ſacris myſterijs & futuris repromiſſionibus: nec diuerſa credi debere, aut nõ uno ſpiritu & uno authore dictata: cũ illa quæ ſi modo ſecundũ litteram obſeruarentur occiderẽt, eadem ipſa ſecundum ſpiritum intellecta uiuificent. Moritur hic ſcriptor ante triennium regnante Zenone.

IOhannes Antiochenæ Parrochiæ ex grãmatico preſbyter: ſcripſit aduerſum eos q in una tantũ ſubſtantia adorandum aſſerunt Chriſtũ: nec acquieſcunt, duas in Chriſto confitendas naturas: docẽs ſecundũ relationem ſcripturarꝝ unam in illo dei & hominis eſſe perſonam, non unã carnis & uerbi naturã. Simul & impugnat aliquas Cyrilli Alexãdrini epiſcopi ſententias: docẽs incaute ab illo aduerſum Neſtorem prolatas: quæ nunc fomentũ ſunt, & robur addunt Timothianis: quod ualde inaniter dicit. Viuere adhuc dicitur & ex tempore declamare.

HOnoratus Conſtantinæ Africæ ciuitatis epiſcopus, ſcripſit ad Archadium quendam, qui pro confeſſione fidei catholicæ, in partes Africæ exulabat epiſtolam ad labores pro Chriſto ferendos hortatoriã: & exemplis ꝑſentibus, & ſcripturarꝝ relationibus roboratã: & quod cõfeſſionis fidei perſeuerãtia, nõ ſolum ꝑterita purget a crimine peccata, ſed & meritũ procuret martyrij.

CErealis epiſcopus natiõe Afer, interrogatus a Maximiano Africanorũ epiſcopo, ſi poſſet uel paucis diuinæ ſcripturæ teſtimonijs, abſqꝫ ulla diſputationis dũtaxat aſſertione fidẽ catholicã aſſignare. Quã ille in noĩe dñi, ſuffragante ſibi ueritate, non paucis teſtimonijs, ſicut Maximianus irridens petierat: ſed copioſis tam ueteris teſtamẽti quã noui indicibus approbauit & libello ædidit.

EVgenius Carthaginenſis Africæ ciuitatis epiſcopꝰ & cõfeſſor publicus, admonitꝰa Hunericho Vuandalorꝝ rege catholicæ fidei expoſitionẽ, & maxime uerbi homouſiõ ꝓprietatẽ diſſerere: cũ cõſenſu omniũ Africæ, & Mauritaniæ, & Sardinæ atqꝫ Curſicæ epiſcoporũ & cõfeſſorũ qui in catholica permanſerunt, cõpoſuit librũ fidei, nõ ſolũ ſcripturarꝝ ſanctarꝝ ſententijs cõmunitum: & per collegas cõfeſſiõis ſuæ porrexit. Iam uero aſportãdus pro fidelis linguæ remuneratione in exilium, epiſtolas uelut cõmonitorias fidei, & unius ſacri & cõſeruandi baptiſmatis ouibus ſuis, quaſi paſtor ſollicitus dereliquit. Altercatiões quoqꝫ quas cũ Arrianorũ præ-

ſulibus

C sulibus per internuncios habuit cõscripsit: & regi legendas per maiorẽ domus eius transmisit. Similiter & preces pro quiete Christianorum, eidem uelut apologias obtulit. Viuere adhuc ad confirmationem ecclesiæ dicitur.

POmerius natione Maurus, in Gallias p̃sbyter ordinatus, interrogantib⁹ & rogantibus Iuliano episcopo, & Vero p̃sbytero: dialogorũ more respondens, arte dialectica & sermone ingenio apto: composuit de natura animæ, & qualitate eius, & de resurrectionis eius specialitate, in hac uita fidelium & generali omniũ hominum libros octo. Quorum primus continet quid sit anima, uel qualiter ad imaginẽ dei credatur facta. Secũdus: utrũ anima incorporea an corporea debeat credi. Terti⁹, unde sit anima primo homini facta. Quart⁹: utrũ anima quæ nascituro corpori infundenda est noua fiat sine peccato: An ex substantia animæ primi hominis uelut ꝓpago e radice ꝓducta, etiã peccatũ primæ animæ secũ originaliter retrahat. Quint⁹ recapitulationẽ libri quarti, disputationes, & definitiones, & quæ sit facultas animæ, id est possibilitas, & quod eam ex singulari uoluntate obtineat. Sextus, unde sit iuxta apostoli dictũ aduersitas carnis & spiritus. Septimus, de differentia uitarũ, mortiũ, resurrectionum carnis & animæ. Octauus, de his quæ in fine mũdi futura prædicta sunt: & absolutiões quæstionũ quæ de resurrectione proponi solent. Memini legisse me olim eius dictatũ ad quẽdam noie Principiũ, de contẽptu mundi ac rerũ transiturarum hortatorium, & alium de uitijs & uirtutibus prætitulatũ. Scripsisse & alia dicitur: & adhuc scribere, quæ ad meam noticiam nõ uenerunt. Viuit usq; hodie, cõuersatione deo digna apta professioni & gradui.

HOnoratus Massilienſis ecclesiæ episcopus, uir æloquens, & absq; ullo linguæ impedimento, ex tempore in ecclesia declamator: & quia a pueritia in timore dei crescens: etiã in negocijs ecclesiasticis exercitat⁹ est: os suũ quasi armariũ scripturarũ aperit, & in homiliarũ modum ad utilitatẽ legentiũ multa componit: maximeq; ad colendam fidei rationẽ, & reuincẽdam hæreticorũ peruersitatẽ. In cuius libera prædicandi constantia: nõ solũ uicinarũ ciuitatum
D sacerdotes & populi delectantur: sed & longe positi cũ ad eos necessario pergit, summã ei docẽdi in suis ecclesijs rogantes iniungunt. Sanctus quoq; papa Zelasius Romanæ urbis pontifex: per scripturam agnoscens eius fidei integritatem, rescripto suo probatam indicauit. Sanctorũ patrũ uitas ad ædificationẽ posterorũ coaptat ipse legendas, præcipue nutritoris sui sancti Hilarij Arelatensis episcopi: letanias ad supplicandũ dei clæmentiã cum plæbe sibi credita pro uiribus agit.

Finis Catalogi illustrium uirorum Gennadij.

## MARTINI QVINTI PONTIFICIS SEQVENTIS REGVLAE MONACHORVM APPROBATIO.

MArtinus episcopus seruus seruorũ dei ad perpetuã rei memoriã. Et si pro cunctorũ Christi fideliũ sequit᷑ qbus curã apostolatus officij gerimus, statu salubriter dirigẽdo & ampliãdo diligẽter adhibeam⁹ sollicitudinis nostræ partes. Illos tñ affectuosiori ꝓsequimur charitate, q mũdanis abiectis illecebris, in humilitatis spũ sedulo uirtutũ dño famulantur. Vnde ea quæ pro illorũ sub uera religionis obseruantia stabiliendo ꝓposito prouide emanasse cõperimus: ut firma illibataq; permaneant, libẽter apostolico munime roboramus. Nuper siquidẽ ꝓ parte dilecti filij Lupi de Oliueto, ordinis monachorũ eremitarũ sancti Hieronymi generalis præpositi, nobis expositio, quod dudũ ipse & plæriq; alij professores ordinis eiusdẽ sancti Hieronymi: sub regula sancti Augustini, tunc uiuentes, ẓelo deuotionis accensi, ob frugem uitæ melioris, arctius & ꝓfectius cũ ꝓ regula distaret huiusmodi, & in uero statu monachali: quẽ ipse sanctus Hieronymus cũ suis monachis & fratribus ꝓfessus fuisse: & in cõmuni obseruasse perhibetur uiuere: & ut nomẽ gerebat eiusdẽ sancti, sic eius uitam, regulã & opera desyderabãt imitari. Idcirco ad huiusmodi ordinis stabile potius fundamentũ ꝓ institutiõe regulæ monachorũ eremitarũ ordinis sancti Hieronymi ex diuersis epistolis & tractatibus ꝓ dictũ sanctũ Hieronymũ editis: & ꝓ ecclesiã approbatis: nõnullãq; uerã religionis doctrinã uitãq; monachalẽ: quã idẽ sanctus cũ suis monachis & fratrib⁹ in ei⁹ uita in cõmuni quo ad ea quæ principalia sunt status & uitæ monachalis ꝓ multa, & usq; sui tẽpora oblitus obseruauit: & aliquos alios obseruare mouit cõtinẽtia: Lupus ipse contraxerat, cõpilauerat: & uelut

in unum

A in unū corpus,ſub certis titulis reduxerat:ſub quibus ipe & plæriq; alij monachi & fratres dicti ordinis ex tunc in antea degere & permanere,ac illa in regulā ſuſcipere proponebant & affectabant.Nos tunc huiuſmodi propoſitum condignum & rationi conſonum recenſentes,huiuſmodi regularem & monachalem obſeruantiam ipſum ſanctum Hieronymū in uita eius obſeruandam merito laudantes & approbantes: illamq; in dei eccleſia in ordinē monachalem attolli, & obſeruari intenſis deſyderijs affectantes,eidem Lupo doctrinam & inſtituta monachalia eiuſdem ſancti Hieronymi ex eiſdem epiſtolis & tractatibus,prout per ipſum Lupum extracta,cōpilata & reducta fuerant: loco regulæ ſancti Auguſtini in regulā monachalem ordinis monachorum eremitarum dicti ſancti Hieronymi,& eiuſdē ſancti uitam præfatam in ordinē huiuſmodi ſuſcipiendam:ac ipſam regulā dicti ſancti,prioribus,monachis,fratribus & perſonis prædictis ſub ea uiuere cupientibus,quos etiam ac ipſum Lupum poſtq; ſecundum eandem regulam uota ſua principalia emiſiſſent, a regulæ dicti ſancti Auguſtini obſeruātia ex tunc penitus abſolutos eſſe uolumus:& decreuimus obſeruandam tradendi,& publicandi plenam & liberā per alias noſtras litteras:quas & earum tenores præſentibus haberi uolumus pro expreſſis conceſſimus facultatem:ac per eaſdem litteras uoluimus:quod poſtq; idem Lupus regulam huiuſmodi tradidiſſet & publicaſſet, ut præfertur,ex tūc ipſe,ac priores, monachi,fratres, & perſonæ prædicti ſecundum illam uota ſua principalia religionis huiuſcemodi,emittere,profiteri,& uiuere tenerentur.Ipſaq; regula ſic tradita & publicata, robur obtineret perpetuæ firmitatis. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte eiuſdem Lupi petitis:licet ipſe poſtmodū ad ſalutarem dicti ordinis monachalis inſtitutionem,eiuſq; ſoliditatem incrementū prouide intendens: præfatam uitam dicti ſancti Hieronymi monachalem in ordine huiuſcemodi eiuſq; doctrinā & inſtituta monachalia:prout ex epiſtolis & tractatibus prædictis per ipſum Lupum extracta, compilata & redacta fuerunt:ut præfertur dictarum litterarum uigore loco dictæ regulæ ſan-
B cti Auguſtini in regulam ordinis monachorum eremitarum huiuſcemodi aſſumpſerit & erexerit atq; ſuſceperit:ipſamq; regulam,prioribus,monachis,fratribus,& perſonis huiuſmodi ordinis ſub ea uiuere cupientibus, iuxta illius continentiam inuiolabiliter obſeruandam tradiderit, publicauerit,ac obſeruari decreuerit: Ipſiq; priores, monachi & fratres uota ſua principalia ſecundum regulam huiuſcemodi in manibus dicti Lupi profeſſi fuerint:Illaq; de cætero utentes ſecundum eam regantur & gubernentur:ac ipſam in regulam eorum tanq; ueram doctrinam monachalem ſancti Hieronymi laudantes & approbantes acceptarunt:& ſecundum eam etiā monaſteria eiuſdem ordinis monachorum regunt atq; gubernant:idem tamen Lupus aſſumptionem,erectionem,ſuſceptionem,traditionem,publicationem, & decretum aliaq; præmiſſa ex certis cauſis dubitat uiribus non ſubſiſtere:pro parte dicti Lupi nobis fuit humiliter ſupplicatum:ut aſſumptioni,erectioni,ſuſceptioni,& publicationi,ac talis præmiſſis pro illorum ſubſiſtentia firmiori,robur apoſtolicæ cōfirmatiōis adijcere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui religionis propagationem,& diuini cultus augmentum noſtris uigere temporibus intenſis deſyderijs affectamus:huiuſcemodi ſupplicationibus inclinati,aſſumptionem, erectionem,ſuſceptionem,& publicationem,& alia præmiſſa,ipſamq; regulam prout inferius deſcribitur:ac omnia & ſingula in ea contenta,ac inde ſecuta, rata habentes & grata ea authoritate apoſtolica ex noſtra certa ſcientia cōfirmamus:& præſentis ſcripti patrocinio communimus: ſupplentes omnes defectus ſi qui forſitan interuenerint in eiſdem. Statuētes nihilominus hatum ſerie:& etiā ordinātes, quod de cætero Lupus ipſe eiuſq; ſucceſſores,præpoſiti generales, priores,monachi,fratres & profeſſores,ac cōuentus & monaſteria dicti ordinis monachorum eremitarum ſancti Hieronymi:quæ nunc ſunt & erunt in poſterū,profiteātur uota ſua tria principalia religionis: ac etiam regantur & gubernentur per dictum Lupum eiuſq; ſucceſſores præpoſitos:ac uiuere teneantur ſecundum regulam huiuſmodi eiuſq; continentiam & effectum: ac ipſius ſuſceptionem,traditionem & publicationem præfatas,aliaq; inſtituta ordinis huiuſmodi regularia. Volumus inſuper atq; concedimus ad ſeruandas cōſcientias,pfeſſorum huius ordinis:& pro ipſorum maiori quiete animorum: quod ſi qui profeſſorum huiuſmodi dictam regulam,ſeu aliqua de contentis in ea humana fragilitate,aut infirmitate cauſante, ſeu alias tam

C exacte prout traditur in eisdem non obseruauerint:nō propterea mortalis peccati uinculo sint ligati:sed per suos superiores pro eorum excessu & transgressione ac modo culpæ iniungi ualeat pœnitentia salutaris:quam suscipere & adimplere teneantur: non obstantibus constitutionibus apostolicis:ac prædicti & aliorum quorūcunq; ordinum statutis & consuetudinibus etiã iuramento,confirmatione apostolica,uel quacunq; firmitate alia roboratis cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Tenor uero regulæ huiusmodi de uerbo ad uerbum sequitur: & est talis.

## REGVLA MONACHORVM DIVI HIERONYMI EX SCRIPTIS EIVSDEM PER LVPVM DE OLIVETO COLLECTA.

FRatres charissimi,non queo quem mente concepi ore proferre sermonem:& cordis lætitiam lingua non explicat. Hoc autem non solum ego patior qui cupio narrare quæ sentio:sed etiam & uos mecum patimini: plus exultantes in conscientia, q̄ in æloquio proferentes. Cum itaq; nihil sit Christiano felicius:cui promittūtur regna cœlorum. Nihil laboriosius:qui de uita quotidie periclitatur. Nihil fortius,qui uincit diabolum. Nihil imbecillius,qui a carne superatur. Vtriusq; rei exempla sunt plurima. Latro credit in cruce:& statim meretur audire:Amen dico tibi:hodie mecum eris in paradiso. Iudas uero de apostolatus fastigio in perditionis tartarum labitur:& nec familiaritate communi: nec intinctione buccellæ:nec osculi gratia frangitur:ne quasi hominem tradat, quem filium dei nouerat. Nos quidem parua dimisimus:grandia possidemus,centuplicato fœnore Christi promissa reddun/tur. Hæc dicimus,non tam tibi q̄ alijs sub tuo nomine:ut prima te fili fronte doceamus magna cœpisse,& excelsa sectari:& adolescentiæ imo pubertatis incentiua calcantē,perfectæ ætatis gradum scandere. Scis enim dogma nostrum humilitatis tenere uestigium: & per ima gradientes, ad summa nos ascendere. Igitur sanctus mihi inuocandus est spiritus:ut hoc suo sensu ore meo
D defendat. Non quidem campum rhetorici desyderamus æloquij:non dialecticorum tendicula: & Aristotelis spineta cōquirimus: Sed ad sanctarum scripturarum grauitatem cōfugimus:ubi uulnerum uera medicina est: ubi dolorum certa remedia. Verum quia memoria labitur: omnium quæ dixerimus desyderas commentariolum fieri: ut obliuionem lectio consoletur: ideo pauca quæ tibi reor fore necessaria:credidi subnectenda. Illucē nostra tendit oratio:ut quorum unus est labor:unū & præmium sit. Nauigantes nāq; rubrum mare:in quo optandum nobis est:ut uerus Pharao mergatur cum suo exercitu:multis difficultatibus atq; periculis ad urbem maximam perueniunt: utroq; littore gentes uagæ imo beluæ habitant ferocissimæ. Semper solliciti:semp armati:totius anni uehūt cibaria,latētibus saxis uadisq; durissimis plena sunt omnia. Quorsum ista? perspicuū est. Nam si sæculi negociatores tanta sustinent:ut ad incertas perueniant perituraq; diuitias:& seruent cum animæ discrimine,quæ multis periculis quæsierunt: quid Christi negociatori faciendum est,qui uenditis omnibus quærit preciosissimā margaritam? qui totis substantiæ opibus emit agrum,in quo reperiat thesaurum:quē nec fur effodere:& latro non possit auferre. Nosse igitur oportet quid iussū sit:quid ue prohibitum:ut scientes utrūq; seruemus. Alioquin ante scientiā mādati impossibile est nosse quid fiat. Et hæc ergo non integris rate uel mercibus, quasi ignarus fluctuum, doctus nauta præmoneo: sed nuper naufragio eiectus in littus,timida nauigaturis uoce denūcio. Cuncti tamen mei sensus affectu uobis uaco:sed obsecro uos,ut conatus meos orationibus adiuuetis:ut dñs & saluator pro causa sua respondeat. Vestrum itaq; est,ut uoluntatem sequatur effectus. Meum est ut uelim: Obsecrationum uestrarum est,ut possim:sed ipsum meum sine dei semper auxilio non erit meū. Deus semper largitur semperq; donaturus est:nec mihi sufficit quod semel dedit: nisi semper dederit. Si enim duri iudicis sententiam crebra mulieris flexit petitio:quanto magis paterna uiscera interpellatione sedula molliuntur. Scitote tamen ante omnia nobis esse nihil antiquius: q̄ Christi iura seruare:nec patrum transferre terminos:semperq; meminisse Romanam fidem apostolico ore laudatam.

A

## De obedientia.

ACcipe ergo fili doctrinam noſtrã ea ſimplicitate & ueritate qua dicimus: quia nõ quærimus hominum gloriam: deus teſtis eſt. Nec ad hoc loquimur: ut humanas amicitias aucupemur: ne noſtræ adulationis ſermone & nos & alios decipiamus. Nec ut nos apud homines aliquid uideamur: ſed ut apud deum homines magna mereantur. Hoc eſt itaq; totum quod apprehenſa manu inſinuare tibi cupio: & ut ſimpliciter motum mentis meæ fatear: nunc monachi incunabula moreſq; diſcutimus. Si uis igitur ad uitam ingredi, ſerua præcepta: hoc eſt, ab omni præcepto illicito quo prohiberis recedas: & ad omne bonum quod iuberis, promptus accedas. Reſpice ſanctum uirum Pammachium: & feruentiſſimæ fidei Paulinum preſbyterum: qui non ſolum diuitias, ſed ſeipſos domino obtulerunt. Qui contra diaboli tergi uerſationem nequaq; pellem pro pelle: ſed carnes & oſſa & animas ſuas domino ſuo conſecrarunt: qui te & exemplo & æloquio: id eſt, & opere & lingua poſſint ad maiora perducere. Nobilis es: & illi, ſed in Chriſto nobiliores. Diues & honoratus: & illi, imo de diuitibus pauperes & inglorij. Et idcirco ditiores & magis indyti: quia pro Chriſto pauperes & inhonorati. Contemnis aurum: contempſerunt & multi philoſophi. Non enim ſatis eſt perfecto & conſummato uiro opes contemnere: pecuniam diſſipare: & projcere quod in momento & perdi & inueniri poteſt. Fecit hoc & Antiſthenes, fecerũt plurimi: quos uitioſiſſimos legimus. Plus em̃ debet Chriſti diſcipulus præſtare, q̃ mundi philoſophus, gloriæ animal & popularis auræ atq; rumoris uile mancipium. Tibi non ſufficit opes cõtemnere, niſi & Chriſtum ſequaris. Teipſum uult dominus hoſtiam uiuam placentem deo: te inquã, non tua. Et deus uarijs tentationibus commonet: quia multis plagis & doloribus eruditur Iſrael: & quem diligit dominus corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Et quod ſi teipſum domino dederis: & apoſtolica uirtute perfectus ſequi cœperis ſaluatorem: tunc intelliges ubi fueris: & in exercitu Chriſti, q̃ extraneum tenueris locum. Vnde & præpoſitum monaſterij timeas ut dominum: diligas ut parentem: credas tibi ſalutare quicquid ille præceperit: nec de maioris ſententia iudices: cuius officij eſt obedire & implere quæ iuſſa ſunt: dicente Moyſe: Audi Iſrael & tace. Neq; ipſe te doceas.

B

Nulla ars abſq; magiſtro diſcitur. Etiam muta animalia & ferarum greges, ductores ſequuntur ſuos. In apibus principes ſunt. Grues quoq; unam ſequũtur ordine litterato. Imperator unus, Iudex unius prouinciæ. Roma, ut condita eſt, duos fratres ſimul reges habere non potuit: & parricidio dedicatur. In Rebeccæ utero Iacob & Eſau bella geſſerunt. Singuli eccleſiarum epiſcopi: ſinguli archipreſbyteri, ſinguli archidiaconi: & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur. In naui unus gubernator: in domo unus dominus: in quãuis grandi exercitu unius ſignũ expectatur. Et ne plura replicando legenti faſtidium faciam: per hæc omnia ad illud tendit oratio: ut doceam te, non tuo arbitrio relinquendum: ſed uiuere debere in monaſterio ſub unius diſciplina patris, cõſortioq; multorũ: ut ab alio diſcas humilitatem, ab alio patientiam. Hic te ſilentium: ille te doceat manſuetudinem: non facias quod uis: comedas quod iuberis: ueſtiare quod acceperis: & operis tui penſum perſoluas: ſubijciaris cui non uis: laſſus ad ſtratum uenias: necdum expleto ſomno ſurgere compellaris. Tantis occupatus negocijs: nullis uacabis cogitationibus: & dum ab alio tranſis ad aliud, opuſq; ſuccedit operi: illud ſolum mente retinebis, quod agere compelleris. Nam omni oblatione & hoſtia precioſior eſt obtemperãtia mandatorum: dicente propheta: Ecce obedientia melior eſt quã ſacrificium: & ambitio q̃ adeps arietum. Et alibi: Initium bonæ uitæ, facere iuxta quæ præcepta ſunt apud deum magis q̃ immolare hoſtias. Et alibi: Qui conſeruat legem, multiplicat oblationem. Sacrificium ſalutare eſt, attendere mãdatis: & diſcedere ab omni iniquitate. Nec nobis blãdiri debemus in factis iuſtorum, ſi in prohibitorũ tranſgreſſione peccemus: cum tranſgreſſionis crimen, benefacti meritum tollat. Quod non mei ſenſus aſſertio, ſed utriuſq; teſtamenti exempla probant: ubi inuenimus etiam dei amicos ob unius contemptus errorem, bonorũ retro factorum munificentiam perdidiſſe. Sic Adam facile cum diabolo credidit ſeducenti, poſt familiaritatem & colloquium dei unius pomi cupiditate ſuperatus, perdidit paradiſum. Et quia per tranſgreſſionem unum

habere præſumpſit:multa ſimul bona amiſit.Sic uxor Lot poſt angelorũ colloquia contra interitũ retro aſpiciens, in figmẽtum ſalis repente conuerſa eſt.Quis hic præſumptionis ſpiritus: qui tantam in animo noſtro operatur audaciam: ut cum ſanctos homines de leuibus etiam culpis uideamus punitos eſſe:& nos quotidie in maioribus & pluribus delinquentes,intactos in media damnatione forę credamus? q̃ꝑ q̃ꝑ leue nunq̃ ſit deum etiam in exiguo contemnere: qui non tantum ad qualitatem peccati reſpicit,ſed etiam ad perſonæ contemptũ:propter quod nõ ſolũ homini intendendum quale ſit quod iubetur:ſed quantus ſit ille qui iubet.Excluditur hoc loco uulgaris illa ſentẽtia: qua mihi ſuo iudicio religioſi,& q ſapiẽtes ſibimet uidentur,dicere ſolent:Sufficit nobis ut non criminalia peccata & maiora faciamus. Facilis eſt em̃ omiſſio minorum delictorum:Qui dum animali ſapientia occupant animos,ſpiritalem intelligentiam & conſuetudinem diuinæ legis ignorant:quæ ſæpe peccatum oſtendit, quod nobis non uidetur eſſe peccatum:& quæ illic impietatem facit,ubi nos pietatis opus oſtendimus. Saul & Ioſaphat reges fuerunt Iſrael:& dum miſericordiam his quos deus oderat præſtiterunt:dei offenſam in opere pietatis incurrunt.Econtrario Phinees filiq̃ Leui,gratiam dei, humana cæde & ſuorum parricidio meruerunt. Vides quantum ab humanis ſenſibus per noſtram imperitiam diſcrepat diuina ſentẽtia:ut nobis interdum cœleſtis iudicis diſpenſationẽ neſcientibus iniuſta uideantur,quæ per cauſarum ſcientiam iuſte & ſatis recte facta probãtur.Et rurſum ea quæ noſtro iudicio recte probantur,apud deum plærumq̃ reproba & ingrata uidentur. Quis hodie patris Abrahæ exemplo innoxium uolens filium trucidare,humano iudicio non crederetur inſanus?Econtra quis in tactu arcæ domini imitatus Oçam,hominum iudicio condemnaretur? Conſyderemus igitur quantus caſus ſit temere cõtemnentis,cum tanta ruina eſſe dicitur in negligentia obſequentis: uel quam damnationem excepturos credimus indeuotos, cum tantam reprobationem deuoti exceperint.Tepidum diſcipulũ non amat Chriſtus. Qui uult meus eſſe diſcipulus ,ait, abneget ſemetipſum,& tollat crucẽ ſuã & ſequatur me.Beatæ itaq̃ ſunt illæ animæ,quæ dorſum ſuum curuauerunt,ut ſuſcipiant ſuper ſe ſeſſorem: & frena eius patiantur, ut
D quocunq̃ uoluerit flectat eas. Quando enim magiſter præcipit, obedientis indicium eſt,ſi diſſo aduerſus eum audiat capite. Si autem uertat tergum,ſignum eſt contemnentis.

## De tribus generibus monachorum in Aegypto commorantium.

VT quia monachorum fecimus mentionem:& te ſcio libenter audire quæ facta ſunt: aurẽ pauliſper accõmoda. Tria ſunt in Aegypto monachorũ genera.Primũ cœnobitæ,quod illi Sauſes gentili lingua uocant:quos nos in cõmune uiuentes poſſumus appellare. Secũdũ Anachoritæ,qui ſoli habitant per deſerta: & ab eo quod procul ab hominibus receſſerint,nuncupantur. Tertiũ genus eſt quod ipſi Remoboth dicunt:deterrimũ atq̃ neglectum:quod in noſtra prouincia,aut ſolum,aut primum eſt. Hi bini uel terni, nec multo plures ſimul habitant,ſuo arbitrio ac ditione uiuentes. Et de eo quod laborauerint, in mediũ partes conferunt:ut habeant alimenta communia.Habitant autem q̃ꝑ plurimi in urbibus & caſtellis: & quaſi ars ſit ſancta non uita:quicquid uendiderint maioris eſt precij.Inter hos ſæpe ſunt iurgia: quia ſuo uiuentes cibo, nõ patiuntur ſe alicui eſſe ſubiectos. Reuera ſolent certare ieiunijs: & rem ſecreti,uictoriæ faciunt.Apud hos affectata ſunt omnia,laxæ manicæ,caligæ follicantes, ueſtis craſſior,crebra ſuſpiria,uiſitatio uirginum,detractio clericorum.Et ſi quando dies feſtus aduenerit,ſaturantur ad uomitum. His igitur quaſi quibuſdam peſtibus exterminatis,ueniamus ad eos q plures ſunt,& in cõmune habitant:id eſt,quos uocari cœnobitas diximus.Prima apud eos confœderatio eſt obedire maioribus:& quicqd iuſſerint facere. Diuiſi ſunt per decurrias atq̃ centurias:ita ut nouẽ hominibus præſit decimus.Et rurſum decẽ præpoſitos,ſub ſe centeſimus habeat. Manẽt ſeparati, & ſeiunctis cellulis: uſq̃ ad horã nonam,ut inſtitutum eſt nemo pergit ad alium: exceptis his decanis quos diximus : ut ſi cogitatiõibus forte quis fluctuet, illius conſoletur alloquijs.Poſt horã nonã in cõmune concurritur,pſalmi reſonant,ſcripturæ recitant̃ ex more:& cõpletis orationibus cunctiſq̃ reſidentibus ,medius quẽ patrẽ uocant, incipit

diſputare

A diſputare. Quo loquente, tantum ſilentium ſit: ut nemo alium reſpicere: nemo audeat excreare. Dicentis laus eſt in fletu audiẽtium. Tacitæ uoluũtur per ora lachrymæ: & ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Cum uero de regno Chriſti, & de futura beatitudine, & de gloria cœperit annunciare uentura: uideas cunctos moderato ſuſpirio & oculos ad cœlum leuantes inter ſe dicere: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & uolabo & requieſcam? Poſt hæc concilium ſoluitur, & unaquæq; decuria cum ſuo parente pergit ad menſam: quibus per ſingulas hebdomadas uiciſſim miniſtrãt. Nullus in cibo ſtrepitus eſt: Nemo comedens loquitur. Viuitur pane & leguminibus: & holeribus quæ ſolo ſale ẽdiuntur. Vinum tantum ſenes accipiunt: quibus cũ paruulis ſæpe fit prandium: ut aliorum ætas feſſa ſuſtentetur: aliorum non frangatur incipiens. De hinc conſurgunt pariter: & hymno dicto, ad præſepia redeunt: ibi uſq; ad ueſperum cũ ſuis unuſquiſq; loquitur & dicit: Vidiſtis illum & illum? quanta in ipſo gratia ſit? quãtum ſilentiũ? cũ moderatus inceſſus? Si infirmum uiderint, cõſolantur. Si in dei amore feruentem: cohortantur ad ſtudiũ. Et quia nocte extra ſuas orationes publicas in ſuo cubili unuſqſq; uigilat, circũeunt cellulas ſingulorũ: & aure appoſita quid faciant diligenter explorant. Quẽ tardiorẽ deprehenderint, nõ increpant: ſed diſſimulato quod norunt, eũ ſæpius uiſitant: & prius incipientes, p uocant magis orare cũ cogant. Opus diei ſtatũ eſt: quod decano redditũ fertur ad œconomũ: qui & ipſe per ſingulos menſes patri omnium cũ magno reddit timore rationem: a quo etiã cibi cum facti fuerint deguſtantur. Ieiunium totius anni æquale eſt: excepta quadrageſima: in qua ſola conceditur diſtrictius uiuere. A pentecoſte, cœnæ mutantur in prandia: quo & traditioni eccleſiaſticæ ſatiſfaciant: & uentrem cibo non onerent duplicato. Ad tertium ueniam genus: quos anachoritas uocant: qui & de cœnobijs exeuntes, excepto pane & ſale amplius ad deſerta nil deferunt. Huius uitæ author Paulus: illuſtrator Anthonius: & ut ad ſuperiora conſcendam princeps Iohannes baptiſta fuit. Talem uero uirum Hieremias quoq; propheta deſcribit, dicens: Bonum eſt uiro cum portauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius & tacebit: quia ſuſtulit ſuper ſe iugum: & dabit percutienti ſe maxillam: ſaturabitur opprobrijs: quia nõ in ſempiternum abijciet dominus. Horum laborem & cõuerſationem in carne non carnis, alio tempore ſi uolueris explicabo. Nunc ad propoſitum redeam. Bonum eſt obedire maioribus: parere perfectis: & poſt regulas ſcripturarum uitæ tuæ tramitem ab alijs diſcere, nec præceptore uti peſſimo, ſcilicet præſumptione tua.

B

## De caſtitate.

MOrtificate, inquit, Apoſtolus membra ueſtra: quæ ſunt ſuper terram. Vnde ipſe poſtea conſyderans aiebat: Viuo autem iam non ego: uiuit uero in me Chriſtus. Qui mortificauerit membra ſua, & in imagine noctis perambulauerit: non timebit dicere: Factus ſum ſicut uter in pruina. Vnde idẽ Apoſtolus caſtigabat corpus ſuum, & in ſeruitutẽ redigebat: ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniretur: Corporiſq; ex perſona generis humani inflatus ardoribus loquebatur: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et iterum: Scio quoniam non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum. Velle enim adiacet mihi: ut faciam autem bonum nequaq̃: neq; quod uolo bonum: ſed quod nolo malum illud facio. Et denuo: Qui in carne ſunt, deo placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus dei habitat in uobis. Vnde poſt cogitationum diligentiſſimam cautionem, ieiuniorũ tibi arma ſumenda ſunt: & canendum cum Dauid: Humiliaui in ieiunio animam meam. Matrem ita uide: ne per illam alias uidere cogaris: quarum uultus cordi tuo hæreant: & tacitum uiuat ſub pectore uulnus. Ancillulas quæ illi in obſequio ſunt: tibi ſcias eſſe in inſidijs: Quia quanto uilior earum conditio: tanto facilior ruina eſt. Volo ergo te propter has cauſas non habitare cum matre: & præcipue ne ipſam offerentem delicatos cibos renuendo cõtriſtes: aut ſi acceperis, oleum igni adijcias: & inter frequentiam puellarũ per diem uideas, quod noctibus cogites. Adoleſcentiã tuam nulla ſorde cõmacules: ut ad altare Chriſti, quaſi de thalamo uirgo procedas: & habeas de foris bonũ teſtimoniũ: licet de cæteris uirtutibus, ut ſapientia,

C fortitudine,iuſticia,humilitate,manſuetudine & liberalitate poſſunt & alij iudicare. Pudicitiam ſola nouit conſcientia:& humani oculi huius rei certi iudices eſſe non poſſunt. Fœminæ quoq; quæ nomen tuum nouerint,uultum neſciant. Nam Iohannes baptiſta ſanctam matrē habuit, pontificiſq; filius erat: & tamē nec matris affectu,nec patris opibus uincebat:ut in domo parentum cū periculo uiueret caſtitatis. Viuebat in eremo,oculis deſyderantibus Chriſtū:nihil aliud dignabatur aſpicere. Veſtis aſpera, çona pellicea, cibus locuſtæ, & mel ſilueſtre: omnia uirtuti & continentiæ præparata. Vnde martyrem quem tormenta non uicerant, ſuperabat uoluptas. Tandem cœlitus inſpiratus præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit: & ſic libidinis ſenſum ſuccedens doloris magnitudo præripuit. Nam quomodo in ignem tetigerit ſtatim aduritur:ita uiri tactus & fœminæ ſentit naturam ſuam,& diuerſitatem ſexus intelligit. Item quomodo poterit libidinē refrenare:qui nec malum ualet cohibere nec linguam? Sed & hoſpitiolum tuum nunq; mulierum pedes terant. Videas ne ſub eodem tecto manſites: nec in præterita caſtitate confidas. Quia nec Dauid ſanctior,nec Sampſone fortior,nec Solomone potes eſſe ſapientior. Memento ſemper,quod paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. Egrotanti tibi ſanctus quilibet frater aſſiſtat. Nam ſcio quoſdā corpore cōualuiſſe: & animo egrotare cœpiſſe. Periculoſe tibi miniſtrat:cuius uultum frequenter attendis. Si tamē uidua a te uiſitatur,aut uirgo:nunq; domum ſolus introeas. Solus cum ſola & abſq; arbitro uel teſte non ſedeas:tantaq; confabulandi fiducia ſit:ut intrante alio non paueas,nec erubeſcas. Speculū enim mentis facies eſt:& taciti oculi,cordis fatentur arcana. Tales quoq; habeto ſocios: quorū contubernio non infameris: Non ueſte,ſed moribus ornentur:& pudicitiam habitu pollicean/tur. Corrumpunt mores bonos,confabulationes peſſimæ. Caueto oīes ſuſpitiones:& quicqd ꝓbabiliter fingi poteſt:ne fingatur, ante deuita. Crebra munuſcula, & ſudariola,& faſciolas & ueſtes ori applicitas, & oblatos ac deguſtatos cibos,blandaſq; & dulces litterulas,ſanctus amor nō habet. Audi me: Mel meū,lumen meū,meumq; deſyderium Chriſtus eſt. Omnes delitias & lepores & riſu dignas urbanitates: & cæteras ineptias amatorū in comœdijs erubeſcimus: & in ſæculi hominibus deteſtamur:quantomagis in clericis & monachis:quorum & ſacerdotium propoſito,& propoſitum ſacerdotio ornatur? Nec hoc dico,quod aut in te, aut in ſanctis uiris iſta formidem:ſed quod in omni propoſito & gradu & ſexu,boni & mali reperiātur:malorūq; comdemnatio,laus bonorum ſit. Vide quid poſſint frena:a uitijs nos retrahunt:introducūt ad uirtutum choros:in Chriſtoq; monte pulcherrimo habitare nos faciunt. Quādiu in patria tua es:habeto cellulam pro paradiſo:uaria ſcripturarum poma decerpe. Nis utere delitijs,harq; frue re cōplexu. Si ſcandaliçat te pes,oculus, manus tua, proijce ea. Nulli parcas,ut ſoli parcas animæ tuæ. Qui uiderit,inquit,dominus mulierem ad cōcupiſcendum eam:iam mœchatus eſt eā in corde ſuo. Quis gloriabitur caſtū ſe habere cor? Aſtra nō ſunt munda in conſpectu domini: quantomagis homines,quorum uita tentatio eſt? Væh nobis miſeris:quotiēs concupiſcimus, totiens fornicamur. Inebriatus eſt,inquit,gladius meus in cœlo:multo amplius in terra: quæ ſpinas & tribulos generat. Vas electionis in cuius pectore Chriſtꝰ reſonabat:macerat corpus ſuū: & tamen cernit naturalem carnis ardorem,ſuæ repugnare ſententiæ: ut quod non uult hoc agere compellatur:& tu te arbitraris abſq; lapſu & uulnere poſſe tranſire:niſi omni cuſtodia ſeruaueris cor tuum:maxime cum plurimi etiam ſi continentes,iracundi ſunt,ebrioſi,procaces,ſuperbi,ex cōtinentia magis inflati, percuſſores,maledici, cupidi,timidi,multum ſibi placentes ut indices continentiā:quaſi præferant incontinentiæ ſubminiſtraſſe materiam. Sed ille cōtinens uere eſt:qui uniuerſa membrorum officia a malis affectibus ſubtrahit:& cogitatum a toto nequitia compeſcit:quantoplura tamen ſunt præmia? Nam & ego cum eſſem iuuenis,& ſolitudinis me deſerta uallarent:incentiua uitiorum ardoremq; naturæ ferre non poteram: quē cum crebris ieiunijs frangerem: mens cogitationibus æſtuabat. Ad quam edomandā cuidam me fratri qui ex Hebræis crediderat, in diſciplinam dedi: ut poſt Quintiliani acumina, grauitatem Frontonis,Ciceroniſq; fluuios,& lenitatem Plinij,alphabetū diſcerem,ſtridentia anhelantiaq; uerba meditarer. Quid ibi laboris inſumpſerim: quotienſq; ceſſauerim:& cōtentione diſcendi

D

A rursus inceperim: testis est conscientia: tam mea qui passus sum, q̃ eorum qui mecum duxerunt uitam: Et gratias ago dño quod de amaro semine litterarũ dulces fructus capio. Prima igitur tentamenta clericorum sunt mulierum accessus. Nociuum genus fœmina, ianua diaboli, uia iniquitatis, scorpionis percussio: cũ proximat stipula, accendit ignẽ: flãmigero igne perculit fœmina conscientiam pariter habitantis: exuritq; fundamenta montium. Ego iudico si cum uiris fœminæ habitent, uiscarium non deerit diaboli. Si alligauerit quis ignem in sinu suo: & uestimenta sua non comburentur? Mihi crede non potest toto corde cum domino habitare: qui fœminarum accessibus copulatur. Sed dicis: Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Bene & argute: sed oportet bonum habere testimonium ex his qui foris sunt. Licet coram deo recte ambules: tamẽ corã hominibus bona prouidenda sũt: quia astutiores sunt filijs lucis, filij tenebrarum. Cum ergo a te hoc genus non amputatur: das reprehendẽtibus te locum: cum ipse te detrahentium morsibus tradidisti. Nam inter illecebras uoluptatum, etiam ferreas mentes libido domat: quæ maiorem in uirginibus patitur famẽ, dum dulcius putat omne quod nescit. Narrant gentiliũ fabulæ: cãtibus Sirenarũ nautas in saxa isse præcipites, & ad Orphei citharã arbores, bestias, ac silicũ dura mollita. Difficile quoq; inter epulas seruatur pudicitia. Nitens cutis, sordidum ostendit animum: licet quidam putent maioris esse uirtutis præsentem contemnere uoluptatem: tamen ego securioris arbitror continentiæ nescire quid quærat. Remotio igitur uiri, castitatis collocat arma, construit in melioribus castra pudoris. Teda post tentationem passionis Antiochiæ, cum paulo perhibetur pariter pergere. Nemo miles cum uxore pergit ad bellum. Germinant fœminæ spinas cum uiris habitantes: arcana mentium acuto mucrone concutiunt. Nemo igitur inter serpentes & scorpiones securus ingreditur. Libido enim semper sui relinquit pœnitudinem. Nunq; satiatur, & extincta reaccenditur: usu crescit & decrescit: nec rationi paret, quæ impetu ducitur. Vnde uirginitas in eo felicior est, quod carnis incentiua nõ nouit: & uiduitas in eo felicior, quod præteritas animo recolit uoluptates. Viro enim luxurioso
B uerbum castitatis offensio est. Qui uiuunt in monasterio: & quorum simul magnus est numerus: nunq; soli extra procedunt. De agmine columbarum crebro accipiter unam separat, quam statim inuadat & laceret: & cuius carnibus & cruore saturetur. Morbidæ oues suum relinquunt gregem: & luporum faucibus deuorantur. Rarus igitur tibi sit egressus in publicum: martyres tibi quærantur in cubiculo tuo. Nunq; tibi causa erit procedendi: si semper necessarie processurus sis. Aliorum uulnus, nostra sit cautio. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Nam etiã quæ homines æstimant sibi salutaria: deo uolente uerti uidemus in pernitiem. In tranquillitate enim tempestas oritur: nihil deo aduersante securum est. Naturale quoq; est unumquemq; in suo periculo de alio plus sperare. Si quando senseris exteriorem hominem florem adolescentiæ suspirare: & accepto cibo cum te in lecto positum dulcis libidinum pompa concusserit: arripe scutum fidei: in quo ignitæ diaboli extinguuntur sagittæ. Omnes enim adulterantes quasi clibanus corda eorum: licet difficile est humanam animam aliquid non amare: ut in quoscunq; mens nostra trahatur affectus. Carnis igitur amor, spiritus amore superetur. Desyderium desyderio restringatur: quicquid inde minuitur hic crescat. Non sinas ergo cogitationem crescere: dum paruus est hostis interfice: nequitia elidatur in semine. Audi psalmistam: Beatus qui allidet paruulos suos ad petram. Impossibile est in sensum hominis non irruere motum & medullarum calorem. Ille tamen laudatur: ille prædicatur beatus: qui statim cum cœperit cogitare, interficit cogitatus: & allidit eos ad petram: Petra autem erat Christus. Nam fides pura moram non patitur. Cum apparuerit scorpio, ilico conterendus est. Ardentes igitur diaboli sagittæ, ieiunior; & uigiliarũ frigore restinguẽdæ sunt. Erras nãq; frater erras: si putas unq; Christianũ persecutionẽ nõ pati. Tunc em̃ maxime oppugnaris: si te oppugnari nescis. Nemo em̃ est tãta firmitate suffultus: ut de stabilitate debeat esse securus: dicente Apostolo: Qui stat uideat ne cadat: quoniã nullius hostili exercitu obsidẽte securus est. Nam aduersarius noster tãq; leo rugiens aliquid deuorare quærens circũit: & tu pacẽ putas? Sedet in insidijs cũ diuitibus & in occultis,

C cultis:ut interficiat innocentem.Quod de libidine diximus:referamus ad auariciam,& ad oīa uitia quæ uitantur ſolitudine.Et idcirco urbium frequentiam declinamus,ne facere cōpellamur, quæ nos non tam natura cogit facere cꝫ uoluntas.

## De paupertate.

QVondam diues adoleſcens,omnia quæ in lege præcepta ſunt ſe impleſſe iactabat.Ad quem dominus in euangelio: Vnum tibi,inquit,deeſt : ſi uis perfectus eſſe, uade uende omnia quæ habes,& da pauperibus,& ueni ſequere me.Qui omnia ſe dicebat feciſſe:in primo certamine diuitias uincere non poteſt.Vnde difficile intrant diuites regna cœlorum,quæ expeditos & alarum leuitate ſubnixos habitatores deſyderant.Vade,inquit, uende:non partem ſubſtantiæ:ſed uniuerſa quæ poſſides:& da,nō amicis, non conſanguineis, non propinquis,non uxori,non liberis:plus aliquid addam:nihil tibi ob mœtum inopiæ reſeruabis, ne cū Anania damneris & Sapphira:ſed da cuncta pauperibus:Et facamicos de iniquo mammona:qui te recipiant in æterna tabernacula:ut me ſequaris ut dominū. Nam omnis qui reliquerit domū,uel fratres,aut ſorores,aut patrē,aut matrem,aut uxorem,aut filios, aut agros propter nomē meum,centuplum accipiet,& uitam æternam poſſidebit.O quanta beatitudo p paruis magna recipere,æterna pro breuibus,pro morituris ſemper uiuentia:& habere deum debitorem? In actibus apoſtolorum: quando domini noſtri adhuc calebat cruor: & feruebat recens in credentibus fides:uendebant omnes poſſeſſiones ſuas:& precia earum ad apoſtolorum deferebant pedes: ut oſtenderēt pecunias eſſe calcandas: dabaturcꝫ ſingulis,prout cuicꝫ opus erat. Vnde Ananias & Sapphira diſpēſatores timidi,imo corde duplici:& ideo condēnati:quia poſt uotum abſtulerunt quaſi ſua:& non eius cui ea uouerant:partemcꝫ ſibi iam alienæ ſubſtātiæ reſeruauerunt,metuentes famem , quā uera fides nō timet:& præſentem meruere uindictā, non crudelitate ſententiæ,ſed correctionis exemplo. Vende ergo omnia quæ habes, & da pau-

D peribus:non diuitibus,nō ad luxuriam:ſed ad neceſſitatem.Siue ille ſacerdos ſit,ſiue cognatus, ſiue affinis:nihil aliud in eo conſyderes,niſi paupertatem.Quodcꝫ in Aegyptijs & Syrijs monaſterijs moris eſt : ut qui ſe deo uouerint ſæculo renunciantes omnes ſæculi delitias conculcent : & quod ſæculo renunciamus uoluntas ſit, non neceſſitas, ut paupertas habeat expeditam gloriam,non illata cruciatum.Cæterum iuxta miſerias huius temporis,& ubicꝫ gladios ſæuientes,ſatis diues eſt qui pane non indiget:& nimium potens eſt, qui ſeruire nō cogitur. Multi enim ædificant parietes:& columnas eccleſiæ ſubſtruunt,marmora nitent,auro ſplendent laquearia,& gemmis altare diſtinguitnr, & miniſtrorum dei nulla eſt electio . Necꝫ uero mihi aliquis opponat : diues in Iudæa templum, menſam, lucernas,thuribula,ſcyphos,& alia ex auro fabricata . Tunc hæc probabantur a domino : quando ſacerdotes hoſtias immolabant,& ſanguis pecorum erat redemptio peccatorum:cꝫcꝫ hæc omnia præceſſerunt in figura.Nunc uero cum paupertatem domus ſuæ pauper dominus dedicauerit:cogitemus crucem,& diuitias lutum putabimus.Sed nunquid tempus,ut habitetis in domibus laqueatis:id eſt,ornatis & compoſitis:& quæ non tam ad uſum ſunt,cꝫ ad delitias,inquit,propheta. Nam habitaculum meū, in quo fuerunt ſancta ſanctorꝝ:& cherubim & menſa propoſitionis,pluuijs rigabitur:ſqualebit ſolitudine,& ſole torrebit.Quæ autem utilitas fulgere gemmis:& Chriſtū in paupere fame mori? Iam non ſunt tua quæ poſſides:diſpenſatio tibi credita eſt:caue ne quaſi fidelis & famoſus quondam tuorum diſpenſator, alienam pecuniam diſtribuendam accipias. Crates ille Thebanus, homo quondam ditiſſimus cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit:nec putauit ſe poſſe uirtutes ſimul & diuitias poſſidere:& nos ſuffarcinati auro Chriſtū pauperē ſequimur:& ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubātes :quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere: q noſtra timide reſeruamus? Intelligis quid loquor. Dedit em̄ tibi dñs in omnibus intellectū. Præter uictum & ueſtitū & manifeſtas neceſſitates nihil cuicꝫ tribuas:ne filiorum panem,canes comedant. Tu ergo conſydera,ne Chriſti ſubſtantiā imprudenter effundas:id eſt,ne immoderato iudicio,rem pauperū tribuas nō pauperibus: quod

pars

A pars est sacrilegij:& secūdum dictū prudentissimi uiri,liberalitate liberalitas pereat.Sunt quoq; qui pauperibus parum tribuunt,ut amplius accipiāt:& sub prætextu eleemosynæ diuitias quærunt: quæ magis uenatio q̄ eleemosyna dicenda est.Sic bestiæ, sic aues, sic & capiuntur pisces.Modicum in hamo escæ ponitur:ut matronarum in eo sacculi protrahantur.Nos autem humiles atq; pauperculi:nec habemus diuitias,nec oblatas dignamur accipere.Balsamum,piper,& poma palmarum rustici non emunt. Qui enim uolunt diuites fieri: incidunt in tentationes & laqueum diaboli & desyderia multa.Et præsertim, quia ætas optata cunctis non uicinā mortē,quæ debetur mortalibus naturæ lege:sed cassa spe annorū nobis spatia pollicetur.Nemo enim tam fractis uiribus,& sic decrepitæ senectutis est:ut non se putet adhuc unum annū esse uicturum. Verum quid ago: fracta naui de mercibus disputo.Non intelligimus Antichristum appropinquare:quem dominus Iesus interficiet spiritu oris eius.Iuuenis quidem potest mori cito:sed senex diu uiuere non potest: maxime quia comparatione æternitatis omne quod in mundo patimur una dies appellari potest:nō habitationis,sed peregrinationis.Nam quotidie commutamur:tamē æternos nos credimus.Hoc ipsum quod dico,quod scribo, quod lego,quod emendo,de uita mea trahitur.Quot puncta notarij,tot meorum damna sunt temporum.Omnes nanq; diuitiæ de iniquitate descendent:nisi alter perdiderit,alter inuenire nō potest.Vnde uulgata sentētia mihi uidetur esse uerissima. Quod diues,aut iniquus, aut iniqui hæres.Vides enim homines maria transire:ante potentum excubare fores:pati omnia quæ seruorum conditio uix patitur:ut diuitias congregent:ut aliquam accipiant dignitatem.Et postq̄ hoc fuerint consecuti:tradere se luxuriæ & uoluptatibus & omni iniquitati:ut quod auaricia
B congregat,luxuria consumat. Isti ergo pro laboribus suis efficiuntur hospitium dæmonum. Qui templum dei esse debebant,fiunt tabernacula Aethyopum.Postq̄ enim ditati fuerint: & per fas & nefas ad altissimum conscenderint:tunc conscientia peccatorum suorum semper mortem,semper iudicium formidabunt:& ad leuem febritiunculā,quasi latrones in carcere de æternis supplicijs suspirabunt.Diuites autem qui ingressi sunt regna cœlorum,ipsis diuitijs ad bona utentes opera,diuites esse desierunt:& dispensatores magis dei q̄ diuites appellandi.Obsecro ergo te,ne lucra mundi in Christi quæras militia.Negociatorem clericum,& ex inope diuitē factum,ex ignobili glorioſum,quasi quandam pestem fuge.Et præsertim cum sciam te toto renunciasse mundo:& abiectis calcatisq; diuitijs,orationi,lectioni,ieiunijs uacare quotidie.Procuratores quoq; & dispensatores domorum alienarum atq; uillarum clerici esse non possunt: qui proprias iubentur contemnere diuitiarum facultates.Auariciæ quoq; malum tibi omnino uitandum est: non quo aliena non appetas (hoc enim & publicæ leges puniunt) sed quo tua, quæ tibi sunt aliena non serues.Si in alieno,inquit,fideles non fuistis: quod uestrum est quis dabit uobis?Sed dicis:iuuenis sum delicatus: & manibus meis laborare non possum: si ad senectam uenero: si ægrotare cœpero: quis mei miserebitur? Audi ad apostolos loquentē Iesum: Ne cogitetis in corde uestro,quid manducetis:neq; corpori uestro,quid induamini.Nōne anima plus est q̄ esca,& corpus plus est,q̄ uestimentum?Respicite uolatilia cœli:qm̄ nō serunt neq; metūt,neq; cōgregant in horrea,& pater uester cœlestis pascit illa. Si uestis defuerit: lilia ꝓponātur.Si esurieris, beatos audias pauperes & esuriētes.Si aliqs afflixerit dolor:legito illud Apostoli:Propter hoc cōplaceo mihi in infirmitatibus meis.Illud autē quod derelicta militia,castrasti te propter regna cœlorū:quid aliud q̄ perfectā secutus es uitam? Perfectus autē seruus Christi, nihil præter Christū habet.Aut siquid præter Christum habet: perfectus non est.Igitur ut concludam: si perfectus es:cur bona paterna desyderas? Dominus euangelicis uocibus tonat: Non potestis duobus dominis seruire: & audet quisq̄ mendacem Christum facere,Mammonæ & Christo seruiendo? Qui dicit se in Christum credere: debet quomodo ille ambulauit sic ambulare.Affatim diues est:qui cum Christo pauper est. Nam serui dei: qui diebus & noctibus seruiunt domino suo:qui in terris positi, angelorum imitantur conuersationem:& nihil aliud loquūtur:nisi quod ad laudes dei pertinet:habentes uictum & amictum his contenti sunt diuitijs:qui plus habere nolunt,si tamen seruant propositum.Alioquin si amplius desyderāt

C us desyderant,his quoq; quæ necessaria sunt probantur indigni. Quicquid tamen corpora no/
stra defendere potest:& humanæ succurrere imbecillitati,quos nudos natura ,pfudit: hæc una
appellanda est tunica. Si ergo uis esse quod propheta est, quod Christus est: da pauperibus,
quo necessitas sustentetur,non quo opes augeantur. Quodq; si quid plus habes q̄; tibi ad ui/
ctum uestitumq; necessariũ est:illud eroga:in illo debitorem te esse noueris. Nam aliena ra/
pere conuincitur,qui necessaria sibi retinere conatur. Clerici quoq; qui de bonis parentũ susten
tari possunt:si quid pauperum accipiunt,sacrilegium profecto committunt. Scit enim hostis
antiquus magis continentiæ q̄; nummorum esse certamen. Facile nāq; abiicitur quod hæret ex
trinsecus. Intestinum bellum periculosius est. Zacheus dives erat:apostoli pauperes: & quantũ
ad diuitias nihil:quantum ad uoluntatem totum mundum reliquerunt. Si offeramus Christo
opes cum anima nostra,libenter suscipiet. Si autem quæ foris sunt deo: quæ intus diabolo de/
mus,non est æqua partitio. Nolo igitur quod ea tantum offeras:quæ potest fur rapere, hostis
inuadere,proscriptio tollere,& quæ ad instar undarum & fluctuum a succedentibus sibi domi/
nis occupatur,& quæ nolis uelis in morte dimissurus es. Illud offer quod nullus tibi possit ho/
stis auferre. Nam aurum deponere incipientium est,nõ perfectorum:seipsum offerre deo,pro/
prie Christianorum est. Nec enim imaginem crucifixi præfert: nisi qui in hoc sæculo se nudũ
mortuumq; reddiderit. Infinita nāq; de scripturis exempla suppeditant:quæ auariciam doceãt
esse fugiendam. Verum quod nõ ante plures annos gestum sit referam. Quidam ex fratribus
parcior q̄; auarior:nesciens triginta denarijs dominum uenditum,centum solidos quos lina te/
xendo acquisierat moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium (nam in eodem lo/
co circiter quinq; milia diuisis cellulis habitabant)quid facto opus esset. Alij pauperibus distri/
buendos esse dicebant:alij dandos ecclesiæ:nonnulli parentibus remittendos. Macarius uero &
Pambo & Isidorus & cæteri quos patres uocant: sancto in eis loquente spiritu, decreuerunt
infodiendos esse cum eodem, dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionẽ. Neq; hoc crudeliter
quisq̄ putet esse factum. Tantus cunctos per totam Aegyptum terror inuasit: ut unum soli/
D dum dimisisse sit criminis. Radix omnium malorum est auaricia: ideoq; & ab apostolo idolo/
rum seruitus nuncupatur. Non quidem occidet fame animã iustam dominus. Iunior fui & se/
nui:& non uidi iustum derelictum:nec semen eius quærens panem. Helias coruis pascitur mi/
nistrantib9. Vidua Sareptana ipsa cũ filijs suis peritura nocte prophetã pascit esuriens:& mirũ
in modum capsace repleto: qui alendus uenerat,alit. Petrus apostolus ait: Argentum & aurum
non est mecum:quod autem habeo hoc tibi do:surge & ambula in nomine Iesu. At nunc mul/
ti licet sermone taceant,opere loquuntur: Fidem & misericordiam non habeo:quod autem ha/
beo aurum & argentum tibi non do. Audi Iacob quid postulet. Si fuerit dominus meus me/
cum:& seruauerit me in uia per quam ego iter facio:& dederit mihi panem ad manducandum:
& uestem ad uestiendum. Tantum necessaria deprecatus est. Vnde & latrones ad sanctum
Hilarionem: Quid faceres si latrones ad te uenirent? Quibus respondit: Nudus latrones non
timeo. At illi: Occidi potes. Possum, inquit, sed non timeo: qui sum mori paratus. Cuius qui
mirantur signa & portenta quæ facit:mirent & incredibilem abstinentiam,scientiam,& humili/
tatẽ. Ego autẽ nihil ita stupeo q̄; gloriam illũ & honorẽ calcare potuisse:quia factu est difficile
gloriam uirtute superare:& ab his diligi quos præcedis. Cum ergo Christi gaudeas libertate:ac
propemodum in domate constitutus sis: non debes ad tollendam tunicam tecto descẽdere:nec
respicere post tergum: nec aratri semel arrepti stiuam amittere: Sed si fieri potest, imitare Io/
seph:& Aegyptiæ dominæ pallium relinque:ut nudus sequaris dominum saluatorem: qui di/
cit in euangelio: Nisi quis tulerit crucem suam & secutus me fuerit: non potest meus esse discipu
lus. Proijce sarcinam sæculi:ne quæras diuitias quæ camelorum grauitatibus comparantur. Nu/
dus & leuis ad cœlum uola:ne alas uirtutum tuarum auri deprimant pondera:ut impleas saccu
lum,quem dominus euacuare præcipit. Si igitur qui habent possessiones & diuitias, iubentur
omnia uendere,& dare pauperib9,& sic sequi saluatorẽ: dignatio tua non debet quærere quod
erogaturus es. Vidua illa in euãgelio paupercula:quæ duo minuta misit in gaçophylatiũ, cun/

A ctis præfertur diuitibus:quia totum quod habuit dedit. Et tu igitur eroganda non quæras: ut fortissimum tyrunculum suum Christus agnoscat:ut lætus tibi de longissima regione uenienti occurrat pater:ut stolam tribuat & anulum:ut immolet pro te uitulum saginatum.

¶ De utilitate pāupertatis.

PAuper uero ita consolandus est,ut sciat in paupertate magis bona cōsyderanda. Et primo quidem quod a deo illi sit utiliter prouisum. Præsciuit em̄ deum infirmitatem eius consyderasse:& scisse quod diuitiarum sarcinam & sollicitudinē portare nō posset. Deinde sciat quantas tentationes:quanta pericula transiuerit nomine paupertatis,si affluentia de est,quæ frequenter contraria est. Ad animi diuitias c̄ptotius sine impedimento in paupertate transitur:certe quantis malis caruit consyderet. Caret inuidia, æmulatione, insidijs,dolo, superbia,contentione:& his quæ hominibus in hoc sæculo diuitiæ solent cōflare. Fluxu enim rerum & ubertate copiarum,animus soluitur:uigor mētis infringitur:uirtus corporis eneruatur. At in paupertate,non lasciua conuiuia, non turpes potationes: omnia sobria, omnia rigida, omnia humilia:nō abiecta,quoniā conscientia pura & uirtute sunt plena: non est abundans extraneis facultatibus. Nō facile ad diuitias animi,id est ad uirtutes huius mundi diues accedit:Filius em̄ dei,difficilius dicens,diuitem introire in regnum cœlorum:utiq; intelligit pauperem facilius:ne se ob paupertatem alienum esse a cura dei existimet prophetæ testatur,dicens: Et pauperem & diuitē ego feci:& pro omnibus æqualis cura mihi est. Non est em̄ deus personarū acceptor:nec pro illo tantū curam gerere profitetur:qui in seculi diuitijs pollet,sed pro omnibus & pro pauperibus curam sustinet:remuneraturus quem inuenerit,aut in diuitijs humilem, aut in paupertate patientem: distributi ueluti totius corporis humani & ministerium quæritur singulorum. Consyderes hominis corpus esse unum quidem corpus:sed plurima membra. Nunquid omnia sunt oculus,aut pes,aut reliqua membra? Sed sicuti ait Apostolus doctor gentium in fi
B de & ueritate:quæ inferiora sunt membra maiorem his tribuimus honorem. Et quemadmodū uirtus singulorum membrorum in suo ordine atq; officio demonstratur: ita in totius generis humani corpore uelut minor paupertas & diuitiæ collocantur:ut diuitijs humanitas dei examine comprobetur. Exultare debet pauper,deo gratias agere:quod multis patrimonij nexibus liberatus,in die probationis non grauatur compedibus facultatum. Facilius liber sequitur discipulus dominum nullis nexibus implicatus. Non desit etiam ab ipso inquantum potest misericordia iusta in ægenos,quia sicut iustus efficitur de frugalitate:inferioribus & non habentibus prorogator non uereatur ne ipse deficiat:cum in usu sanctæ administrationis habeat prōptissimam uoluntatem. Nihil enim sibi deerit;non cupiat in sæculo diues fieri: ne mala sibi plurima acquirat,dicente ac monente glorioso Paulo: Habentes uictum & uestitum his contenti simus. Imo si uera fide & propter salutem credere cœlestes sibi diuitias cooptet & comparet: quas unusquisq; & misericordia & reliquis actibus bonis cōparat & assumit. Tēporalibus em̄ æterna sunt præponenda:caducis stabilia: sollicitis securiora: periculosis libera: inhonorificis clariora. Igitur cum Christus dixerit: Primum quærite regnum dei,& hæc omnia apponentur uobis: nulli dubium fore credo, his copiam necessariam rerum in terris non defecturam: quibus cœlestia præparantur. Vnde his monitis & diues temperetur & pauper subleuetur. Difficile potentes, & nobiles, & diuites,& multo his difficilius æloquentes credunt deo. Obcæcatur nāq; mens eorum,diuitijs,opibus atq; luxuria:circūdati uitijs nō possunt uidere uirtutes. Felix ergo qui non in diuitijs,non in sapientia,non in potentia sæculari & æloquentia: sed in Christi passionibus gloriatur. Ac nihil miserius c̄p deum ꝓpter nummum contemnere. Ideo quem sentseris semper aut crebro de nūmis loquentem:institorem habeto potius c̄p monachum.

¶ De correctione & doctrina præsidentis.

REctor quoq; honore suppresso, æqualia subditis bene uiuentibus, & erga peruersos iura rectitudinis exercere non formidet. Nam liquet quod omnes homines natura genuit æquales:sed uarietate meritorum,ordine alios alijs culpa postposuit. Sed & arguuntur negligentes rectores ecclesiæ dei,ob quorum incuriam perit omnis decor populi Christiani,cum nec in meditatione legis diuinæ,nec cultu pietatis, nec in sacrarum uirtutum exercitio laborare

C tio laborare conentur. Tunc enim doctrina doctorum ſuauitas eſt, cum doctrina pariter & uita conſentiant. Sed nec putant ſua ſcientia & ſapientia, ſed dei auxilio pacem eccleſijs ſuis reddi tam: qui ſi ſuum ſeruauerint gradū, ſunt quaſi domus dei, & quaſi angelus domini. Sed ſi plus cupiunt uideri noſſe cꝫ cæteri, quandoq; patent ueritatis regulam non tenere. Magiſter quoq; diſcipulum corrigit, quem ardentioris cernit ingenij. Nam medicus ſi ceſſauerit curare deſperat: quoniam non eſt parui apud deum meriti bene filios educare. Rectorum quoq; eſt, ut laborantium nouerint ſudorem: uel lapſis manum porrigere, uel errantibus uiā oſtendere. Sed ne glorieris quod multos diſcipulos habeas: filius dei docuit in Iudæa, & duodecim illum tantū apoſtoli ſequebantur. Phariſæorum autem doctrinæ, omnis populus applaudebat. Lædit diſcipulus magiſtrum: ſi per negligentiam ſuam, præcepta eiuſq; laborem diſperdat. Ideo non ſit in eis pœnæ diuerſitas: in quibus paria ſunt peccata. Nullius perſonam accipias: quantumcūq; ſit potens uel nobilis: ſi peccauerit, corripe eum. Nam confuſionem ſequitur ignominia: ignominiam correctio: correctionem conſolatio: conſolationem ſalus. Vera enim amicitia, quod ſentit, ſimulare non debet. Non eſt crudelitas pro deo crimina punire, ſed pietas. Nihil tamen crudelius: nihilq; miſerius inueniri poteſt: cꝫ ut timore mortis propriæ, ne ſalutem filiorum audeant defendere. Docente autem te in eccleſia: non clamor populi, ſed gemitus ſuſcitetur: lachrymæ audientium laudes tuæ ſint. Sermo preſbyteri ſcripturarum lectione conditus ſit. Vnde & Apoſtolus præcipit: Sermo ueſter ſit ſale conditus. Quod ſi infatuetur, foras proijcitur: & perdit nominis dignitatem. Nam ſicut uictoria dñi, triumphus eſt ſeruorum: ſic magiſtri eruditio, diſcipulorū profectus. Niſi eī caput ſanū ſit, omnia membra ſunt in uitio. Quādo doctrina non erit in eccleſijs: intelligemus perire pudicitiam: caſtitatem mori: & omnes obire uirtutes: quia non comederunt uerbum dñi. Tunc ſcriptura utilis eſt audientibus: cum abſq; Chriſto non diſcitur: cum ſine patre non probatur: cum ſine ſpiritu ſancto: non iam inſinuat ille qui prædicat. Sed

D difficile dignus præco uirtutum Chriſti inueniri poteſt, qui in annunciandis illis non ſuam, ſed eius quærat gloriam quem prædicat. Confuſio quoq; & ignominia eſt Ieſum crucifixū & pauperem & eſurientem fartis prædicare corporibus: & ieiuniorum doctrinam per rubentes buccas tumentiaq; ora proferre. Non confundant ergo opera ſermonem tuum, ut cum in eccleſijs loquaris: tacitus quiſq; reſpondeat: Cur hæc quæ dicis ipſe nō facis? Accuſare auariciam etiam latro poteſt. Sacerdotis uox cum mente concordet. Nam quomodo poteſt præſes eccleſiæ malū auferre de medio eius: qui in delictum ſimile corruerit? Ac qua libertate corripit peccantem: cū tacitus ipſe ſibi reſpondeat eadem admiſiſſe quæ corripit? Perdit enim authoritatem docendi, cuius opere ſermo deſtruitur. Et illud Tullij: Caput artis eſt docere quod facis. Venerationi mihi ſemper fuit: nō uerboſa ruſticitas, ſed ſancta ſimplicitas. Qui enim in ſermone ſe dicit apoſtolos imitari, prius imitetur uirtutes & uitam illorum: in quibus loquendi ſimplicitatem, excuſabat ſancti nominis magnitudo. Non enim facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum: nec eſt facile ſtare loco Pauli: tenere gradum Petri, iam cum Chriſto regnantium: ne forte ueniat angelus domini: qui ſcindat uelum templum tui: qui candelabrum tuum de loco moueat. Igitur ædificaturus turrim futuri operis ſumptus computa. Sicuti nō Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene uixiſſe laudādum eſt. Prius ergo faciamus: & ſic doceamus: ne doctrinæ authoritas caſſis operibus deſtruatur. Nam de æloquentibus & pronunciantibus plenus eſt orbis. Loquuntur quæ neſciunt: docent quæ non didicerunt. Magiſtri fiunt: cum ante diſcipuli nō fuerint. Sed nec ad ſcribendum cito proſilias: & leui ducaris inſania: Multo q; tempore diſce quod doceas, & ſic non temeritate quorundam doceas quod neſcias: ſed ante diſce quod dicturus es. Nam qui ſapientis uerba crebro audire & intelligere negligit: uitam ſuā gubernare nō nouit: quanto magis nec aliorum regimini proficit? Igitur ſeruum ſeruis te eſſe conuenit. Atq; ita in omnibus perdocere: ut quicunq; audiunt, conuerſatione tua magis cꝫ ſermone proficiant. Quoniam quidem nō in ſermone eſt regnum dei, ſed in uirtute. Sed ne ſtatim multitudinis acquieſcamus iudicio: ſed electi in principatū noſcamus menſurā noſtram: & humiliemur ſub potenti manu dei. Reuera nil fœdius præceptore furioſo: cum debeat eſſe manſuetus & eruditus: econtra toruo uultu trementibus labijs: rugata fronte: effrenatis cōuitijs: facie inter pallorem, ruborem q; uariata, da

more

A more perſtrepit:& errantes non tam ad bonum trahit,q̄ ad malum ſæuitia ſua præcipitat: licet non qui iraſcitur iracundus eſt:ſed ille qui crebro hac paſſione ſuperatur: Suntq; multi docentes ea quæ non oportet,turpis lucri gratia:qui totas domus ſubuertunt:& putant quæſtum eſſe pietatem. Quod plerumq; accidit ut habeamus pugnas legis non ob deſyderium ueritatis:ſed ob iactātiam gloriæ:dum apud audientes docti uolumus exiſtimari. Feſtino igitur gradu pergamus ad magiſtros:& eorum teramus limina:& præcepta uirtutum ac myſteria ſcripturarum uincula putemus æterna.

¶ De ſolitudine.

REuera,ut ſimpliciter motum mentis meæ fatear:conſyderans & propoſitum tuū & ardorem,quo ſæculo renunciaſti:differentias in locis arbitror: ſi urbibus & frequentia urbium derelicta in agello habites:& Chriſtum in ſolitudine quæras: & ores ſolus in monte cum Ieſu: ſanctorumq; locorum tantum uicinitatibus perfruaris: id eſt, ut & urbe careas & propoſitum monachi non amittas. Loquor nōn de epiſcopis,non de preſbyteris,non de clericis:quorum alia cauſa eſt,alia monachi. Clerici oues paſcunt,ego paſcor: Sed de monacho loquor,qui precium poſſeſſionum ſuarum ad pedes apoſtolorum poſuit:docens pecuniam calcandam:& humiliter & ſecreto uictitans, ſemper cōtemnat quod ſemel contempſit. Nam ſummæ ſtulticiæ eſt,renunciare ſæculo,dimittere patriam,urbes deſerere,monachū profiteri: & inter maiores populos peregre uiuere. Quia igitur fraterne interrogas: per quam uiam incedere debeās:reuelata tecum facie loquar. Si officiū uis exercere preſbyteri,ſi epiſcopatus te,uel opus, uel honor forte delectat: uiue in urbibus & caſtellis:& aliorum ſalutem,lucrum fac animæ tuæ. Sinautem cupis eſſe quod diceris monachus:quid facis in urbibus: quæ utiq; non ſunt ſolorū habitacula,ſed multorum? Habet unūquodq; propoſitum principes ſuos. Romani duces imitentur Camillos,Fabritios,Regulos,Scipiones. Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem,Platonem,Ariſtotelem. Poetæ æmulentur,Homerum, Vergilium,Menandrum, Terētium. Hiſtorici, Thucydidem,Saluſtiū,Herodotum,Liuium. Oratores, Lyſiam, Gracchos, Demoſthenem, Tullium. Et ut ad noſtra ueniamus:Epiſcopi & preſbyteri habeant in exemplum apoſtolos & apoſtolicos uiros:quorū honorē poſſidentes,habere nitantur & meritū. Nos aūt
B habeamus propoſiti noſtri principes Paulos, Antonios, Iulianos, Hilarionē, Macarios. Et ut ad ſcripturarū authoritatē redeam, noſter princeps Helias, noſter princeps Heliſæus, noſtri duces filij pphetarū: qui habitabant in agris & ſolitudinibus:& faciebāt ſibi tabernacula ppe fluēta Iordanis. De his ſunt & illi filij Rechab:qui uinum & ſiceram nō bibebant,& morabantur in tentorijs: qui dei per Hieremiam uoce laudantur,& promittitur eis,quod non deficiat de ſtirpe eorum uir ſtans coram domino. Interpretare igitur uocabulum monachi:hoc eſt nomē tuum. Quid facis in turba qui ſolus es? non tibi eadem cauſa, quæ cæteris. Quodq; nemo propheta in patria ſua honorem habet. Nam ubi honor non eſt,ibi contemptus eſt. Vbi contemptus eſt,ibi frequens iniuria. Vbi iniuria, ibi indignatio. Vbi indignatio,ibi quies nulla. Vbi quies non eſt,ibi mens ſæpe a propoſito deducitur. Vbi autem per inquietudinem aliquid aufertur ex ſtudio:minus fit ab eo quod tollitur. Et ubi minus eſt,perfectum non poteſt dici. Ex hac ſupputatione illa ſumma naſcitur:Monachum perfectum in patria ſua eſſe non poſſe. Perfectum autem eſſe nolle,delinquere eſt. Vbi autem ego nunc ſum: non ſolum quid agitur in patria,ſed an patria perſiſtat ignoro. Imo nec mihi conceditur unus angulus eremi: quotidie expoſcor fidem quaſi ſine fide renatus ſim.

¶ De laudibus & utilitate eremi.

QVid igitur agis tu frater in ſæculo,qui maior es mundo? Paupertatem times? beatos pauperes Chriſtus appellat. Labore terreris? ſed nemo athleta ſine ſudoribus coronatur. De cibo cogitas? ſed uera fides famē non timet. Super nudam metuis humum exeſa ieiunijs membra collidere? ſed dñs tecū iacet. Squalidi capitis horret inculta cæſaries? ſed caput tuū Chriſtus eſt. Infinita eremi uaſtitas terret? ſed tu paradiſum mēte deambula: quoties illuc cōſcenderis,toties in eremo nō eris. O deſertū Chriſti floribus uernās. O ſolitudo, in qua illi naſcunt lapides, de q̄bus in Apocalypſi ciuitas magni regis extruit. O ere-

C mus familiarius deo gaudens,& cætera. Ad quæ etiã illud Apoſtoli:Nõ ſunt cõdignæ paſſiões huius tẽporis ad futurã gloriã,quæ reuelabit in nobis.Cur em̃ timido animo Chriſtianus es? filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet:tu amplas porticus & ingentia tectorum ſpatia metiris:hæreditatẽ expectans ſæculi,cohæres Chriſti eſſe non poteris.Nudos amat eremus. Corpus aſſuetum tunicis,loricæ onus nõ fert. Caput opertũ linteo,galeam recuſat.Mollẽ ocio manum,durus exaſperat capulus.Sed cur,inquit,pergis ad eremum? uidelicet ut te nõ audiam, nõ uideam,ut tuo furore non mouear, ut tua bella non patiar, ne me capiat oculus meretricis, ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus.Reſpondebis:hoc non eſt pugnare,ſed fugere.Sta in acie,aduerſarijs armatus obſiſte:ut poſtq̃ uiceris coroneris.Fateor imbecillitatẽ meã. Nolo ſpe pugnare uictoriæ,ne perdam aliquando uictoriam. Si fugero: aut uincendum mihi eſt,aut cadendum. Quid autem neceſſe eſt certa dimittere,& incerta ſectari? Aut ſcuto,aut pedibus mors uitãda eſt. Tu q̃ pugnas, & ſuperari potes & uincere. Ego cũ fugero, nõ uinco in eo qd̃ fugio,ſed ideo fugio ne uincar. Nulla ſecuritas eſt uicino ſerpẽte dormire:poteſt fieri ut me nõ mordeat:tamen poteſt fieri,ut aliquando me mordeat.Fuga em̃ nõ infidelitatis,ſed prudentiæ indicium eſt:ne fruſtra nos offeramus periculis. Sed nuper Aegypti deſerta uidiſti: intuitus es angelicam familiam,quãti ibi flores ſunt? q̃ ſpiritualibus gẽmis prata uernantia? Vidiſti ſerta quibus dominus coronatur.Ille tibi ignis in pectore exeſtuet:& illa quotidie cogita, tracta, conſydera,& quaſi quodam carcere tentus exclama.Heu me quia prolongata eſt peregrinatio mea: & in paradiſum mente conſcendens, toties in terra non eris, quoties terrena deſpexeris. Eadem nobis certe cum his qui habitant per deſerta cõditio eſt:ijdem oculi,totidem & manus: ijſdem infirmitatibus uel uirtutibus ſubiacemus.Si te aquæ potus uexat:quanti nobiles nõ dicam uina neſciunt:ſed carnes ignorant,& fuſo tantum legumine ſuſtẽtantur? Si balnearum te lauacra ſollicitant:quanti principes ciuitatum,ſiue ob culpam propriam,ſiue ob inuidiã ad inſulas deportati:ſine æterno præmio perpetuaq̃ mercede abſq̃ balneis perſeuerant? Nemo id neceſſitate pati non poteſt,quod pro deo pati uoluntate detrectat.Habebis cellulã quæ te ſolum capiat. Imo non eris ſolus:angelica turba uerſabitur, tot ſocij, quot ſancti. Leges euangelium,fabulabitur tecum Ieſus.Replicabis apoſtolos uel prophetas:Nũquid poteris talem aliũ tuis ſermonibus habere conſortem? Terra ſumus & cinis:& per omnia momenta de noſtra ſalute ſuſpenſi,continue in puluerem diſſoluendi.Quid retractamus facere de neceſſitate uirtutẽ? certe quandoq̃ moriendum eſt.Quãcito mundi derelinquamus anguſtias:& ſi forte ob continentiam (quod tamen raro accidit)dolere ſtomachum,æſtuare febribus reperimus: perpetuæ uitæ ingreſſuri ianuam morbum putemus? Quanti enim in medijs opibus, & inter tabulas cõſulatus,repẽtina morte ſubtracti ſunt? Quid ergo deſyderamus urbium frequentiã, qui de ſingularitate cenſemur? Mihi enim oppidum carcer:& ſolitudo paradiſus eſt.Sæcularium quoq̃ maxime potentum conſortia deuita.Quid tibi neceſſe eſt illa ſæpius uidere: quorum contemptu monachus eſſe cœpiſti? Nam monachum ſolitudo facit,non publicum.

D

## De periculo uitæ ſolitariæ.

MOnachi etiam nunc mores diſcutimus, qui iugũ Chriſti collo ſuo impoſuit.Primũq̃ tractandum eſt:utrum ſolus, an cum alijs in monaſterio uiuere debeas. Mihi placet ut habeas ſanctorum contubernium:ne abſq̃ ductore ingrediaris uiam:quam nũq̃ ingreſſus es: ſtatimq̃ tibi in partem alterã declinandũ ſit:& errori pateas:pluſq̃ aut minus ambules q̃ neceſſe eſt: & currens laſſeris,morãq̃ faciens obdormias. In ſolitudine ſito, ſurrepit ſuperbia.Et ſi parumper ieiunauerit,hominemq̃ non uiderit,putat ſe alicuius eſſe momenti.Obliituſq̃ ſui unde,& quo uenerit:intus corde,foris lingua uagat. Iudicat contra uoluntatẽ apoſtoli alienos ſeruos.Quo gula popoſcerit,porrigit manus,dormit quãtũ uoluerit, neminẽ ueretur: omnes ſe inferiores putat:crebriuſq̃ in urbibus q̃ in cellula eſt:& inter fratres ſimulat uerecundiam,qui platearum turbis colliditur.Quid igitur? ſolitariam uitam reprehendimus? Minime, quippe quam ſæpe laudauimus , licet ut præfertur ſolitaria uita periculoſa eſt: ne abſtracti ab hominum frequentia,ſordidis & impijs cogitationibus pareant:& pleni arrogantia & ſupercilij,cunctos deſpiciant,armẽtq̃ linguas ſuas, uel clericis,uel monachis detrahendo. Sed de ludo

monaſteriorũ

A monasteriorum,uolumus huiuscemodi egredi milites:quos eremi dura rudimenta non terreãt: qui speciem cõuersationis suæ multo tẽpore dederint: qui omniũ fuerint minimi, ut primi omniũ fierent:quos nec esuries aliquãdo,nec saturitas superauit:qui paupertate lætant̃:quorũ habitus, sermo,uultus,incessus doctrina uirtutũ est.O quoties in eremo cõstitutus & in illa uasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus, horridũ monachis p̃stat habitaculũ:putabã me Romanis interesse delitijs. Sedebã solus: quia amaritudine repletus eram. Horrebãt sacco mẽbra deformia:& squalida cutis,situ Aethiopicæ carnis obduxerat.Quotidie gemitus:& si quãdo me repugnantem somnus imminens oppressisset:nuda humo uix ossa hærentia collidebam. De cibis uero & potu taceo: cum etiam languentes monachi ibi aqua frigida utantur: & coctum aliquid accepisse luxuria sit.Ille igitur ego qui ob gehennæ metum,tali me carcere damnaueram, scorpionum tãtum socius & ferarum: sæpe choris intereram puellarum.Pallebant ora ieiunijs: & mens desyderijs æstuabat in frigido corpore:& ante hominem suum iam carne præmortua, sola libidinum incendia bulliebant.Itaq; omni auxilio destitutus ad Iesu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, repugnãtem carnem, hedomadar̃ inedia subiugabam. Non depudesco infelicitatis meæ, quin potius plango me non esse quod fuerim.Memini me damãtem & diem crebro iunxisse cum nocte,nec prius a pectoris cessasse uerberibus,q̃ rediret domino increpante tranquillitas. Ipsam quoq; cellulam quasi cogitationum mearum conscium pertimescebam:& mihimet iratus & rigidus solus deserta penetrabam. Sicubi cõcaua uallium, aspera montium,rupium prærupta cernebam: ibi meæ erat orationis locus:ibi illud miserrimæ carnis ergastulum collocabam: &(ut mihi testis est dominus)post multas lachrymas, post cœlo oculos inhærẽtes, nonnunq̃ uidebar mihi interesse agminibus angelor̃ & lætus gaudensq; cantabam: Post te in odore unguentorum tuorum curremus. Dicam & aliud quod in Aegypto uiderim. Græcus erat adolescens in cœnobio, qui nulla continentia, nulla operis magni-
B tudine, flammam carnis poterat extinguere. Hunc pater monasterij periclitantem,hac arte seruauit. Imperat uiro cuidam graui:ut iurgijs atq; conuitijs insectaretur hominem:& post irrogatam iniuriam,primus ueniret ad quærimoniã. Vocati testes, pro eo loquebantur qui contumeliam fecerat.Flere ille contra mendacium cœpit. Solus pater defensionem suam callide opponere studuit: ne abundantiori tristicia absorberetur frater. Quid multa? Ita annus ductus est:quo expleto,interrogatus adolescens,super cogitationibus pristinis: an adhuc molestiæ aliquid sustineret.Papæ,inquit,mihi uiuere non licet & fornicari libeat? Hic si solus fuisset,quo ad iurore superasset? Sunt enim meliores duo q̃ unus:Et si alter ceciderit,ab altero fulcitur. Funiculus triplex non facile rumpitur:& frater fratrem adiuuãs exaltabitur. Vidi ego quosdam:qui postq̃ renunciauerunt sæculo, uestimentis duntaxat & uocis promissione,non rebus, nihil de pristina conuersatione mutarunt:Res familiaris magis aucta q̃ imminuta. Eadem ministeria seruulorum: idem apparatus conuiuij:& nomen sibi uendicant solitarij. Quidam uero pauperes sunt & tenui substantiola,uidenturq; sibi scioli:pomparum ferculis similes procedunt in publicum:ut caninam exerceant facundiam. Sunt etiam qui humore cellularum immoderatisq; ieiunijs:tædio solitudinis,ac nimia lectione,dũ diebus ac noctib9 auribus suis p̃sonant:uertuntur in melancholiam:& Hippocratis magis fomentis q̃ nostris monitis indigent. Plæriq; artibus & negociationibus pristinis carere non possunt: mutatisq; nominibus institorum,eadem exercent mercimonia.Non uictũ & uestitũ quod Apostolus præcipit:sed maiora q̃ sæculi homines emolumenta sectantes: & sub religionis titulo exercentur iniusta compendia: & honor Christiani nominis magis fraudem facit q̃ patitur. Quæ pudet dicere,sed necesse est:ut saltem sic ad nostrum erubescamus dedecus publice extendentes manus:pannis aurum tegimus: & cõtra omniũ opinionem plenis sacculis morimur diuites, qui quasi pauperes uiximus. Tibi cũ in monasterio fueris hoc facere non licebit:& inolescente paulatim consuetudine quod primũ cogebaris:uelle incipies,& delectabit te labor tuus:Oblitusq; præteritorum semper priora sectaberis:nequaq̃ consyderans quid alij mali faciant, sed quid boni tu facere debeas. Neq; uero peccantium ducaris multitudine: nec te pereũtium turba sollicitet ut tacitus cogites: Quid? er-

C go omnes peribunt, qui in urbibus habitant? Ecce illi fruuntur ſuis rebus: miniſtrant eccleſiæ: adeunt balneas: unguenta non ſpernunt: & tamẽ in omniũ ore uerſantur. Ad quod ante reſpõdi, & nunc breuiter reſpondeo: in præſenti opuſculo non me de clericis diſputare, ſed monachum inſtruere.

## De periculo habitandi in urbibus.

COnſydera obſecro ſatis eſſe difficile locũ Stephani implere uel Pauli: & in angelico ſtare miniſterio. Precioſum margaritum, cito frangitur, fractumq; inſtaurari non poteſt. Nauis cuius ſit rudis & ſolidis confixa clauis, tumenteſq; fluctus non ſentiat: cito ſi periculoſe nauigat perforatur: & licet plenis uentis lucroſius ad optata perueniat: tamen magis ſecura ſunt quæ & tranquilla ſunt: Et ut apertius loquar, plus te quod dicis habere mercedẽ ſi in media urbe conſiſtens monachus uictites: & ſunt uera quæ dicis, ſed non tam facile explentur opere q̃ dicto. Nam ſi aliqua te de optimatibus inuitet ad prandium: certe aut eundum eſt, aut negandum. Si ieris, aut ĩſdem cibis ueſceris, aut alĩs. Si alĩs, conuiuarum offenduntur oculi. Si ĩſdem, perit abſtinentia. Quod ſi nõ ire uolueris, miſer comederis in prandio ad ſingulas quaſq; phialas: & ad delibuta melle uina potaberis: alius tuũ uultũ cauillabitur, ille inceſſum irridebit, hic habitum: & imitatores forſitan Iudæorum: nonne inquient, hic eſt fabri filius? Nõne fratres eius apud nos ſunt: ego illum memini ante tot ferme annos illud feciſſe turpe, dixiſſe turpius. Alius furem damabit, & tecum ſe ſceleris finget eſſe participem. Omnia prandia pariter conſonabunt: in te tumulentum conuiuium diſſoluetur. Quod ſi ullis abſtinueris carnibus & non crebro balnea frequentes: tunc uero per omnes calumnias Manichæi titulus aſſcribitur. Si uolucrum edulium refutaueris, & tenellas columbas craſſoſq; turtures expetenti gutturi durior dominus denegaueris: ſacrilegĩj crimen afficitur: ſtatimq; aiunt: Hi ſunt qui creatorẽ mundi condemnant: in uſus noſtros facta ſunt omnia. Audiui domino teſte, non mentior, quendã
D in ſua gula diſertum cum rumore cognoſceret me cibis eſculentioribus abſtinere, ſe dicere: Num quid porcellus ideo factus eſt, ut togatus in ſenatu ſententiam diceret? Quo uidelicet me ſtulticiæ condemnaret: qui me putaret ea quæ ſunt in uſus creata non ſumere. Quod ſi pulla fuerit tunica, etiam prætereuntium digitis denotaberis. Ac ſic niſi formoſus fueris, ſanctus eſſe nõ poteris. Hæc & iſtiuſmodi cum uitam lacerent bonam: quid facies frater in medio? Aut uitĩs, aut anathemati colla ſubmittes: id eſt, ſectaberis ea quæ ſunt aduerſa cõtinentiæ. Aut ſi facere nolueris, tempore damnaberis. Prætermitto crebras ſalutationes, obſequia matronarum: uariaſq; illecebras: quibus etiam rigidiſſimi molliuntur, cum & ſirenæo cantu ad naufragia pertrahuntur. Nunc autem illud affirmo, quod etiam ſi ita non eſſent, ad comparationem tamen ingentis boni, maiora deſerere deberes. Cum enim tanta reperimus in cœlo, parua & caduca nos queliſſe doleamus in terra. Ambitio nanq;, potentia, magnitudo urbis, uideri & uidere, ſalutare & ſalutari, laudare, uel detrahere, uel audire, uel proloqui: & tantam hominũ frequentiã ſaltem inuitum uidere, monachorum propoſito & a quiete ſunt aliena. Aut enim uidemus ad nos uenientes, & ſilẽtium perdimus. Aut ſi non uidemus, ſuperbiæ arguimur. Interdum ut uicem reddamus, ad ſuperbas fores pergimus: inter linguas rodentium miniſtrorum, poſtes ingredimur deauratos. In Chriſti uero uilla (ut didicimus) totum ruſticitas. Itaq; propter occupationes, aut nobis claudendũ eſt oſtiũ, aut ſcripturarũ propter quas aperiẽdæ ſunt fores ſtudia relinquẽda. His igitur rationibus inuitati, multi philoſophorum reliquerunt frequentias urbium, & hortulos ſuburbanos: ubi ager irriguus, arborum comæ, & ſuſurrus auium, fontis ſpeculũ immurmurans, & multæ oculorum auriũq; illecebræ, ne per luxum & per abundãtiam copiarum animæ fortitudo molleſceret: & eius pudicitia conſtupraretur. Inutile quippe eſt crebro uidere, per quæ captus aliquando ſis: & eorum te experimento committere, quibus difficulter careas. Nam quos ſæculi carcer includit, nunc ira, nunc auaricia, nunc aliorum incentiua uitiorum pertrahit ad ruinam. Ideoq; obterendæ ſunt animi uoluptates, relinquenda delectationum ſtudia: quoniam hæc eſt circũciſionis ueritas, non figura. Nitendum in ſumma: ut naturalibus amputatis,

conuerſatio

A conuerſatio noſtra tendat ad cœlum. Quod fiet, ſi ludi, ſi iocus, ſi conuiuia, ſi ſermo pene familiariũ deſeratur: & quæ circũciduntur areſcant, non uiſu, non auditu, non tactu, non ſapore, aut capiet in natura corporis naturam corpoream non habere. Nam ſi uelimus deſpicere quod ſumus, meremur melius eſſe: ꝙ igitur non temere offeramus nos periculis: ſed quantum in nobis eſt inſidias declinemus.

## De abſtinentia & præcipue a carnibus.

SAluator noſter, Attẽdite, inquit, uobis ne forte grauẽtur corda ueſtra crapula, & in ebrietate & curis huius uitæ. Modicus enim ac temperatus cibus & carni & animæ utilis eſt. Balnearũ fomenta ne quæras, qui calorẽ corporis ieiuniorum cupis frigore extinguere: quæ & ipſa moderata ſint, ne nimia debilitent ſtomachum: & maiorem refectionem poſcentia, erumpant in cruditatem: quæ parens libidinum eſt. Aiunt enim medici qui de humanorũ corporum ſcripſere naturis: præcipue Galenus in libris, quorum titulus περὶ ὑγιεινῶν, puerorum & iuuenum, ac perfectæ ætatis uirorum mulierumq; corpora, inſito calore feruere: & noxios his eſſe ætatibus cibos qui calorem augent: ſanitatiq; cõducere, frigida quæq; in cibo & potu ſumere. Sicut econtrario ſenibus, qui pituita laborãt & frigore, calidos cibos, & uetera uina prodeſſe: Et etiam Comicus, cuius finis eſt humanos mores noſſe atq; deſcribere dixit: Sine cerere & libero friget Venus. Nihil itaq; ſcias cõducere Chriſtianis adoleſcentibus ut eſum holerum. Nam ardor corporum frigidioribus epulis temperandus eſt. Nobis enim non corporum cultus, ſed animæ uigor quæritur: quæ carnis infirmitate ſit fortior: Inde eſt quod nonnulli uitam pudicã appetentium, in medio itinere corruunt: dum ſolam abſtinentiam putant carnium: & legumini bus onerant ſtomachum, quæ moderate parceq; ſumpta innoxia ſunt: & ut quod ſentio loquar: Nihil ſic inflammat corpora, & titillat membra genitalia: ſicut indigeſtus cibus ructuſq; conuulſus. Quod enim ſeminarium uoluptatum eſt, uenenum puta. Eſt autem eſus carnium ſeminarium libidinis. Et non ſolum de carnibus loquor: ſed in ipſis leguminibus inſtantia & grauia declinanda ſunt. Parcus cibus & uenter eſuriens, triduanis ieiunijs præfertur. Multo eñ melius eſt q̃tidie parũ, ꝙ raro ſatis ſumere. Pluuia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in ter-
B ras. Subitus & nimius imber in p̃ceps, arua ſubuertit. Refectio itaq; ſaturitatẽ fugiat. Nihil prodeſt biduo triduoq; tranſmiſſo uacuum portare uentrem: ſi pariter obruatur: ſi compenſetur ſaturitate ieiunium. Illico mens repleta torpeſcit: & irrigata corporis humore, ſpinas germinat libidinum. Plures quoq; ſunt qui cum uino ſint ſobrij: ciborum tamen largitate ſunt ebrij. Omnes eñ qui ebrietatem ſectantur filij Belial uocantur. Nam uenter mero æſtuans facile deſpumat in libidinem. Vnde Noe nudauit ebrietate femora. Lot quem Sodoma non uicerat, uina uicerunt. Venter quoq; plenus facile de ieiunijs diſputat. Qui enim Chriſtum deſyderat, & illo ueſcitur pane: non quærit magnopere, de ꝙ precioſis cibis ſtercus conficiat. Quicquid poſt gulam non ſentitur, idem fit quod panis & legumina. Omne enim quod in hoc mundo laborant homines, ore quaſi conſumitur: & attritum dentibus, uentri traditur digerendum: & tamdiu tribuit uoluptatem, ꝙ diu gutture detinetur. Cum uero in aluum tranſierit, deſinit inter cibos eſſe diſtantia. Nec hoc dicimus, quod negemus piſces: ſed quomodo nuptijs uirginitatem: ita ſaturitati ieiunia præferimus. Sed nunc ideo te carnes ueſci nõ putes, ſi ſuum, leporum, atq; ceruorum & quadrupedum animantium eſculentiam reprobes. Non enim hæc pedum numero: ſed ſuauitate guſtus comprobantur. Scimus ab apoſtolo dictum: Omnis creatura dei bona: quæ cum gratiarumactione percipitur. Sed idem loquitur: Bonum eſt carnem non manducare. Comedãt carnes, qui carnibus ſeruiunt. Quorũ feruor deſpumat in coitum, eorum & inteſtina carnibus repleantur. Tu uero nihil habeas tam neceſſe, ꝙ in ieiunio perſeuerare. Pallor & ſordes tuæ gemmæ ſint. Igitur cum mihi dixeris: cur porcus creatus eſt? ſtatim tibi reſponde bo puerorum more certantium: Cur uiperæ & ſcorpij? Nec deum ſuperfluorum iudicabis artificem: cum plurimæ & beſtiæ & uolucres ſint, quas tuæ fauces recuſant. Sed ne contentioſum hoc & pugna magis uideatur eſſe quã uerum: Audi idcirco ſues & apros & reliquas animantes

C creatas: ut milites, athletæ,nautæ,rhetores,metallorũq; fossores:& cæteri duro operi mãcipati haberẽt cibos: qbus fortitudo corporꝝ necessaria est:q portãt arma & cibaria:qui pugnis & cal/cibus sua inuicem membra debilitant:qui remos trahunt:quorum latera ad damandum dicen dũq; sunt ualida:qui subuertunt montes,& sub diuo & imbribus dormiunt.Sed quid ad nos, quorum conuersatio in cœlis est? Cæterum nostra religio non athletam,non nautas,non mili/tes,non fossores:sed sapiẽtiæ erudit sectatorem:qui se dei cultui dedicauit,& scit cur creatus sit, cur uersetur in mundo:quo abire festinet. Vnde & apostolus loquitur: Quando infirmor,tũc potens sum: & si exterior noster homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diẽ:Et,cu/pio dissolui & esse cum Christo.Et,carnis curam ne feceritis:Quodq; sine quatuor sensibus ui/uere possumus:id est,sine aspectu,auditu,odoratu,atq; complexu. Absq; gustu autem & cibis impossibile est humanum corpus subsistere. Adesse ergo debet ratio: ut tales & tantas suma/mus escas, quibus non oneretur corpus: nec libertas animæ prægrauetur: Quia & comeden/dum est,& deambulandum,& dormiendum, & digerendum, & postea inflatis uenis incentiua libidinis sustentantur. Sunt quidem sensus nostri portæ: per quas ad animam nostram sæculi blandimenta descendunt:& per quas sensus carnis introeunt.Per quas nisi lata strage facta uiã uirtutibus potius q̃ impietate fecerimus:nunq̃ ad regem pietatis peruenire poterimus. Dicat eni unusquisq; quo dolet:ego loquor cõscientiã meã. Scio mihi abstinẽtiã,& nocuisse intermis/sam,& profuisse repetitã. Nec tales ergo recipiamus cibos: quos aut difficulter digerere, aut co/mestos magno partos & perditos labore doleamus. Holerũ & pomorꝝ ac leguminum,& faci/lior apparatus est:& arte impendijsq; coquorũ nõ indigent:& sine cura sustentant humanũ ge nus:moderateq; sumptus quia nec auide deuoratꝰ. Quod irritamentũ gulæ non habet,leuiori digestione decoquitꝰ. Nemo em̃ uno & duobus cibis,hisq; uilibus usq; ad inflationem uentris oneratur,quæ diuersitate carniũ & saporis delectatiõe cõcipitꝰ:cũ uarijs nidorib⁹ fumãt patinæ, & ad esum sui,expleta esurie quasi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex saturitate nimia concitã tur. Multiq; impatientiã gulæ uomitu remediantꝰ:& quod turpiter ingesserũt,turpius egerũt.

D Postq̃ em̃ uenit Christus in fine temporũ: & reuoluit o & alpha: id est, finem ad principiũ, ut in prima ætate nõ circũcidimur:nec repudiũ dare p̃mittimur: nec carnes comedimus.Hippocra tes in amphorismis docet crassa & obesa corpora:quæ crescendi mensuram impleuerint:nisi ci/to ablatione sanguinis minuantur:paralysim & pessima morborum genera parere. Et idcirco esse necessariã demptionẽ:ut rursum habeãt in quæ possint crescere. Nõ em̃ manere in uno sta/tu naturam corporũ: sed aut crescere, aut decrescere:nec posse uiuere animal nisi crescẽdi capax sit. Vnde & Galenus ille doctissimus Hippocratis interpres, Athletas quorum uita & ars sagi/na est,dicit in exhortatione medicinæ,nec uiuere posse diu:nec sanos esse: animasq; eorum ita nimio sanguine & adipib⁹ quasi luto inuolutas,nihil tenue,nihil cœleste:sed semp de carnib⁹ & ructu & uentris ingluuie cogitare. Diogenes tyrannos & subuersiones urbium bellaq; hostilia uel ciuilia non pro simplici uictu holerum pomorũq;:sed pro carnibus epularumq; delitijs as/serit excitari. Quodq; mirandũ sit,Epicurus uoluptatis assertor, oms̃ libros suos repleuit hole ribus & pomis & uilibus cibis:dicens ita esse uiuendum:quia carnes & exquisitæ epulæ ingenti cura ac miseria præparantur:maioremq; pœnam habeant in quærẽdo q̃ uoluptatẽ in abuten/do. Bibere & comedere nõ delitiarum ardorem debet excitare:sed sitim famemq; restinguere. Qui carnibus uescuntur:indigent etiam his quæ sunt carnium: Qui autem simplici uictu utun/tur:eos carnes nõ requirere. Sapientiæ ergo operam dare non possumus,si mensæ abundantiã cogitemus: quæ labore nimio & cura indigẽt. Cito expletur naturæ necessitas:frigus & fames, simplici uestitu & cibo expelli potest. Delitiæ & epularũ uarietas,fomenta sunt auariciæ. Quod si quis existimat se abundantia ciborum potionumq; perfrui,& uacare posse sapientiæ: hoc est uersari inter delitias,& delitiarꝝ uitijs non teneri,seipsum decipit. Sensus noster illud cogitat:qd uidet,audit,odoratur,gustat,attrectat: & ad eius trahitur appetitum, cuius capitur uoluptate. Difficile imo impossibile est,diuitijs & uoluptatibus affluentes non ea cogitare quæ gerimus. Fruſtraq; quidam simulat salua fide & pudicitia & integritate mentis se abuti uoluptatibus:

cum

A cum cõtra naturam ſit, copijs uoluptatum, ſine uoluptate perfrui. Senſus corporum quaſi equi ſunt, ſine ratione currentes. Anima uero in aurigæ modum retinet frena currentium. Grandis exultatio animæ eſt, cum paruo contentus fueris, mundum habere ſub pedibus: & omnẽ eius potentiam, epulas, libidines, propter quæ diuitiæ comparantur: uilibus mutare cibis: & groſſiori tunica compenſare. Tolle epularum & libidinis luxuriam: nemo quæret diuitias: quarũ uſus aut in uentre, aut ſub uentre eſt. Qui egrotat, non aliter recipit ſanitatem, niſi tenui cibo & caſtigato uictu. Quibus ergo cibis recipitur ſanitas, his & ſeruari poteſt: ne quis putet morbos holeribus concitari. Si autem uires holera non miniſtrant: quæ naſcũtur & aluntur carnibus: quid eſt ſapienti uiro & philoſopho Chriſti tantam habere fortitudinẽ: quæ athletis & militibus neceſſaria eſt: quã cum habuerit ad uitia prouocet? Illi arbitrãtur carnes ſanitati cõgruas: qui uolunt abuti libidine: & in cœnum demerſi uoluptatum, ad coitum ſemper exeſtuant. Chriſtiano ſanitas abſq; uiribus eximijs neceſſaria eſt. Nec turbare nos debet, ſi rari ſunt huius propoſiti ſectatores, quia rari ſunt & amici boni & fideles & pudici & continentes, ſemperq; uirtus rara eſt. Legimus quoſdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes, proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam & ad pauperes cibos redactos conualuiſſe. Caruerant enim ſollicitudine diſpenſandæ domus, & epularum largitate: quæ & corpus frangunt & animam. Irridet Horatius appetitum ciborũ, qui conſumpti relinquunt pœnitentiam. Sed etiam ex uiliſſimis cibis uitanda ſatietas. Nihil em̃ ita obruit animum, ut plenus uenter & æſtuans, & huc illuc ſe uertens, & in ructus, & in crepitus uentorum efflatione reſpirans. Quale autem illud ieiuniũ, aut qualis refectio poſt ieiunium: cum pridianis epulis diſtendimur: & guttur noſtrũ meditatorium efficitur latrinarum? Dumq; uolumus prolixioris inediæ famem quærere: tantum uoramus, quantũ uix alterius diei nox digerat. Itaq; non tam ieiunium appellandum eſt, cũq; crapula ac fetens & moleſtia digeſtio.

B

## De abſtinentia philoſophorum antiquorũ, ſacerdotum aliorumq; ſanctorum

Dicæarchus in libris antiquitatum & deſcriptiõe Græciæ, refert ſub Saturno, cum oĩa humus funderet: nullũ comediſſe carnes: ſed uniuerſos uixiſſe frugibus & pomis, quæ ſponte terra gignebat. Chæremon quoq; Stoicus uir æloquentiſſimus narrat de uita antiquorum Aegypti ſacerdotum: quod omnibus mundi negocijs curiſq; poſtpoſitis, ſemper in templo fuerint: & rerũ naturas cauſaſq; ac rationes ſyderum contemplati ſint: nunq; ſe mulieribus miſcuerint, nunq; cognatos & propinquos, ne liberos quidem uiderint: & ex eo tẽpore quo cœpiſſent diuino cultui deſeruire: carnibus & uino ſemper abſtinuerint propter tenuitatem ſenſus: & maxime ꝓpter appetitus libidinis: quæ ex his cibis & ex hac potione naſcuntur: Pane uero non ueſcebantur: ne onerarent ſtomachũ: & ſi quãdo comedebant, tunſum pariter hyſopum ſumebant in cibo: ut eſcam grauiorem, illius calore decoquerent. Oleum tantũ in holeribus nouerãt: uerum & ipſum parum propter nauſeam & aſperitatem gutturis leniendam. Quid loquar, inquit, de uolatilibus: cum oua quoq; pro carnibus uitauerint & lac? quorum alterum carnes liquidas: alterum ſanguinẽ eſſe dicebant colore mutato. Cubile eis de foljs palmarum contextũ erat. Scabellum accliue ex una parte obliquum in terra pro puluillo capiti ſupponebant: bidui triduiq; inediam ſuſtinentes: & humores corporis qui naſcuntur ex ocio, & ex manſione unius loci, nimia uictus caſtigatione ſiccabant. Item Ioſephus in ſecunda Iudaicæ captiuitatis hiſtoria, & in decimooctauo antiquitatum libro, tria deſcribit dogmata Iudæorum, Phariſæos, Sadducæos, Eſſæos: quorũ nouiſſimos miris effert laudibus: quod & uxoribus uino & carnibus ſemper abſtinuerint: & quotidianũ ieiuniũ uerterint in naturã. Sup quorũ uita & cibo, Philo uir doctiſſimus ꝓpriũ uolumẽ ædidit. Eubulius narrat apud Perſas tria genera magorũ: quorũ primos q ſunt doctiſſimi & æloquẽtiſſimi: excepta farina & holere, nil amplio in cibo ſumere. Orpheus quoq; in carmine ſuo eſum carniũ penito deteſtat. Pythagoræ etiã Socratis, Antiſthenis, & reliq; frugalitatẽ referrẽ in cõfuſionẽ noſtrã: niſi & longũ eſſet: & ꝓprij operis indi

C ris indigeret:ut qui paupertatem apoſtolorum & crucis duriciem,aut neſciunt,aut cõtemnunt: imitentur ſaltem gentilium paupertatem. Ad ea uenio, quæ Aſella poſt duodecimũ annũ ſudore ꝓprio,elegit,arripuit,tenuit, cœpit ,impleuit. Vnius cellulæ clauſa anguſtijs,latitudine paradiſi fruebatur.Idem terræ ſolum,& orationis locus extitit & quietis,Ieiunium habuit pro ludo,inediam pro refectione.Et cum eam non ueſcendi deſyderium,ſed humana confectio ad cibum traheret:pane & ſale & aqua frigida concitabat magis eſuriem,ꝙ reſtringebat:& operabatur manibus: ſciens ſcriptum eſſe: Qui non laborat non manducet. Et ita ad quinquagenariã peruenit ætatem: ut non doleret ſtomachus, non uiſcerum cruciaretur iniuria:non ſicca humus iacentia membra confringeret: non ſacco aſperata cutis, fetorem aliquem ſitumq; contraheret: ſed ſana corpore, anima ſanior, ſolitudinẽ putaret eſſe delitias:& in urbe turbida inueniret eremum monachorum.Paulo quoq; cibum & ueſtimenta palma præbebat: & ne cui impoſſibile uideatur, Ieſum teſtor & angelos eius:quod in parte eremi,quæ iuxta Syriam Saracenis coniũgitur,monachum uidi,qui per triginta annos incluſus, hordeaceo pane & lutulenta aqua uiuebat. Alter in ciſterna ueteri per dies ſingulos,quinq; carycis ſuſtentabatur. Vnde ſi mihi dominus optionem daret,multomagis eligerem tunicam Pauli cum meritis, ꝙ regum purpuras cũ regnis ſuis. Quid tamen nos uentris animalia,tale unꝙ fecimus? quos ſi uel ſecunda hora legẽtes inuenerit,oſcitamus,manu faciem defricantes,continemus ſtomachum:& quaſi poſt multũ laborem,mundialibus rurſus negocijs occupamur.Prætermitto prandia,quibus mens onerata premitur.Pudet dicere frequentiã ſalutandi:qua aut ipſi quotidie ad alios pergimus,aut ad nos uenientes cæteros expectamus. Deinceps itur in uerba, ſermo teritur,lacerantur abſentes, uita aliena deſcribitur:& mordentes inuicẽ cõſumimur abinuicẽ. Talis nos cibus occupat & dimittit. Cum uero amici receſſerint,ratiocinia ſupputamus. Nunc ira perſonam leonis nobis inducit: nunc cura ſuperflua in annos plurimos duratura præcogitat.Nec recordamur euangelij dicentis: Stulte hac nocte auferent animam a te,quæ autem præparaſti cuius erunt? Nec uero hoc dicens condemno cibos:quos deus creauit ad utendum cum gratiarum actione,ſed iuuenibus in-

D centiua eſſe aſſero uoluptatũ. Non Aetnæi ignes,non Vulcania tellus,nõ Veſeuus olympuſq; tantis ardoribus æſtuant:ut iuueniles medullæ uino plenæ,dapibus inflammatæ. Auaricia calcatur a plæriſq;,& cum marſupio deponitur.Maledicam linguam indictum ſilentium emẽdat: cultus corporis,& habitus ueſtium unius horæ ſpatio commutatur. Omnia alia peccata extrinſecus ſunt: & quod foris eſt facile abijcit. Sola libido inſita eſt:& quadam lege naturæ in coitũ geſtit erumpere. Grandis igitur uirtutis eſt & ſollicitæ diligentiæ ſuperare quod natus ſis: & in carne non carnaliter uiuere.

## De temperatis ieiunijs.

TAntum tibi ieiuniorum aſſume,quantum ferre potes:diuerſus eſt enim hominũ ſtomachus. Alij amaris:alij dulcibus:alij auſterioribus:alij leuibus delectãtur cibis. Ideo nõ tibi immoderata imperamus ieiunia:& enormẽ ciborũ abſtinentiã, quibus ſtatim corpora delicata franguntur.Philoſophorum quoq; ſententia eſt,moderatas eſſe uirtutes:excedentes modum atq; menſuram inter uitia deputari. Vnde & unus de ſeptem ſapientibus. Ne quid (ait)nimis. Noui enim ego in utroq; ſexu ꝓpter nimiam abſtinentiam cerebri ſanitatem quibuſdam fuiſſe uexatam: præſertim qui in humidis & frigidis habitauere cellulis: ita ut neſcirent quid agerent:quoue ſe uerterent,quid loqui,quid tacere deberent. Sic ergo debes ieiunare:ut non palpites, & reſpirare uix poſſis: ſed ut fracto corporis appetitu:nec in lectione, nec in pſalmis,nec in uigilijs ſolito quid minus facias.Ieiunium non perfecta uirtus, ſed cæterarum uirtutum fundamentum eſt,& ſanctificatio atq; pudicitia: & ſine qua nemo uidebit deum. Nam Chriſtus pro animi uoluntate omnia in acceptum refert. Diſplicent nanq; in teneris maxime ætatibus longa & immoderata ieiunia,quibus iunguntur hebdomades:& oleum in cibo ac poma uetantur.Experimento didici:aſellum in uia cum laſſus fuerit diuerticula quærere. Hocẽ in perpetuo ieiunio præceptum eſt:ut longo itinere uires perpetes ſuperentur:ne in prima manſione currentes corruamus in medijs. Cæterum in quadrageſima continẽtiæ uela pandẽda ſunt

& tota

A & tota aurigæ retinacula equis laxanda properantibus: ꝙꝙ alia ſit conditio ſæcularium, alia monachorum. Secularis homo in quadrageſima uentris ingluuiem decoquit, & in cochlearum morem, ſucco uictitans ſuo, futuris dapibus ac ſaginæ aqualiculū parat. Monachus in quadrageſima ſuos dimittat equos: ut ſibi meminerit ſemper eſſe currendū. Finitus labor maior, infinitus moderatior eſt. Ibi em̄ reſpiramus: hic perpetuo incedimus. Sic tamen comedas: ut ſtatim poſt cibum poſſis legere, orare, & pſallere. Ideo ſint tibi caſta ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa ieiunia. Sed quid prodeſt oleo non ueſci: & moleſtias quaſdam difficultateſq; ciborum quærere, carycas, piper, nuces, palmarum fructus, ſimilam, & mel. Tota hortorum cultura uexatur: ut cibario pane non ueſcamur: & dum delitias ſectamur, a regno cœlorum retrahimur. Nec ſi biduo aut triduo ieiunaueris: putes te non ieiunantibus eſſe meliorem. Tu ieiunas & iraſceris: ille comedit & forte blanditur. Tu uexationem mentis & uentris eſuriem ieiunando digeris: ille moderatus alitur & gratias agit deo. Vnde quotidie clamat Eſaias: Nō tale ieiunium elegi dicit dominus: & iterum: In diebus ieiuniorum ueſtrorum inueniuntur uoluntates ueſtræ: & omnes qui ſub poteſtate noſtra ſunt ſtimulatis: In iudicijs & litibus ieiunatis: & percutitis pugnis humilem: ut quid mihi ieiunatis? Quale illud poteſt eſſe ieiunium: cuius iram non dicam nox occupat: ſed luna integra derelinquit? Teipſum cōſyderans noli in alterius ruina, ſed in tuo opere gloriari: nec illorum tibi exempla proponas: qui carnis curam faciētes, poſſeſſionum redditus & quotidianas domus impenſas ſupputant. Nec enim undecim Chriſti apoſtoli Iudæ proditione ſunt fracti. Nec Philegio & Alexandro naufragium faciente cæteri a curſu fidei ſubſtiterunt. Conuiuia quoq; tibi ſunt uitanda ſæcularium: maxime eorum qui honoribus tumēt. Nam pinguis uenter, non gignit ſenſum tenuem. Docet Aeſopi fabula, plenum muris uentrem per anguſtum foramen egredi non ualere. Quoſcunq; nanq; formoſos, calamiſtratos, crine compoſitos, uel buccis rubentibus uideris: de armento Iouiniani ſunt: inter quos grūniunt
B ſues. De noſtro grege, triſtes, pallidi, ſordidi, & quaſi peregrini huius ſæculi, licet ſermone careāt, habitu loquuntur & geſtu: Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata eſt. Vnde ſaccus & ieiunium arma ſunt pœnitentiæ, & alia peccatorum. Et ſi e duobus neceſſarijs unum eſt ſubtrahendum: magis eligam ieiunium abſq; ſacco, ꝙ ſaccum abſq; ieiunio. At uero hi quibus pœnitentia præcipitur, conſequenter ad ieiunium ſaccum copulant. Nō quidem ſanat oculum, quod calcaneo adhibetur. Ieiunio paſſiones corporis: oratione peſtes ſanandæ ſunt mētis. Igitur per ieiunium oſtenditur nos poſſe ire in paradiſum, unde per ſaturitatem fueramus eiecti. Nam ieiunium curat uulnera delinquentis, curatoſq; ſanctificat.

## De contemplatione, oratione, & lectione.

SI monachus eſſe uis, non uideri: habeto curā, nō rei familiaris, cui renūciando hoc eſſe cœpiſti, ſed animæ tuæ. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis uitia nō amabis. Corpus pariter animuſq; tendantur ad dominum. Sic teipſum in cœlo animo geſtiente procures: ut dum corpore moraris in terra, iam ad Chriſtum mente peruenias. Aſſueſcas quoq; ad orationes & pſalmos nocte conſurgere, mane hymnos canere. Tertia, ſexta, nona hora ſtare in acie quaſi bellatorem Chriſti: accenſaq; lucerna reddere ſacrificium ueſpertinum. Sic dies tranſeat, ſic nox inueniat laborantem. Orationi lectio: lectioni ſuccedat oratio. Præcipue ea quæ ſancti faciunt, in conſpectu dei faciunt: & pleniorem ſcientiam dei accipiunt: & plenius diuinis imbuti ſunt diſciplinis. Si enim ægrotus & æſtuans febribus aquam frigidam poſtulet, & dicat ad medicum: Vim patior, crucior, exanimor, uſq; quo medice clamabo, & non exaudies? Et reſpondeat ſapientiſſimus & clæmentiſſimus medicus, Scio quo tempore debeam dare quod poſtulas, nō miſereor modo: quia miſericordia iſta crudelitas eſt: & uoluntas tua cōtra te petit. Ita dñs noſter ſciens clæmentiæ ſuæ pondera atq; menſuras, interdū nō exaudit clamantem: ut eū ꝓbet, & magis prouocet ad rogandū: & quaſi igne excoctū, iuſtiorē & puriorē faciat. Ad orationē nocte cōſurgentē non indigeſtio cibi ructū faciat, ſed inanitas. Nā qdā uir inter paſtores eximius,

Sicut

C Sicut fumus,inquit,fugat apes:ſic indigeſta ructatio auertit ſpiritus ſancti chariſmata. Ructus autem dicitur proprie digeſtio cibi:& concoctarum eſcarum in uentum efflatio. Quomodo ergo iuxta qualitatem ciborum de ſtomacho ructus erumpit: & uel boni,uel mali odoris flatus indiciū eſt: Ita interioris hominis cogitationes uerba proferunt: & ex abundantia cordis os loquitur. Iuſtus comedens replet animā ſuam. Cūq; ſacris doctrinis fuerit ſatiatus: de boni cordis theſauro profert ea quæ bona ſunt. Crebrius lege & diſce q̄plurima: & tenente te codicem ſomnus obrepat:& cadentem faciem pagina ſancta ſuſcipiat. Et q̄q̄ Apoſtolus ſemper orare nos iubeat:& ſanctis etiam ipſe ſomnus oratio ſit:tamē diuiſas orandi horas debemus habere: ut ſi aliquo fuerimus opere detenti:ipſum nos ad officium tempus admoneat: Nec cibi ante ſumantur,niſi oratione præmiſſa. Nec recedatur a menſa,niſi referantur gratiæ creatori. Egredientes hoſpitium armet oratio:& egredientibus occurrat oratio anteq̄ ſeſſio: nec prius corpuſculum requieſcat,q̄ anima pauſetur. Ad omnem actum,ad omnem inceſſum,manus pingat crucem. Dominicis diebus orationi & lectioni uacetur. Quod quidem in omni tempore completis opuſculis faciant. Quotidie de ſcripturis ſanctis aliquid dicatur. Prouidendū etiam ut diem ſolennem,non tam ciborum abundantia,q̄ ſpiritus exultatione celebremus: quia ualde abſurdum eſt nimia ſaturitate uelle martyrem honorare,quem ſcias deo placuiſſe ieiunijs. Sacerdotes quoq̄ pro omnibus orare debent,quorum eleemoſynas oblationeſq̄ recipiūt. Sæpe in manibus tuis diuina ſit lectio & crebræ orationes:ut omnes cogitationum ſagittæ, quibus adoleſcentia percuti ſolet:huiuſcemodi clypeo repellantur. Quoniam difficile imo impoſſibile eſt perturbationum uitijs carere quempiam. Nam frequens lectio & quotidiana meditatio,ſolet magis labor mentis eſſe q̄ carnis. Quomodo enim quod manu & corpore fit, manus & corporis labore completur:ita quod ad lectionem pertinet,magis mentis eſt labor. Litteræ nanq; marſupium non ſequuntur:ſudoris tamen comites ſunt & laboris: ſociæ ieiuniorum non ſaturitatis: continentiæ non luxuriæ. Vnde quidam Origenis diſcipulus dixit,nūq̄ ſe cibum Origene præ
D ſente ſine lectione ſumpſiſſe:nunq̄ eueniſſe ſomnum,niſi unus e fratribus ſacris litteris perſonaret. Edentes autem,cucullis capita ſua uelent: ne alter alterum aſpiciat manducantem: ne loqui quicq̄ liceat dum manducant. Igitur quando comederis:cogita quod ſtatim tibi orandum, ilico & legendū ſit. De ſcripturis ſanctis habeto fixum uerſuum numerū. Iſtud penſum domino tuo redde. Nec ante membra quieti concedas,q̄ palladium pectoris tui hoc ſub tegmine cōpleueris. Poſt ſanctas ſcripturas,doctorum hominum tractatus lege, eorum dumtaxat: quorum fides nota eſt: Quoniā eruditio timorem creat,imperitia confidentiam. Sed tunc ſcriptura proderit legenti:ſi quod legerit opere compleatur. Illorum igitur tractatibus: illorum delecteris ingenijs & libris:quorum pietas fidei non uacillat. Cæteros ſic lege,ut magis iudices q̄ ſequaris. Caueas omia apocrypha:& ſi quando ea nō ad dogmatū ueritatē legere uolueris:ſcias nō earum eſſe quorū titulis prænotātur: multaq̄ in his & mixta uitioſa: Et grandis prudentiæ eſt aurum in luto quærere. Quid enim facit cum pſalterio Horatius? cum euangelijs Maro? cū apoſtolo Cicero? Quæ ſecuritas lucis ad tenebras? Ne ergo legas,Philoſophos,Oratores, Poetas,ne in eorum lectione requieſcas, ne nobis blandiamur: ſi his ſcripta ſunt nō credimus: cum aliorum conſcientia uulneretur:& putemur probare quæ dum legimus non reprobamus. Abſit ergo ut de ore Chriſtiano ſonet Iupiter omipotens,& me Hercule,& me Ecaſtor:& cætera magis portenta quā numina. At nunc etiam ſacerdotes dei omiſſis euangelijs & prophetis uidemus comœdias legere:amatoria buccolicorum uerſuum uerba cantare:tenere Vergilium:& id quod in pueris neceſſitatis eſt,crimen in ſe facere uoluntatis. Scientia autē pietatis eſt, noſſe legere ſcripturas:prophetas intelligere:in euangelio credere:apoſtolos non ignorare. Nec putemus in uerbis ſcripturarum eſſe euangelium,ſed in ſenſu. Non in ſuperficie,ſed in medulla: Nō in ſermonum folijs,ſed in radice rationis. Si quid autem ignoras, ſi quid de ſcripturis dubites: interroga eum quem uita commendat,excuſat ætas,fama non reprobat. Aut ſi non eſt qui poſſit exponere:melius eſt aliq̄d neſcire,q̄ cū periculo diſcere. Memento quia in medio laqueorū
ambulas

A ambulas. Malo enim apud te uerecundia parumper cū causa periclitari. Qui tamen quod no-
uit interrogat, non modo discendi, sed studio cognoscendi, an nouerit ille qui respōsurus est in
similitudinem phariſæorum: non quasi discipulus, sed quasi tentator accedit. Plæriq; etiam de-
tractorum: dum uerba sacri æloquij plus cū debent discutiunt: in carnalem intellectum cadunt.
In diuinis autem scripturis & libris: melius est obscura relinquere ut sunt, cū aliquid temere, uel
praue imitari quod nescias. Sunt quoq; nōnulli, qui rugata fronte, demisso supercilio, uerbisq;
trutinatis authoritatem doctorum sibi uendicant. Non quod ipsi dignum aliquid arrogantia
nouerint: sed quod simplices fratres quædam uidentur sui comparatione nescire. Euenit etiam
interdum, ut cum modicum scientiæ quis habuerit: elatus in superbiam discere desistat, & paula
tim eo quod nihil additur subtrahitur, ut uacuus disciplinis penitus remaneat: ferrū q; quod
acutum erat hebetetur. Sed & iam prophetam horrere, æloquentis est: non Christum sapere, sa
pientis: iniuriam fecisse, uirtutis: aliena possidere, potentiæ: innocentem circūuenire, astutiæ: hu-
milem despexisse, nobilitatis. Sic erroribus plena sunt omnia: & ad hoc usq; ueritas obscuratur:
ut in mortis gremio iacuisse beatitudo dicatur. Nobis uero nil placet: nisi quod ecclesiasticum
est: & quod publice in ecclesia non timemus. In his tamen ita facere solemus. Quando em̄ phi-
losophos legimus: quando in manus nostras libri ueniunt sapientiæ sæcularis: si quid in eis
utile reperimus: ad nostram dogma conuertimus: Si quid uero superfluum, de idolis, de amo-
re, de cura sæculariū rerū: hæc radimus, his caluitiū inducimus, hæc in unguiū more ferro acutis-
simo desecamus. Referam tibi meæ infelicitatis historiam. Cum ante annos plurimos do-
mo, parentibus, sororibus, cognatis: & quod his difficilius est, consuetudine lautioris cibi, pro-
pter cœlorum me regna castrassem: & Hierosolymam militaturus pergerem: bibliotheca, quam
mihi Romæ sūmo studio confecerā, carere nō poteram. Itaq; miser ego lecturus Tulliū ieiuna
bam. Post noctium crebras uigilias: post lachrymas, quæ præteritorum recordatione peccato-
B rū ex intimis uisceribus fluebant, Plautus sumebatur in manus. Si quādo in memetip̄m reuer-
sus prophetam legere cœpissem, sermo horrebat incultus. Et quia lumen cæcis oculis non uide-
bam: non oculorum putabam culpam esse, sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet:
in media ferme quadragesima medullis infusa febris, corpus inuasit exhaustum: & sine ulla re-
quie (quod dictu quoq; incredibile sit) infelicia mēbra depasta est: ut ossibus uix hærerem: In-
terim parantur exequiæ, & uitalis animæ calor, toto iā corpore frigescēte, in solo tantū tepente
pectusculo palpitabat: cum subito rapt⁹ in spiritu ad tribunal Christi pertrahor: ubi tātū lumi-
nis erat, & tātū ex circūstantiū claritate fulgoris, ut proiectus in terram sursum aspicere nō aude
rem. Interrogatus de cōditione, Christianum me esse respondi. Et ille qui præsidebat: Mentiris
ait: Ciceronianus es, non Christianus. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Ilico obmu-
tui, & inter uerbera (nam cædi me iusserat) conscientiæ magis igne torquebar: illum mecum uer-
siculum repetens: In inferno autem quis confitebitur tibi? Clamare tamen cæpi, & eiulans dice
re: Miserere mei domine, miserere mei. Hæc uox inter flagella resonabat. Tandem ad præsiden-
tis genua prouoluti qui astiterant, precabantur ut ueniam tribueret adolescentiæ: & errori lo-
cum pœnitentiæ daret: exacturus deinde cruciatum, si gentilium aliquando litterarum libros le-
gissem. Ego qui in tanto cōstrictus articulo, uellem etiam maiora promittere: deierare cœpi: &
nomen eius obtestans dicere: Domine, si unq̄ habuero codices sæculares: aut si legero, te nega-
ui. In hæc sacramēti uerba dimissus, reuertor ad superos & mirātibus cunctis, oculos aperui: tan
to lachrymarū imbre perfusos, ut etiā incredulis fidē facerem ex dolore. Nec uero sopor ille fue
rat, aut uana somnia, qbus sæpe deludimur. Testis est tribunal illud, ante quod iacui, iudiciū te-
stis quod timui: Ita mihi nunq̄ talem contingat incidere quæstionem. Nam fateor uulneri-
bus habuisse plenas scapulas: plagas sensisse post somnū: & tanto dehinc studio diuina legisse,
quāto mortalia ante nō legerā: Quodq; p̄ter psalmor⁹ & oratiōis ordinē quod tibi hora tertia,
sexta, nona, ad uesperū, media nocte & mane semp exercendū est: statue quot horis scripturā
sanctā edisce debeas: quāto tpe legere: nō ad laborē, sed ad delectationē & instructionē ani-
mæ. Cūq; hæc finieris spatia: & frequēter ad figēda genua sollicitudo animi suscitauerit: Aut te-
xenda compone, aut quæ sunt texta respice: quæ errata reprehēde, quæ sunt facienda cōstitue. Si

tantis

C tantis operum uarietatibus fueris occupatus:nunc̄ꝫ tibi dies longi erunt. Sed c̄ꝫuis æstiuis tẽ/
dantur solibus:breues uidebuntur quibus aliquid operis prætermissum est. Hæc obseruans:te/
ipsum saluabis & alios:& eris magister sanctæ conuersationis: multorumq; castitatem lucrum
tuum facies. Dicas psalmum in ordine tuo:in quo non dulcedo uocis sed mẽtis quæratur: scri/
bente Apostolo:Psallam spiritu,psallam & mente. Legerat enim præceptum,psallite sapiẽter.
Nam clamor in scripturis non est uocis,sed cordis. Sed nunquid uerborum multitudine flecti
deus,ut homo potest? Non enim uerbis,sed corde orandus est deus. Melior est septem psalmo
rum decantatio cũ puritate & serenitate, & spiritali hilaritate: c̄ꝫ totius psalterij modulatio cũ
anxietate cordis & tristicia. Cantor quoq; pellatur ut noxius: tibicinas & psaltrias & istiusmo/
di quasi mortifera syrenarum carmina perturba ex ædibus. Sic autem erudiẽda est anima, quæ
futurum est templum dei:quod nihil aliud discat audire,nihil loqui, nisi quod ad timorem dei
pertinet:turpia non intelligat:cantica mundi ignoret. Non sunt contemnenda quasi parua sint,
sine quibus maiora constare non possunt. Græca narrat historia Alexandrum potentissimum
regem orbisq; domitorem, & in moribus, & in incessu Leonidis pædagogi sui non potuisse ca/
rere uitijs,quibus adhuc paruulus fuerat infectus. Dæmonum itaq; cibus est carmina poeta/
rum:sæcularis sapientia,rhetoricorum pompa uerborum. Hæc sua omnes suauitate delectant,
& dum uersib⁹ aures dulci modulatione currentibus capiũt, animã quoq; penetrant, & pecto/
ris interna deuinciunt. Verum ubi cum summo studio fuerint ac labore perlecta,nihil aliud ni
si inanem sonum & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt. Nulla ibi saturitas ueritatis,
nulla iusticiæ refectio reperitur. Studiosi earũ in fame ueri & uirtutũ penuria perseuerant. Mihi
aũt curæ,non quid Aristoteles,sed quid Paulus doceat. Ornat eñ doctrinã dei,qui ea quæ con
ditioni suæ apta sunt facit:& econuerso confundit illam,cui cõditio sua displicet. Monachus aũt
non doctoris,sed plangentis habet officium. Qui uel se uel mũdum lugeat,& dñi pauidus præ/
stolatur aduentum:qui sciens imbecillitatem suam,& uas fragile quod portat timet offendere,
ne impingat & corruat & frangatur,seq; monachum esse non loquendo & discursando, sed ta/
D cendo & sedendo nouerit. Sit quoq; tibi sermo silens,& silentium loquens,nec citus, nec tardus
incessus. Ac unusquisq; quando ad cõmunionem ingreditur cum cuculla tantum accedat. Habe
ant qui uolunt suas oues,uase gemmato bibant,serico niteant,plausu populi delectẽtur: & per
uarias uolũtates diuitias uincere nequeant. Nostræ diuitiæ sunt in lege dei meditari die ac no/
cte,ianuam pulsare,& sæculum præeuntes calcare. Præparemus igitur nobis fortitudinem:assu/
mamus nobis perfectum robur:ut inter errorum tenebras & confusionẽ:in noctis scientia Chri
sti lumen appareat. Diesq; noster nubem habeat protegentem: ut his ducibus ad terram san/
ctam peruenire ualeamus. Quid enim eruditiõe melius? quid suauius disciplina? quid dulcius
domino? Sit autẽ conuiuiũ Christus :lectio Christus:quies Christus:cogitatio Christus. Quæ
enim potest esse uita sine scientia scripturarum:per quam etiam ipse Christus agnoscitur? Qui
cibi,quæ mella sunt dulciora,c̄ꝫ dei scire prudentiã? Sapiens quoq; nũc̄ꝫ solus est: habet secum
omnes qui boni sunt & fuerunt:& animum liberum quocunq; uult transfert: quod corpore nõ
potest,cogitatione complectitur. Et si hominum inopia fuerit,loquitur cũ deo:nec unc̄ꝫ est mi
nus solus,c̄ꝫ cum solus fuerit. Prima nãq; sapientia est,caruisse stultitia:sed stultitia caruisse nõ
potest,nisi qui intellexerit illam. Sed uera quidem sapientia, est nuper factum se nosse: & ut sic
loquar in carne iustorum imperfecta perfectio est. Parum tamen est scire quod nescitis:sed pru
dentis hominis est nosse mensuram suam: quam qui ignorauerit, quanto ampliora quæsierit,
tantomagis ad inferiora collocabitur. Discamus igitur in terris:quorum nobis scientia perseue/
ret in cœlis.

## De uigilijs.

DIgnum est fratres aptumq; prorsus satisq; conueniens:de sanctis uigilijs nunc dicere
& proferre sermonem:quando ipsa lucubratio exigitur a sollicitis. Nox ecce est caligo
corporibus:non solum homines,sed etiam cunctos in somno detinet animantes:ut re
formatis uiribus per soporem,possint diuturnum sustinere laborem uiuentes. Bonus deus qui
ita prospexit, ita constituit,ut homo exiturus ad operationem suam usq; ad uesperum,haberet

uiscarium

A uicarium tempus, in quo a duris laboribus,& multa fatigatiõe requieſcere præſtitit. Nouimus autem multos hominũ:ut aut maioribus ſuis placeant,aut ſibi aliquid peculiariter proſint,noctis particulam ad aliquod opuſculum ſegregare: id ꝓ lucro ducere,quod furati de ſopore ſuo operari potuerint. A Solomone uero laudatur & fœmina,quæ penſa & lanificium ad lucernã uigilãter exercet. Addidit etiã qđ ex hoc laus uiro eius in portis & gloria magna naſcat. Quod ſi in carnalibus inſtrumentis:id eſt,uictui & ueſtitui neceſſarijs: qui uigilat non reprehenditur imo laudatur:& mirari me fateor eſſe aliquos:qui ſacras uigilias tam ſpirituali opere fructuoſas,orationibus,hymnis,lectionibuſq; fœcũdas,aut ſuperfluas æſtimant,aut ocioſas,aut quod his deterius eſt importunas. Et quidem ſi ſunt homines a noſtra religione alieni qui iſta ſic ſentiant,non eſt mirum. Quomodo em̃ prophanis religioſa placere poſſunt:quibus ſi placerẽt,noſtri eſſent:quia ſumus utiq; Chriſtiani? Si uero noſtri ſunt quos uigiliarũ ſalutifer actus offendit:ut nihil de his deterius ſuſpicer: Aut pigri ſunt,aut ſomniculoſi,aut quod his eſt proximum ſenes uel infirmi. Si pigri ſunt,erubeſcant,quia illis inſonant Prouerbia Solomonis: Vade ad formicam o piger,& æmulare uias eius. Si ſomniculoſi ſunt:expergiſcantur ſcriptura proclamãte:O piger,quouſq; dormis? Quando autem de ſomno ſurges? paululum quidem dormis,modicum ſedes,puſillum autem dormitas:puſillum uero complecteris manibus pectus. Si ſenex es:quis te cõpellit ut uigiles? q̃ q̃ & non cõpulſus pro ætate tamẽ uigilas. Et ſi ſtare non potes, ſed tuam cogitas impoſſibilitatem:non debes iuuenes & ualentes ad tuum reuocare torporẽ: quos propter uarias tentationes iuuentutis,ſeipſos propenſioribus macerare decet uigilijs. Nã athletæ ſuis incitatoribus fortiores ſunt: & tamen monet debilior, pugnat ille qui fortior eſt: Maxime quia & ſancti corruunt,ſi fuerint negligentes:Et peccatores priſtinum recipiunt, ſi ſordes fletibus lauerint. Hoc ideo dico:ut te non terreant deſcendentes, ſed prouocent aſcendẽtes. Nihil tam facile,q̃ ocioſum & dormientem de aliorum labore & uigilijs diſputare. Si uero in-

B firmus es membris: quod facere potes,noli reprehendere:imo riga & tu ſecundum prophetam lachrymis ſtratum tuum: & dic: Sic memor fui tui ſuper ſtratũ meum. Iniunge te etiam uigilantibus,ut te ſuis precibus iuuẽt: quo adiutus a domino ſuper lectum doloris tui canere poſſis: ut tu quandoq; merearis dicere: In matutinis meditabor in te:quia fuiſti adiutor meus. Alioquin ſtultum & ſatis extraneum eſt:ut quia ipſi currere non ualemus, bene currentibus derogemus. Nam & ſi non poſſumus debemus congratulari potentibus. Sicut em̃ de conſenſu maliciæ participatur cum facientibus pœna:ſic participatio gloriæ ſperanda eſt de cõſenſu bonitatis. Alios em̃ effectus coronat:alios uoluntas pia lætificat. Nec ſane oneroſum uel difficile uideri debet: etiã delicatis corporibus in ſeptimana duarũ noctiũ: id eſt,ſabbati atq; dñicæ portionẽ aliquã dei miniſterio deputare. Iſta em̃ quaſi purificatio eſt dierũ quinq; uel noctiũ: quibus ſtupore carnali ingraueſcimus,ac mũdanis actibus oſcitamus. Nec erubeſcat aliquis in bono ſtudio ſanctitatis:cum non erubeſcant improbi in perpetrando opere fœditatis. Merito ergo ſcriptura in Prouerbijs ingerit: Eſt confuſio quæ ducit ad peccatum. In bono em̃ opere confundi peccatum eſt:ſicut in malo faciendo non confundi pernities eſt. Si ſanctus es, ama uigilias, ut theſaurum tuũ uigilando cuſtodias: & ipſe in ſanctitate ſerueris. Si peccator es,magis cura,ut uigilando & orando purgeris: dum tunſo pectore frequentius clames: Ab occultis meis mũda me: & ab alienis parce ſeruo tuo. Guſtãdum em̃ uidetur,quia ſuauis eſt dominus, ſicut ſcriptũ eſt. Qui ergo guſtauit,intelligit & ſentit,quantum pondus pectoris uigilando deponitur:quantus mentis ſtupor excutitur:quanta lux animam uigilantis & orantis illuſtrat:quæ gratia, quæ uiſitatio membra uniuerſa lætificat. Vigilando ὸmnis timor excluditur,fiducia naſcitur,caro maceratur,uitia tabeſcunt,charitas roboratur,recedit ſtultitia,accedit prudentia, mens acuitur,error obtunditur,criminum caput diabolus,gladio ſpiritus uulneratur. Quid hac utilitate magis neceſſarium? quid iſtis lucris cõmodatius? quid hac dilectiõe ſuauius? quid hac felicitate beatius? teſte etiam propheta qui in principio pſalmorum ſuorum beatum uirum deſcribens,ſummam beatitudinẽ eius in hoc uerſiculo collocauit: ſi in lege dei meditatur die ac nocte. Bona eſt quidem diurna meditatio:ſed efficatior eſt nocturna: Quia per diem neceſſitates obſtrepunt:occupationes diſtrahunt mentem:ſenſum duplex cura diſpergit. Nox autẽ ſecreta,nox quieta, opor-

C tunã ſe præbet orantibus: aptiſſimã uigilantibus: dum carnalibus occupationibus expeditum: collectum ſenſum in totum hominem diuinis conſpectibus ſiſtit. Curandũ eſt etiam ne nimietate cibi uel potus uigilaturi pectus oneretur: ne cruditates eructantes & crapulam: non ſolum ipſi nobis, ſed etiã gratiæ ſpiritus indigni iudicemur. Ergo tanq; diuino functuri miniſterio añ nos per abſtinentiã parare debem⁹: ut ingrauati expeditius uigilare poſſimus. Cogitatio quoq; mala pellatur: ne male uigilantis oratio fiat, ſicut legitur, in peccatum. Sunt em̃ & ex maligno uigiliæ: ſicut in Prouerbijs legitur: Ablatus eſt ſomnus ab oculis eorum: Non em̃ dormiũt, inquit, niſi malefecerint. Abſint abſint ab hoc conuentu tales uigiliæ: ſit potius uigilãtibus pectus clauſum diabolo, apertum Chriſto: ut quem labijs ſonamus, corde teneamus. Tunc erunt acceptabiles noſtræ uigiliæ: tunc pernoctatio ſalutaris: ſi competenti diligentia & deuotione ſyncera, miniſterium noſtrum diuinis obtutibus offeratur.

## De ueſtibus.

FVſca tunica ueſtiaris, uilis tunica contemptum mundi probet: Ita dũtaxat ne animus tuus tumeat: ne habitus ſermoq; diſſentiant. Nam ueſtis ipſa uilis & pulla, animi tacentis indicium eſt. Qui enim mollibus ueſtiuntur, in domibus regum ſunt. Tales nãq; ueſtes habeas: non quibus ueſtita corpora nudentur: quæ nec ſint mundæ, nec ſordidæ & nulla diuerſitate notabiles: quia nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ munditiæ conueniunt Chriſtiano. Sed ne hocipſum iactantiam tibi generet, quod ſæculi iactantiam contempſiſti: ne cogitatio tacita ſubrepat: ut quia forſitan inauratis ueſtibus placere deſiſti, placere coneris in ſordibus. Nihil enim intulimus in hunc mundum: nec auferre quid poſſumus. At nũc plæroſq; uideas armaria ſtipare ueſtibus: tunicas mutare quotidie: & tamen tineas non poſſe ſuperare. Et qui te religioſior eſt unum exerit ueſtimentum: & plenis arcis pannos trahit: inficiuntur membranæ colore purpureo: aurum liqueſcit in litteras, gemmis codices ueſtiuntur: & nudus ante fores eorum Chriſtus moritur. Pulla enim tunica minus cum humi iacuerit ſordidatur, Sit cingulum laneum cum tota ſimplicitate puriſſimum: & quod poſſit abſtringere ueſtimenta magis q; ſcin-
D dere. Idem ſemper habitus, neglecta mundicies, inculta ueſtis, & cultus ipſe ſine cultu: plumarũ quoq; mollicies, iuuenilia membra non foueat.

## De laboribus manuum.

NE uacet mens tua uarijs perturbationibus: quæ ſi pectori inſederint, dñabuntur tui: & deducent te ad delictum maximum. Facito aliquid operis: ut ſemper te diabolus inueniat occupatum. Si apoſtoli habentes poteſtatem de euangelio uiuere, laborabant manibus ſuis ne quẽ grauarent: & alijs tribuebant refrigeria, quorũ pro ſpiritualibus debebant metere carnalia: cur tu in uſus tuos ceſſura non præparas? Vel fiſcellam texe iunco, uel caniſtrum lentis plecte uiminibus: ſarriatur humus: areolæ æquo limite diuidantur: in quibus cum holerũ iactata fuerint ſemina, uel plantæ poſitæ per ordinẽ, aquæ ducãtur irriguæ. Inſerant infructuoſæ arbores, uel gemmis, uel ſurculis, ut paruo poſt tẽpore dulcia poma decerpas. Apum fabricare aluearea: ad quos te mittunt Solomonis Prouerbia: & monaſteriorum ordinem, ac regiam diſciplinam, in paruis diſce corporibus. Texantur & lina pro capiendis piſcibus. Scribantur & libri: ut & manus operetur cibum: & anima lectione ſaturetur. Nam in deſyderijs eſt omnis otioſus. Aegyptiorum monaſteria hunc morem tenent: ut nullum abſq; labore atq; opere ſuſcipiãt: nõ tam ꝓpter uictus neceſſitatẽ, q̃ ꝓpter animæ ſalutẽ. Ne uagetur pernitioſis cogitationibus mens, & ad inſtar fornicantis Hieruſalẽ, omni tranſeunti diuaricet pedes ſuos. Nec idcirco tibi ab opere ceſſandum eſt: quia deo propitio nulla re indiges. Sed ideo cum omnibus laborandũ eſt: ut per occaſionem operis nihil aliud cogites, niſi quod ad dñi pertinet ſeruitutem. Simpliciter loquar, q̃uis omnẽ cenſum tuũ in pauperes diſtribueris: nihil apud Chriſtũ erit precioſius, q̃ quod manibus tuis ipſe confeceris. Sudore em̃ & labore nimio ad ubertatem fructuum perueniemus.

## De laude religionis, & de inductione ad eam.

EXtruis quidem monaſteria, & multus a te per inſulas Dalmatiæ ſanctorũ numerus ſuſtẽtatur: Sed melius faceres, & ſi ipſe ſanctus inter ſanctos uiueres. Difficile imo impoſſibile eſt

A bile est:ut & præsentibus quis & æternis fruatur bonis:& ut hic uentrem, ibi mentẽ impleat, & de delitijs transeat ad delitias:ut in utroq; sæculo primus sit:& in cœlo & in terra gloriosus appareat. Quod aũt asseris eos melius facere q utunt rebus suis:& paulatim fructus possessionũ pauperibus diuidant:q; illos qui possessionibus uenditis semel omnia largiantur:nõ a me, sed a domino respondeatur. Si uis perfectus esse, & cætera. Nec a suo studio monachi retrahendi sunt lingua uiperea:morsu seuissimo:quibus argumentaris & dicis:Si omnes se clauserint & fugerint in solitudinem,quis celebrabit ecclesias, quis sæculares homines lucrifaciet, quis peccantes ad uirtutes poterit cohortari? Hoc enim modo,si omnes tecum fatui fuerint:sapiens esse qs poterit? Si uirgines omnes fuerint,nuptiæ nõ erunt,interibit genus humanum. Sed rara est uirtus,nec a pluribus appetitur. Et utinam hoc omnes essent quod pauci sunt. De quibus dicitur: Multi sunt uocati,pauci uero electi. Ideo licet paruulus ex collo pendeat nepos:licet sparso crine & scissis uestibus,ubera quibus te nutrierat mater ostẽdat:licet in limine pater iaceat:per cadãtũ perge patrẽ,siccis oculis ad uexillũ crucis euola. Solũ pietatis genus est in hac re esse crudelẽ. Gladiũ tenet hostis ut me perimat:& ego de matris lachrymis cogitabo? Delicatus es frater charissime:si hic uis gaudere cum sæculo,& postea regnare cum Christo. Multa nos facere cogit affectus. Et dum propinquitatem respicimus corporũ:& corpus & animæ offendimus creatorem. Qui amat patrem,aut matrem super Christum,nõ est deo dignus. Vnde discipulus ad sepulturam patris ire desyderans:saluatoris prohibetur imperio. Quanti monachorũ dum patris matrisq; miserentur,suas animas perdiderunt? Super patre & matre pollui non licet: quanto magis super fratre,sororibus, cõsobrinis,familia,seruulis? Genus regale & sacerdotale sum⁹: illum attendamus patrem,qui nunq; moritur: & qui ideo uiuens mortuus est, ut nos mortuos uiuificaret. Sola causa pietatis est,ubi nulla carnis noticia est. Honora patrem tuum, si te a uero patre non separat. Tãdiu scito carnis copulam,q; diu ille suum nouerit creatorem. Alioquin Dauid protinus tibi canet:Obliuiscere populũ tuum & domũ patris tui:& concupiscet rex decorem tuum:quoniam ipse est dominus deus tuus. Grande præmium est parentis obliti: quia concupiscet rex decorem tuum. Solent etenim miseri parentes:& non plenæ fidei Christiani,deformes & aliquo membro debiles filios,quia dignos matrimonio non inueniunt, religioni tra-

B dere. Sed si tu perfectus esse desyderas,exi cum Abraham de patria tua & de cognatiõe tua: & perge quo nescis. Et si habes substantiam:uende,& da pauperibus. Si non habes,grandi onere liberatus es:nudus,Christum nudum sequere. Durũ,grande,difficile,sed magna sunt præmia. Magis emẽ quilibet labor suscipitur,si ante oculos præponatur ipsius laboris utilitas. Sed & nauigantibus longa serenitas spem pollicetur:nauis ualida & diuturna tẽpestas. Sectemur ergo nos mulierculas:sexus nos doceat infirmior. Quantæ diuitijs pariter ac nobilitate pollentes(nolo earum uocabula dicere,ne uidear adulari)relictis facultatibus,pignoribusq; contemptis hoc factu facile iudicarunt,quod tu putas proprio timore difficile? Vnde habeto simplicitatem columbæ,ne cuiq; machineris dolos:& serpentis astutiam,ne aliorum supplanteris insidijs. Non multum distat in uitio,uel decipere,uel decipi posse Christianum. At illa tibi ad hoc de uarijs floribus lumen exornent. Coluber ad bibendum ueniens, in aqua uenenum deponit:ne eũ uenenum aqua concretum occidat. Nudum hominem timet; caput tamen suum celat quando percutitur,ubi scit esse mortem suam. Serpens quidem si calamo percutitur,moritur: si uero iterum percutiatur cõfirmatur. Hyemali tẽpore infirmior efficitur: & a soricibus deuincitur. Igit ante hyemẽ circa se segetes colligit:ut illis escam præbeat. Anguis quando senuerit,perdit aspectum:& si uoluerit redire ad iuuentutẽ,ieiunat quadraginta diebus ut laxet pellis eius:& sic angustum foramen perquirit:ut dum nititur inde exire,pellem senectutis dimittat. Pellicani cum suos a serpente filios mortuos inueniunt,lugent:& se & sua latera percutiunt:& sanguine excusso ad corpora mortuorum sic reuiuiscunt. Aquila quoq; cum senuerit,grauantur eius pennæ & oculi:& quærit fontem,& erigit pennas, & colligit in se calorem:& sic oculi eius sanantur, & in fontem ter se mergit:& ita ad iuuentutẽ redit. Multa dicuntur in scripturis:quæ uidentur impossibilia:& tamen uera sunt. Nihil enim dicas impossibile,ubi est uirtus altissimi. Nihil de humana fragilitate cogites:ubi plenitudo adest deitatis. Sed quid te ad iugum domini præsentis ui-

C tæ prouocare exemplis conor: cum nullum pene sciamus fuisse sanctorum: qui procellosum huius temporis agonem,absq; tribulatione & tempestate transierit? Sic etenim bellator,uulneris dolorem,aut contemnit aut nescit,dum uiuacitatis sensibus solam uidetur cogitare victoriam. Et qui hyemis tempore uadit ad balnea:prius asperitatem frigoris nudus patienter excipit:quia eum futura calefactio consolatur:omniumq; creaturarum difficile propter deum exultatio aliqua nisi mœrore præeunte succedit. Sit ergo in nobis tanta futurorum fides: ut admodum non sentiamus nos illa sustinere quæ patimur:sed ea potius arbitremur nos obtinere quæ credimus. Quanta autem apud deum merces,si in præsenti homines precium non sperarent? Quantis sudoribus hæreditas cassa expetitur? Minori precio margaritū Christi emi poterat. Finis militiæ tuæ erit regnum non terræ & temporis,sed æternitatis & cœli. Nihil est fili quod possit,aut debeat præferri ei,qui est uerus dominus & uerus pater, & imperator æternus. Cui enim rectius uitam nostram impendimus,q̄ illi a quo ipsam accepimus: & cui eam debemus usq; ad finē, quia ipsius beneficio uiuimus? Vnde si maluerimus Cæsari militare,q̄ Christo: postea nō ad Christum,sed ad gehennam transferemur. Igitur nec affectum, nec patriam, nec honores,nec diuitias præferre debemus:quia scriptum est:Præterit huius mundi figura:Et, qui hunc mundum dilexerint,cum mundo peribunt. Illi ergo militemus:qui militantibus sibi gloriam uitæ æternæ:honorem regni cœlestis:diuitias hæreditatis suæ, & diuinæ cognitionis consortium perenne largitur. Nam nullus rex terrenus,totius orbis dominus est. Christus autē totius mundi rex est:quia om̄ia per Christum facta sunt. Et quia regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud:talis uiolentia deo grata est:quæ neminem concutit,nullius damno nititur. In hanc rapinam manus tuas mitte:quæ crimen non habet,& confert salutem. Sollicitudines enim nostræ carnales,quanto chariores sunt:tanto plus nos discrutiant & fatigant. Ac proinde nunq̄ in carnalibus affectionibus ita requiescit animus,ut cruciatu careat: dum necessitudines suas, aut bonas amet cum amittendi metu: aut malas odit cum amittēdi uoto: in utroq; sustinendis miseriis semper obnoxius est. Commuta ergo in melius uitam tuam:ut æterno deo
D incipias militare,& deum habeas protectorem. Sunt tamen multi qui non metu pœnarum: sed benedictionum & repromissionum desyderio ueniunt ad salutem. Nihil enim est dignius, q̄ ut homo sit authoris imitator:& secundum modū propriæ uolūtatis,diuini sit operis executor. Nam qui edere uult nucleum,frangat nucem. Apostolus ait: Rectius enim fuerat hominē subisse coniugium,& ambulasse per plana, q̄ ad altiora tendentē in profundū inferni cadere.

## De laude & detractione uitanda,& periculis huius uitæ.

NOn credas laudatoribus tuis: imo irrisoribus aurem ne libenter accommodes. Omnis falsa prædicatio sectatur lucra,& gloriam quærit humanam: ut per gloriam nascantur compendia. Laudent te esurientium uiscera:non ructuantium opulēta conuiuia:adulator quippe blādus inimicus est:naturali ducimur malo. Adulatoribus nostris libēter fauemus, q̄q̄ nos respondeamus indignos,& calidus rubor ora perfundat:tamen ad laudem suā intrinsecus anima lætatur. Sed ueritas angulos non amat,nec quærit susurrones. Laus quippe iustos cruciat,iniquos exaltat:sed iustos dū cruciat purgat:iniquos dum lætificat,reprobos monstrat. Nulli detrahas:nec in eo te sanctum putes,si cæteros laceras. Accusamus sæpe quod facimus:& contra nosmetipsos diserti, nostra uitia inuehimur, muti de æloquentibus iudicantes. Nunq̄ huiuscemodi hominibus appliceris:ne declines cor tuum in uerba maliciæ, & audias: Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris:& aduersum filium matris tuæ ponebas scandalū. Et apertius in Ecclesiaste:Sicut mordet serpens in silētio:sic & qui fratri suo in occulto detrahit. Sed dicis:ipse nō detraho: alijs loquentibus,quid facere possum? Ad excusandas excusationes in peccatis ista prætendimus. Christus arte non deluditur:nequaq̄ mea, sed Apostoli sententia est: Nolite errare, deus non irridetur: ille in corde, nos uidemus in facie. Solomon loquitur in Prouerbijs: Ventus aquilo dissipat nubes:& uultus tristis linguas detrahentium. Sicut enim sagitta si mittatur contra duram materiam,nonnunq̄ in mittentem reuertitur,& uulnerat uulnerantem:iuxta illud:Facti sunt mihi in arcum prauum. Et alibi: Qui mittit in altum lapidem:recidit in

A cidit in caput eius:ita detractor,cum triſtem uiderit faciem audientis:imo non audientis quidē, ſed obturantis aures ſuas,ne audiat iudicium ſanguinis:ilico conticeſcit,pallet uultus,hærent labia,ſaliua ſiccatur. Vnde idem uir ſapiens: Cum detractatoribus,inquit,ne miſcearis:quoniam repente ueniet perditio eorū:& ruinam utriuſq; quis nouit? tam ſcilicet eius qui loquitur, q̄ illius qui audit loquentem. Et Timotheo dicitur: Aduerſus preſbyterum accuſationem ne acceperis. Peccantem autem coram omnibus argue, ut cæteri metum habeāt. Non eſt facile de perfecta ætate credendum:quam & uita præterita defendit & honorat uocabulum dignitatis. Si me igitur uis corrigi delinquentem,aperte increpa:tātum occulte ne mordeas: Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Nam in comparatione duorum malorum,leuius malum eſt aperte peccare,q̄ ſimulare & fingere ſanctitatem. Quid uulneribus tuis prodeſt, ſi ego fuero uulneratus? an ſolatium percuſſi eſt amicum ſecum uidere morientem? Quid enim mihi prodeſt,ſi alijs mala mea referas,ſi me neſcientē,peccatis meis,imo detractionib⁹ tuis aliū uulneres:& cū certatim omnibus narres:ſic ſingulis loquaris,quaſi nulli alteri dixeris? Hoc non eſt me emendare,ſed uitio tuo ſatiſfacere. Præcepit enim dominus peccantes interdum arguere debere ſecreto uel adhibito teſte:Etſi audire noluerint,referri ad eccleſiam:habendoſq; in malo pertinaces,quaſi ethnicos & publicanos. Nam ingenia liberaliter educata,facilius uerecundia q̄ metus ſuperat: & quos tormenta non uincunt, interdum uincit pudor:licet multo melius eſt timore pœnarum emendare peccata, q̄ ſpe proſperorum diuinæ ſubiacere ſententiæ. Qui enim nō ſenſerit deum per beneficia, ſentiet per ſupplicia. Cæterum, grande peccatum eſt odiſſe corripientem: maxime ſi te non odio, ſed amore corripiat. Contra nos autem omnis conſonat chorus: & latrant uniuerſa ſubſellia: iungūtur & noſtri ordinis,qui & roduntur & rodunt:aduerſum nos loquaces:pro ſe muti,quaſi ipſi alij ſint q̄ monachi. Et non quicquid in monachos dicitur,redundet in clericos, qui patres ſunt mona-
B chorum. Detrimentum pecoris, paſtoris ignominia eſt:ſicut e regione illius monachi uita laudanda eſt:qui uenerationi habet ſacerdotes Chriſti:& nō detrahit gradui, per quem factus eſt Chriſtianus. Nam quando & inimicis præbemus beneficia:ipſorum maliciam noſtra bonitate ſuperamus:& mollimus duritiam:& iratum animum ad beneuolentiam flectimus. Sed nec ille abſq; inuidiæ infectione eſſe poterit,qui ſoli deo placere geſtierit: Inuidia enim nō tam humanas amicitias q̄ ſolam iuſticiam perſequitur. Qui inuidus eſt,aliena felicitate torquetur:quoniā uirtus ſemper inuidiæ patet. Difficile quoq; euadit opprobria,cui eſt amica iuſticia: imo ſi quis pie uiuere uoluerit,iniqui protinus irriſione blaſphemant. Hæc quoq; eſt conſuetudo detrahentis:ut malum ſuum ſemper uelit negando geminare:& dicere,aut non feciſſe quod fecit, aut bono operatū çelo. Nil mirum ergo ſi contra me paruum homunculum immundæ ſues grūniunt, & pedibus margaritas conculcent:meq; procul ab urbibus,foro,litibus,turbiſq; remotum, ſicq; latentem reperit inuidia. Tantum enim me diligunt hæretici, quod ſine me eſſe non poſſunt. Omittam perſonas, rebus tantum & criminibus eſt reſpondendum. Nihil cauſæ prodeſt male dicentibus maledicere, & aduerſarios talione mordere: cum præceptum ſit,malū pro malo nō reddi:unde non de aduerſario uictoriam,ſed contra mendacium quærimus ueritatem. Sed nec timeamus odia ſubire quorundam. Non enim hominibus debemus placere,ſed deo. At ſcito te me nunq̄ hæreticis peperciſſe:ſed omni ſtudio peregiſſe,ut hoſtes eccleſiæ mei fierēt hoſtes. Vnde meam iniuriam patienter tuli:impietatem cōtra deum ferre nō potui. Latrant canes pro dominis ſuis:tu non uis me latrare pro Chriſto? Falſus rumor cito opprimitur:& uita poſteriori indicat de priore. Fieri quidem non poteſt: ut abſq; morſu hominum,uitæ huius curricula quis pertranſeat. Malorumq; ſolatium eſt, bonos carpere, dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum. Sed tamen cito ignis ſtipulæ conquieſcit:& exundans flamma deficientibus nutrimentis paulatim emoritur. Nam ſi ante āno præterito fama mentita eſt:aut ſi certe uerum dixit:ceſſet uitium,ceſſabit & rumor. Prima nanq; uirtus monachi eſt contemnere hominum iudicia. Igitur nō timebo hominum iudicium,habiturus iudicem meum. Cupiūt enim uicini non ſuam,ſed alienam diſcutere uitam. Sed qui amicus eſt, etiam praua recta iudi-

C cat. Inuenti ſunt enim ſcioli tantum ad detrahendum: qui eo ſe doctos oſtentare uolunt, ſi cun
ctorũ uitã lacerent. Sed nihil deo clauſum eſt, & tenebræ lucent apud eum. Fuge tamen eos in
quibus poteſt malæ conuerſationis eſſe ſuſpitio: nec paratum habeas illud: Sufficit mihi con-
ſcientia mea: non curo quid de me loquantur homines. Certe Apoſtolus prouidebat bona: nõ
ſolum coram deo, ſed etiam coram hominibus: ne per illum nomẽ dei blaſphemaretur in gen-
tibus: nec uolebat ſe iudicari ab infideli conſcientia: Si ſcandaliçat, inquit, eſca fratrem: in æternũ
carnem nõ manducabo. Tolle igitur occaſionem, uolentibus occaſionem. Nam caſtigare uide
tur alium, quiſquis ab eius conuerſatione diſſentit. Sic & nos in iſta prouincia ædificato mo-
naſterio, & diuerſorio propter extructo: ne forte & modo Ioſeph cũ Maria Bethlehem ueniẽs
non inueniat hoſpitium: tantis de toto orbe confluentibus turbis obruimur monachorum: ut
nec cœptum opus deſerere, nec ſupra uires ferre ualeamus. Vnde quia nobis illud de euangelio
contigit: ut futuræ turris non ante computaremus impenſas, compulſi ſumus fratrem Paulinia
num ad patriam mittere: ut ſemirutas uillulas, quæ barbarorum manus effugerunt: & parentũ
communium cineres uenderet: ne cæptum ſanctorum miniſterium deſerẽtes, riſum maledicis
& æmulis præbeamus. Vnde omnia plena periculis, omnia plena ſunt laqueis. Incitant cupidi-
tates, inſidiantur illecebræ, blandiũtur lucra, damna deterrent. Amaræ ſunt obloquentium lin-
guæ, nec ſemper ueracia ſunt ora laudantium: inde ſæuit & odit: hinc decipit officiũ: & facilius
eſt uitare diſcordem, q̃ declinare fallacem. Sylua ſuccreſcit ut poſtea reſcindatur: ideo ager ſeri-
tur, ut metatur. Iã plenus eſt orbis: terra nos non capit: quotidie bella ſecant, morbi ſubtrahunt,
naufragia abſorbent, & nihilominus detrahimus & litigamus. Vides quoq; in eccleſia imperi-
tiſſimos quoſq; florere. Et quia nutrierũt frontis audaciam: & mobilitatẽ linguæ cõſecuti ſunt:
dum non recogitant quid loquantur, prudentes ſe & eruditos arbitrantur: maxime ſi uulgi fa-
uorem habuerint: qui magis dictis leuioribus commouentur. Et econtrario uides eruditum ui
rum in obſcuro latere, & perſecutiones pati: & non ſolum in populo gratiam non habere, ſed
D inopia & egeſtate tabeſcere. Hæc autem fiunt: quia non eſt hic meritorum retributio, ſed in fu-
turo.

¶ De iuramento, uindicta, mendacio, ſtultiloquio prohibendo.

DIxiſti enim (ni fallor) iure te mala malis reddere: & cum iurantibus iurare debere: quia
aliquando iurauit dominus, aut mala malis reſtituit. Scio primum, non omnia nobis
conuenire ſeruis, quæ domino conueniunt: ne in comparatione famulorum, dñi uidea
tur iniuria. Alioquin forſitan redamare incipimus: cur non e uirginibus, ſed de alijs mulieribus
generamur? Aut cur mortui noſtri tertia die nõ reſurgunt? Iurauit ſcio ſæpe dominus qui nos
iurare phibuit. Nec ſtatim ex hoc temere blaſphemare debemus eũ, quod alios uetuerit domi-
nus quod ipſe faciebat: quia dici nobis poteſt: Iurauit dominus, quaſi dñs: quẽ iurare nemo
prohibebat. Nobis quaſi ſeruis non licet: qui domini noſtri lege iurare uetamur. Verum ne in
eius exemplo ſcandalum patiamur: ex quo tempore nos iurare noluit, nec ipſe iurauit. Et quali
ter de iuramenti cauſa breui ſermone ſatiſfactum eſt: ita etiã ad uindictæ negocium hunc eũ-
dem ſenſum, facile proſpicis poſſe ſufficere: quia aliud eſt nunc tẽpus gratiæ: in quo plenitudo
perfectionis aduenit: aliud fuit legis: aliud prophetarum, dicente domino: Audiſtis quia dictũ
eſt antiquis, ne occiderent. Ego autẽ perfectiora præcipio: quæ in ordine euangelij digeſta, ſuo
loco lector inueniet: ex quo enim filius dei, filius hominis factus eſt: ex quo uetus fermentũ Iu-
daicæ traditionis eſt factum noua cõſperſio: ex quo agnus non in figura: ſed in ueritate come-
ditur: ex quo ſecundum Apoſtolum uetera tranſierunt: & facta ſunt omnia noua: ex quo iuſ-
ſum eſt imaginem terreni hominis deponere & aſſumere formam cœleſtis: ex quo commortui
ſumus: ex quo uirtutibus conſurreximus in Chriſto, iurare nõ diſcas: mentiri ſacrilegium pu-
tes. Admonendi itaq; ſunt omnes, ut diligenter periurium caueant: non ſolum in altari, ſeu ſan
ctorum reliquijs, ſed etiam in cõmuni loquela. Omne enim quod non ædificat audientes, in pe
riculum loquentium uertitur. Veritas quidem claudi & ligari poteſt, uinci nõ poteſt: quæ & ſuo
rum paucitate contenta eſt: & multitudine hoſtium nõ terretur. Poſſunt homines q̃uis iuſti

aliqua

A aliqua ſimulare pro tempore ob ſuam aliorumq; ſalutem. Cõſyderemus ergo quid loquamur: quia pro omni uerbo ocioſo, reddituri ſumus rationẽ in die iudicij. Verbum quidem ocioſum eſt, quod ſine utilitate dicentis & audientis profertur. Stultiloquium autem æſtimo nõ illorũ tantum, qui aliqua turpia narrant, unde riſum moueant: & fatuitate ſimulata, magis illudant illis quibus placere deſyderant: ſed etiam illorum qui prudentes ſæculi putãtur: & de rebus phyſicis diſputantes, dicũt ſe arenas littorum, guttas oceani, & cœlorum ſpatium, terræq; punctum liquido comprehendiſſe.

¶ De patientia, reconciliatione, & mortuis non lugendis.

NVnc iam nobis de patientia, & eius bonis loquendum eſt. Eſt igitur patientia omniũ iniuriarum & paſſionum tolerantia: & expectationum omniũ ſine præcipitatione ſufficientia: quam ſi quis intellexerit & habuerit, contraria uitæ grauia baiulat: bona oĩa continet. Sororem habet ſpem, & affines eius ſunt res bonæ omnes: patitur enim libenter, quia ſperat, ſperando tolerat. Impatienter enim fertur quod nõ ſperatur. Omni autẽ uirtute patientia perfert, quod ſpe præeunte dignoſcitur: aut ſi ſpes fructus patientiæ ſubſequitur. Hæc matre gaudet fide: & gubernaculum habet deum, conſcientiam, genus, & propinquitatẽ: Inde glorioſi teſtes efficiuntur: dum fide pleni, dum dei timore ſolliciti, dum continentiæ diſcipuli, dum filij ſpei, duce patientia reperiuntur. Deinde cohæredes Chriſti: dum illum uſq; ad mortem patientiæ uirtutibus imitantur. Vnde tu paſſus iniuriam taceas, iram uince patientia. Sanctus em̃ amor impatientiam non habet. Manſuetudo nanq; nulla paſſione turbatur: & ſpecialiter ira & furore non rumpitur: Quã qui habuerit, beatitudinem cõſequetur uoce domini promiſſam: ut terram poſſideat, id eſt, imperet & dominetur corpori ſuo. Nulla enim res ita inebriat ut animi perturbatio. Eſt triſticia quæ ducit ad mortem: eſt quædam ira quæ iuſticiam dei non operatur, & furori proxima mentis ſuæ impotem facit: intantum ut labia tremant: dentes concrepent,
B uultus quoq; pallore mutet. Animi uera lætitia interdũ dolores corporis mitigat. Quod ſi ad egrotationẽ corporis accedat egritudo animi, duplicat infirmitas. Dicit quoq; Apoſtolus: Sol nõ occidat ſup iracundiã ueſtrã. Quid agemus in die iudicij, ſup quorũ irã nõ unius diei: ſed tãtorũ annorũ ſol teſtis occubuit? Igitur miteſcat ſæuitia, manſueſcat iracundia, remittãt ſibĩ nuicẽ culpas ſuas: nec ſit exactor uindictæ, qui petitor eſt ueniæ. Grandis offenſa eſt, nolle placare offenſum: quamcũq; affectus & perturbationes, cũq; diu in tabernaculo huius corporis habitamus & fragili carne circũdamur, moderari & regere poſſumus, amputare nõ poſſumus. Ideo pſalmiſta dicit: Iraſcimini & nolite peccare. Quia iraſci hominis eſt, & finẽ iræ ponere Chriſtiani. Vnde quidam ait: Iam te uerberibus enecaſſem, niſi iratus eſſem. Inde enim iuſti dicuntur, dũ omnia opera patienter operantur. Multo quoq; melius eſt ſtomachum te dolere, cũq; mentem greſſu uacillare, cũq; pudicitia: nec ſtatim nobis pœnitentiæ remedia blandiantur: quæ ſunt infeliciũ remedia. Cauendum eſt uulnus quod dolore curatur: nec ſcire poſſumus egrotationis mala, niſi cum fuerit ſanitas ſubſecuta: & quãtum boni uirtus habeat, uitia demonſtrant: dariuſq; fit lumen comparatione tenebrarum. Sed conſyderemus quid ethicus ille pſalmus ſonet: Iuſtꝰ es domine, & rectum iudicium tuum. Hodie non poteſt dicere, niſi ille qui ad uniuerſa quæ patitur magnificat dominum, & ſuo merito imputans, in aduerſis de eius clæmẽtia gloriatur. Neceſſe eſt em̃, ut qui ſe credere dicit in Chriſto, in omnibus Chriſti iudicijs gaudeat, dicens: Sanus ſum, gratias refero creatori. Langueo, & in hoc laudo domini uoluntatem. Quando enim infirmor, tunc fortior ſum: & uirtus ſpiritus in carnis infirmitate perficitur. Nam fortitudo corporis, imbecillitas animæ eſt. Patitur & Apoſtolus aliquid quod non uult, pro quo ter dominũ deprecatur: ſed dicitur ei: Sufficit tibi gratia mea: Nam uirtus in infirmitate perficitur: Cur igitur durum ſit quod aliquando patiendum eſt. Dolemus autem quẽcũq; mortuum? Ad hoc em̃ nati ſumus, ut maneamus æterni. Lugeatur mortuus, ſed ille quem gehenna ſuſcipit, quem tartarus deuorat, in cuius pœna æternus ignis exæſtuat. Nam mors noſtra peccatũ eſt. Nos uero quorũ exitũ angelorũ turba comitat, qbus Chriſtꝰ occurrit obuiã: grauemur magis ſi in tabernaculo iſto mortis habitemus. Cæterũ nõne uereris, ne tibi ſaluator dicat: Iraſceris qa frater tuꝰ, meus

C factus est filius? Indignaris de iudicio meo, & rebellibus lachrymis, facis iniuriã possidẽti? Cibũ tibi negas, nõ ieiuniorũ studio, sed doloris. Nõ amo frugalitatẽ istam. Ieiunia ista aduersarij mei sunt. Nullã animã recipio, quæ me nolẽte seperatur a corpore. Tales stulta philosophia habeat martyres, habeat Zenonem, Cleombrotũ, & Catonẽ. Si uiuentẽ crederes fratrẽ, nũq; plangeres ad meliora migrasse. Nam sicut præter hanc uitam, est uita alia beatorum: ita præter hanc mortem, est mors alia impiorum. Aduersum mortis ergo duritiam & crudelissimam necessitatem: hoc solatio erigimur, quod in breui uisuri sumus eos quos dolemus absentes: neq; enim mors, sed dormitio & somnus appellatur. Nos dolendi magis qui quotidie stamus in prelio, & peccatorum uitijs sordidamur, & accipimus uulnera. Absit tamen a fide nostra: ut aliquam plagam dicam esse, quæ non habeat consolationem, cum propheta proclamet: Nunquid medicus non est in Galaad. Deus eñ permisit te istius sæculi fluctibus uentisq; iactari: ut expertus naufragium, de cætero similiter periclitari caueas. Ita cuncta quæ passus es, sicut intelligis uulnera corporis tui: sic animæ remedia sunt. Breuis enim uitæ spatium, æterna memoria compensat.

## De tribulationibus & opprobrijs perferendis.

OPortet nos per multas tribulationes introire in regnum cœlorum. Beati estis cum uos maledixerint homines, & persecuti fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos: gaudete ergo & exultate: quia merces uestra copiosa est in cœlis. Futuræ uitæ gloria, p̃sentis uitæ incõmodis cõparatur: præcipue quia non qui patitur, sed qui facit iniuriã miser est. Vnde & Christianis uexilla crucis sunt delitiæ: trophœa nostræ uitæ non pompis, sed miserijs reportantur. In nostra classe uiri fortes opprobria sciunt portare, non munera. Nam Christi uincula uoluntaria sunt, & uertuntur in amplexus. Si quis aũt corpore imbecillis est: si absit sapientia, non aduersarij certamina uincit: maxime quoniam liberi arbitrij sumus: sed ipsum dei nutri
D tur auxilio. Paupertati, non nobilitati futurorum beatitudo promittitur. Retrahit quidem uerecundia senatorem, ne sequatur pauperem Christum: sed audiat a Christo: Qui me confessus fuerit & mea uerba in generatione hac adultera & peccatrice: & filius hominis confitebitur eum in gloria patris sui, cum angelis sanctis. Turpe est inter parentes senatores pro Christo uoluntaria humilitate esse deiectũ. Displicet amicis, si post ambitiosi habitus cultũ, plæbeia & ignobilia uestimenta mutentur. Sed si hominibus placerem, Christi seruus nõ essem, inquit Apostolus: & propheta in psalmo: Quoniam deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placẽt: confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Quãtum bona & humana offensio, per quam inuenitur seruitus Christi: tantum pernitiosa est amicitia, quæ dei præstat offensam: sicut scriptum est: Qui uoluerit amicus fieri huius mundi, inimicus dei constituetur. Dicat unusquisq; quod uelit: ego interim de me pro sensus mei paruitate iudicaui: melius esse confundi coram peccatoribus super terram, q̃ coram angelis sanctis in cœlo: uel ubicunq; iudicium suum uoluerit demõstrare. Vnde Esaias, uir sua gente nobilissimus, qui socer regis Ezechiæ fuisse refert̃: iussu dei deposito cilicio nudus incedit: nec tam ardui præcepti pudore deterritus est: quo minus dei imperium sequeretur: quia nihil honestius esse homini, q̃ suo creatori parere iudicabat. Iohannes quoq; baptista nobilis & in carne, & in spiritu natus: cilicium a pueritia, in habitum elegit, & locustas in cibum: qui nec peccati conscientia, nec paupertatis inopia, ad huius gloriam oneris, sed sola futuri sæculi beatitudine trahebat̃. Vnde & apostoli stulti & inutiles & tenues fidei arguuntur. Inde Paulum apostolũ proferam: quem quotiens lego, uideor mihi non uerba audire, sed tonitrua, qui oculo mentis futura contemplans dicebat: Quis nos separabit a charitate Christi: tribulatio, an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Illos pericula nõ separant, nos uero uoluptates. Illi catenas baiulant innocentes: nos aurũ circũferimus criminosi. Illi in carceribus uincti, nos in tridinijs delicati. Illi in neruo positi, deum puro corde & syncera cogitatione laudãtes: nos forte in ipsa ecclesia de forensibus calũnijs cogitamus. Et cũ oibus æqualiter legis data sit gratia gehẽna seu regula ꝓmissa sint: alij de diuitijs:

alij de

A alij de uirtutibus meditantur. Cunq; dictum sit generaliter omnibus: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies: alijs innocentia, misericordia, castitate, ieiunijs deo fideliter & sine fine seruientibus, nos nobis adulteros eligimus, quibus seruire uolumus. Siquidem iuxta euangelij sententiam: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Reuera si amator pecuniæ sum, si gloriæ, si superbiæ, si ambitionis, aut pompæ: dum illi omne studium meæ uolũtatis impendo, domino seruire non possum: Quia duobus dominis neminem seruire posse, scriptum est. Non estis uestri, dicit Apostolus: Empti estis precio magno: glorificate & portate deum in corpore uestro. Clæmenter spiritus sanctus iure nostro nos conuenit: sciens hoc in usu publico apud omnes homines custodiri: ut tãto seruus in opere domini esset cautior, quãto maiori periculo esset comparatus: ut intelligamus q̃ strennui esse debeant in opere domini, qui redempti sunt sanguine Christi: uel q̃ criminosi debeant iudicari: qui cũ sciant pro precio suæ salutis Christi sanguinem esse datum, alteri qui nihil præstitit, magis præbeant seruitutem. Rogo quo pudore obsequij aut laboris sui mercedem sperabit a cœlo: cuius fuerit sollicitudo omnis in terra? Mercenarius sæculi non potest accipere Christi mercedem. Omnis miles in castris iure spectat annonam, qui fortiter in prelio pro ciuibus laborauerit. Et dignus est quidem mercenarius mercede sua. Nemo tamen militans deo, implicat se negocijs sæcularibus: ut placeat ei cui se probauit. Apostoli uox amplectenda est igitur, tristicia quæ gaudium parit: nec eius cõsyderanda materia: quia sæpe per dulcedinem fructus placẽt, quorum amarum horruit in radice: & qui litterarum scientiam habere desyderat: si discendi non susceperit tædia, peritiæ gaudia adipisci non poterit: nec cuiusq̃ eruditionis quisq̃ habere sufficiet gloriam, nisi æstus fuerit ante perpessus. Cũq; nos dei auxilio destitutos, hostis inuaserit, duxeritq; captiuos: non desperemus salutem: sed iterum armemur ad prelium. Potest fieri ut uincamus, ubi uicti sumus: & in eodẽ loco triũphemus, ubi fuimus aliquando captiui. Nam si iuuat dominus miseros, habemus salutem. Si
B despicit peccatores, habemus sepulchrum. Multo grauior expectata mors q̃ illata. Ad hoc eñ laboremus & in sæculi periclitemur militia: ut in futuro sæculo coronemur. Nec mirum hoc de hominibus credere: cum dominus ipse tentatus sit. Et de Abraham scriptura testet: quod deus tentauerit eum. Quam ob causam Apostolus loquitur: Gaudentes in tribulatione, & scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia probationem: probatio spẽm: spes autem non cõfundit. Scriptum est etiam: Quia propter te mortificamur tota die: & æstimati sumus ut oues occisionis. Sed magnæ miseriæ consolatio est, quando in tormentis quis positus, scit prospera secutura.

## De timore ultimi iudicij, & defectu huius uitæ.

INde satis timeo: ne in illa tribulationis die, quando ante tribunal Christi unicuiq; secundum sua facta reddendum est: his qui in terrenis magis negocijs q̃ in cœlestibus laborarunt, iusti iudicij responsione dicatur: Ite si potestis: & illic ubi tota deuotione seruistis, mercedem exigite. Talis causa uirginum est in euangelio quinq; stultarum: quæ dum sollicitudine sæcularium uanitatum se contra professionis suæ ordinem occuparent: oleum unde uerum lumen accenderent non habentes, in tenebris remanserunt. Ecce enim si umbrato repente cœlo solis claritas nostris aspectibus denegetur: & productæ in nostram humilitatem pluuiæ terris immineant: si commotis ut assolent elementis, ut in rotam sui currus tonitrua conciten/tur: & dehinc fulgurum iacula palpebris terribiliter obiecta coruscent: quamq̃ & consuetudine ista contingant, pauemus, contremiscimus, & proni ad terram deposita superbia ceruices submittimus: Quid faciemus in illa die miseri: quando reuoluto cœlo cum angelicis uirtutibus igneus dominus totus aduenietꝰ Quando cadentibus desuper stellis, sol in tenebras, & in sanguinẽ luna mutabitur? Quando montes sicut cera liquescent? Quãdo terra ardebit: & arescent flumina: & maria siccabuntur contra rerum naturam: insumpto diuinitus humore, aridita/tem in aquis ignis operabitur: Quando peccatores dicent montibus, cadite super nos: & collibus, tegite nos? Quando uocabunt homines mortem, & uocata non ueniet? Quando

discrimina

C discrimina uertentur in uota,& quod ſemper oderunt homines concupiſcent? Quando illud implebitur tempus,quod lugubri Hieremias dicit affectu dicens: Reſpexi in terrã, & ecce non erant luminaria: Vidi montes:& ecce erãt trementes,& uniuerſos colles turbari: intendi aerem, & ecce non erat homo:& omnes uolucres cœli pauebant. Vidi:& ecce Carmelus deſertus:& omnes ciuitates ſuccenſæ igni a facie domini,& a facie iræ indignationis eius,& interierunt uniuerſa. Verum ne ex ſuggeſtione diaboli hæc ad terrorem dicta non ad ueritatem credãtur:de præteritis futura probantur:quando talia in diluuio,in Sodomis,in Aegypto,in Hieroſolymis,ſæpe ob delicta hominum facta referuntur. Sed ueniet illa dies,qua corruptiuum hoc & mortale incorruptionẽ induet & immortalitatem. Tunc ad uocem tubæ pauebit terra cum populis:& tu gaudebis. Iudicaturo domino,lugubre mundus immugiet: tribus ad tribus ferient pectora. Potẽtiſſimi quondã reges nudo pectore palpitabũt. Exhibebitur tũc cũ prole ſua Venus. Tũc ignitus Iuppiter adducetur:& cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis: Ariſtoteli argumenta nõ proderunt:tũc ruſticanus & pauper exultabis & ridebis,& dices:Ecce crucifixus deus meus:ecce iudex: qui inuolutus pannis in præſepio uagijt. Hic eſt ille operarij & quæſtuariæ filius: hic qui matris geſtatus ſinu,hominem deus fugit in Aegyptum: hic eſt ueſtitus coccino:hic qui ſentibus coronatus. Cerne manus Iudææ quas fixeras,cerne latus Romane, quod foderas: Videte corpus an idem ſit quod dicebatis clam nocte tuliſſe diſcipulos. O quod uirgines & quantorũ infamata pudicitia a deo iudice coronabitur. O quãtis in illa die expediſſet,ſi membrorũ ſenſu & uiſcerũ uigore in hac uita caruiſſet: & quãti illic elingues & muti feliciores loquacibus erunt:& quãti paſtores philoſophis:quanti ruſtici oratoribus:& quanti hebetes argumentis præferendi ſunt Ciceronis. Ibi enim cum ante tribunal Chriſti uenerimus: ſcimus nec Iob,nec Danielem,nec Noe rogare poſſe pro quoq;:ſed unumquẽq; portare onus ſuum. Igitur ſiue leges,ſiue dormies,ſiue ſcribes,ſiue uigilabis,Amos tibi ſemper buccina in auribus ſonet:& apoſtoli qui hunc horrendum diem impijs & peccatoribus præuidere meruerunt:humiles erant,mortuos ſuſcitantes:& nos ſuper omnes erigimur:qui peccando quotidie noſmetipſos occidimus:non reſpicientes fle
D bilem infirmamq; naturam:quæ in aduerſis fortis:& nec in proſperis aliquando ſecura. Si enim intemperate cibus ſumptus, aut immoderate potus acceptus,leuem corpori febritiunculam cõcitauerit:deijcimus animam,affligimur,ſuſpiramus. Nulla cura tunc ſæculi eſt: nulla uillarum: nemo de patrimonio cogitat,nemo de foro. Omnes calumniæ,omnia lucra in periculo corporis conquieſcunt. Curritur ad medicos:& pro remedio carnali promittuntur munera, aurum & argentum:interdum & mancipia traduntur:& pene totum patrimonium,aut negligitur,aut donatur, ut conſoletur uitæ quandoq; perituræ. Et pro æterna ſalute omnis admodum homo negligens eſt omnis auarus. Illic omnis frugalitas largitoris animi tenacitate conſtringitur: ubi promptior uoluntas:copioſior & largitas deberet operari. Et cum ſcriptura dicat: Nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mũdo ſunt: ſic humana cõcupiſcimus,ſic amamus,quaſi aliquid naſcentes intulerimus in ſæculum,aut recedentes de ſæculo nobiſcum auferre poſſimus. Nemo ad breuitatem temporis,nemo ad naturæ reſpicit conditionem:nemo conſyderat,nemo retractat uana eſſe omnia quæ aliquo fine clauduntur. Labuntur emẽ tempore:& præterita relinquentia, ad futura feſtinant. Sed & dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam uanæ ſunt. Cumq; omnia cogitauerint per triginta annos:una febritiuncula uenit:& tollit omẽs cogitationes eorum. Nam ſicut mane uirens herba & florens delectat oculos contẽplantium,paulatimq; marceſcens pulchritudinem perdit,& in fœnũ quod conterendum eſt tranſit: ita ſpecies hominum uernat in paruulis:floret in iuuenibus:uiget in perfectæ ætatis uiris:& repente dum ſeneſcit, incaneſcit caput:rugatur facies: cutis prius extenſa contrahitur. Hoc etiam languor facit & inedia, ut uultus primo pulcherrimus ad tantam tranſeat fœditatem: tamen qui quotidie recordatur ſe eſſe moriturum,contemnit præſentia, & ad futura feſtinat. Sed quanto in hoc ſæculo perſecutionibus,paupertate, inimicorum potentia, uel morborum cruciatibus fuerimus afflicti:tanto poſt reſurrectionem in futuro maiora præmia conſequemur. Igitur in die iudicij ſecurus inuenietur,ſi nulla dei offenſa reperiatur. De his ergo tantum ſollicitudinem habere debemus.

A debemus. Ambiant terrena gentiles: quibus cœlestia non debentur. Concupiscant præsentia, qui futura non credunt.

De uirtute humilitatis & simplicitatis, ac tumenti animo uitando.

CAue ne rumusculos hominum aucuperis: ne offensam dei, populorum laude cõmutes. Per bonam & malam famã, a dextris & a sinistris Christi miles graditur, nec laude extollitur, nec uituperatione frangit: nõ diuitijs tumet, non contrahit paupertate, & læta contemnit & tristia. Nam iusti & fortis uiri est, nec aduersis frangi, nec prosperis subleuari: sed in utroq; esse moderatum. Nolo te orare in angulis platearum: ne rectum iter precum tuarũ, frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias: & ostentui habere phylacteria: & cõscientia repugnante, pharisaica ambitione circũdari. Fidelis mecũ lector intelligis quid taceam: & quid tacendo magis loquar. Quanto melius erat hæc in corde portare, q̃ in corpore: & deum habere fautorem, non aspectus hominum? Quãuis enim alijs uitijs carere possumus: hypocriseos tamen maculã non habere, aut nullorum, aut paucorum est: Sed sicut deprecantis humilitas meretur præmia: ita superbia confidentis, dei auxilio deseritur. Tu autem frater inferius accumbe: ut minore ueniente, sursum iubearis ascendere. Super quem enim ait dominus requiescet spiritus meus: nisi super humilem & quietum & trementem uerba mea? Sed uis scire quales ornatus dominus quærat? Habeto prudẽtiam, iusticiam, temperantiam, fortitudinẽ. His plagis cœli includere, hæc te quadriga uelut aurigam Christi, ad metam concita ferat. Nihil hoc monili preciosius, nihil hac gemmarum uarietate distinctius: ex omni parte decori & ornamento tibi sint & tutamini. Philosophorum sententia est, sibi hærere uirtutes: Et apostoli Iacobi: Cui una defuerit omnes deesse. Et sicut quatuor sunt uirtutes, quibus pugnamus & tegimur: sic quatuor uitia sunt, quibus ab hoste percutimur, stulticia, iniquitas, luxuria, formido: sed malitia finem non habet. Cognatæ quoq; sibi sunt uirtutes, rectitudo & simplicitas: nec ab inuicem separari
B queunt. Simplex & humilis & rusticus qui arcana sapientiæ comprehendere nequit, si tamẽ sapientum exempla in uiuendo sectetur, iure inter sapientes connumerabitur. Melius est enim parua bona cum charitate facere sine scientia, q̃ magnis effulgere uirtutibus cũ admixtiõe discordiæ. Excelsa nanq; periculosius stant: & citius corruunt quæ sublimia sunt. Sed perspicuum est omnem creaturam q̃uis ad perfectionem uenerit: tamen indigere misericordia dei: & plenã perfectionem ex gratia dei, nõ ex merito possidere. Nihil sic placet deo sicut simplicitas & innocentia. Vnde spiritus sanctus in uolatilibus non apparuit nisi in columba, propter simplicitatẽ: in quadrupedibus in oue, propter mansuetudinẽ. Illud quoq; tibi uitandum est cautius ne uanæ gloriæ ardore capiaris. Cum facis eleemosynam, deus solus uideat. Cum ieiunas, læta sit facies tua: ne ad te obuia prætereuntium turba consistat, & digito demonstreris. Nec satis religiosus uelis uideri: nec plus humilis q̃ necesse est: ne gloriam fugiendo quæras. Plures enim paupertatis, misericordiæ ac ieiunij arbitros declinantes: hoc ipso placere cupiunt, quod placere cõtemnunt: & mirum in modũ laus dũ uitatur, appetitur. Cæteris perturbatiõibus quibus mens hois gaudet & egrescit, sperat & metuit, plures inuenio extraneos. Hoc uitio pauci admodũ sunt qui caruerint. Igitur non quæras gloriam: & cum inglorius fueris non dolebis. Qui em̃ uerba increpantis humiliter recipit: iam propinquam habet ueniam reatus quem gessit: Grauius est enim perficere malum q̃ facere. Non est tamen tantæ uirtutis ab alijs factam iniuriam sustinere: quantæ gratiæ domini est, mitem atq; trãquillum iniuriam facere non posse. Neq; uero te moneo, ne de diuitijs glorieris, ne de generis nobilitate iactes, ne te cæteris præferas. Scio humilitatem tuam: scio ex affectu te dicere: Domine non est exaltatum cor meum: neq; elati sunt oculi mei. Stultissimum quippe est docere, quod nouerit ille quem doceas. Vox ex industria quasi confecta ieiunijs tenuis non sit & deficiens. Sunt quippe nonnulli exterminantes facies suas: ut appareant hominibus ieiunantes: qui statim cum aliquem uiderint, ingemiscunt, demittunt supercilium: & operta facie uix liberant unum oculum ad uidendum. Vestis pulla, cingulum sacceum, & sordidis manibus pedibusq;: uenter solus, quia uideri non potest, æstuat cibo. His quotidie psalmus ille cantatur: Deus dissipauit ossa hominum sibi placentium. Tristiciam simulant: & quasi longa ieiunia furtiuis noctium cibis protrahunt. Pudet reliqua

dicere: ne

C dicere: ne uidear potius inuehi q̄ monere: omnia hæc argumenta ſunt diaboli. Imitare igitur eum potius: cuius pallor ex ieiunijs: eleemoſynæ in pauperes: obſequium in ſeruos dei: humilitas, & cordis, & ueſtium, ac in cunctis ſermo moderatus. Trade quoq; te illi, cuius ſermo & habitus & inceſſus, doctrina uirtutum eſt. Nō cothurnatam affectes æloquentiā: nec more puerorum, argutas ſententiolas in clauſulis ſtrues. Hæc præteriens tetigi: ut eruditis cōtentus auribus non magnopere cures quid imperitorum de ingenio tuo rumuſculi iactitent: ſed prophetarū quotidie medullas bibas. Quod patritij generis inter monachos eſſe cœpiſti, non tibi ſit tumoris, ſed humilitatis occaſio: ut imiteris filium hominis: qui non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Nam quanto humilior, tanto ſublimior es: lucet margarita in ſordibus. Quantūcūq; em̄ te deieceris, humilior Chriſto non eris. Ideo quāq; mihi multorum ſum conſcius delictorū & quotidie in oratione flexis genubus loquar: Delicta iuuentutis meæ, ne memineris dñe. Vnde ſciēs dictum ab Apoſtolo: Ne inflatus in ſuperbia incidat in iudiciū diaboli. Et in alio loco ſcriptū: Superbis deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: nihil ita a pueritia uitare conatus ſum, q̄ tumentem animum & erectam ceruicem, dei contra ſe odia prouocantem. Noui enim magiſtrum dñm & deum meum in carnis humilitate dixiſſe: Diſcite a me: quia mitis ſum & humilis corde: Et ante per os Dauid ceciniſſe: Memento dñe Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Et in alio loco legimus: Ante gloriam humiliatur cor uiri: & ante ruinam eleuatur. Nihil enim ut crebro diximus tam periculoſum eſt: q̄ gloriæ cupiditas & iactantia & tumens animus conſciētia uirtutum. Idcirco plus eſt animum depoſuiſſe q̄ cultum. Difficilius arrogantia, q̄ auro caremus & gemmis. Nil itaq; prodeſt uile palliolū, furua tunica, corporis illuuies, ſimulata paupertas: ſi nominis dignitatem operibus deſtruas: ſi inter ſordes & inopiam peccata non caueas. Fidele nanq; teſtimonium eſt, ſi non habet cauſas mentiendi. Cui em̄ plus creditur, ab eo plus exigitur. Potentes potenter tormenta patientur. Nec ſibi quiſq̄ de corporis tantummodo caſtitate ſupplaudat: cum etiam conuitium in fratrem homicidij ſit reatus. Cadit quidē mundus
D & ceruix erecta non flectitur. Pereunt diuitiæ, & nequaq̄ ceſſat auaricia. Congregare q̄ multi feſtinant quæ rurſus ab alijs occupentur.

## De humilitate Chriſti, quem imitari debemus.

CHriſtus baptiçatur a ſeruo & a deo filius appellatur: inter publicanos, meretrices, & peccatores ad lauacrum uenit: & ſanctior eſt baptiſta ſuo: qui de cœlo uenit in uterum: de utero in præſepe: de præſepe in crucem: de cruce in ſepulchrū: de ſepulchro ad inferos: de inferis uictor remeauit ad cœlos. Imitemur ergo ſaluatorem noſtrum: quia ipſe mitis & humilis paſtor, agnus & aries appellatur. Qui pro nobis immolatus eſt. Qui ab Iſaac cornibus tenet̄ in ſentibus. Ex quo nil hac humilitate ſublimi⁹. Qui Bethlehē in hoc paruo terræ foramine cœlorum conditor natus eſt. Hic inuolutus pannis: hic uiſus a paſtoribus: hic mōſtratus a ſtella, hic adoratus a magis. In baptiſmo humilitas Chriſti, noſtra ſublimitas. Illius crux noſtra uictoria: illius patibulum noſter triumphus eſt. Cum igitur lauacrum & crucis ſignum in frontibus dæmon aſpexerit contremiſcit. Qui aurea capitolia nō timent, crucem timent. Qui contemnunt ſceptra regalia & purpuras Cæſarum, & dapes Chriſtianorum: ſordes tamē & ieiunia pertimeſcunt: Iubet em̄ Chriſtus, ne quis diſcipulorum dicat, quia ipſe eſt Chriſtus. Mira ratio nō uult prædicari, qui gaudet intelligi: agnoſci amat & odit oſtendi: magis uult ſe inuentū eſſe q̄ proditū: ut uirtus ſua illū, nō fauor oſtenderet alienus. Quæ aūt maior poteſt eſſe clæmentia, q̄ ut filius dei, filius hominis naſceretur: decem menſiū faſtidia ſuſtineret: partus expectaret aduētum, inuoluereretur pannis, ſubijceretur parentibus: per ſingulas adoleret ætates: & poſt cōtumelias uocum, alapas, & flagella, crucis quoq; nobis fieret maledictum, ut nos a maledicto legis abſolueret. Patri factus eſt obediens uſq; ad mortem: ut id opere impleret quod ante ex perſona mediatoris fuerat deprecatus, dicens: Pater uolo ut quomodo ego & tu unum ſumus: ita iſti in nobis unum ſint. Ergo quia ad hoc uenerat, ut quod impoſſibile erat legi (quia nemo iuſtificabatur) ineffabili miſericordia uinceret: Publicanos & peccatores ad pœnitētiam prouocabat. Vnde nouum & mirabile eſt apud nos. Dñs ſolus petentes ſe amat, ſolus iraſcitur niſi petatur. Illo enim tempore quo ſupplicia mereantur deus argumentum ſaluationis oſtenditur: intelli-

gere

A gere possumus,quantum ualeret præstare non læsus,qui tantū donaret iratus.Amemus & nos Christum,eiusq; semper quæramus amplexus:& facile uidebitur omne difficile:breuia putabimus uniuersa quæ longa sunt.Quodq; beata dei genitrix a filio suo non didicit, cœlos fabricare,angelos creare,mira deitatis insignia operari:sed tantum humiliari:cæteraq; uirtutum documenta intra humilitatis custodiam aggregare.

## De iustitia,& uitæ rectitudine.

ET iam de iustitia disseramus,quæ est singularum rerum & personarum æquissima distributio:quā quis obtinens & cui quis adhærēs, uitam suā dispositē & sine turbatione conseruat:custodit in omnibus æquitatem:scit quid deo debeat:quid sanctis:& quid æqualibus reddat:quid nō deneget potestatibus huius sæculi:quid sibi retineat:quid proximo competat:quid alienis cōcedat aut congruat.Iustum est enim deum colere & diligere ex toto corde, & ex tota anima,& ex tota uirtute: sanctos & coæquales honorare: & tributa impendere potestatibus: superbum non esse, sed magis mitem & humilem:proximos tanq; se diligere: alienos & inimicos non prosequi odio, sed amore:subiectum esse priorib9 uel ætate maioribus:quia & dominus dum esset omnium dominus,a Iohanne qui maior est in natis mulierum: quia prior illo in natiuitate hominum erat,baptiçatur: Et sic adimpleri omnem iustitiam protestatur. Ex hac misericordia nascitur:obsequium deificum generatur. In his omnibus qui inuenitur: non immerito in Christo dicitur permanere:quoniā hæc oīa ipse Christus est. Paulus nos gloriosus informat & instruit de Christo,dicens:Qui est factus nobis a deo iustitia,& sanctificatio & redēptio.Itē in alio loco: Qui est misericordia & pax & dilectio, quā græci agapē uocāt.Iniquꝰ eī si sequitur iustitiam,negat iniquitatem.Stultus si sequatur dei sapientiam,negat stultitiam: quodq; sapientia,fortitudo,temperantia,,& castitas solū prodest habentibus:iustitia uero alijs & miseris prodest:quæ patrem uel fratrem non nouit,sed nouit ueritatem:personam non accipit:& deum imitatur.Discite ergo benefacere.Virtus enim discenda est.Nec naturæ tātum bonum sufficit ad iustitiam,nisi quis erudiatur congruis disciplinis.Discenda est ergo iustitia: & magistrorum terenda sunt limina.Sæcularis autem iudex acceptis muneribus condemnat insontem,& reum liberat.Quod interdum de ecclesiæ principibus dici potest,quod propter munera lacerent legem:& non perducunt iudicium ad finem.

B

## De fide,spe,& timore.

SI autem fides(ut inquit apostolus Paulus)est substantia sperandarum rerum,quas speramus,& index rerum quas nō uidemus:credere & fidere quis debet, quod deus ea quæ promittit,potens est adimplere: & spem suam in futurum transferre: & tunc plena fide poterit ad ea quæ promissa sunt,facile peruenire.Hæc nobis uniuersa inuisibilia ante oculos ponit. Ad hanc ingressi,diaboli & potestatū huius mundi & harum tenebrarum uniuersa deserimus: deo cū fiducia,proximamus.Credere eī & sperare necesse est quæ deus iussit:cum quæ diabolus inseruerat abnegamus.Fidē spes sequitur:itaq; de ipsa loquamur.Est igit spes expectatio rerū omniū futurarū, quā in fide habem9,qua saluamur,Paulo scribēte apostolo: Spe eī salui facti sumus.Spes autē quæ uidet nō est spes:Quod aūt uidet quis,quid speret:Si aūt quod nō uidemus speram9,per patientiā expectamus.Hæc in se habet timorē,nō illū cuius obliuiscī,& quē foras debet mittere qsqs in fide uiuit:sed q unus est de spiritib9:qbus implet Iesus,sicut Esaias testat:Exiet uirga de radice Iesse,& flos de radice eius ascēdet,& requiescet sup eū spūs scientiæ & pietatis,& replebit eum spiritus timoris dñi:illum spiritū quē Dauid canit,dicens:Timete dñm iusti eius.Vnde & beati efficiuntur eodem protestante & dicente:Beatus uir qui timet dñm: illum dicit timorem,qui castus est & pudicus. Quoniam timor dñi castus, inquit Dauid,manet in sæculum sæculi. Ergo est duplex timor:unus appetendus,alius fugiendus est.Igitur appetendus timor, admonitio & custodia omniū rerū,quas credimus aut speramus. Timemus eī iudicium,quia speramus:& metuimus dñm,quia fortem illum iudicem credimus. Vera nāq; uita est deum nosse,timere eius potentiā, amare pietatē. Timor nāq; uirtutum est custos, securitas adlapsum facilis. Si pauorem habueris,sollicitus eris:& si sollicitus fueris,leo in caulas ouiū tuarū intrare non poterit. Quod ad præpositos ecclesiarū uel ad animæ custodem pertinet. Qui cautus

C est & timidus, potest ad tempus uitare peccata: qui securus est de iustitia, repugnat: illiusq; auxilio destitutus, insidijs hostium paret. Nuncq; tuta est humana fragilitas: & quanto magis uirtutibus crescimus, tanto magis timere debemus ne de sublimibus corruamus. Si iuxta Ecclesiastē, Radix sapientiæ est timere deum: fructus sapientiæ quis est, nisi uidere deum? Bonum autem diligit, qui non inuitus, aut necessitate, aut legum metu facit bonum: sed idcirco, ut mercedem bonam operis habeat.

## De charitate, & pace.

AD charitatem nunc transitū faciamus: quia omnibus maior est. Inter cætera sic fatetur Paulus: Manent autem tria hæc: Fides, spes, & dilectio: sed maior his dilectio est. Est ergo dilectio uinculum animorum, casta, & syncera, & sine æmulatione charitas: consūmatio omnium mandatorum, breuis omniū præceptorum: quā cum quis habuerit, omnia habet: sine hac in alijs remanet imperfectus. Et ut cognoscat uestra prudentia, quātum charitas ualeat: legimus responsum dñi in euangelio dicentis: cum interrogaretur: Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua: Et diliges proximum tuum tanq; teipsum: in his duobus præceptis pendet lex & prophetæ. Vides in hac sola uniuersa legis cōtēta pendere? Vere quisquis hāc habet, iā deus & dei filius dici potest: ex hac sola poterit deo similis esse. Cōsydera, qui deū diligit: nūquid sperat, nūquid timet, nūquid fidit? Non, sed tantum diligit. Deus, inquit Paulus, cum dilexisset mundum: misit unicum filium suum in similitudinem carnis peccati: ut de peccato condemnaret peccatū in carne: qui præponit eam rebus oibus, dicens: Et si linguis loquar hominū & angelorum: charitatem autē non habeam: factus sum sicut æramentum tinniens, aut cymbalū cōcrepans. Et si habuero prophetiam: & cognouero omnia mysteria, & omnem scientiam: & si habuero fidem, ita ut montes transferā: & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autem non habeam, nihil sum. Charitas magnanima est: charitas benigna est: charitas non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, non irritatur, non confundit, non quærit quæ sua sunt, non cogitat malum, non gaudet super iniusti-
D cia, gaudet autē de ueritate. Omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat: charitas nunq; excidit. Nihil enim amantibus durum est, nullus difficilis est cupientibus labor. Solus tamen ille amor ꝓbabilis est: qui deo & uirtutibus animæ coaptat. Nihil est em̄ quod nō tolleret q; perfecte diligit. Qui autem dæmentiam non habet, nec indutus est uiscera misericordiæ & lachrymarum: cuius spiritualis sit, non adimpleuit legem Christi. Vnde legitur quod beatus Iohannes euāgelista cum Ephesi senex uix inter discipulorum manus deferretur, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas: nisi filioli mei diligite alterutrum. Discipulis autem petentibus quare semper id diceret: Respōdit, quia præceptum dñi est, & si fiat solum sufficit. Sed obsecro ne amicus: qui diu quæritur, uix inuenitur, difficile seruatur: pariter cum oculis amittatur. Nam amicitia quæ desinere potest nunq; uera fuit. Vera nanq; amicitia nullo liuore, in quanto augetur numero, tanto crescit & robore. Declina igitur a malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. Nisi oderimus malum, bonum amare non possumus. Quin potius faciendum est bonum, ut declinemus a malo. Pax quærenda est ut fugiamus bella: nec sufficit eā quærere, nisi inuentam fugientemq; omni studio persequamur: quæ exuperat omnē sensum, in qua habitatio dei est, ꝓpheta dicēte: Et factus est in pace locus eius. Infernus itaq; inter fratres diuidit. Quicquid igitur separat inter fratres, infernus dicendus est. Concordia enim paruæ res crescunt: sic & discordia maximæ dilabuntur. Pulchre igitur persecutio pacis dicitur: iuxta illud Apostoli: Hospitalitatem persequentes: ut non leni usitatoq; sermone & (ut ita loquar) sūmis labijs hospites inuitemus: sed toto mentis ardore teneamus: quasi auferentes secum de lucro nostro atq; compendio.

## De infirmis, & pauperibus recreandis.

SI quis ceperit egrotare, transferatur ad exedram latiorem: & tanto senum ministerio cōfoueatur, ut nec delitias urbiū, nec matris quærat affectū. Nec liceat dicere cuiq;: tunicā & sagum textaq; iuncis strata nō habeo: Ita œconomicus uniuersa moderetur: ut nemo q̄d postulet habeat. Seruias fratribus, hospitū laua pedes, pauperib⁹ & fratribus refrigeria exhibe;

sumptū

A sumptū manu ppria distribue: Qm̃ qcqd habēt clerici pauperū est: & domus eorꝝ, oibus debēt esse cómunes. Suscepti oni em̃ peregrinorꝝ & hospitū inuigilare debēt. Docet Solomon miseri cordiæ operibus insistendū: nec nostris fidendū uiribus, sed a deo esse auxiliū flagitandū. Sed esto quod æqueris pauperibus, inopum cellulas dignanter introeas, manus debilium sis, aquā portes, ligna cōcidas, focū extruas: Sed ubi uincula? ubi alapæ? ubi sputa? ubi flagella? ubi patibulum, ubi mors? Et cū hæc oīa quæ dixi feceris, ab Eustochio Paulaq; uinceris. Hæc dico nō quod de ardore mētis tuæ quicq̄ dubitem: sed quod currentem impellam: & acriter dimicanti feruorem augeam.

## De pœnitentia, & misericordia dei.

Arripe quæso occasionem, & fac de necessitate uirtutem. Non quæruntur in Christianis initia, sed finis. Paul⁹ male cœpit, sed bene finiuit. Iudæ laudant̄ initia, sed finis, pditiōe damnatur. Et licet deus non uelit mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat: tamen tepidos odit, & citò ei nauseam faciūt. Cuiq; plus dimittitur, plus diligit. Vnde meretrix illa Christi dilectrix in euāgelio baptiçata lachrymis: & crine, quo multos añ cæperat, pedes dñi tergens, saluata est. Nō quidē habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos. Nam quanto fœdior, tanto pulchrior: quæ demum plorat ad crucem, unguenta parat, quærit in tumulo, hortulanum interrogat, pergit ad apostolos, repertū nūciat: illi dubitant, ista confidit. Non enim tam peccati crimen arguitur: q̄ uelox conuersio in pœnitentiæ celeritate laudatur. Nec deus cogeret pœnitere, si non esset pœnitentibus ueniam cōcessurus. Nihil em̃ tā repugnat deo, q̄ cor impœnitens. Hoc solum crimen est, quod ueniā cōsequi nō potest: præcipue quia non iniustus, ut propter multa mala paucorum obliuiscatur bonorum: imo de nullo sic irascitur deus, quomodo si peccator superbiat: & erectus & rigidus non flectatur in fletū, nec misericordiam postulet pro delicto. Nihilq; sic offendit deum, sicut erecta ceruix post peccata,
B & ex desperatione contemptus. Vnde & uos non desperetis ueniam scelerū magnitudine: quia magna peccata, magna delebit pœnitentia. Nā deus nō uult inferre supplicia, sed terrere passuros. Ipseq; ad pœnitentiā prouocat, ne faciat quod cōminatus est. Dæmonum em̃ nullus est quin pareat. Omnes ad prædam festini uenient: ante faciem ipsorum uentus urens. Et quicquid aspexerint, quicquid uultui eorum obuium fuerit, urere desyderabūt & perdere. Sed nec quisq̄ per patientiam bonitatis dei, de peccatorum suorum impunitate contendat: nec illum nō æstimet offensum, quia necdum expertus reatum: Imo magna est ira, quando peccantibus non irascitur deus. Vnde in Eçechiele ad Hierusalem: Iam non irascar tibi, çelus tuus recessit a me. Sed reuera deus hominibus non irascitur, sed uitijs: quæ cum in homine nō fuerint, nequaq̄ punit. Habet autem ira dei mensuras quantū & quanto tempore: & ob quas causas & quibus inferat: iuxta illud quod scriptum est: Cibabis nos pane lachrymarū in mēsura. Misericordiam igitur a deo consequitur, qui se putat esse miserum. Nam deus qui nullis uiribus superari potest: publicani tamē precibus uincitur. Quanto ergo tēpore te errare nosti, quanto tempore deliquisti: tanto tēpore humilia teipsum deo: & satisfacito ei in confessione pœnitentiæ. Quoniā qui peccator est aliqua sorde maculatus, de ecclesia Christi nō potest appellari, nec Christo subiectus dici. Igitur quia errauimus iuuenes, emendemur senes, iungamus gemitus, & lachrymas copulemus, culpam simpliciter confitendo. Nam qui post lapsum peccatorum ad ueram pœnitentiam se conuertit: cito a misericorde iudice ueniam impetrabit: quoniam apud deum non tam ualet mensura temporis, q̄ doloris: nec abstinentia tantū ciborū, quātū mortificatio uitiorum. Sed & magnum peccatū magnis diuturnisq; cruciatibus luitur, culpaq; leuis præsenti supplicio cōpensata sit. Et sic magnū peccatū, magna indiget misericordia. Concluſit em̃ deus oia sub peccato, ut oibus misereatur. Sed frustra uoce assumitur, si permanēt opera. Sed ne diutius pertraham: habeto pauca pro pluribus: in quibus non tam ordo quæritur q̄ profectus. Age ergo tu caue, curre, festina. Age ut in hac spiritualitate perficias: Caue ne quod accepisti bonum, incautus & negligens custos amittas: Curre, ut non negligas: Festina, ut celerius comprehēdas. Nam cœpisse multorum est: ad culmen peruenisse paucorum. Tribuat tibi Christus: ut audias & taceas, & intelligas, & sic loquaris.

C Finis concludens regulam.

ET quoniam ita se natura habet: ut amara sit ueritas, & blanda uitia existimentur: ut Paulus ait apostolus: Inimicus uobis factus sum uerum dicens: Vnde & quia saluatoris dura uidebantur æloquia, plurimi discipulorum retrorsum abierunt: non mirum est, si & nosipsi uitijs detrahentes offendimus plurimos. Disposui tamen nasum secare fetentem: timeat qui strumosus est. Quid tamen ad te qui intelligis te innocentem? Nemo reprehendat quod aliquos, aut laudamus, aut carpimus: cum & in arguēdis malis sit correptio cæterorū, & in optimis prædicandis boni ad uirtutum studia cōcitentur. Nos enim ut scitis Hebræorum lectione detenti, in latina lingua rubiginem induximus: in tantum ut loquentibus quoq; stridor quidā non latinus interstrepat. Vnde ignosce ariditati. Et si imperitus sum sermone, inquit Apostolus, sed non scientia. Illi utrūq; non deerat, & unum humiliter renuebat. Nobis utrumq; deest: quia & quod pueri plausibile habueramus, amisimus: nec scientiam quam uolebamus consecuti sumus: iuxta Aesopianam fabulam: dum magna sectamur etiam minora perdimus. Non p longabuntur ultra sermones mei quoscūq; loquor: Ea propter moneo, & flens gemensq; contestor: ut dum huius mundi uiam currimus: non duabus tunicis: id est, duplici animo uestiamur: non calciamentorum pedibus, uidelicet operibus prægrauemur: nō diuitiarum onera ad terrā premant: non uirgæ, hoc est potentiæ sæcularis quæratur auxilium: non pariter Christum uelimus habere & sæculum: sed pro breuibus & caducis æterna succedant. Sed & precor qui fideles estis: ut ita uitam uestram & conuersationem seruetis, ne in ipsa uel ipsi scandalum patiamini, uel alijs scandalum faciatis: sed sit in uobis summi studij, sūmæq; cautelæ: ne quis in hanc sanctorum congregationem pollutus introeat: ne quisquis Iebusæus habitet in uobis. Dominus Iesus conterat satanam sub pedibus uestris: & incolumes uos & prolixa ætate florentes, Christus deus noster tueatur omnipotēs. Sed & spiritus sanctus nobis præstare dignetur: ut in hoc
D sæculo factores mandatorum suorum effecti, in huius uitæ agone probati, & fideles inuenti, spiritualibus fructibus dilatati, his continentibus mereamur adiungi: ipsi gloria & imperium cum eodem spiritu sancto in cuncta sæcula sæculorum. Amen.

Finis regulæ monachorum.

## DIALOGVS SVB NOMINE HIERONYMI ET AVGVSTINI EX VTRIVSQVE SCRIPTIS AB INCERTO AVTHORE COLLECTVS.

CVm apud uos cœlestis æloquentia purissimi fontis, & litterarum omnium fluenta redundent: ac solida secundū uerticem sanitas, uestra cuncta firmo statu membra contineat: miror stupore mentis attonitus, cur stillicidium insulani riuuli dignemini haurire, nitores corporis infirma medentes. Magis ergo quæ de Græcoꝝ mutuaui fontibus, sitientibus proferam: atq; latinorum latices limpidissimos ad uestri cordis secreta perducam. Origenes igitur qui nullum proprie de anima ædidit librum: in catalogo ecclesiasticæ prædicationis animæ faciens mētionem hæc dicit: De anima uero utrū ex seminis traduce ducat: ita ut ratio ipsius uel substantia inserta ipsis corporis seminib⁹ habeat, an uero aliud habeat initiū, & hoc ipsū si genitū est aut non genitū: uel certe si extrinsecus corpori inditur, nec ne, non satis manifesta prædicatione distinguit. Item in libro quē de epistola apostoli ad Titū scripsit: Si quis, ait, rationem humanæ animæ requirat, cum de ea neq; ex seminis tradūce ducatur: neq; quod honorabilior & antiquior corporum compage sit, radiderit ecclesiastica regula: ꝓpter quod multi nec cōprehēdere potuerūt aliter sentiri oportere de animæ ratiōe. Sed & qui aliter sentire uel differere uisi sunt: a nonnullis in suspitione habentur uelut noui aliquid introducentes. Fatetur autem idem ipse Origenes in præfatis opusculis: sed & Eusebius Cæsariensis: & Pamphilus martyr: Basili⁹ quoq; & Gregorius, Dichanusq; & Ruffinus similiter in suis, unius substantiæ omnes esse animas: & immortales & rationabiles liberi arbitrij ac uoluntatis: iudicandas quoq; esse pro his quæ in hac uita gesserunt: esse tamen eas factas a deo qui uniuersa creauit & condidit. Quādo autem factæ sint olim simul, aut tūc per singulos nascentiū: quid periculi esse aiunt, alterū e duobus opinari? Athanasius, Hilarius & Ambrosius ꝑparatis iam

in uentre

A in uentre mulierum,deformatiſq; corporibus:tunc ad præſens creari animas,& inſeri deforma/
to iam corpori criminantur.Iam uero illi qui ex traduce animas uenire confirmant:& ſimul cor
porali eas ſemine ſeminari: ſiquidem ut quidam ipſorum affirmare ſolent:non aliud dicũt eſſe
animã,cꝫ inſufflationẽ ſpũs dei:illam ſcilicet quã initio facturæ mundi,deus inſufflaſſe dicit in
Adam: de ipſa dei eſſe eam ſubſtantia ꝓfitentes: Quomodo nõ iſti uidebũtur quodammodo
hæc præter ſcripturæ regulam & rationem pietatis aſſerere, quod ſubſtãtia dei eſt quæ peccat,
ſi anima quæ de ſubſtantia dei eſt peccat, inſuꝑ etiã qđ & penis ſubdenda ſit ꝓ peccato.Sed &
illud ſe quod per abſurdum eſt incurrere non uident:quia neceſſe eſt eam ſimul cũ corpore mo/
ri,& eſſe mortalem, ſi ſimul cum corpore, uel ſeminata,uel formata,uel nata eſt. Tũ deinde illi:
id eſt,Appollonius,Tertullianus,Pompeius,Arnobius,Lactantius, atq; Apollinarius:qui unã
quidem ex nullis ſubſtantijs a deo factam eſſe dicunt animam,id eſt illam quæ prima facta eſt
in Adam:& ex Adam omniũ hominum animas exiſtere,& ſecundum corporalem ſine dubio
ſucceſſionem,traducẽ quoq; fieri animarũ:etiã ipſi quid aliud oſtendu nt,niſi animas eſſe mor/
tales? Si enim ſicut animalia cætera ex ſolo ſemine oriuntur:ita etiam de hominibus ſentimus:
ut cum corpore ſimul in eodem ſemine,etiã anima defundatur:quid dicimus de his qui imper-
fecti adhuc, & de uentre aborſi ſunt : & qui nonnunꝗ etiam anteꝗ maſculorum naturalium
receptaculi ſemina ſint ſuſcepta depereunt? In quibus ſine dubio inuenitur,quod ſimul etiã illæ
quæ naturali ratione ſeminibus inſertæ erant animæ,extinctæ ſint pariter & corruptæ? Siue er
go ex inſufflatione dñi ſunt,ſiue ab una quæ prima facta eſt:neceſſariũ eſt,ſimul ut cum corpo
ribus corrumpantur, ſi eandẽ cũ corporib9 etiã originẽ ſumunt ſecundũ ipſorũ rationem.Aut
enim nihil omnino ex ratiõabili atq; immortali anima participauit illud quod adhuc in uentre
corruptũ eſt: & repulſa eſt illa ratio,quæ affirmat eam in ſeminis traduce ſimul cũ corporibus
ſeminatã: aut ſi participat,neceſſitas imminet cõfiteri mortalẽ eſſe animam: quod fides noſtra
utiq; nõ recipit:dño declarãte defunctorũ animas & colloquiũ apud inferos habuiſſe,& Laçari
ſcilicet in beatorũ ſedib9 ouantẽ, & diuitis flagrantẽ in incendijs.Eſſe nãq; anias immortales,nõ
tantum diuini,ſed & philoſophorũ pleni ſunt libri. Qđ taliter eſſe,Cleombrotus Ambraciota
in Platonis libro Socrate diſputãte didicerat: q homicida ſibi eſſe non timuit,ac ſe de altiſſimo
B ꝑcipitauit muro:dũ & nullũ poſt mortẽ autumat reſtare iudiciũ,& ſine diſcrimine aliquo meri/
torũ,oẽs animas poſt corpora æqualiter ferri arbitrat ad cœlũ. Quod adeo ꝓ uero tenuerũt,&
ſic illos oẽs ſæculi ſapientes,una nebula huius erroris inuoluit:ut & ipſe tã laudabilis,ut putant
doctor homicidæ, ipm ſe priuatim ne publice occideret,occiderit. Sic quoq; Cato lecto in no/
cte ad lucernas Platonis libro,qui immortalitatẽ animæ docet:ſtricto gladio reuelatũ manu pe
ctus ſemel iterũ q; ꝓcuſſit.Redeamus ad illas ꝑterea ſanctorũ nobiliſſimas diſputationes: nõ in
academiæ nemoroſæ obſcuris tectas umbraculis,ſed cœleſti illuſtratas ex lumine. Beatus itaq;
Hieronymus tã ſanctũ Victorinũ martyrẽ,cꝫ plæroſq; catholicos ſecutus:ſe potius fieri,cꝫ pro
pagari animas:ſecundũ illud quod in euangelio ſcriptũ eſt:Pater meus quotidie operat,& ego
operor, credere ſignificauit. Sanctus quoq; Auguſtinus hanc opinionẽ in octo admodũ uolu
minibus,uerbis tueri cernit. Sed cũ originale peccatũ pœnaſq; paruulorũ,qui ſine baptiſmate
moriunt,declarare nitit:a deo factã in Adã,& ex ipa omniũ hominũ animas exiſtere:tam ſuis
argumẽtis cꝫ ſcripturarũ teſtimonijs:ut eſt illud: Animæ quæ ingreſſæ ſũt cũ Iacob Aegyptũ,&
egreſſæ de femore illius:amplecti perpẽſius cõperit.Huius aſſertionib9 beatus Gaudioſus epi/
ſcopus,aniarũ & corporũ promptiſſimus medicus:noſtriſq; tẽporibus unus martyr:cũ nobiſcũ
colloquiũ familiariter habuiſſet,per totã orationis ſuæ ſeriem euidentiſſimis approbationibus
uſus eſt. At uero ſanctus Ambroſius,quẽ iã ſuperius inter uiros apoſtolicos memorauimus:In/
honeſtũ,inquit,puto animas cũ corporibus generari:ut anima naſcat ex anima,quod nec ani/
mæ ipſi cõpetit:aut ſi certe ſingulæ cœleſti poteſtate factæ ſunt,& ex ipſis cæteræ natæ ſunt: põt
ex una Adæ anima,credibile uideri cæteras naſci: ſed non conuenit : quia ſoli deo hoc poſſibile
fuit,ut ſimplex generaret,nec cæteris cõcederetur:quod tam myſticũ eſt in cauſa ſaluatoris: ut
nõ ſolum a ſolis gentilibus uel Iudæis:uerũetiã ab ipſis qui Chriſtianos ſe dicũt,incredibile pu
tetur. Photiniani em̃ hanc fidẽ ſpernunt, non credunt deũ generaſſe. Nã ſi eo tempore quo ſe/

C minatur corpus & anima,costā sublatā legimus:nō tñ animā natā ex anima:Sed si costa secū ha
buit animam:iam nō nata est,si detracta in partē.Sed nec hoc scriptū est.Propheta eñ Zacha
rias inter cætera:Qui plasmas,inquit,animā hominis in eum.Nec Esaias ab his dissentiens,ait:
Sic dicit dñs deus qui fecit te,& finxit te in utero.Si ergo in utero fingitur:iam formato corpori
tribuitur.Cum eñ omnia membra implet corporis,figurata dicit in corpore:ut sicut aqua cum
sit sine effigie,missa tamē in uas figurata uidet:ita & anima cū sit natura incorporea & simplex:
formaī in corpore,singula mēbra uiuificans:qd qdem Moyses manifestius tradidit dicens:Si
qs pcusserit mulierē in utero habentē & abortiuerit: si formatū fuerit,det animā pro anima:si
aūt informatū fuerit,mulctet pecunia:ut pbaret nō inesse animā antecp̄ formā. Ita q; si iā for-
mato corpori datur: nō in cōceptu corporis nascit cū semine deriuata:nā si cū semine,& anima
existit ex ania,multæ aniæ q̄tidie pereunt:cū semen fluxu quodā nō pfecit natiuitati.Sed si pri/
us respiciamus:uidebimus qd sequi debeamus. Contēplemur facturā Adæ:in Adā eñ exem/
plū datū est,ut ex eo intelligat: quia iā formatū corpus accepit animā. Nā potuerat de⁹ animā
limo terræ admiscere:& sic formare corpus.Sed ratio infirmat:quia primū oportebat domū cō
paginari,& sic habitatorē induci.Ania certe,qa spūs est,in sicco habitare nō potest:ideo in san/
guine fert. Cū ergo corporis liniamēta cōpacta nō fuerint,ubi erit ania? An foras uagat cp̄ diu
immittat: cū ratio tradat sic dari eā, ut anima in corpus nō ociosa uaget. Sed ex q̄ det,dicāt q
aliud putant,ex mare an ex fœmina? Nō cōuenit,quia aliud in exēplo est, pponunt eñ ex uiro
cum costa datā & animā:quod multis rationibus infirmari docuimus. Vnde forte uideat dari
ex fœmina,maxime ppter saluatorē:quē scimus sine cōplexu carnis,de spū sancto natū ex fœmi
na:qd si arbitrant, plus dant fœminis:authoritatē eñ uiri mutāt in fœminā.Cū eñ tā corporis
cp̄ animæ originē ex uiro dicāt:cōuertunt se ut id qd potius est,ex muliere dicant,id est,animā:
qd uero minus,ex masculo,id est,corpus.Cū manifestū sit ordinē exēpli a deo traditū immuta
ri nō posse,q ergo animas ex una ppagari asserunt: & nō in corpora iuxta exēplū primi hois a
deo q̄tidie fieri,anathema sint AVGVST. Sancte frater Hieronyme,cōsulēs te de his quæ ne
D scio:oro deū ut fructuosum esse nobis uelit.Q; cp̄ eñ te multo,cp̄ ego sim ætate maiorē,tñ etiā
ipse iā senex consulo: sed ad discendū qd opus est:nulla mihi ætas sera uideri pōt:qa & si senes
magis decet docere cp̄ discere: magis tñ discere cp̄ qd doceāt ignorare. HIERON.Beate papa
Augustine, in scripturar; si placet cāpo,sine nostro inuicē dolore ludamus.Noli igit ānor; ex/
istimare nos nūero:nec sapientiā canos reputes,sed canos sapiētiā,scriptura testante:Cani hois
prudētia ei⁹. Noli inquā fidē pensare tēporibus:nec me idcirco meliorē putes,qd prior in Chri
sti exercitu cœperim militare.AVGVST.Accipe igitur, quæ mihi peto aperiri,ac differere nō
graueris.Quæstio de ania multos mouet,in qbus & me esse cōfiteor: nā qd de ania firmissime
teneā,nō tacebo.HIERON.Metiris nos uirtutib⁹ tuis:& paruos magn⁹ extollis:ultimāq; par
tē cōuiuñ occupas:ut patrisfamilias iudicio ,pueharis.Sed uelle fateor,sed eniti pfero magistrū
renuēs:comitē spondeo,petenti dat,pulsanti aperit,quærēs inuenit:discam⁹ in terra, q̄rū nobis
sciētia pseueret in cœlo. AVGV. Cert⁹ etiā sum animā nulla dei culpa,nulla dei necessitate uel
sua,sed ppria uolūtate in peccatū esse collapsam:nec liberari posse de corpore mortis huius,uel
suæ uolūtatis uirtute,tāq; sibi ad hoc sufficiēte:uel ipsi⁹ corporis morte:sed gratia dei per Iesum
Christū dñm nostrū HIERO. Ania īmortalis,inuisibilis & incorporalis est:secūdū gratiorē di
co corpis nostri substātiā:dico uel eo certe tpe puniet,& suppliciū sentiet:quādo pristinū corp⁹
receperit:ut cū q̄ peccauit,cū ipo puniat.AVGV. Dicit cōceptio hūana sic,pcedere: ut primis
sex dieb⁹ quasi lactis habeat similitudinē:sequētib⁹ nouē diebus cōuertat in sanguinē. Deinde
duodecim dieb⁹ solidet:reliqs qndecim formet usq; ad pfecta liniamēta omniū membror;: &
hinc iā reliq̄ tpe usq; ad tps part⁹ magnitudine augeat.HIERO. Sicut nescis uiā spūs & aniæ
ingrediētis in paruulū:& ignoras ossiū & uenarū uarietates in uētre pgnātis:quō ex uili elemē/
to corpus hois in diuersas effigies artusq; uariet: & de eodē semine aliud mollescat in carnib⁹,
aliud duret in ossibus,aliud in uenis palpitet,aliud liget in neruis,ita dei opa scire nō poteris q
factor est omniū.AVGV. De aniæ incarnatione utrū ex illa una quæ primo homini data est:
sic cæteræ ppagent. An singulis qbusq; nouæ etiā modo fiāt. An alicubi iā existētes,uel mittanē

diuinitus

A diuinitus, uel ſpõte labãtur in corpora? Quæ nã ſit eligenda opinio ſcire deſydero. HIERON. Sup animæ ſtatu memini ueſtræ quæſtiunculæ: imo maximæ eccl'iaſticæ quæſtiõis: Vtrũ lapſa de cœlo ſit: ut Pythagoras philoſophus oẽſq; Platonici & Origenes putãt: an ꝓpria dei ſubſtãtia, ut Stoici, Manichęi & inſana Priſcilliani hæreſis ſuſpicant': an in theſauro habeant' dei olim cõditæ: ut q̃dam eccleſiaſtici ſtulta pſuaſiõe cõfidũt: an q̃tidie a deo fiãt, & mittãtur in corpora ſecũdũ illud qd' in euãgelio ſcriptũ eſt: Pater meus uſq; modo opatur, & ego operor: an certe ex traduce: ut Tertullianus, Apollinarii, & maxima pars occidentaliũ autumãt: ut quõ corpus ex corpore, ſic anima naſcat' ex ania: & ſimili cũ brutis animãtibus conditiõe ſubſiſtat. AVGVST. Hoc certe ſentis, qd' ſingulas anias ſingulis naſcẽtibus etiã modo deus faciat. Cui ſentẽtiæ ne obĵci/atur, quod oẽs creaturas ſexto die cõſũmauerit deus, & ſeptimo reqeuerit: adhibes teſtimoniũ ex euãgelio: pater meus uſq; nũc opatur. HIERON. Quid em̃ ambiguitatis in dicto eſt: ut di/uerſæ intelligẽtiæ tribuat' occaſio? Cõſtat, & ſup hoc nulla cõtentio eſt. AVGVST. Doce ergo quæſo, quæ doceã: doce qd' teneã. Et dic mihi ſi animæ ſigillatim in ſingulis hodieq; naſcentibus fiũt: ubi in paruulis peccẽt: ut indigeãt ſacramẽto Chriſti, remiſſione peccati peccãtes in Adã: ex q̃ caro eſt ꝓpagata peccati: aut ſi nõ peccãt, qua iuſticia creatoris ita pctõ obligẽt' alieno? Cũ exinde ꝓpagatis mẽbris mortalibus inſerunt': ut eas niſi per eccleſiã ſubuentũ fuerit, dãnatio cõſequat': cũ in earũ poteſtate nõ ſit, ut eis poſſit gratia baptiſmatis ſubuenire. HIERO. Alienati ſũt pctores a uulua: errauerũt ab utero: locuti ſunt falſa: ſtatim ut nati ſũt ſubiacuere pctõ, in ſimili/tudinẽ p̃uaricatiõis Adæ, q̃ eſt forma futuri. Illud q̃q; qd in uolumĩe Iob ſcriptũ eſt: nũq̃d mũdus erit homo corã deo, aut in operibus ſuis irrep̃henſibilis uir? Si aduerſus famulos ſuos nõ credit: & cõtra angelos ſuos prauũ qd repperit: quãto magis in his q̃ habitant domos luteas: e qbus & nos de eodẽ luto ſumus? Nullus em̃ abſq; pctõ: ne ſi unius q̃dẽ diei fuerit uita eius. Si em̃ ſtellæ nõ ſunt mũdæ in cõſpectu dei: quãto magis uermis & putredo: & hi q̃ pctõ offendẽtis Adã te/nent' obnoxĳ? AVGVST. Obſecro te quõ hæc opinio defendit', q̃ credũt' aniæ nõ ex illa una

B primi hoĩs fieri oẽs: ſed ſicut illa una uni, ita ſingulis ſingulæ. Ea uero quæ dicunt' alia cõtra hãc opinionẽ, facile me puto poſſe refellere: ſicut eſt illud, q̃ q̃dam ſibi eã uidẽtur urgere: quõ conſũmauerit deus oĩa opa ſua ſexto die, & ſeptimo die requieuerit ſi nouas adhuc anias creat? Quibus ſi dixerimus, quod ex euangelio ſupra poſuiſti: Pater meus uſq; nũc operat'; Rñdẽt, operat' dictũ eſt, inſtitutas adminiſtrando, nõ nouas inſtituẽdo. HIERO. Hic locus apud imperitos & ſcripturarũ ſanctarũ meditationẽ uſumq; & ſcientiã nõ habẽtes: uidet' opinioni tuæ prima frõte blandiri. Cæterũ diſcuſſus facile ſoluit': & cũ teſtimonia ſcripturarũ alĩs cõparaueris teſtimo/niis: ne ſibi ſpũs ſanctus ꝓ q̃litate locorũ & tẽporũ uideat' eſſe cõtrarius: ſecũdũ illud quod ſcriptũ eſt: Abyſſus abyſſum inuocat in uoce cataractarũ ſuarũ. Cerno q̃ tua tẽdat aſſertio: ſed de hoc in poſterioribus diſſerendũ eſt: ne dũ miſcemus q̃ſtionibus q̃ſtiones: obſcurã audientibus intelligentiã relinquamus. AVGVST. Verũ eſt quod a rebus quæ nõ erãt inſtituẽdis requie/uit: & hoc uerũ eſt, qd' non ſolũ gubernãdo quæ fecit: uerũetiã aliq̃d nõ quod nondũ eſt: ſed qd' iã creauerat numeroſius creando, uſq; nũc operat'. Vel ſic ergo uel alio q̃libet modo eximus ab eo qd' nobis obĵcit' de requie dei ab operibus: ne ꝓpterea nõ credamus nũc uſq; fieri animas nouas, nõ ex illa una, ſed ſicut illã unã. Nã qd' dicit': quare facit animas eis q̃s nouit cito morituros: Poſſumus reſpõdere parẽtũ hinc peccata, uel uinci, uel flagellari. HIERON. Sup quo qd mihi uidere', in opuſculis cõtra Ruffinũ olim ſcripſiſſe me noui: aduerſum eũ libellũ quẽ ſanctæ memoriæ Anaſtaſio epiſcopo Romanæ eccl'iæ dedit. In q̃ lubrica & ſtulta ac ſubdola cõfeſſiõe, dũ auditorũ ſimplicitati illudere nitit': ſuæ fidei imo ꝓfidiæ illuſit. AVGVST. Quod in libro aduerſum Ruffinũ poſuiſti quoſdã huic ſentẽtiæ calumniari: quod deũ dare anias adulterinis cõceptibus uideat' indignũ: unde conant' aſtruere meritis geſtæ ante carnẽ uitæ, animas quaſi ad ergaſtula huius mũdi iuſte poſſe perduci: nõ me mouet multa cogitantẽ, q̃bus hæc poteſt calumnia refutari. Et quod ipſe reſpondiſti: nõ eſſe uitiũ ſementis in tritico, quod furto dicit' eſſe ſublatũ: ſed in eo q̃ frumẽta furatus eſt: nec idcirco terram nõ debuiſſe gremio ſuo ſemina cõfouere: q̃a ſator immũda ea ꝓiecerit manu: elegãtiſſima ſimilitudo eſt. Quã & antec̃q; legerẽ nõnullas mihi obiectio iſta de adulterinis fœtibus in hac quæſtiõe faciebat anguſtias: generaliter intuẽti multa bona deũ facere, etiã de noſtris malis prauiſq; peccatis. Animalis aũt cuiuſq; creatio ſi

habeat prudentem piumq; conſyderatorem, ineffabilem creatori laudem excitat: quanto magis creatio non cuiuſlibet animalis, ſed hois? Si autẽ cauſa creandi quæritur, nulla citius & melio reſpõdet: niſi quia ois creatura dei bona eſt. Et qd dignius, q̃ ut bona faciat deus bonus, quæ nemo poteſt facere niſi deus. Hæc & alia quæ poſſum, & ſicut poſſum dico aduerſum eos, q opinionẽ hanc, qua credũtur animæ ſicut illa una ſingulis fieri, labefactare conantur. HIERON. Antonius orator egregius: in cuius laudibus Tullius perſonat, diſertos ſe ait uidiſſe multos: æloquentẽ adhuc neminẽ. Noli igitur mihi oratorẽ & non tuis floribus ludere: per q̃s ſolent imperitorũ atq; puerorũ aures decipi, ſed ſimpliciter dic quid ſentias. AVGVST. Cũ ad pœnas uentũ eſt paruulorẽ, magnis mihi crede coartor anguſtijs: nec qd reſpõdeã prorſus inuenio. Nõ ſolũ eas pœnas dico, q̃s habet poſt hanc uitã illa dãnatio, quo neceſſe eſt trahant, ſi de corpore exierint ſine Chriſtianæ gratiæ ſacramẽto: ſed eas ipas quæ in hac uita dolẽtib9 nobis uerſant ante oculos: quas enũerare ſi uelim, prius tẽpus q̃ exẽpla deficiẽt. Langueſcũt egritudinib9: torquẽtur doloribꝰ, fame & ſiti cruciãtur, debilitãtur mẽbris, priuãtur ſenſib9, uexãtur ab immũdis ſpiritibus. Demonſtrandũ eſt itaq; quõ iſta ſine ulla ſui mala cauſa iuſte patiantur. Nõ em̃ dicifas eſt, aut iſta ignorante deo fieri, aut eum nõ poſſe reſiſtere faciẽtib9, aut iniuſte iſta uel facere uel pmittere. HIERON. Diuerſis teſtimonijs ſcripturarẽ eadẽ in quæſtiõe uteris in theatrales p̃ſtigias: q unũ eundẽq; hominẽ pſonarẽ uarietate mutata in Martem Venerẽq; pducũt: ut q prius rigidus & truculentus inceſſerat, poſtea ſoluatur in mollicie fœminarũ. AVGVST. Cũ te iratũ ſenſero: nihil aliud q̃ ueniã dep̃cabor. HIERON. Quæſo ut patiẽter audias: nõ em̃ de aduerſario uictoriã: ſed cõtra mendaciũ quærimus ueritatẽ. AVGVST. Nũquid nã ſicut animalia irrationabilia recte dicim9 in uſus dari naturis excellentiorib9 & ſi uitioſis: ſicut apertiſſime in euãgelio uidemus, porcos ad uſum deſyderatũ, cõceſſos eſſe dæmonib9: hoc & de hoie recte poſſumus dicere: animal eſt em̃ ſed rõnale & ſi mortale. Ania eſt rõnalis in illis mẽbris quæ tãtis afflictionib9 pœnas luit. Deus bonus eſt, deus iuſt9 eſt, deus oipotẽs eſt: hoc dubitare oino
D dementis eſt. Tantorẽ ergo malorẽ, quæ fiunt in paruulis cauſa iuſta dicat. Nã cũ maiores iſta patiãtur, ſolemus dicere: aut ſicut in Iob merita examinari: aut ſicut in Herode pctã puniri: & qbuſdã exẽplis, quæ de9 manifeſta eſſe uoluit, alia quæ obſcura ſunt, hominũ cõiecturæ cõcedit, ſed hoc in maiorib9. De paruulis aũt qd rñdeamus ædiſſere, ſi tãtis pœnis nulla in eis ſũt puniẽda peccata. Nam utiq; nulla eſt in illis ætatibus examinãda iuſticia. HIERON. Dedit Eccleſiaſtes primo omniũ mentẽ ſuã ad ſapientiã requirendã: & ultra licitũ ſe extendens, uoluit cauſas rõneſq; cognoſcere, q̃re paruuli corriperẽtur a dæmone. Cur naufragia & iuſtos & impios pariter abſorberent. Vtrũ & hæc & his ſimilia caſu euenirẽt, an iudicio dei. Et ſi caſu, ubi prouidẽtia: Si iudicio, ubi iuſticia dei? AVGVST. Doce igitur, qd dicere, qd ſentire debeamus: ut cõſtet nobis ratio nouarũ animarẽ, ſingulis corporibus ſigillatim q; factarum. HIERON. Videris mihi obliuioſus eſſe: & quaſi nihil ſupra dictũ ſit, per eaſdẽ diſputatiõis reuerti lineas: hoc em̃ longa diſſertiõe diſcuſſum eſt. AVGVST. Dãnatiõis in paruulos cauſã reqro: quia neq; animarẽ ſi nouæ fiũt ſingulis ſingulæ uideo eſſe ullũ in hac ætate peccatũ: nec a deo dãnari aliquã credo, quã uidet nullũ habere pctm̃. An forte dicendũ eſt in paruulo carnẽ ſolã eſſe peccati: nouã uero illi animã fieri: qua ſecundũ dei p̃cepta uiuente in adiutorio gratiæ Chriſti, & ipſi carni edomitæ ac ſubiugatæ poſſit incorruptiõis meritũ cõparare. HIERON. Demus operã ut pernicioſiſſima hæreſis de eccl'ia auferat: quæ ſemp ſimulat pœnitentiã, ut docẽdi in eccleſijs habeat facultatẽ: ne ſi aperta ſe luce prodiderit, foras expulſa moriat. AVGVST. Quærẽda cauſa atq; reddenda eſt: q̃re dãnentur aniæ, quæ nouæ creãtur ſingulis qbuſq; naſcẽtib9: ſi p̃ter Chriſti ſacramẽtũ paruuli morianꝰ. Dãnari em̃ eas ſi ſic de corpore exierint, & ſancta ſcriptura & ſancta eſt teſtis eccleſia. Vnde illa de animarũ nouarũ creatiõe ſentẽtia: ſi hanc fidẽ fundatiſſimã nõ oppugnat, ſit & mea: ſi oppugnat, nõ ſit & tua. Nolo mihi dicatur p hac ſentẽtia debere accipi quod ſcriptũ eſt: Qui finxit ſpm̃ hois in ipo, & q fingit ſigillatim corda eorũ. Aliqd fortiſſimũ atq; inuictiſſimũ requirendũ eſt: quod nos nõ cogat deũ credere ullarũ animarũ ſine culpa aliqua dãnatorẽ. Nã uel tantundẽ ualet, uel plus eſt forſitan creare q̃ fingere: & tm̃ ſcriptũ eſt: Cor mundũ crea in me de9. Nec ideo putari põt ania hoc loco optare ſe fieri priuſ q̃ aliqd eẽt. Sicut ergo iam exiſtens creatur innouatiõe iuſticiæ: ſic iã exiſtens fingitur cõfirmatiõe doctrinæ. Nec illud

quod

A quod in Eccleſiaſte ſcriptū eſt: Tunc conuertetur in terrā puluis ſicut fuit:& reuertetur ſpūs ad dñm qui dedit illū,iſtā cōfirmat ſententiā,quā uolumus eſſe noſtrā. Plus em̄ hoc ſuffragat eis qui ex una putant oēs eſſe animas. Nam ſicut cōuertitur,inquiunt,puluis in terrā ſicut fuit:& tamen caro de qua hoc dictū eſt,ad hominē non reuertitur,ex quo ꝓpagata eſt:ſed ad terrā unde primus homo factus eſt: ſic & ſpūs ex ipſius unius ſpū propagatus: nō tamē ad eū reuertitur, ſed ad dñm a quo illi datus eſt. Verū quia hoc teſtimoniū ita ꝓ iſtis ſonat:ut non omnino huic opinioni quā defendi uolo uideat eſſe cōtrariū:admonendā tantū credidi prudentiā tuā:ne talibus teſtimonijs ex his anguſtijs me coneris eruere. Nam licet nemo faciat optando ut uerū ſit quod uerū nō eſt: tamē ſi fieri poſſet optarē,ut hæc ſententia uera eſſet, ſicut opto,ut ſi uera eſt, abs te liquidiſſime atq; inuictiſſime defendat. HIERON. Propoſuiſti teſtimonia,quæ non de alterius ſcripturæ loco:ſed de ꝓprijs libris abſoluta ſunt. Reuertat puluis in terrā ſuā unde ſumptus eſt:& ſpūs reuertat ad dñm qui dedit illū. Ex quo ſatis ſunt ridendi,q putant animas cum corporibus fieri:& nō a deo,ſed a corporū parente generari. Cū em̄ caro reuertat in terrā:& ſpiritus redeat ad deū q dedit illū:manifeſtū eſt,deū parentē eſſe animarū,nō hoies. AVGVST. Illā uero opinionē,q d'ex una fiant oēs aniæ,nec diſcutere uolo niſi neceſſe ſit. Atq; utinā iſta de qua nūc agimus,ſi uera eſt,ſic abs te defendat:ut hoc neceſſe iā nō ſit. Quis aūt deſyderem,rogem,uotis ardentibus exoptē & expectē,ut per te mihi dñs huiꝰ rei auferat ignorantiā: tamē ſi (quod abſit)minime meruero,patientiā mihi petā a dño noſtro. HIERON. Iuxta beatū Apoſtolum: Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat,alius quidē ſic,alius aūt ſic. Certe qcquid dici potuit:& ſublimi ingenio de ſcripturarū ſanctarū hauriri fontibus,a te poſitū atq; diſertū eſt. Sed quæſo reuerentiā tuā, parūper patiaris me tuum laudare ingeniū. Nos em̄ inter nos eruditionis cauſa diſſerimus. Cæterū æmuli & maxime hæretici:cū diuerſas inter nos ſententias uiderint: de animi calumniabunt rancore deſcendere. Mihi autē decretū eſt te amare, ſuſcipere, colere, mirari,
B tuaq; dicta quaſi mea defendere. AVGVST. Qui anias ex una ꝓpagari aſſerūt:quā deus homini primo dedit:atq; ita eas ex parentibus trahi dicunt:ſi Tertulliani opinionem ſequūtur:ꝓfecto eas non ſpūs,ſed corpora eſſe contendūt,& corpulētis ſeminibꝰ exoriri: quo puerſius qd poteſt dici? HIERON. Qui dicunt prius anias fuiſſe q̄ natæ ſunt:& nō corpori ſecundū exemplū primi hoīs a deo quotidie fieri,anathema ſint. AVGVST. Quis negat nō unius tantū, ſed oīs aniæ creatorē factorēq; deū,niſi qui eius æloquijs apertiſſime refragat? Sine ulla qppe ambiguitate ꝓ ꝓphetā dixit: Oēm flatū ego feci,anīas ſcilicet intelligi uolens. HIERON. Dñs in euāgelio: Videte,inqt,ne cōtēnatis unū ex his puſillis. Dico em̄ uobis:quia angeli eorū ſemꝑ uident faciē patris mei qui in cœlis eſt. Magna dignitas aniarū:ut unaquæq; habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiā ſui angelū deſignatū. Sufficiat nobis memorata credulitas: & noſtra tādē finiat oratio. Ecce deo fauente feci quod flagitaſti imo quod potui: rationē aniæ iuxta exemplū primi hoīs,& uerbū ſaluatoris a dño deo q̄tidie fieri:iamq; formato corpori dari: totumq; curſum eius breuiter licet,ſaltibus potius ſi dici fas eſt,q̄ paſſibus pro feſtinatiōe ad finē uſq; ꝓduxi:atq; pro tenuitate ingenioli mei per cūctos eccleſiæ magiſtros:p̄ſertim ꝓ duos pinguedinis libros,Auguſtinū uidelicet & Nieronymū aſſiſtētes, aureo dextera leuaq; cādelabro inſtar duorū cœli luminariū,cognitioni ad liquidū tradidi:de q̄ plurimis eorū opuſculis,ſua eis ſolerti uigilantia,& ſagaci perquiſitione inueſtigata reſtituens dicta,loqui ueluti p̄ſentes alternis uicibus feci. Quid tā rectū,qd tā uerū,quid tā catholicū,quid ſole clarius, ad inſtructionē omniū magis utile: uel cōtra hæreticos certe,qui inimica aduerſum nos mente deſæuiunt,quid tam irreprehenſibile? Vos ergo catholicorū uirorū p̄cepta tenaciter aſſequēdo:iuſti hæredes,ſed & neceſſarij inueniemini:qui latiali æloquio pollentes,ſapientioribus p̄feramini:& nō magis ſtillantis liq̄ris:ſicut p̄fatiōe cōp̄hēdi,q̄ inundantiū fluuiorū ubertate rigati,redūdetis fluētis ſctōrū.

## DE CORPORE ET SANGVINE CHRISTI HOMILIA INCERTO AVTHORE.

MAgnitudo cœleſtium beneficiorū anguſtias humanæ mentis excedit: & propterea ordinauit ita diuina prouidentia:ut quod capere in nobis ratio rerum mole uicta non poterat: fides deuota conciperet: & intellectum credulitas robuſta nutriret. Cum ergo propter tranſgreſſionem Adæ,origini & morti teneremur obnoxij: proſpiciens exalto deus,ex quo eſſemus graui debitores,iuxta qualitatem captiuitatis:repara-

C uit munus redemptionis, id est,ut pro debita morte offerret indebitam:quia nec nos habeba/
mus unde uiueremus:nec iste unde moreretur. Materiam ergo de nostra mortalitate susce/
pit,ut de sua immortalitate collata, mori possit uita pro mortuis. Et quia corpus assumptum
ablaturus erat ab oculis nostris,& syderibus illaturus:necessarium erat, ut nobis in hac die sacra
mētū corporis & sanguinis sui cōsecraret: ut coleret uel iugiter,iure p mysteriū qđ semel offere
batur in preciū:ut quia quotidiana & indefessa currebat pro hominū salute redēptio, ppetua
esset etiā redēptiōis oblatio, & perennis illa uictima, uiueret in memoria,& præsens semp esset
in gratia. Vera unica & pfecta hostia fide existimāda nō specie:nec exterioris censenda uisu ho
minis,sed interioris affectu. Vnde merito cœlestis cōfirmat authoritas:quia caro mea uere est ci
bus,& sanguis meus uere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguū:quandoquidē q
author est muneris,ipse est etiā testis ueritatis. Nam uisibilis sacerdos,uisibiles creaturas in sub/
stantiā corporis & sanguis sui,uerbo suo secreta potestate cōuertit,ita dicens: Accipite & come/
dite,hoc est corpꝰ meū. Et sanctificatiōe repetita:Accipite,inquit,& bibite,hic est sanguis meꝰ.
Ergo ut ad nutū p̄cipientis dñi,repente ex nihilo substiterūt excelsa cœlorꝝ: profunda fluctuū:
uasta terrarꝝ: ita parē potentiā in spiritalibꝰ sacramētis uerbis p̄bet uirtus,& rei seruit effectus.
Quāta itaq; & q̄ celebranda uis,diuinæ benedictionis operetur:& quō tibi nouū & impossibi-
le uideri nō debeat,quod in Christi substantiā terrena & mortalia cōmutantur:teip̄m,qui iā in
Christo es regeneratus interroga. Dudū alienus a uita, peregrinus a misericordia,a salutis uia,
intrinsecus mortuus exulabas:subito initiatus Christi legibus,& salutaribus mysteriȝs innoua/
tus,in corpus ecclesiæ non uidendo, sed credendo transiuisti: & de filio perditionis, adoptiuus
dei fieri occulta puritate meruisti:in mensura uisibili permanens, maior factus es teipso uisibili
ter sine quātitatis augmento:cū ipse atq; idē esses, multo aliter fidei processibus extitisti. In ex/
teriore nihil additum est:& totum in interiore mutatū est:ac sic homo Christi filius effectus: &
Christus in hominis mēte formatus est. Sicut ergo sine corporali sensu p̄terita uilitate depos
ta,subito noua indutus es dignitate:& sicut hæc quæ in te deus læsa curauit,infecta diluit,macu/
D lata detersit:nō sunt oculis,nec sensibus tuis credita:ita cū reuerendo altari cœlestibus cibis saciā
dus accedis,sacrum dei tui corpus & sanguinē respice,honora,mirare,mente cōtinge, cordis ma/
nu suscipe:& maxime haustu interiori assume. Quod si illius ueteris legis manna:de quo legit:
Pluit eis māna ut ederent:hoc unicuiq; sapiebat quod desyderiȝs cōcupierat:aliud q; erat quod
sumebatur,aliud quod uidebatur:inuisibiliterq; sapor ille in singulorum sensibus formabatur:
si ergo illud ueteris legis manna,cœlitus elapsum per multimodas suauitates,naturæ suæ meri/
tum & generis sui excedebat intuitum:& si creaturam suam dispensatio largitoris multiplici di
uersitate condiderat,ut præberet gustus quod ignorabat aspectus:quia iuxta recipientis desy-
derium,escæ illius nouitas & dignitas nascebatur: Vnumquem q; enim uariȝs & alienis sapori-
bus reficiebat mellifluum pluuiæ illius donum,& multiplex sicci imbris obsequium: quæ cū ita
sint:quod illic auiditas faciebat,hic fides faciat:& sicut in corpore cibus sapiebat: in pectore de/
us credulitate proficiat:sicut legimꝰ: Accedat homo ad cor altū,& exaltabitur deus: Ideo quod
ibi delectatio obtinebat in faucibus,hic benedictio operetur in sensibus. Ad cognoscendum &
percipiendum sacrificium ueri dominici corporis, ipsa te roboret potentia consecratoris: & qui
tunc latuit præfiguratus in manna,sit tibi nunc manifestatus in gratia. Ipsum autē fuisse in mā-
næ illius specie præfiguratum:etiam propheta euidenter ostendit dicens:Panem cœli dedit eis:
panē angelorꝝ māducauit homo. Et qs panis est angelorꝝ nisi Christꝰ,qui cibo suæ charitatis &
lumine daritatis nos satiat? Et hūc dat panē,dicente ꝓpheta:Sexta die duplū colliges. Dū em̄
primo a dñica die in lege tribuit̄,& in solo sabbato denegatur:iā tūc Christus ab eccl̄ia cui dñi/
cū resurrectiōis diē cōsecrauit,recipiēdus ostendit̄: & synagogæ ad quā cultus sabbati p̄tinebat,
negandus esse p̄cipitur:dū dies q est dies septimus,cœlestis panis fraude mulctat̄. De quo pa-
ne uetꝰ narrat historia, Nec q plus collegerat habuit amplius:nec q minus parauerat reperit mi/
nus:eo quod eucharistiæ p̄ceptio nō in quātitate,sed in uirtute consistat: quod corpus dñi sacer
dote dispensante tantum est in exiguo,quantum esse constat in toto. Quod cum ecclesia fideliū
sumit:sicut plenū in uniuersis,ita integrū esse probatur in singulis. De quo sensu apostolica sen/
tentia deriuata est dicens: Qui multa habet, nō abundabit:& qui modicū habet,nō minorabit.

Non

A Non em̃ de cõmũni pane accipi dictũ põt,quẽ ſi forte eſurientib9 apponeremus:nõ ex toto per
ueniret ad ſingulos:quia particulatim & minutatim ꝓportione ſua unuſqſq; p̃ſumeret. De hoc
uero pane cũ aſſumit᷑,nihil minus habẽt ſinguli q̃ uniuerſi,totũ unus, totũ duo, totum plures
ſine diminutiõe accipiũt:quia bñdictio huius ſacramẽti ſcit diſtribui,nec ſcit diſtributione con/
ſumi. Sacramenti itaq; huius formã, etiã in Iudæor̃ paginis uidem9 exp̃ſſam. Nã de Melchiçe
dek in Geneſi legimus: Et Melchiçedek rex ſalẽ obtulit panẽ & uinũ & bñdixit Abrahæ. Fuit
aũt ſacerdos dei altiſſimi:dũq; a p̃putio,id eſt,a gentili,circũciſio futura benedicit᷑: eccleſiæ glo/
ria p̃dicat᷑:& ſynagogæ infideli,populus ex gẽtibus acqſitus p̃ponit᷑. Hui9 ergo Melchiçedek ge
nealogia uel origo,noticiã illius tpis latuit:& oblatiõe panis & uini, hoc Chriſti ſacrificiũ p̃figu
rauit, de quo ꝓpheta pronũciat: Tu es ſacerdos in æternũ ſecũdũ ordinẽ Melchiçedek. Nam &
Moyſes de eo myſterio loquens:uinũ & ſanguinẽ ſub una appellatione ſignificat:& in benedi/
ctione patriarchæ dñicam paſſionẽ multo amplius demonſtrat: ita inquiens: Lauabit in uino
ſtolam ſuã,& in ſanguine uuæ palliũ ſuũ. Aduerte q̃ euidẽter cõſtat uini creaturã, Chriſti ſan/
guine nũcupatã. Et qd adhuc de hac duplici ſpecie inqrere debeas, ipſo dño atteſtãte cognoſce.
Niſi,inquit,mãducaueritis carnẽ filij hois,& biberitis eius ſanguinẽ,non habebitis uitã in uobis.
Qd᷑ teſtimoniũ cõtra Pelagij blaſphemias euidentiſſimũ atq; ualidiſſimũ eſt:q aſſerere arrepta
impietate p̃ſumit,nõ ꝓpter uitã:ſed ꝓpter regnũ cœlor̃,baptiſmũ paruulis cõferẽdũ. Sub his
em̃ dei uerbis, qbus euãgeliſta ꝓnũciat: nõ habebitis uitã in uobis:aperte intelligendũ eſt,qd᷑
oĩs ania munere baptiſmi uacua:nõ ſolũ gloria careat,ſed & uita. Hoc itaq; dñici ſanguinis ui/
nũ aqua eſſe miſcendũ:nõ ſolũ traditiõe,ſed ipo genere paſſiõis oſtẽdit:ex cui9 ſacro latere ſan/
guis & aq̃ lanceæ illiſiõe ꝓfluxit:ſicut & ꝓpheta multo ante p̃cinit dicẽs: Percuſſit petrã & efflu
xerũt aquæ. Et Apoſtolus: Bibebãt,inqt,de cõſequẽte eos petra. Vides qd᷑q biberit de Chriſti
gratia,ſequit᷑ eũ Chriſti miſericordia. Sed in Solomone de ipo deo p̃dictũ legim9: ſapia,inqt,
B ædificauit ſibi domũ,id eſt,corpus hoĩs aſſumpſit:in q̃ habitat plenitudo diuinitatis: Excidit co
lumnas ſeptẽ:quia illũ bñdictio gratiæ ſeptiformis impleuit. Mactauit hoſtias ſuas: miſcuit in
cratere uinũ ſuũ:& parauit mẽſam ſuã. Et in ſequẽti: Venite,& ædite de meis panibus, & bibite
uinũ qd᷑ miſcui uobis. Admixtũ ergo aq̃ uinũ legim9. Nũc cauſam q̃re utrũq; dñs miſceri uo/
luerit inqramus. Quãdo in Iudæor̃ cõuiuio nuptiali,uinũ,id eſt,fides in eis deficiebat: uinũ,in
quit,deficiebat:quia uinea fructũ negabat:de qua dicit᷑: Expectabã ut faceret uuas,fecit aũt ſpi
nas. Vnde & ſertũ ſpineũ capiti redẽptoris impoſuit:quãdo dñs nuptiali tpe,id eſt,quãdo ſpõ/
ſus ſe eccleſiæ ſuæ paſcali exultatiõe iungẽdo,aquas in uinũ cõuertit:manifeſte p̃figurãs mulci/
tudines gentium de ſanguinis ſui gratia eſſe uenturas. Per aquas em̃ populos ſignificari,ſacris
aperitur æloquijs:ſicut legitur: Aquæ iſtæ quas uidiſti,populi ſunt & gentes & linguæ. Vnde &
aduertimus in aquis figurã gentiũ demonſtrari:in uino autẽ ſanguinẽ dñicæ paſſionis oſten/
di. Ac ſic cum in ſacramentis uino aqua miſcetur, Chriſto fidelis populus incorporatur & iun/
gitur & quadã ei copula perfectæ charitatis unitur,ut poſſit dicere cum apoſtolo: Quis nos ſe/
parabit a charitate Chriſti:tribulatio,an anguſtia:an perſecutio? & reliqua. Deus autem homi/
ni ſuſcepta ſanctificatiõe miſcetur:quã fides in ipſo peccatore,affectus iuſticiæ,miſericordia pie
tatis ,infundit. Etiã in hocipſo quod in numeroſis tritici granis panẽ cõfici nouimus: unitatem
conſtat aſſignare populorum. Sicut em̃ frumentũ quod ſola purgantis ſollicitudine ad candi/
dam ſpeciem molarum labore perficitur:ac per aquam & ignem in unius panis ſubſtantiã con/
gregatur:ſic uariæ gentes diuerſæq; nationes,in unam fidẽ conuenientes:unũ de ſe Chriſti cor/
pus efficiunt:& Chriſtianus populus quaſi tritici grana innumerabilia in ſacrilegis nationibus
fide purgata atq; cribrata diſcernitur. Et in unum,quaſi infideliũ lolio pertranſeunte colligit᷑:&
duor̃ teſtamentorũ inſtructione,uelut frumẽtũ gemino molarũ opere curatũ niteſcit: & in il/
lã primæ originis dignitatẽ,natiuo candore mutat᷑:ac per aquã baptiſmi uel per ignẽ ſpũs ſan/
cti,æterni illius panis corpus efficitur. Sicut ergo ſeparari grana ab illius cõfectione panis ad/
unatione nõ poſſunt: & ſicut aquæ ad propriã redire ſubſtantiã in uinũ ꝑmixtæ,iã nõ poſſunt:
ſic & fideles quiq; atq; ſapientes, qui redemptos ſe Chriſti ſanguine & paſſione cognoſcunt:
ita debent quaſi inſeparabilia membra capiti ſuo,fidei obſeruatiõe & ardentiſſima religiõe ſo
ciari:ut

C ciari:ut ab eo nō uolūtate,nō neceſſitate ſeiūgi,nō illa terrenæ ſpei ambitiōe,nō denicꝙ ipſa poſ ſint morte diuelli.Nec dubitet qſcꝫ primarias creaturas,nutu diuinæ potentiæ,p̄ſentia ſummæ maieſtatis in dn̄ici corporis tranſire poſſe naturā:cum ip̄m hominē uideat artificio cœleſtis miſericordiæ Chriſti corpus effectū.Sicut aūt quicūq; ad fidē Chriſti ueniēs,ante uerba baptiſmi adhuc in uinculo eſt ueteris debiti:his uero memoratis,mox exuit᷑ omni fece peccati: ita quādo benedicēdæ uerbis cœleſtibus creaturæ, ſacris altaribus imponunt᷑:añcꝫ inuocatiōe ſui nois cō ſecrant᷑,ſubſtantia illic eſt panis & uini,poſt uerba aūt corpus & ſanguis eſt Chriſti.Quid autē mirū eſt,ſi ea quæ uerbo potuit creare,uerbo poſſit creata cōuertere?Imo iā minoris uidet᷑ eſſe miraculi,ſi id quod de nihilo agnoſcit᷑ cōdidiſſe,iam cōditū in melius ualeat cōmutare.Require qd ei poſſit eſſe difficile,cui facile fuit hominē de limi materia figurare:imaginē etiā ſuæ diuinitatis induere:cui promptū eſt eū rurſum reuocare de inferis,reſtituere de perditiōe,reparare de puluere,de terra in cœlū leuare,de hoīe angelū facere,corpus humanū cōforme corpori ſuæ claritatis reddere, & figmētū ſuū in regni ſui cōſortio ſublimare: ut qui corpus noſtræ fragilitatis aſſumpſerat,nos in corpus ſuæ immortalitatis aſſumat:ad quā glorioſam reſurrectionem p̄ſs nos operibus præparare dignetur:qui uiuit & regnat in ſæcula ſæculorum.

## HOMILIA SVPER EVANGELIVM MATTHAEI INCERTO AVTHORE.

SAnctus euangeliſta docet nos neceſſitatē inopiæ tolerātes, ſubſidīq; cauſa amicum debere perquirere: & id quod deeſt ad refectionē alterius, oportere ab altero mutuari.Intantū aūt ad poſtulādū peruicacē eſſe uoluit petitorē:ut nec nocturnis horis pulſare amici ianuā deſinat:nec excitare eū dubitet quieſcētē:ita etiā ut tædiū inferens impudentia mereat᷑,qd᷑ amicitia nō meret᷑:& cōmunicationē panis extorqueat importunitas,quā nō impetrat humanitas.Ait em̄:Quis ueſtrū habebit amicū,& ibit ad illū media nocte &c.Videt᷑ ergo ſecundū litterā aliqd p̄ſuadere:ut media nocte quieſcēti amico,& dauſo cubiculo dormiēti,moleſti eſſe minime deſinamus.Sed ſi ad ſpiritalē nos intelligentiā reuocem⁹:
D inueniem⁹ nō dure dn̄m,ſed utiliter p̄cepiſſe. Nā utiq; poſtꝙ diſcipulos orationē dn̄icā docuit: hanc ſubiecit parabolā:ut intelligeremus importunos nos amicos eſſe debere:non expoſtulando aliqd,ſed potius p̄cando:id eſt,Chriſtū nō carnali manu p̄cutiendo,ſed ſpiritali oratiōe pulſando.Ipſe em̄ ſi recte uiuimus amicus noſter eſt.Nā qs amicitior nobis eſt,cꝫ ille q̄ precio ſui ſanguinis nos redemit? Ipſe inquā amicitior oībus eſt,q̄ cū ſit dn̄s,amicus eſſe dignat᷑:dicēs ad apoſtolos:Iā nō dicā uos ſeruos,ſed amicos.Huius ergo amici oſtiū inceſſabiliter pulſare debemus:& horis eū inq̄tare nocturnis:& uſqꝫ adeo moleſti eſſe,ut importuni etiā iudicemur. Sed nō hui⁹ importunitatis uereamur offēſam:qa hæc apud dn̄m importunitas oportuna eſt.Acceptior em̄ eſt illi impudēs dep̄catio,cꝫ ſecura p̄ſumptio:hoc eſt plus meret᷑ q̄ ſollicit⁹ orat inſtāter:cꝫ qui cōfidens diſſimulat negligēter. Ait em̄ & ille,ſi p̄ſeuerauerit pulſans. Perſeuerās igit᷑ meret᷑ accipere,quod alibi euidētius dicit:Qui p̄ſeuerauerit uſqꝫ in finē,hic ſaluus erit.Non multum ergo iuuat frequēter orare,cui contigerit aliquādo ceſſare. Semp̄ igit᷑ & ſine intermiſſione petendū eſt & pulſandū,ne p̄catio ante acta nihil ꝓfit,ſi nō ad finē eodē q̄ cœperit tenore p̄ſeuerit.Dico,inquit,uobis & ſi non dabit illi ſurgens,eo quod amicus eius ſit:propter importunitatē eius ſurget & dabit. Magna perſeuerātia eſt:quæ cꝫuis importuna eſt,cꝫcꝫ moleſta ſit deo: tamen plus amica eſt,cꝫ amicus.Ecce em̄ quod amico negatur,perſeuerantia promeretur.Illi recuſat de fiducia:huic de cōtentione cōpatitur.Illi nō largitur familiariter pulſanti:huic pertinaciter miſeretur oranti.Pulſemus igitur oſtium dn̄i,non ſolū per fidem,ſed etiā p̄ſeuerātia:ut aperiatur nobis,& media nocte pulſemus:ne grauis nos ad uigilandum peccatorꝝ ſomnus inuadat:qm̄ ſcriptum eſt:Beati ſerui quos cum uenerit dn̄s inuenerit uigilantes.Hoc autem oſtium aperiri ſibi apoſtolus expoſcit:non ſolum ſuis, ſed etiā ꝓpriis orationibus obſecrans ſe iuuari, dicens: Vt aperiatur mihi oſtiū ad loquendū myſteriū Chriſti: ſcilicet aperto oſtio illos ſacramenti panes accipere deſyderans,de quibus eſurientis gentilis populi ad cognoſcendum dn̄m inedia ſaturetur.Et nos ergo pulſemus hoc oſtium,& perſeueranter oremus:ut ex ipſo ſapientiæ & ſcientiæ panem accipere mereamur. Nam niſi ſubſtantiam exinde ſumpſerimus: fraternitatis iſtius deſyderium proprio ſermone reficere nō ualemus. Vel homo iſte quilibet Chriſtianus

A ſtianus intelligitur:qui fidem trinitatis tantūmodo intelligit:& quod neceſſariū eſt,niſi alter eū doceat ignorat.Amicus uero eius,ut diximus, Chriſtus eſt. Quod dicit,uadit ad illū media nocte,id eſt,in nouiſſimo tēpore:& dicit illi,cōmoda mihi tres panes:ac ſi dicat anima illa ad Chriſtum:cōmoda mihi fidem trinitatis:& fac me intelligere quēadmodum operari me oportet. Amicus meus uenit de uia: ac ſi dicat,ſenſus meus ambulauit per diuerſas regiones,& rediens ad me uacuus eſt:nō habeo alimenta ſpiritalia quæ ante illū ponā: niſi in me doceas fidē trinitatis,ſpem,charitatē, & omne quod ei tribuam:nec unde eū doceam habeo.Ad quē ille reſpondens deintus dicat:Noli mihi moleſtus eſſe,& cætera.Diſtulit quidem deſyderium,ſed non abſtulit:ut plus nos quæramus:& inuētus ſtrictius teneatur.Quod uero dicit: Pueri mei mecum ſunt:ac ſi dicat dñs Chriſtus omnipotens,ſancti mei quos uolui iam mecum ſunt. Nō poſſum ſurgere,& dare tibi.Ideo negat petitionē,ut probet cuiuſlibet perſeuerantiā.Et quod dicit,ſi nō dabit illi ſurgens,eo quod amicus eius eſt;ppter improbitatē tamē eius ſurget:& dabit illi quot quot habet neceſſarios:ſic & dñs Ieſus amicus & frater noſter Chriſtianorū, oīmi importune ſi/deliterq; petenti:pro iugi petitione quicquid in nomine eius petierit,ſine difficultate tribuet.Sicut & ſequitur:ego uobis dico:Petite & dabitur uobis:quærite,& inuenietis:pulſate, & aperiet uobis:id eſt,petite patrem,quærite filium,pulſate ſpiritū ſanctū. Vel petite cogitationibus,quærite uerbis,pulſate operibus.Siue petite fide,quærite opere,& pulſate ſcientia:& ecce omnia aperientur uobis.Quis autem ex uobis patrem petit panem,nūquid lapidem dabit illi?Ac ſi dicat: qui petit a dño charitatem & dilectionem,non illi dat duritiam cordis. Aut piſcem, nunquid p piſce ſerpentem dabit illi?Per piſcem,fides intelligitur:per ſerpentem,infidelitas:ac ſi dicat:ſi petis a dño fidem,non tribuit tibi infidelitatem.Aut ſi petit ouum,nunquid porriget illi ſcorpionem?ac ſi dicat:ſi habes in deum ſpem ueram,ſiue cogitationem ſanctam in corde tuo cogitaueris:non contrarietatem,nec inſidiarum calumniam a dño pertimeſcas. Si ergo uos cum ſitis
B mali,noſtis bona dare filiis ueſtris:quanto magis pater ueſter de cœlo dabit uobis ſpiritum bonum timentibus ſe?Ac ſi diceret:ſi homines carnales inter bonum & malum diſcernitis: & non uultis ut quiſq; ueſtrum de manu ueſtra,malum pro bono recipiat:quāto magis deus qui cuncta condidit homini,quē ad imaginē ſuā fecit:fideliter ſibi petenti tribuet bona?Ignē ueni mittere in terram:& quid uolo niſi ut accendatur?. Quid hoc loco ignē niſi ſpiritū ſanctū intelligimus: quē dñs in terrā miſit,ut urat uitia & peccata: & accendat anias p charitatē atq; illuminet.

## PETRI PAVLI VERGERII IVSTINOPOLITANI DE DIVO HIERONYMO SERMO.

SAnctiſſimum doctorem fidei noſtræ Hieronymum,cuius dies ſolennis adeſt: ita mihi dari cupio recte laudare:ut in eo laudando laudem ipſe meam non quærā: Sed ſit ei quēadmodum ſermo:ita & mens propria intētione dedicata: q̄q̄ quid ſperandum ſit laudis locuturo,non uideo:ubi magnitudine rerum,æloquētiæ uis omnis obruitur:& excellentiæ meritorum omnis impar eſt ſermo. Me uero minime omnium ſperare id conuenit:ac ſi quid talium mentem ſubeat, plane deſipio: qui cum obire quotannis munus hoc laudum ſoleo:ſemper tamen poſtea cū id cœpi: ita deinceps per ānos affectus ſum: ut augeri mihi deſyderium ſentiam,minui facultatem.Euenit autem hoc fortaſſe:ſiue quod nōdum ſatis ſint mihi uires ingenij mei perpenſæ: qui ſubire tāti oneris cauſam non uerear:quod quantū ſit,& intellexi tātiſper dudū,& indies perſpicio magis: Siue quod illi⁹ merita apud plurimos quidē diligēter parū animaduerſa:a me uero etiā ſūmo ſtudio cōſyderata:q̄ magis eluceſcūt,eo magis affectū mētis alliciūt: & a cōſequēdi ſpe ingenij acumen magis magiſq; deterrēt. Siue qđ præ deſyderio meo ſtudioq; religiōis in illū,tāto mihi retardari facultas uidet ingenij, quāto p̄currit ſtudiū uolūtatis.Quarū equidē rerū,ut ſubeſſe utrāq; primarum nō nego:ita adeſſe poſtremā magnopere mihi cupio. Nam officio quidē ille meo aut cuiuſcū alterius in reddendis de ſe laudibus nihil indiget:ac nō delectari opinor, niſi boni profectuſq; noſtri gratia, cū per ſe ipſe infinito proprio bono in beata illa æternaq; uita fruat: deuotione uero,cultu,religione,pietate,ac fide:cum in hūc, tū in reliquos cœlites nos ip̄i noſtra cauſa indigemus.Atq; in primis

C primis ego,qui meritis huius ſancti glorioſi, multa magnaq; ſæpenumero beneficia apud deũ immortalem conſecutum,manifeſta fide me deprehendi:& difficillimis tẽporibus, fuiſſe de gra uiſſimis periculis,eius ope atq; interceſſione liberatum. Quod ſi ante hac deuotionis ullum ſtu dium a me debebatur:multo certe nunc amplius adhibendum eſt mihi:ut parentis nuperrime diem functi(qui erat deuotiſſimus tibi ſancte pater Hieronyme)uicem hic referam:cuius apud te preces, mea cauſa plurimum ualuiſſe, ſum crebro expertus: ut quemadmodum præclari hu ius inſtituti, familiariſq; deuotiõis diſcipulus uiuentis fui:ita & ei quoq; defuncto ſim hæres:& quod mihi patrocinium in illo erat,nunc omne ſit in meipſo: q̃q; eũ confido tuis meritis atq; precibus, præterea quod rectus homo erat & timens deum: excedentem ex hac luce in ea loca deductum:ubi a te & per te multo facilius conſequi quiduis poſſit. Quod igitur ad me attinet: quemadmodum deuotio animi & ſeruanda & augmentanda eſt:ita munus hoc annuum red dendarum laudum,nullatenus negligendum: in quo qualiſcunq; ſit ſermo, dum mens ſit inte gra,ac penitus illi deuota:non magnifaciendum arbitror,quod in eum magis eſſe gratus cupio q̃q; diſertus. Nec me fallit,eum qui laudare quẽpiam ex illuſtribus accedat, maxime uero quod ad rem diuinam attineat:debere & ipſum quoq; laude dignum eſſe,labeq; omni carere:ne dicẽ tis uitam reprehẽdat oratio: uerbiſq; ſpecioſis,mores ſordidi fidem abrogent. Quod ut in me non ſit:boni tamen piiq; ingenij ſolet eſſe argumentũ,laudare ſtudioſe uirtutem,& rebus ſacris cultum adhibere præcipuum. Quod ſi ex me quiſpiam quærat,quam huius ſancti glorioſi pri mam potiſſimamq; laudem exiſtimẽ:hanc ſcilicet incontanter reſpondebo:quod meo quidem iudicio,non poſſit digne humano ore laudari:deinde quod in unoquoq; genere laudũ earum: quæ ad doctũ rectumq; hominẽ,ac plane religioſiſſimum Chriſtianum pertinent,laudari exi mie de ſingulis poteſt. Quod ſi iã in eo laudando cepero litterarũ peritiã cõmemorare,diuerſa rum experientiam linguarũ,orationis facundiã,rectos fabularũ ſenſus,multam hiſtoriarũ me moriã,naturaliũ rerũ cognitionẽ, moraliũq; ſermonũ: tũ uero ſcripturæ ſacræ uereq; theolo giæ perceptionem: nõ uidebor forſitan aliquid magnũ dicere,quod hæc ipſa malis etiã homi
D nibus poſſunt aduenire:neq; eã iſta bonos faciũt,ſed eruditos. Aut ſi præterea cõtinentiã,for titudinẽ,prudentiã,cõſtantiã,manſuetudinẽ,patientiã,benignitatẽq; in illi9 laudib9 recognoue ro:nec ſic quidẽ forſitan magnopere eũ ornare iudicabor: quod & his uirtutib9 plurimi gentiliũ p̃diti fuere:ſuntq; hæ laudes:ut debitæ qdẽ uiro bono:ita plane nõ ꝓpriæ homini Chriſtiano: Poſtremo ſi fidẽ cõſtantẽ:ſpem certã,charitatẽ intẽſam,oẽmq; ſanctimoniã,& cerimoniarũ cul tũ religiõiſq; ſtudiũ demõſtrauero:nec ſic q̃q; fortaſſis laus erit eximia, qd' hæc ipa debet unuſ quiſq; de ſe rectus fideliſq; Chriſtianus exhibere. At uero ſi hæc omnia,& quæcũq; his noibus, aut omnino uirtutis noie cõtinẽtur, in eo fuiſſe uniuerſa conteſter: eaq; ipſa nõ mediocriter aut uulgari quodã ſũmotenus modo,ſed excellentiſſime atq; incõparabiliter affuiſſe cõſtet:nonne hoc diuinũ qddã in homine uideri neceſſe eſt? Ego ſane cũ trita iſta uulgo uocabula,eruditio nem,æloquentiã,fortitudinẽ,prudentiam,fidem,ac charitatẽ:& cætera huiuſmodi cõmemoro: talia quædã dicere mihi uideor,qualia ſolent in cõmuni hominũ uita reperiri,& nõ eminentiſſi mas illas uirtutes quas in excellentiſſimis uiris,paucis illis quidẽ omni ætate fuiſſe conſtat. Quã obrem egreferre ſoleo, & latinæ oratiõi indignari: quod propriis atq; exq̃ſitis noibus,exq̃ſitiſſi mas laudes efferre non licet:quæ tantum pene a communibus diſtant uirtutibus,quantum fer me uirtus a uitio. Verum quod orationi deeſt:oro ſuppleat audientis intellectus: & non quod dicam,ſed quod dicere uelim accipiat. Quod & hinc quoq; licebit intelligere:nam ſolent pauca horũ aut ſingula quædã,dũ intenſo gradu cupiã adſunt,magnũ uirũ cõſtituere:admirabiliſq; excellentiæ eũ uideri, qui plura ex his ſit aſſecutus. Quid ergo is debet exiſtimari:q omniũ uir tutũ cunctarũq; bonarum artiũ cumulũ nõ ꝓfunctorie, ſed ad ſummũ in ſe collegiſſet: cuius ui ta totius ſanctitatis exemplũ:æloquentia,ſtupor:doctrina,miraculũ. Itaq; nõ tam ſanctum no men habuit,quod quidẽ ipſum denotat Hieronymi uocabulũ:q̃q; ipſam in ſe habuit ſanctita tatẽ. Nam cum duabus rebus fundata eſt in initio ſacra religio: prædicatione ſcilicet apoſtolo rũ,& ſanguine martyrũ:cũq; qd' illi ſermone docebant,hi ꝓ carceres & tormẽta ac deniq; mor tem ipſam aſtruerent: in utrorumq; locum ſuo gradu ſubierunt ſancti doctores: qui quod illi

cõpendioſe

A compendioſe docuerant,latius explicarent:quodq; martyres ſanguine ſuo teſtati ſunt, hoc iſti ſanctimonia uitæ confirmarent:atq; aduerſus omnem hæreſim omnemq; uitiorum labem p fide iuſticiaq; conſiſterent:ijdem & militum uires gererent & ductorum.Multa autem uariaq; Hieronymus uti fortis miles,in hac uita bella ſuſtinuit:cum mundo quippe bellum geſſit & ui/cit:quando ſacerdos iam factus & ſummo ſacerdotio dignus habitus,ab urbe ceſſit: pompiſq; ſæculi & omni ambitione mundanorum honorum renũciauit: cum carne ac dæmonibus, cum in illa trans mare uaſta ſolitudine:quæ,ut ipſe ait,exuſta ſolis ardoribus,horridũ monachis ha bitaculum præſtabat:carnem quidem ieiunijs frangeret:ſpiritales autem hoſtes orationibus ef fugaret:cum improbis atq; æmulis,in quos ſæpe per prologos,ſæpe per epiſtolas ſcribendo in/uectus eſt:cum hæreticis, quos libris tractatibuſq; ſcribendis ſæpenumero de diuerſis conuicit erroribus,diſputandoq; ui rationum ſuperauit.Doctoris ergo nomen ut habet:ita & officium ſtudioſiſſime uiuens geſſit:præſentes uoce & exemplis erudiens:abſentes ſcriptis.Vtroſq; uero tã ſuæ ætatis q̃ poſteros, uoluminibus diuerſi idiomatis,uaria interpretatiõe linguarũ uiuorũ doctorum eruditionem adiuuans: rudiores hiſtoria delectans: acutiores inſtruens arcanis ſa/cræ ſcripturæ ſenſibus explicandis. Eloquentiam certe iam eius laudare tentarem: quæ tanq̃ riuus limpidiſſimus leniter defluẽs,& aſpectu & ſono delectat:niſi ipſe ſe multo melius q̃ a me fieri poſſit,elegantia ſua legentibus cõmendaret:ad quam digne prædicandam,eius ipſius ælo quentia opus eſſet. Nec me deterret, quod damnatus fuerit eius ſtudij aliquãdo Hieronymus, cum extatica uiſione tractus ad iudicis æterni tribunal:& quinam eſſet interrogatus: pro Chri/ſtiani nomine, quod inter metum trepidationemq; profitebatur,Ciceroniani ſibi nomen obij/ci audiuit:Neq; em̃ res ipſa damnata eſt,ſed fortaſſis eius ſtudium uehemẽtius:ſine qua profe cto uix ſacræ litteræ,certe non tanta cum uoluptate legerentur.Hæc igitur ut cæteræ quoq; do/tes quas ſtrictim cõmemorauí: multos acerbiſſimoſq; illi æmulos cõparauere: quorum ut im/
B probitati cederet,Roma migrauit:& qui doctor late clariſſimus habebatur,Gregorio Naçian çeno in diſciplinam ſe tradidit.Poſtq; ſtudia,cum de frequentiſſima urbe ceſſiſſet: ad eremum ſe tranſtulit:& qui in urbe omnium urbaniſſima homines perpeſſus erat beſtiales, in deſertiſſi/ma eremo beſtias eſt expertus humanas.Ibiq; leo natura ſæuiſſimus imperium eius pertulit, cum hic homo natura mitis in ſe ſæuiret.Roma igitur Bethlehem permutauit:diuitiq; ex urbe non tam pulſus q̃ cedens:elegit ibi pauper uiuere,ubi pauper Chriſtus eſt natus:& inde ſalutẽ petere,unde ortus eſt author ipſe ſalutis.Quid em̃ aduerſus malignitatem tutũ uſpiam eſſe po terit:quando tanta uirtus perſecutore non caruit? Quod ſi quid nobis tale accidat: ex eius caſu conſolari nos ipſos debemus.Interea uero maledicos benefaciẽdo uincere:& eorũ in nos odiũ uirtute patientiæ manſuetudiniſq; ſuperare:illo præſtante qui uiuit & regnat in ſæcula ſeculo/rum.

SECVNDAE SERIEI SE
CVNDI TOMI
FINIS.

ERASMVS ROTERODAMVS DIVINARVM
STVDIOSIS LITTERARVM S. D.

AVd me fallit optime lector, in prima huius tomi serie, quædam a nobis esse relicta, quæ & stulticiam & balbutiem resipiant eiusdem impostoris, cuius nænias in hunc extremum huius uoluminis locum, uelut in sentinā reiecimus: nullo alioqui dignas loco, nisi quemadmodum ante sum testatus, humanius ac modestius esse duxissem, in hanc peccare partem: ut quædam residere pateremur, quæ merebantur abijci, quam ut quicquam loco moueremus, aliquo modo lectu dignum, uidelicet æquos imitati iudices, qui propensiores esse solent ad absoluendum, quā ad damnandum: Siue quod humanius est liberare periculo nocentem, quā insontem perdere: Siue quod præter meritum absolutus, rursum in ius uocari potest, ac pœnas dare legibus: Cum nō perinde cōmode succurri possit præter æquum damnato. Quāqʒ & illic censuris additis opinionē nostrā uerius quam sententiam indicauimus. Cæterū hac in parte nihil omnino reperies, non dicam, quod Hieronymi dignitati respondeat: sed omnino dignum, in quo bonarum horarum ullam portionem collocēt, qui uel pietatis studio, uel bonarum litterarum amore ducuntur. Verum hoc datum est quorundam imperitorū inuictæ pertinaciæ, qui quicquid semel insedit animo, nunqʒ patiuntur reuelli, stupidiores quā ut ipsi recte iudicare queant, & ijdem præfractiores, quam ut alienæ sentētiæ uelint accedere: quod quidem hominum genus, omnium extremum ac prorsus inutile merito iudicauit Hesiodus. Ego sane quoties ineptissimas hominis ineptias, & nugacissimas nugas mecum expendo: parum liquet utrū potius debeam admirari, huius ne scriptoris, quisquis fuit impudentissimam insaniam, qui fato quodā natus ad perdendos bonos authores, omneis uires, totum ocium, imo totius uitæ studium, in hoc unum contulisse uidetur, ut insignium uirorum eruditissimas lucubrationes, insulsissimis blateramentis contaminaret: an nostram magis oscitantiam, uel ut uerius dicam, stuporem, qui iam sæculis aliquot Hieronymi nomine, uiri doctrina, facūdia, sanctimonia prorsus incomparabilis, legamus obscuri nebulonis nugas: in quibus nec ulla sententiarum grauitas, neqʒ uerborum cultus, nec lepos, nec argutia, nec eruditio, nec ullum denique sanæ mentis uestigium: sed temere utcūqʒ in buccam uenerunt effusa uerborum uolumina, rerum nullus delectus, Solœcismis, ac sordidissimis uerbis & nuper in culina natis undiqʒ referta omnia, Exclamationes insanæ subitæqʒ, quas sic adhibet, ut prorsus intelligas histrionem personatum agere, non grauem & sanctum uirum ex animo loqui. Ita scilicet nobis hic rhetor Hieronymi refert epiphonemata. Quid multis? Sic notis omnibus discrepat ab Hieronymo, ut non sit facilius suem ab homine dignoscere, nisi qui sit omni sue stolidior. Et tamen hæc, o rem pudendam, Hieronymi titulum occupant. Verum ea res hinc euenit, quod bona pars hominum iudicio careat. Quid em̄ de tam excellentis uiri monumentis iudicent ij, qui linguarum omnium imperiti, ignari antiquitatis, in nullo scripti genere exercitati, in nullo bonorū authorū genere uersati, præter sophisticas ineptias nihil unqʒ didicerunt? Nōnulli rursum dū impendio candidi uideri student, dum inhumanum iudicant quicqʒ omnino reprehendere, dum quicqd semel chartis illitum fuerit, id nefas esse ducunt ullo pacto conuellere, rabularū ineptias, pro doctissimorum hominum egregijs monumentis amplectūtur: & alba (quod aiunt) amussi legunt omnia. Quare fiat necesse est, ut dum intempestiua modestia, flagris etiam aut pistrino dignum nebulonē, ledere uerentur, in summos uiros existant cōtumelioſi: nimirum, quos illis æquāt, ut hic optimo iure possis illo uersu Homerico stomachari, ἐμοὶ ἰῇ τιμῇ ἅμα κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός. Sunt alij qui sedulo quidem illi, sed parum prudenter Hieronymi gloriæ fauentes, ipsi sibi scientes dataqʒ opera occludunt oculos, ut quod cernant non uideant, quod audiunt non audiant, quod manibus tangunt, non sentiant, neqʒ quicqʒ putant interesse, cuiquo ore, quaue ratione laudetur aliquis, modo laudetur. Cum Alexander ille Macedonum rex, non a quouis artifice uel fingi uoluerit uel pingi. Tum a quibusdam laudari, uituperari est, ut uere scripsit Seneca. Nec usque adeo gloriæ inops est sanctissimus Hieronymus, ut indocti blateronis mendacijs debuerit cōmendari. Sunt rursum, quibus non omnino deest iudicium, sed uix est credibile, quantum ualeat imaginatio persuasioqʒ, si prior animū occuparit: idqʒ nō solū in uulgo, uerum etiam in eruditissimis magnique iudicij uiris. Sic quotidie falluntur oculi, sic populi totius aures olim Parmenonis suem requirebant, quæ quidē res & in prouerbiū deinde cessit. Non pigebit fabulas aliquot hoc referre loco, quo magis quod dico fiat perspicuum. Fuit olim iuueni mihi cum Petro Santeramo Siculo, homine non minus festiuo quam erudito familiaritas, in ædibus inclyti uiri Henrici uulgari cognomento de Bergis, episcopi Cameracensis, Is, uti referebat, cum Parisijs ageret, ludens huiusmodi scripserat epigrāma, ueluti τὴν ἦχω referens. Tempora fatalis quoniam sic limitis itis: Tristia concentu funera solor olor. Affinxerat titulum, Cygnus moriēs pro specu. Sub id adhibuit scribēdi pulchre peritū artificem: qui distichon hoc quā maxime posset ad imitationē antiquitatis pingeret, litteris aliquot data opera relictis mutilis, ceu iam obliteratis uetustate. Carmen adornatū exhibuit Fausto Andrelino, qui multos iā annos illic poeticen profitetur. Addidit eam schedulā inter uetustissimas antiquitatis reliquias sibi repertam fuisse, uidelicet quod sciret hominē aspernaturū, si dixisset nudiustertius apud se se natā. Legit iterum atqʒ iterū Faustus, & difficile dictu, cōqʒ stupuerit, cōqʒ exoſculatus sit, cōqʒ pene adorauerit doctam illam & inimitabilē antiquitatē. Nec finis nec modus admirandi antiquitatem, donec ipse Santeramus sui proditor, rem oēm in risum uerteret. Lusit olim ad cōsimilem modū, Gulielmus Copus, immortale Basiliēsis urbis ornamentū, quæ talē prodiderit heroa, imo totius nostræ Germaniæ nūqʒ intermoriturꝫ decus, Galliarū felicitas, quæ tanto uiro tot iam

Ii annis

ānis fruitur & utinā q̄ diutissime fruatur, aulæ regalis honestamentū, in qua apud regē regū omniū haud dubie principem, principē agit medicū: imo (ut quod est illo dignius dicam) totius orbis præsidium, qui rem omnium saluberrimam, nempe medicinam, inscitia professentiū propemodum extinctam, eruditissimis suis lucubrationibus uindicat ac restituit. Is igitur ut est non solum integritate doctrinaq; singulari, uerumetiam gratissima quadā morū festiuitate præditus, sed quæ bonū uirum nequaquā dedeceat, cum in cœna catinus appositus esset, diuersi generis olerum plenus, & forte fortuna complures simul accumberent medici, uulgo quoq; notissimam herbam delegit, quam græci petroselinon appellant, apij genus. Medicorum, inquit, est herbarum formas & uires nosse. En adsumus tot medici: dicat qui potest, quod sit huic herbæ nomen. Nemo ausus est pronunciare, quod omnes iam teneret persuasio, rarum aliquod ac peregrinum oleris genus esse, de quo uir tantus tam sollicite percontaretur, donec ipse problema risu solueret, & accersitam culinæ famulam, pro medicis respondere iuberet. Ea nihil contata nomē ædidit. Iam tertiam quoq; fabulam accipies, sed ἀνώνυμον, Cuidam apud Italos inter primos erudito, in manum dedit nescio quis, paginam e codice quopiam reuulsam, sic ut nullus esset titulus, qui proderet authorē. Qui tradiderat admonuit, sibi uideri recentioris cuiuspiam scriptoris opus esse. Erat autē is ex istorum numero, qui studio fauoreq; uetustatis, omnia neoterica fastidiunt. Ibi protinus offensus homo spurcitia sermonis, ut tum quidem uidebatur, multa conuitia congessit in barbarum scriptorem, qui tam indoctis nugis miseras perdidisset chartas. Nec modus aut finis irridendi, donec alter ostenderet, id quod tantopere dānasset, fragmentum esse Ciceronis. Agnouit admonitus, & risit homo doctus, tantam ex imaginatiōe delirationem. Tantū ualet in eruditis quoq; præsumpta persuasio, nec alia res in iudicando magis uel auertit uel adimit oculos. Quo minus mirandum, si nobis idem usu uenit in Hieronymo. Videmus in singulis paginis asscriptum Hieronymi titulum: uidemus admixta his, quæ citra controuersiam Hieronymi sunt. Audimus hæc passim citari, legi, cani Hieronymi nomine. Cū hac persuasione ad legendum accedimus. Verū q uel leuiter admonitus fuerit, statim animaduertet errorē suū. Iāq; uelut experrectus, quasiq; subito redditis oculis, tam profundā hallucinationē suā ipse demirabitur. At illud magis & stomachor & admiror, quid tandem in mentē uenerit, siquid omnino mentis habuit impostor ille, ut nō unam aut alteram epistolā, sed ingentia multaq; uolumina, titulis alienis ,pderet in uulgus. Nec eī hunc lusum lusit dūtaxat in Hieronymo, uerū eiusdē artificis sunt illæ Augustini nomine homiliæ ad fratres Eremitas, & aliæ rursum, quas inscripsit de tempore, pauculis aliquot exceptis. Has casus ne admiscuerit incertum est, an (quod magis arbitror) illius ars: hoc nimirum ingenio, quo mentientes assolent, ut magis fallant, ueri nōnihil admiscere falsis. Quod & apud Maronē facit Græculus ille Sino. Eiusdē est oratio Ambrosij Mediolanensis episcopi nomine, qua Christianæ plæbi baptiçatū Augustinū gratulatur. Nec his contentus, medijs enarrationibus, quas diuus Hieronymus in ꝓphetas & in psalmos ædidit, suas ineptias intermiscuit, id quod alias locis aliquot nominatim proditis, docebimus. Nam eundē fuisse cuculū, uox ipsa palam arguit. An ita putandū est inter tam innumera insaniæ genera, quibus humanū laborat genus, hūc illius fuisse morbum, ut felicem sese crederet, si consequi potuisset, ut orbe decepto, nebulonis ineptiæ, tantorū uirorum titulis celebrarentur? Sunt eī quidā sic ad impostura nati, ut uel gratis, imo suo quoq; malo gaudeant fallere, Tanta est imponendi libido. Ipse interim legentiū errore frueretur, atq; hanc uoluptatē tot laboribus bene putaret emptam? An magis cōijciendū est fuisse, qui suis scriptis sacros illos doctores noluerit illustrare, simulq; pietati cōsulere? Atq; id quo facilius assequereī, gratiosi nominis titulū prætexuisse? Verū quid aliud est si hoc nō est, maculam & labē aspergere uiris suapte uirtute clarissimis: siquis tā insulsas ineptias illorū titulis traducat? Deinde cū quæ præcipit, eius sint generis, ut eadē a quauis muliercula dici possint: quorsum opus erat, tam insigniū cōmendatiōe nominū? Si noua & paradoxa prodidisset, quæ tamen ad pietatis studiū magnopere conducerēt (tametsi mea quidē sententia, nec mendacijs ornā di sint sancti, nec mendacio cōmendāda pietas), tamē fortasse tolerari poterat fucus, quo & ueteres illos Christianos sæpius usos fuisse constat, qui iuxta Platonis & Origenis opinionē, mendacium nō improbabant, quod ad magnā aliquā reip. utilitatē adhiberet. Sed adferam ipse meā coniecturā, & quod uero pximū esse uideī, simpliciter æloquar, hac lege, ut nihilo secius liberū sit suū cuiq; sup hac re iudiciū. Apparet fuisse quēpiā ex hoc hominū genere, quos uulgus partim Augustinenses, partim Eremitas uocat. Siquidē isti instituti sui originē, quo uidelicet antiquitate sit cōmēdatius, ad Eremitas diui Augustini referri uolunt. Videmus autem ante ducentos ferme annos, totam describendi libros, præsertim sacros, prouintiam, in monachos & monachas fuisse relegatam, adeo ut hodieq; complures extent consecratarum uirginū manu descripti, uel picti magis codices: idq; factū est, ne tā ingēs hominū turba, uel gratis alereī uel ocio corrūperetur, neq; rursus sordidis uulgariū opificū operis occupareī: quod id religionis ꝓfessiōe parū dignū uideretur. Inter hos tum fere indoctos, opinor sciolum & ardelionē fuisse quēpiā, qui describendis libris nonnihil obiter arripuerit eruditionis. Nā loquacitatem indiderat ipsa natura. Eū laborasse morbo, quo uidemus & hodie teneri non paucos, mei similes, qui cū scribere nesciant, tamē a scribendo temperare non possint. Is partim, quo quæstus esset uberior, ex accessione semper nouorū uoluminū, ut quæ illi domi nascerētur: partim ut suā professionē hac arte redderet plæbi cōmendatiorē (mirū eī est dictu, q̄tū ambitiosum sit huiusce rei studiū in toto hoc hominū genere) uidelicet laudatissimoꝝ uirorum titulis ad eā rem est abusus. Et idcirco in Hieronymi uita, quā nos in extremo huī ordinis calce subiecimus, idē tidem inculcat illū Eremitā fuisse, quo tā inclytum uirum suo assereret gregi. Deinde tot lepidissimas scilicet homilias addidit, ad fratres Eremitas Augustini titulo, Cū omnes ferme ueterū contiones nō in tractādis cōmunibus locis, sed in exponēdis diuinis litteris uersari soleant. Postremo quod est omniū uenustissimū, orationem finxit Ambrosij nomine: cuius initiū est: Quod his diebus contigit fratres charissimi:

in qua

in qua Christianæ gratulaꝫ religioni, de tãti militis, nempe Augustini, accessiõe: miroq; artificio illud agit homo suauis, ut in ipso statim baptismo diuus Augustinus, nigram cucullã, & baltheũ coriaceũ ab ipsis Ambrosij manibus sumpsisse puteꝫ: nimirũ eius ꝓfessiõis insignia, ut totũ etiã Augustinũ suo uindicaret ordini: eũq; cingulũ a Simpliciano donatũ affingit. Ad hæc de hymni uicissim decantati fabula meminit. Postremo uaticinatur futurũ, ut ex Augustino multæ religionis cõstitutiones nascerentur: cũ Ambrosij tẽporibus nemo religionis uocabulũ in eũ sensum usurparit, quo nũc uulgus utitur illitteratũ. Vt ne dicã interim, quod ipsa tam diligens historiæ inculcatio, de disciplinis citra præceptorẽ perceptis, de Monicæ lachrymis, de Simpliciano, de Adeodato & Alipio, affectatæ impostura suspitionẽ habet. Quẽadmodũ eleganter Quintilianus parietẽ undiq; palmis cruentatũ, cæteraſq; nimirũ consentientes coniecturas, in ipsam retorquet nouercam. Atq; hæc quidẽ studiose lector, tametsi mihi quidẽ coniectura uehementer probabilis ac propemodũ certa uideatur, tamen haud est animus sup hac re cum quoq; digladiari. Nec eñ ita magni refert, quis fuerit huius actor fabulæ. Certe impudentissimũ fuisse rabulã & sacrilegũ impostorẽ, ipsa res indicat. In confesso est illũ, quisquis fuit, hoc affectasse, ut nunc Hieronymus, nunc Augustinus, nunc Ambrosius, nunc Cyrillus, nunc Eusebius, nunc alius atq; alius uideretur, Vertumnum quẽdam aut Empusam Proteũq; referens, & cũ sit idem, alia atq; alia specie nobis occurrẽs. Idq; cum nec æloquentia possit assequi, homo infantissimus: nec eruditione, illiteratissimus: nec pectoris sanctimonia, circulator: quod erat in procliui, fictis titulis rem agit. Hieronymũ se uisum iri credit, si sæpicule nominet Paulã & Eustochiũ: Augustinũ, si plus uicies in singulis paginis iteret, fratres charissimi, quod aliquoties his uerbis ille sit usus. Sed astutulus admiscet nonnihil ex historia, quod quidẽ facit etiam in homilijs ad Eremitas: uerum adeo coacte frigideq;, ut facile suboleat mendacium, & cõtinuo succurrat illud Ciceronis: Nisi fingeres, non sic ageres impostor. Cæterum in regula uirginũ, quã scripsit iam centenarius, totas hic furcifer hebdomadas uersatur inter angelorũ choros: & affatim cum diuina triade cõfabulatus, tandẽ in terras deuolat, iam uates factus ac futurorũ præscius. Quid hac impudentius hypocrisi? Imo quid magis impium? Nam longe aliũ fuisse, cꝫ uideri studet, primũ ipsa prodit inscitia, deinde prodigiosa sermonis barbuties, plurimis sordidissimis & horũ temporum uocabulis inquinati. Atq; hic est certissimus index, & lydius (quod dici solet) lapis. Nihil eñ hic succulentũ, nihil exactũ, nihil elaboratũ inuenies: sed tumultuariam modo uulgarium uerborũ & ineptissimarũ sententiarum congeriem. Iam & illud plane coarguit hominẽ, quod cum plurimũ interſit inter Hieronymianã, Ambrosianam & Augustini dictionẽ, apud hunc eodem orationis filo loquũtur omnes, atq; ille quidẽ coccycis in morem, subinde alijs atq; alijs conuesti/tus plumis sese ostentat: at cantũ illum suũ natiuum mutare nõ potuit infelix, & uelut histrio uaria tectus persona, subinde alius nobis prodit in prosceniũ: sed uox semp eadẽ, eadẽ gesticulatio prodit subornatũ. Nã & Cyrillus qui Græce scripsit, apud hunc latine loquitur, nec aliter loquitur, cꝫ Augustinus aut Hieronymus. Nimirũ declarauit fallendi studiũ sibi nõ defuisse, cũ deesset facultas. Ac cætera quidẽ ipsa causæ præstabit æquitas. Vnum illud precibus meis lector donet uelim, ne quid obstrepat nostro iudicio, ne reclamet, ne tumultu misceat omnia, priusq; attentius, quæ reiecimus perlegerit. Si in his quæ diui Hieronymi titulis insigniuntur uel unica periodus inueniatur eo uiro digna, non obsistam, quo minus oĩa Hieronymo transcribanꝫ. Sin totus sermo a capite, quod dici solet, usq; ad calcem, sic cum oĩbus Hieronymi dotibus pugnat, sic omnibus dissidet notis, ut plus conueniat homini cũ camelo: quæ malũ dementia est perpeti, ut cum summa & tanti uiri, & studiosorum omniũ contumelia, fictis titulis ista uenditẽtur? Bene res habet, quod tali animo nõ contigerit eruditio. Deum immortalem, Quid si huic impostori, uel mediocris accessisset æloquentia, si uel tantillum eruditionis & ingenij, ut qualecũq; simulacrũ Hieronymianæ dictionis effingere potuisset? Quis ausurus erat hæc iam recepta conuellere? Nũc præter titulos adeo nihil potest imitari eorũ, quorũ personam sumit, ut qui credat, nõ ab illo, sed a suo ipsius animo deceptus esse uideatur. Quot dotes præstandæ sunt ei qui Hieronymus uelit haberi? Habet Augustinus, floridũ quiddam & picturatum, atq; ut ita loquar Punicum, habet argutiam non iniucundam, habet sua schemata, quibus se delectatum ipse fatetur in opere cui titulus, de doctrina Christiana. Diuus Ambrosius acumen quoddam e schola declamatoria refert, tacitis ac crebris titillat allusionibus. Ex his notis tantum abest, ut quicq; potuerit adumbrare noster histrio, ut nec semilatinam exhibeat orationẽ, ut nec cordatã, nec sanam. Et tamen homo perfrictæ frontis non dubitauit insulsissimis blatera mentis excellentium uirorum titulos præfigere, Tantum illi addidit fiduciæ, mortalium uel inscitia, uel oscitantia. O sacrilegũ caput, cui id tantopere studio fuit, ut sacras tantorũ uirorũ lucubrationes suis cõspurcaret ineptijs. O spem improbam, qua sibi promisit futurum, ut hæc indoctissima deliramẽta, cœlestium doctorum titulo circũferrẽtur. O lethargũ nostrum, quorũ oscitantia factum est, ut huic impostori tam impius conatus succesſerit, totq; iam annis insulsissimæ næniæ, excellentissimorũ heroum nomine legantur citenturq;. Neq; uero qsquã hæc cõtumeliosius a me dici putabit. Non est eñ contumelia detrahere personã histrioni, sed pium est, sanctissimos uiros simul & studiosum lectorẽ ab indignissima cõtumelia uindicare. Nõ est cõtumelia, pdere sacrilegũ, sed officiũ est excellẽtiũ hominũ famæ cõsulere. Nõ est hoc truncare Hieronymũ, sed aurũ plumbo uitiatũ repurgare. Nec amat Hieronymũ, nec intelligit Hieronymi dotes, q nugas eiusmodi illius legit nomine. Pluſq; cæcus est, qui hæc nõ perspicit: pluſq; impius qui cũ perspiciat, ferre tamẽ potest. Semp inter sacras res habita sunt eruditorũ monumẽta, atq; hac gratia ueteres illi libros immortalitate dignos cedrina conditos capsula, in Apollinis templo reponere cõsueuerunt. Authorũ imagines in bibliothecis reponebanꝫ, ac nũc quoq; Ciceronis bibliotheca, Puteolis ceu res sacra dicataq; uisitur. Quãto magis nobis sacras esse conuenit diui Hieronymi lucubrationes, quẽ iuxta cõmendat & eruditio singularis, & rara uitæ sanctimonia? Quẽ ita Romanus orbis summũ habet theologũ, ut habeat pene solũ.

Sacrilegij genus habetur, parũ reuerenter attrectare sanctorum reliquias, puta cingulum Annæ, aut calicem Edmondi, Georgij pectinem, aut calceum Thomæ. Hæc quoq; uenerabundi exoſculamur, oculis admouemus. Quantum igitur debetur religionis, tam diuini uiri litteris, quæ nobis nõ pileum illius exhibent aut ſtrophium, ſed uiuam & adhuc ſpirantem pectoris imaginẽ, unde Chriſti ſpiritus inhabitator ea mundo prodidit oracula, Exhibent nobis apices illi muti, quod uiuum Hieronymi corpus nõ exhiberet. Quid em̃ magni ſit hominis figurã intueri? Hic hic arcanum illũ mẽtis habitũ intueor, hic mihi quod in illo fuit optimum ſupereſt, Hic mihi totus uiuit Hieronymus, docens, exhortans, cõſolans, ac ueluti de ſui pectoris igni inflammans ad pietatẽ. Hæ ſunt uere ſacroſanctæ diuini cõfeſſoris reliquiæ: quas illotis pedibus ſimul ac manibus, contaminare, conſpurcare, adulterare, ac modis omnibus prophanare, nonne ſumma uideatur impietas? Omnes inexpiabile facinus clamitent, ſi quis Sardanapali cineres, pro diui Iohannis cineribus exhibeat oſculandos. At longe grauius piaculum eſt, nebulonis indocti nænias, pro ſanctiſſimi doctiſſimiq; uiri monumẽtis in uniuerſam eccleſiam inducere. Nam illic quidẽ aut nihil, aut non multum ledit error: cum affectum non factum in hiſce rebus ſoleat imputare diuina bonitas. At hic deceptus, pro ſalutaribus præceptis, hypocritæ ſomnia in animum trajcio. Nemo non ſummã ducat eſſe impietatem, ſi quis ſancti Franciſci tunicam in cœnũ abjciat, ac pedibus conculcet. At quanto irreligioſius, ſalutares optimi uiri lucubrationes, admixtis obſcuri nebulonis nugamentis, deprauare, prophanare, corrumpere? Hirenæus, Euſebius, Ruffinus, cũq; his alij complures, ſi quando uolumen æderet in uulgus, per omnia ſacra ſcriptorẽ obteſtabantur, ne quid immutaret, ne quid adderet, ne quid prætermitteret: ſed quod in exẽplari repperiſſet, bona deſcriberet fide. Quod nam igitur hoc tam impium ſacrilegij genus, omnes ſacroſancti uiri libros, utcunq; lubuit, truncare, augere, miſcere, uitiare, tollere, ſupponere, nec aliter in hos, quam ſus ſolet in ſegetem, debacchari? Ipſe profecto qui nihil ſum, non ſolum ad Hieronymum, uerũ etiam ad mediocres, tamen haud ferendam contumeliam mihi factam putarem, ſi quis eiuſmodi nænias meo prodat nomine, cuiuſmodi impoſtor hic attribuit Hieronymo. Tam multæ ſunt principum & pontificum cõſtitutiones, de rebus pene nihili. Sup hoc negotio quo non aliud magis pertinet ad hominũ uitam uel inſtituendam, uel corrumpendam, nulla cautio, nulla exactio, nulla pœna: ſed quicquid librarijs libuerit, idem licere ſinimus: neq; ſecus atq; medici & pharmacopolæ, quodcũq; nomẽ herbæ dixerit anicula quæ attulit, hoc accipiunt, & egrotis miniſtrant: ita nos quocũq; titulo librarij librũ euulgarint, eo legimus & amplectimur. Quod quanto cum periculo fiat, uel hinc eſtimes licebit. Comprobatus eſt tum omniũ conſenſu, tum pontificũ authoritate diuus Hieronymus. Proinde fieri poteſt, ut huius titulo rabula quiſpiam peſtilentes opiniones ſuas in uulgus diſſeminet. Quod ſi Hieronymo refragari nõ licet, & illius eſſe cenſetur, qcquid huius præfert titulũ, futurũ eſt ut uel impius habeatur qui reclamet, uel uenenum hauriat pro remedio, qui legerit aſſentiens. Nunc reſtat unus ille ſcrupulus eoq;, qui plus operæ contriuerũt in ſophiſticis contentionibus, q̃ in euoluendis bonis authoribus. Hi forte cauillabuntur nimis audacter a me rejci quædã, e quibus tamen permulta citat Gratianus in pontificum decretis. Reſpõdere poteram quẽadmodum & ante ſum teſtatus, opus illud uſu modo ſcholaſticorũ receptum. Nec em̃ ullis conſtat argumentis, quis fuerit Gratianus, quo tẽpore ſuũ exhibuerit opus, cuius pontificis, cuius cõcilij fuerit authoritate comprobatũ. Nam ea quidẽ fabula, quæ de palea iactatur in ſcholis, prorſus affinis uidetur illi, quæ de permutatione Diomedis & Glauci, deq; legibus a Græcis petitis fert in Pandectarum gloſſematis. Deinde in tam confuſa rerum congerie, cum interim uelut a diſputante pugnantes ſæpenumero ſententiæ recitentur, non continuo pro oraculo cõuenit accipi, quicquid ibi ſcriptũ offenderis. Primas illic tenet Iſidorus, ac ſummis de rebus pronunciat homo grammaticus. Nihil enim is aliud (quod æquidẽ ſciam) ſcripſit: & ita grãmaticus, ut a grãmaticoq; quoq; collegio rejciatur. Ac mihi quidẽ uidetur is quiſquis fuit, ſiue Gratianus, ſiue Craſſianus, hoc potiſſimum conſilio ueterem illam decretorũ collectionem antiquare noua uoluiſſe: ut Iſidorum ſuũ conterraneũ opinor, & alios quoſdam recentiores nobilitaret. Nam Bedam inter eruditos numero. Hoc eam ob cauſam admonui, ne cui mirũ uideatur, ſi quem librum Hieronymi nomine citat Gratianus, qui non ſit Hieronymi, uidelicet homo ſæculo natus infeliciſſimo & ueteris litteraturæ prorſus rudis & imperitus, adeo ut ſæpenumero cum ex Hieronymianis cõmentarijs citat teſtimonia: ſiquid incidit, quod uel ob antiquitatem uel græcitatẽ admixtam minus intellexerit, tranſiliat, cum ea magis etiam ad rem pertineãt. Poſtremo labi potuit ſũmus põtifex, hallucinari potuit ſummũ pontificis cõſiliũ, in his inquã, quæ ad fidei neceſſitatem nõ pertinebant. Nec em̃ cõtinuo periclitatura ſit Chriſtiana religio, ſiquis euãgeliũ Marci, Petri titulo legere malit, a quo nonnulli dictatũ exiſtimarũt: aut Pauli ad Hebræos epiſtolam Clementi malit aſſerere. Rem potiſſimũ approbauit eccleſia: de authore non reclamans quidẽ, ſed neq; digladians. Ad hæc multa paſſim irrepũt in publicã cõſuetudinẽ, epiſcopis uel inſcijs uel cõniuentibus, quæ deinde, quoniã extorqueri uix poſſũt, publicis cõdonant affectibus, & tolerant uerius q̃ approbant. Atq; utinã tantũ eſſet ocij Romanis pontificibus, ac cæteris epiſcopis, ut in his quæ ad Chriſtianã pertinẽt eruditionẽ, tantũ ſtudij curæq; poſſent impendere: quantũ & ipſa meretur res, & publica flagitat utilitas. Hoc loco ſentire puto cordatũ lectorẽ, qd reticeã, ac tacitæ cogitatiõi relinquã. Siquidẽ expedit nõnũq; & uera tacuiſſe. Ad hæc ut repetã quod iam ſuperiore præfatiõe diximus, nõ hoc agebatur id tẽporis a Gratiano, cuius eſſent ij libri quos citat, Hieronymi ne, an alterius, ſed quod ad argumenti propoſiti comprobationẽ facere uiſum eſt, in reliquũ agmen aſſcripſit. Et quoniã iureconſultis titulo citare mos eſt, eũ addidit, quem forte repperit in codice. Quẽadmodũ & diuus Hieronymus, opus ad Herenniũ, Ciceronis noie citauit. Atqui ſi hac de re incidiſſet diſputatio, nõ dubito, quin negaturus fuerit a Cicerone ꝓfectũ. Niſi forte quoties apud eũdẽ Gratianũ deprehẽdimus Hieronymi noie citata, quæ ſunt Origenis: aut Cypriani titulo, quæ ſũt Auguſtini: id

quod

quod in multis accidere palam est. Aut cum offenderimus in Catalogo scriptorum pro Iuuenco subditũ Vincentium,aut aliud simile:quod uel authoris errore,uel librarij cõmissum sit incuria:protinus actũ putabimus de fide deq; authoritate totius uoluminis.Proinde quod ista semouimus,nihil opinor attinet ad fidei Christianæ ueritatem, sed ad Hieronymi gloriam pertinet,in quem indignum erat huiusmodi conferri nænias,quem uirum haud conueniebat a tali precone laudari:pertinet ad studiosorum utilitatem, quos passus non sum,pro doctissimis optimi uiri scriptis, insulsa obscuri nebulonis blateramenta legere. Porro quod audio quosdã inepte meticulosos obijcere,si in receptis sanctorũ doctorũ uoluminibus aliqua cõuellant, periculũ fore ne diuinæ scripturæ uacillet authoritas:etiã si nihil ad hãc rem ptineat, tamẽ nõ alienum fuerit paucis refellere. Nec em̃ hic de diuinis agitur litteris,sed de libellis falso inscriptis Hieronymo.Quod si maxime ageret,succensere conueniebat,non ei qui falsitatẽ coarguit,sed qui admiscuit. Etenim quo quicq; sacratius est, ac propius ad Christianam attinens pietatem,hoc sceleratius est uitiare, quod scriptũ est.Rursum quo grauius crimẽ corruptoris,hoc magis amplectendũ officiũ restituẽtis.Nõ hoc est falsitatẽ inducere sacris litteris,sed excludere. Nec ob id periculũ est,ne minoris fiat autũ,si fuerit ab aurifice repurgatũ:aut ne abijciãtur gẽmæ, si qs adulterinas & factitias semouerit.Imo hoc certior erit diuinæ scripturæ authoritas,si nihil in ea uel subditiciũ,uel mendosum residere patiemur. Nisi forte nũc non credimus quatuor euangelijs,quod reliqua ueluti fabulosa damnauit ecclesia. Aut metuẽdum est,ne mundus uniuersus desciscat a Christo,si quid in arcanis litteris indicaro,uel ab indoctis aut supinis librarijs deprauatũ,uel a dormitante interprete parum cõmode redditum. Nihil credit qui quiduis credit,utq nõ iudicio, sed animi credat leuitate. Nemo uerius credit euãgelijs,q̃ qui nõ oĩbus credit euãgelijs. Nemo plus defert sacris libris,q̃ qui a uere sacris secreuit apocryphos. An is tibi uidetur honorem habere Hieronymo,qui nolit Hieronymũ a nebulone dignoscere? Plinius ita demũ credit placuisse librum,si quædã displicuerint:usq; adeo nõ existimat ꝓbari,nisi quod iudicio probaris.Et superiore præfatiõe,satis opinor demonstratum est,nullum esse scriptorũ genus,quod non alicubi sit subditicijs huiusmodi libris contaminatũ.Num illud pium & candidũ esse duces,cuiuis indocto permittere,ut quidlibet inuehat,de prauet quidlibet,non permittere studiosis & eruditis,ut quod supposititũ fuerit reijciant,quod uiciatum emendent? Sed illud fortassis exigis,ut hoc authoritate fiat episcoporum.O rem præposteram.Nõ indignãtur impostori,qui citra ullius authoritatem uitiauit sacros libros:in eos stomachãtur,qui citra totius ecclesiæ authoritatem,quæ uitiata sunt corrigunt.Quãq; nos haud conamur præire principibus ecclesiæ, sed illorum occupationes hac nostra qualicũq; adiuuamus opera.Admonemus,non decernimus:indicamus,non iudicamus. Neq; quicquã addubito,quin & illi uel potissimum,sint nostram comprobaturi sententiam.Sed odiosum est,inquiunt,tot iam sæculis recepta labefactare. At quid olim septuaginta æditione receptius? Nec tamen hanc ueritus est Hieronymus,frustra reclamantibus cum Augustino quibusdã episcopis,sua interpretatione corrigere. Quid illa de septuaginta cellulis fabula decantatius? At non dubitauit Hieronymus rem nulli non creditam,non solum Augustino,mẽdacium appellare.An quicq; est hac noui testamenti æditione uulgatius? At quid decessit de pondere ueritatis euangelicæ,quod Laurentius homo rhetoricus, magis q̃ theologus, locos aliquot reprehendit perperam ab interprete redditos? An minore fide iam epistolæ Paulinæ leguntur,quod earum æditionem hãc qua uulgo utimur,Iacobus Faber Stapulensis, uir non minus integritate uitæ q̃ eruditione probãdus,negauit esse Hieronymi, quod Laurentiũ imitatus permulta mutauit,uel deprauata,uel male reddita? Qua quidẽ in re nos quoq; per idem tempus nauabamus operam: ac mire factum est,ut cum uterq; de altero nesciret, tamen ambo rem eãdem, eodem moliremur tẽpore, etiamsi si illius anteuertit æditio. Quæ utinam esset eiusmodi,ut nostra quam paramus, prorsus superuacanea uideri possit.Plurimum tribuo Fabro,ut uiro non uulgariter erudito:ueneror, ut optimum:faueo,ut amicissimo. Verũ si in prophanis rebus Aristoteles, ueritatis potius q̃ amici Platonis rationem habendam esse iudicauit, multo magis id par est facere in his litteris, quas inter sacras habemus,ut ita dicam,sacratissimas.Nec hoc dixerim,quod illius æditionem minus approbem,sed ut mihi detur uenia, sicubi uidebor a tãto uiro dissentire. Verũ ut ad id quod agitur redeã: quid ꝓximis hisce diebus accidit ecclesiæ? Num labascit orbis Christianus,quod Paulus Middelburgus episcopus Forosempronien sis,publicũ de ratione festi paschalis errorẽ,libris æditis coarguit? Quod si tantarum nouatione rerum, non solum non labefactatur ecclesiastica authoritas,uerum etiam constabilitur: quid pauitant ne cœlum ruat, si nos ab eruditissimis Hieronymi libris, illitteratas ineptias studuimus semouere? Atq; utinam quod in epistolarum uoluminibus præstitimus,in cæteris item illius cõmentarijs præstare licuisset. Quod si omnino requirit authoritas: molimur hæc multis ac magnis,& his eruditis præsulibus, fauentibus, adhortantibus,extimulantibus,nec approbantibus modo,uerum etiam effusissima liberalitate nostram industriam adiuuantibus. Quorum princeps & antesignanus unicus ille studiorum meorum Mœcenas Gulielmus Vuaramus Archiepiscopus Cantuariensis,totius Angliæ primas, uir omni litterarũ ac uirtutũ genere sic absolutus: ut quæ uix singula reperias in alijs, in hoc mireris uniuersa, & unus abunde sufficiat ad omnes consummati præsulis dotes,uelut in tabula representandas. Nec alij sane sua laude fraudabuntur. Verum in præsentia non est onerandus longiore præfatiõe lector. Illud modo adijciam,admonitus est iam pridem super hoc nostro labore Leo pontifex modis omnibus maximus,idq; non tantum meis,sed complurium item excellentium uirorum litteris,a quo ceu doctissimo simul & optimo,non illud solum expectamus, ut hos conatus nostros sua comprobet authoritate, uerumetiam ut amplissimis præmijs prosequatur. Verbosius quidem hæc fateor, a nobis sunt disputata, q̃ prologorum modus patiatur. Sed nihil non tentauimus,nullum non mouimus lapidem, quo nemini non esset satisfactum,ut alios aliæ res,uel offendunt,uel placant. Quod si quis adhuc reperietur uel adeo

ſtupidus,uel adeo ſibi ipſi inimicus,uel ita diutina cõſuetudine corruptus,ut in hiſce blateramẽtis bonas horas uelit male collocare, ne is quidem habebit quod nobis ſuccenſeat,quãdoquidẽ per nos habet omnia,quæ ſuperiores æditiones complectẽbantur,eaq; multo ꝯ antehac emendatiora,Nonnullis etiã additis,quæ illic non habebantur.Adeo cauimus ne quem offenderemus,ut eruditis pariter & ineruditis, æquis & iniquis,deploratis ſimul & bonæ ſpei ingenijs ſtuduerimus morẽ gerere. Bene uale lector amice,Baſileæ.Anno.M.D.XV.Menſe Auguſto.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

ANimaduerte queſo lector,ꝯ totus ſermo iaceat,adeo nõ facũdus,ut nec ſemilatinus.Deinde ꝯ nulla felix inuentio. Tum ꝯ rara frigidaq; ſacrarũ teſtimonia ſcripturarũ.Sentias impudentiſſimum aliquem rabulam effutientem nõ proloquentẽ,& quicquid in buccam uenerit eblaterantem. Et tamen auſus eſt homo ſuauiſſimus,addito ſuis nugis Hieronymi nomine,ſperare futurum,ut pro Hieronymianis legerentur. Ac ueriſſime quidẽ dictum eſt, nihil tam abſurde fieri,quod non reperiat admiratorem. Non ſolum leguntur hæc a magnis, ut ſibi uidentur Theologis,uerum etiam in grauiſſimis quæſtionibus,uelut oracula citantur.

## AD TYRASIVM SVPER MORTE FILIAE CONSOLATIO.

BEnedicto & dilectiſſimo parenti Tyraſio Hieronymus. Charitatis tuæ ſcripta percepi:in quibus animum tuum dolore commotum de filiæ dormitione cognoui.Nõ aliud principaliter admiratus ſum: ꝯ Chriſtiani pectoris in te ablatam uirtutẽ fuiſſe:ut animũ flecteres ad dolorem.Stupeo murũ fidei penetratum uulneribus orbitatis: quẽ ſepire debuerat ſpes reſurrectiõis & regni cœleſtis.Nun ꝯ ſpes cũ dolore cõcordat:nec fides aliquando ſentit quãcũq; iacturã.Reſurgere credimus mortuos & plãgimus?Quid faceremus ſi mori tantũmodo ſine reſurrectiõe ꝓciperet deus?Volũtas eius utiq; ſola ſufficeret ad ſolatiũ:cui nullũ ꝓponere iubemur affectũ.Quod dederat, abſtulit qui creauerat. Quis eſt qui plangat quod ad tẽpus acceperat? Cõmodauerat ut haberes quantocunq; tẽpore uoluiſſet : ut cũ uellet rurſum auferret.Nihil abſtulit tuum,qui dignatus eſt recipere propriũ.Creditũ ſuum recipere decuit creditorem:& nihil aliud decet ꝯ creditori ſuo gratias agere mutuantem.Sic Iob legimus:quã ſequamur deuotiſſimã uocem. Dominus,inquit,dedit,dñs abſtulit:ſicut dño placuit,ita factum eſt: ſit nomen dñi benedictũ. Parua ergo non erat hæc conſolatio cõtra luctum,quod nemo lugere debeat,cum aliquid reddiderit alienũ:quia fas non erat apud alium retineri, quod domino ſuo fuerat neceſſarium. Additur conſolationis alia prouidentia: quæ iaculis orbitatis occurrat. Plangere debuimus de ſæculo recedentes, ſi ſæculi inimicitias contra nos minime ſentiremus:& plangimus dñi beneficia:qui nouit infirmitati noſtræ quid præſtet. Periclitari uolebat adhuc qui dolet aliquem dormientem:& inter fluctus uitæ præſentis uidere cupiebat miſerũ laborare. Talibus ac tãtis tempeſtatibus uitæ,tot impugnatiões diaboli,tot corporis bella,tot ſæculi clades euaſit.Et lachrymas fundis,quaſi neſcias qd in teiꝑo quotidie patiaris.Propter quod admonet dñs apoſtolos ſuos dicens:Si diligeretis me,gauderetis,quia uado ad patrem.Plane Laçarum fleuit mortuũ,ſed non tuas lachrymas fudit. Reſurrectiõis ꝓmiſſor,dolorem docere nõ poterat:ne fidem perfidiã faceret quã docebat.Doluit Laçarũ non dormientẽ:ſed potius reſurgentẽ:& flebat, quem cogebatur ꝓpter ſaluandos alios ad ſæculũ reuocare. Hanc uitã dans dñs ingemiſcebat,quã tu doles eſſe ſublatam.Contra lachrymas eius pugnant lachrymæ tuæ, & amor tuus amori eius non cõuenit.Hic fletus non habet pietatẽ.Ille nolebat reddere laboribus quẽ dilexerat:& tu amare credebas te,cui laborum uolebas adhuc præſtare tormenta? Cæterum ſi putas eum Laçarum doluiſſe,ante non permiſiſſet exire,qui repellere potuit mortem. Aut certe non fleret,qui mortuum ſuſcitare poſtmodum habuerat poteſtatem. Vnde apparet ſola eum cauſa fuiſſe cõmotum:quod ad hoſtilem uitam chariſſimum reuocare denuo, & propter credituros aliquos & confundendos incredulos urgebatur. Deniq; ſic ſubſecutus eſt dicens:Ergo pater ut credant,quia tu me miſiſti,ait clara uoce,Laçare prodi foras. Et factum eſt. Gaude ergo unde ille coactus eſt flere,ne tu ſaltem uidearis dormientis felicitatibus inuidere. Ab alieno mundo propriũ tranſiuit ad dñm: & de hoſtili patria, migrauit ad cœlum. Cõtra ſic Apoſtolus cõmemorat dicẽs:Q; diu ſumus in hoc ſæculo peregrinamur a dño.Nõ ergo nobis luctum debet incutere quiſq; cum a peregrinatiõe redire meruerit ad ꝓpriam regionem,maxi-

me cũ

A me cum non inanis & uacuus redire noſcatur, qui Chriſtianitatis mercatus eſt lucrum: propter quod deſcendit ad mundi cõmertium. Et ego, inquies, nulla promiſſionum cœleſtium dubitatione cõturbor, ſed ſola ſeparatione dormientis æſtuans, deſolatus ſolatio pĩj pignoris iactor. Excuſatio eſt hæc benedicte ſine dubio fragilitatis humanæ, quæ patrocinari non poteſt diffidentiæ. Si em̃ deſolationes homines ferre non ualerent, nunc̃ꝫ prorſus parentes a ſe ſua pignora dimiſiſſent. Deſtitutos ſe a morientibus conqueruntur, & uiuos filios, aut propter honores, aut propter negocia peregrinis regionibus credunt: & gaudent tota uita ſine affectibus cõmorari, dũmodo capiant, qd̃ cupiũt de ſuis pignoribꝰ adipiſci, & ut ad palatia pergãt peregrinant̃. Ad ſtudia dignitatis nauigant acquirenda, uel ad cauſas patrimonĩj aliquas explicandas cum labore & periculo, pficiſcentes omnes impellunt, nec ſecum uacare quos diligunt patiũtur. Et ut ad palatia cœli, ad ſtudia Chriſti, ad honorẽ uitæ ꝑpetuæ, & patrimonium poſſeſſionis æternæ cũ ſecuritate ualeant peruenire, nemo filios ſuos a ſe libenter gratulatur abſcedere. Ad comparanda peccata gaudent tam parentes a filĩjs, c̃ꝫ filĩj a parentibus, prouocante diabolo ſeparari. Ad indulgentiam percipiendam, nolunt ab inuicem deo uocante diſcerni: ut appareat nõ pro noſtra ratione nos dolere quemcunq; uidemur amittere: ſed iudicium magis oſtendere diffidentiæ. Mihi crede ſola in omnibus incredulitas mœret. Et ſicut non poteſt fides noſſe quod doleat: ſic diffidentia ſola doloribus inuenitur ancilla. Nam ſi dormientes dicimus: dormientes utiq; credere debemus: & non mortuos, ſed requieſcentes ſecundum uocem domini. Omnis enim, inquit, qui credit in me, licet moriatur, uiuet. Si tibi medicus hoc promitteret quiſc̃ꝫ: nullam ſine dubio promiſſioni eius negare poteras omnino læticiam. Nunc quia Chriſtus fabricator & reſuſcitator promittit: non times eam plangere: ut fideliorem Chriſto pariter & potentiorẽ medicũ uidearis in promiſſione iudicare. Sed deſtitutã dicis doleo ſenectutem meam: qui debueram liberos meos potius antecedere, ne in laboribus remanerem. Quando de

B ſpiritalibus bonis quodcũq; tractatur: nihil eſt omnino de carnalibus ante oculos proponẽdũ. Ego tibi melius profiteor eueniſſe: qui non carnalẽ, ſed ſpiritalẽ circa te conſydero felicitatem. Tu te dicis de pignoris tui obitu in ſenectute confectũ: ego ecõtra probo ſubleuatũ. Senectuti tuæ amputauit dñs magis ſollicitudinem: quæ torquebat de uiua filia ne periret. Melius utiq; nũc mortuã ſæculo credis eſſe apud deũ uiuã, c̃ꝫ hic uiuã mortuã. Gaude tibi quod filiã Chriſtianã mereberis ſeq: quã ſecutꝰ in cœlo gaudeas rurſus amplecti. Nõ te deſeruit, ſed p̃ceſſit. Miſiſti nutrimenta tua Chriſto. Si luctũ horrueris: & te obtuliſſe pignus deo deputari poteris. Secundũ uotũ tuũ habe poſt Abrahã, ſi nõ potes primũ: ut qd̃ ille nõ dubitabat offerre, tu forte uidearis de ſublato gaudere. Ab illo dñs poſtulauit, a te tulit: ille iuſſioni paruit, tu uolũtati conſentias. Illũ per illicitã legẽ naturæ ꝓbauit ſibi deuotũ: te ſaltẽ per licitã conditionẽ mortalitatis annotet religioſum. In qua parte Chriſtianũ te poteris approbare. Erubeſcat incredulitas noſtra: quæ nec cũ gẽtilibꝰ deo uult eſſe ſubiecta. Cõmunis eſt nobis cũ illis exitus mortis: & dolores illoꝝ ſuperamus doloribus noſtris. Quid ageremus ſi peculiare aliq̃d exigeret̃ a nobis? Qd̃ ad dedecus noſtrũ ꝓtinet: gentiles dolores ſæpe cõtemnunt, cũ nõ ad promiſſa cœleſtia: ſed ad pœnas tartari rapiantur: & nos plãgimus euntes ad cœlũ? Cõſydera Chriſtianus talis quid merebitur deinceps: qui nec imitari cõtendit exempla ſanctoꝝ, nec contemptũ habere gentilium? Illi luctus deſperando deſpiciũt: nos & ſperãdo deſpicere nõ conamur. Illi ſeruire intrepidãter filios ſuos mortalibus tradũt: & nos deo noſtro ſimul & ſuos liberos, & noſtros liberandos dimittere ſacrilega mente cũctamur: quaſi tutius apud hoies iudicemus magis c̃ꝫ penes deũ condemnari. Aliquẽ filiorũ Chriſtiani nolunt uel gratulatione ſua deducere ad bona: gentiles tradere non cunctantur ad mala. Poſtremo uel cum ipſa felicitate noſtrorũ morientium cogamur animum flectere: ne deſyderĩjs eorum deſyderia noſtra incipiant reluctari. Eſto religioſus, uel uoto eius quæ euaſit, ſi non potes tuo. Exulta, quia placuiſſe cognoſcis tui participiũ ſanguinis Chriſto: maxime quod de occaſione debeas tolerare domini uoluntatẽ: cui nõ potes contradicere. Et cũ ſit omnibus cõmunis hic caſus: uanus dolor eſt, qui nec primus uidetur eſſe, nec ſolus. Sed dicis: Nullus me de mea deſolatiõe mentis angor exulcerat: ſed pro derelictis paruulis morientis humanitatis affectus impulſat. Nec licet commoueri animum Chriſtianum, ne contra

C Christi imperia reluctetur. Quid interest quandocunq; & qualescunq; filios dimisisse: quos iubemur a domino causa deuotionis odisse? Melius nunc saluam animam suam moriens dereliquit in pace: ne in persecutione dimittere cū suo interitu nō ualeret. Ipsis auxiliabit in mundo: quorū matrē habet in cœlo. Et qui matri subuenit, & filijs certe succurret. Postremo uide si aliquid debeat dolori concedi, ubi sine aliquo remedio potest animus fatigari. Sapiēter debet dolere qui dolet: ne perdat sine causa quod dolet. Nunc autem cōtra luctum sumenda sunt arma: ut spes nostra possit habere uictoriā. Principaliter quod uoluit deus suscipere gratulemur. Deinde quia hoc nobis in mūdo cōmune est: additur priuatim peculiare nostrū, quod ad requiē deducamur. Sequitur cōsummatio omniū gaudiorū, quod in resurrectione inuicē nobis domino reformante reddemur: quod Apostolus pollicetur: Nolo uos ignorare fratres de dormientibus: ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Si em̄ credimus quia Christus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt in Christo adducet cum illo. Hæc tibi benedicte pro charitate communi transmisi. Cæterum scio te ualere alios consolari. Tunc te orbitas non inueniet penetrabilem, si alios contra illam non cesses armare.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hæc in quibusdā exemplaribus inscribitur ad Oceanū, uerū homiliarū more desinit. Sapit eundē authorē, cui⁹ est superior epistola, qppe nec æloquēs, nec erudita, nec ullo modo spirās pectus Hieronymianū.

## AD OCEANVM DE FERENDIS OPPROBRIIS HORTATORIA.

D Iuersorum opprobria, tribulationes multiplices, quibusdam insidiantibus, te sustinere cognoui. Cuius rei causam nō tantū, si hæc refellas doleo: quantū gratulor, si libenter excipias: in hoc em̄ in nobis Christi ostenditur fides, timor cernitur, manifestatur mors, si opprobrijs & tentationibus pro suo nos grataanter amore subiugemus. Nec hoc nobis cōtrariū debet esse, sed gratū, pro eo uel parua perpeti, qui maiora pro nostra salute perpessus est: præsertim cum sciamus regnum cœlorū non sine uarijs tentationibus adipisci: ut scriptum est: Oportet nos per multas tribulationes introire in regnū dei. Si ergo per multas tribulationes, quibusdam cœlestis regni aditus aperitur: illis utiq; clauditur, qui nolunt sustinere uel pauca. Oportet ergo nos diuersa tentationū genera æquo animo perpeti: per quæ nobis cœlestis ianua, pmittitur aperiri. Beatus apostolus Iacobus nos hortat & docet, quales in tribulationibus esse debeamus, cū dicit: Oīne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incideritis. Vnde satis præposterū & contrarium est, nos in huiusmodi rebus mœstitia aliqua fatigari: in quibus gaudium potius iubemur habere cūq; luctum. Et alibi idem Apostolus dicit: Beatus uir qui permanet in tentationibus: quoniā cū probatus fuerit, accipiet coronam uitæ: quā repromisit deus diligentibus se. Vide ergo quantū homini tentatio prosit: per quam beatitudinem consequitur & coronam. Sed illud intelligendum est, cum ita dicit: quoniā cum probatus fuerit accipiet coronā uitæ: quā repromisit deus diligentibus se. Illos inquit probatos, & ab his deum diligi: qui ob nominis eius causam in tentatione perstiterint: quibus merito corona, pmittitur: illos uero reprobos & nullius uitæ præmio dignos: quos nulla tentationū causa uexarit. Quapropter & nos gaudere in tētationib⁹ oportet, & portare debemus, per quæ & ,pbati æternæ uitæ p̄mio coronemur. Hoc etiā ipse dñs in euāgelio suo declarauit dicēs: Beati estis cum uos maledicent, & persequentur: & dicent omne malum aduersum uos propter iusticiam. Gaudete & exultate, quoniā merces uestra copiosa est in cœlis. Quis ergo post huiusmodi uocem tentari se non sinat? Quis ab hominibus persequi se iusticiæ causa nō optet? Quis nō tribulari uellet? Quis se non maledici desyderet: ut mereatur Christi uoce laudari: & cœlesti copiosaq; mercede munerari? Vtinam ob dñi mei nomē atq; iusticiam cuncta infidelium turba me persequatur & tribulet. Vtinam in opprobrium meū solidus hic mundus exurgat: tantū ut ego merear a Christo laudari: & suæ pollicitationis sperare mercedem. Grata itaq; & desyderanda tentatio est, cuius præmiū speratur a Christo in cœlo: nec maledictio grauis est, quæ diuina laude mutatur. Sustineamus ergo nos paululū in hac uita tētari: ut æternā postmodū possimus ,p tpali capere tentatiōe mercedē. Hominū q̄q; opprobria detractiōesq; patiēter & leuiter toleremus: ut dñi laudib⁹ digni esse possimus. Nā si hūanā laudē quærim⁹, diuinā amittimus.

Quisqs

A Quiſquis em̃ ab hominibus laudatur:culpatur a Chriſto, ſicut ſcriptū eſt: Væ uobis diuitibus, qui conſolationem ueſtram habetis. Væ uobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ uobis qui ridetis & gaudetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cum benedixerint uobis omnes homines. Vide ergo q̃ grauis & moleſta ſit humana laudatio,cui ita domin⁹ cõminatur.Homines em̃ animales atq; terreni:non niſi quæ temporalia & terrena ſunt diligunt:& quæ diligunt, hæc laudare uidentur. De illis ſcriptum eſt:Omne animal diligit ſimile ſibi: & ſic omnis homo ſecundū genus ſuum laudat opes, epulas,& diuitias,& eos qui precioſis & mollibus gloriantur in ueſtibus:quæ omnia lex ſancta prohibet atq; cõdemnat.Eos uero qui dilectione & timore dñi cogente,abiiciunt hæc omnia,& ſanctos ſecundum legis ordinem ſe exhibent,irrident atq; ſubſannant,infelices atq; miſeri ſuorum malorum nimietate cæcati:quibus non ſufficit quod propria nolunt lugere peccata,adhuc inſuper eos qui lugere uidentur irrident:& in ſubſannatione habent,quos debuerant imitari.Sed ueniet tempus:ut eorum riſus,uertatur in luctum: quibus nunc noſter planctus eſt riſus:& ut ſe fuiſſe diuites lugeant,qui nunc Chriſti pauperibus imprudenter inſultant. De quibus ſcriptura dicit: Tunc ſtabũt iuſti in magna cõſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt:& qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili:& ſubitatione inſperatæ ſalutis dicent intra ſe pœnitentiã agentes,& præ anguſtia ſpiritus gementes: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum: & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam: & finem eorum ſine honore. Quomodo ergo nunc computati ſunt inter filios dei,& inter ſanctos ſors illorum eſt? Ergo nos errauimus a uia ueritatis:& iuſticiæ lumen non luxit nobis:& ſol non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in iniquitatis uia & perditionis: & ambulauimus in ſolitudines difficiles,dum uiam domini ignorauimus. Quid profuit nobis ſupbia noſtra,aut diuitiarũ iactatio quid cõtulit nobis? Tranſierũt omnia iſta tanq̃ umbra. O ſi hæc nunc glorioſi & diuites lugerent,& qui alios irrident, dum tẽpus eſt & ipſi ſe flerent, non neceſſe haberent eo tempore gemere,quo nullus iam gemitus fle-
B tuſq; proficiet. Cuius temporis indicium beatus apoſtolus Iacobus cernitur memorare:dum diuites ut in præſenti ſe lugeant,hortatur & cõmonet dicens:Agite nunc diuites: plorate ululantes in miſerijs quæ aduenient uobis. Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt:& ueſtimenta ueſtra a tineis comeſta ſunt. Aurum & argentum ueſtrũ eruginauit,& erugo eorum in teſtimoniũ uobis erit,& manducabit carnes ueſtras ſicut ignis. Epulati eſtis,& in luxurijs nutriſtis corda ueſtra in die occiſionis. Sciebat em̃ quod quiſquis ſe in præſenti tẽpore fleſſet,in futuro nõ fleret. Hoc & ipſe dñs dicit:Beati qui lugent,quoniã ipſi conſolabuntur. Qui lugent,inquit,hoc tempore: ipſi poſtmodũ conſolabuntur a Chriſto. Ridentibus uero dicitur: Væ uobis qui ridetis nunc: quia lugebitis. Sed ne quis putet quod dñs generaliter omnibus ridentibus cõminetur,cũ alibi dicat ſcriptura: Vir autẽ ſapiens tacitus ridebit. Eſt ergo ſine crimine riſus,& eſt riſus in crimine. Sapientis riſus,nihil in ſe criminis habet. Ille uero indignus eſt,qui ſanctos & eos qui ſe deo exhibent irridet:de quo dictum eſſe puto: Qui irridet inopem,ad iracundiam prouocat eum qui fecit illũ. Sed quis eſt iſte inops:cuius ſubſannationis cauſa dñs prouocatur ad iram: niſi ille qui humanas terrenaſq; opes idcirco contempſit,ut illi placeret pauper:cui difficile opulens placere potuiſſet? Merito illis iraſcitur dñs:qui propter ſe pauperem factum irridere non metuunt. Irridebant em̃ ſcribæ & phariſæi Chriſtũ:quia diuitias contẽpſerat:ſicut ſcriptũ eſt: Hæc audientes ſcribæ & phariſæi qui erant auari,irridebant eũ. Habemus & nos ſcribas:habemus etiam phariſæos:qui nunc diſcipulos Chriſti ſpernentes diuitias,irrident:ſicut illi irriſere dñm ac magiſtrũ. Sed dicendũ eſt eis:quod tunc tẽporis dictũ eſt illis: Vos eſtis qui iuſtificatis uos corã hoibus. Qd̃ em̃ hoibus altũ eſt, abominatio eſt apud deũ. Nõ oportet ergo nos quorundã riſu uel ſubſannatiõe terreri:cũ etiã ipm̃ dñm a talibus nõ ignoremus irriſum:ſed exultare potius & gaudere debemus, ſi & nos illa oĩa quæ dñs noſter ante ptulit,perferamus,recepturi etiã p ipa ſubſannatione mercedẽ. Quia nihil eſt qd̃ nobis pro Chriſti noie ſine præmio irrogeť. Vide ergo q̃ beati ſint atq; felices:qb⁹ etiã inſipiẽtiũ riſus pficit ad ſalutẽ. Ita etem̃ dñs diligẽtes ſe diligit, ita ſe timẽtes honorat:ut nec irrideri eos gratuito ſinat:qbus & p ſubſannatione retribuit ultionem. Hæc igitur tu ſapiẽs ſanctaq; anima uide:ne inſipientiũ & infideliũ fabulis terrearis:quo

minus

C minus ea quæ ſunt legis facias. Neq; em̃ de gehennæ ignibus nos hominum fabulæ poterunt liberare uel riſus: ſed Chriſti timor atq; iuſticia. Nolo te nec in hac parte cõfundi: ſi tibi p Chriſti nomine uel opere, a perituris & uanis hominibus derogetur: quibus & interitũ felicitas præſtat. Sed gaude potius & lætare: ſciẽs tibi repoſitam etiã pro ipſa derogatiõe mercedem. Nã ſatis iniquum & impium eſt: ſi tu tibi pro eius nomine nec detrahi patiaris, qui ꝓpter te tanta perpeſſus eſt. Quã uero graue ſit pro dño nõ ſuſtinere omnia, quæ aduenerint in hac uita: ſiue dãna, ſiue derogationes, ſuſpitiones, detractiones, uel cætera quãdo ille cum deus & dei filius eſſet: pro tua ſalute opprobria hominũ iniuriaſq; ſuſtinuit? Valde ab eo alienus eſt, qui nec detractiones ſaltem ſuſtinere contentus eſt. Nam quomodo eũ amare dicimus, ſi pro eo nihil ſuſtinere parati ſumus? Quod ſi in nobis eſt ipſius uera dilectio: quæcunq; pro eius nomine (q̃uis grauia) irrogentur, exigua cenſemus, & dicimus: Parua ſunt iſta quæ patimur: maiora ille ꝓ uita noſtra pertulit: Nihil nobis dignum pro eius nomine irrogatur. Quod ſi ſententiæ ipſius memores ſumus, intelligemus. Ait em̃: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: nec ſeruus ſuper dñm ſuum. Si patremfamilias Beelçebub uocauerunt, quãto magis domeſticos eius? Et nos ergo ſi diſcipuli, ſi domeſtici Chriſti ſumus, debemus opprobria, detractioneſq; amplecti, & ſuſtinere libẽter: & æquo animo ea oĩa ferre, quæ ꝓ nobis magiſter & dñs pertulit noſter. Qui uero hæc ſuſtinere non uult, nec diſcipulũ eius ſe depromat eſſe, nec ſeruũ, nec filium, nec domeſticũ. Ille em̃ innocens, immaculatus, intactus, in quo nulla potuit peccati macula reperiri: de quo ꝓphẽta prædixerat: Qui peccatũ nõ fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, pro nobis ſacrilegis & peccatoribus & æterno ſupplicio mancipatis: tanq̃ atrociſſimus reus ab iniquis iudicio ſiſtitur, flagellis cæditur, ſputaminibus irridetur: & nos propter eum confundimur. erubeſcere: qui propter nos tãta perpeſſus eſt. Ille em̃ pro ſalute noſtra dorſum uerberibus, ſputaminibus faciem, maxillas palmis, non confunditur parare: & nos pro eo leue etiam confundimur audire conuitium? Gaudeamus potius & lætemur, ſi pro tam magnis eius & pro noſtra ſalute paſſio-
D nibus, uel parua ſuſtineamus. Cæterum quæ ſpes nobis eſt: ſi ob eum audire blaſphemiam, aut ſuſtinere confundimur: qui noſtri cauſa de cœlis deſcendit ad terras? & ut nos exaltaret humiliauit ſe. Et cum immortalis eſſet, mori contentus eſt: ut nos ab æterno mortis laqueo liberaret. Coronatus eſt ſpinis, ut nos qui ante ſpinei & infructuoſi ſteteramus, fructum bonæ arboris apportaremus. Felle & ceto potatus eſt: ut in nobis iam nec fellis amaritudo, nec aceti eſſet aſperitas. Filius hominis factus eſt: ut nos filios dei faceret. Vide ergo ſi pro iſto confundi debemus aliquid ſuſtinere. Vere illa eſt anima felix & angelis æquanda, quæ pro nomine & opere Chriſti tanta, quanta pro nobis ille ſuſtinuit, uoluerit ſuſtinere. Cæterum grande periculum eſt iuſticiæ, eius erubeſcere exemplo uiuere, qui noſtram iniuſticiam non erubuit ſuſtinere. Deinde ſi æquo animo penſamus idipſum quo nobis quis detrahere uidetur iniuſte, laudári nos potius q̃ accuſari probamur. Nam quid aliud faciunt cũ uera de ſanctis dicunt: niſi ut ea dicãt quæ facimus, ieiunos, abſtinẽtes, ſobrios: qui iã delitijs nõ delectamur & epulis, q diuitias ſpernimus, & p̃cioſis nõ gloriamur in ueſtib⁹. Qui auri cupiditate minime captiuamur: q non adipiſcimur argentũ: & quæcũq; humana uanitas uidet amplecti cõtẽnimus. Nullus hic cõfuſionis eſt locus, nullus uerecũdiæ aditus. Illi magis erubeſcere debẽt atq; cõfundi: q ea quæ ſanctis diſplicent cõcupiſcunt. Erubeſcant igit̃ ebrioſi, uoraces, iniuſti, raptores, adulteri, & qcũq; ſuis gloriant̃ in malis, quos gehennæ ignis expectat: & qbus ſupplicia p̃parantur æterna. Faciẽtes aũt dñi uoluntatem, confundi nõ debent: in quibus nulla confuſionis ſunt opera. O q̃ indignum eſt atq; præpoſterũ: ut iuſti confundantur in bonis: & peccatores glorientur in malis. Videat ergo anima deo deuota, ne inſipientiũ riſus eam aut ſtultorum hominũ uaniſſimus ſermo cõfundat, & a ſuo propoſito retrahat: in quo magis per dies ſingulos ꝓficere debet in melius. Videat ne qs a timore Chriſti ſe reuocet, ne quis ab eius dilectione diuellat, propter quem omnem ſæculi gloriam pompamq; contempſit, cui nihil dignum pœnitentiæ comparauit, quem parentibus filij, quem liberis patres, quẽ coniugijs præferunt continentes. Creſcat in nobis quotidie amor Chriſti, creſcat fides, quia magna nos pro dei amore merces expectat: tantum ne ab eius cultura, uel opere ſemel deuota mens ſe retrahat, ne ei dicatur: Hãbeo aduerſum te pauca, quod charitatẽ

priorem

priorem reliquisti. Vnde certū est nō hominibus placendū, sed Christo: nec humanam laudem
A quæri debere, sed diuinam. Quid nobis prodest si illi nos laudent, quibus placere peccatum est?
Quidue obest si uituperent hi, quorū non plus uituperatio prodest, q̄ obest laudatio? Audia-
mus magis qd ille uas electiōis doctor gentiū dicat: & quo nos ne hoibus placere uellemus hor
tet exēplo. Si hominibus, inquit, placere uellem, Christi seruus non essem. Vnde nulli dubiū est
eos Christo seruire non posse, qui hominibus optant potius q̄ Christo placere. Contenti ergo
interim simus hominibus displicere, tantū ut Christo placeamus. Nec eorum laudibus delecte-
mur: qui non alios q̄ sibi similes laudant. Nos potius laudent prophetæ & apostoli, laudet in
euangelio suo Christus. Tunc erimus uere felices, si a talibus laudari digni erimus. Omniū em̄
horum uoce laudabimur: si quæcūq; dñs per apostolos uel ꝓphetas uidetur præcepisse, serua-
uerimus. Nobis igit̄ detrahentibus cunctis & uituperantibus uniuersis simus sobriꝫ, sancti, hu-
miles, & pudici, & deum semp̄ fideli corde precemur: ut ipse semp̄ in nostra mente sit, & lex eius
nostro semper in pectore, ut possimus prophetica loqui uoce, Pro eo ut me diligerent, detrahe
bant mihi: ego autem orabam pro eis. Et alibi: Humiliaui in ieiunio animam meam, & factum
est mihi in opprobrium. Et posui uestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolā.
Et iterum: Genua mea infirmata sunt ieiunio, & infirmata est caro mea propter oleum. Et ego
factus sum in opprobriū illis: uiderunt me & mouerunt capita sua. Adiuua me dñe deus meus.
Vides ergo omnes prophetas & sanctos propter hoc semper hominum subsannationes per-
tulisse, quia deo uellent fideliter seruire. Hoc & Apostolus ait: Fidelis sermo. In hoc enim labo-
ramus & maledicimur, quia speramus in deum uiuum, qui est saluator omnium, maxime fide-
lium. Quid plura? nisi ut sæpe iam diximus: Cursum quem in timore dei cœpimus consumme-
mus. Simus cæteris in amore dei forma: custodientes ne quis in nobis aliquid scurrilitatis repre-
hendat aut uanitatis, sed magis quicquid est grauitatis & modestiæ: quia Christiani uita omni-
B bus in speculo posita est. Qui etiam si quippiam titubauerit, iam cecidisse iactatur, & amplius
etiam dicitur q̄ uidetur. Simus ergo sapientes, graues, quieti, nunq̄ uanitatem, nūq̄ opera ho-
minum lingua nostra loquatur, sed sine intermissione legem dei nostri meditetur. Tunc si quis
extiterit suæ salutis inimicus, qui subsannet & detrahat & derideat: hæc non solum non metua-
mus, sed potius gaudeamus. Et hinc nos aliquatenus consolemur, si m ereamur odio magis sæ-
culi uiuere, q̄ Christi. Caueamus quoq; ambulare indecenter & inquiete, sicut & sanctus Apo
stolus monet dicens: Rogo autem uos ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordina-
te, & non secundum traditionem, quā acceperunt a nobis. Cū hæc a nobis omnia omnino no-
stra uirtute fuerint custodita: quicunq; putauerit derogandum nobis, propheticæ simus senten
tiæ memores: per quam dominus sui nominis causa tribulatos hortatur dicens: Et tu fili ho-
minis ne timueris eos, neq; paueas a facie eorum, quoniam insanient & conuenient aduersus
te. In gyro & in medio scorpionum tu habitas, uerba eorum ne timueris, & a facie eorum ne pa
ueas. Et alibi dicit: Audite me qui nostis iudicium, populus meus, in quorum corde lex mea est:
Nolite timere opprobria hominū, & blasphemias eorum ne metuatis: quia sicut uestimentum,
ita per tēpus deficient: & ut lanam, comedet eos tinea: Iusticia autem mea in æternū manet. Sa-
lutare uero meum in sæculum sæculi. Seruandū præ omnibus: ne alterius laudem uelimus ser-
uare q̄ Christi: ut & nos cum propheta possimus dicere: Apud te laus mihi in ecclesia magna.
Et iterum: Tanq̄ prodigium factus sum multis: & tu adiutor fortis. Et iterum: Maledicent illi,
& tu benedices. Qui insurgunt in me confundantur: seruus autem tuus lætabitur in te. Hæc ad
consola tionem in dei timore, deuotis mentibus: prout ingenij tenuitas potuit prosecutus sum
breuiter. Nunc supererst ut aliquid amplius faciat mens deuota, q̄ nostra paruitas sufficit admo
nere. Salutate omnes qui diligunt dñm nostrum Iesum Christum: cui cum patre omnipotente
sit laus, uirtus & gloria cū spiritu sancto: & nunc & semp̄ & in oia sæcula sæculorum.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

QVis nō rideat hunc simiū? In ipsa statim salutatione addidit Hieronymo patris nomen. Nec
hoc contentus, Sophroniū adiecit, tritaui opinor, ne nō haberet tria noia, cū ipse Hierony-
mus nusq̄ se nisi simplici noie notet: in Catalogo, ꝓpter historiæ fidē, presbyteri tantū titu-
lū addens, nōnūq̄ modestiæ causa peccatoris. Patris nomē & patriam indicauit dūtaxat, nō
usurpat.

C usurpat. Deinde affinxit Oceani uocabulũ, quod ad hũc extent quædã ab Hieronymo scripta, ut ne dicã interim, totã salutationis figurã alienã esse ab Hieronymi cõsuetudine. Tũ aũt cꝫ uenuste rem aggredit: Deprecatus es, inquit, ut tibi breuiter exponerẽ, qualiter clerici debeant uictitare in hac uita mortaliũ: Iam illud quod sequitur, cꝫ cõcinne cohæret, cum superioribus: Hinc me plæriq; maledictis æmuli præstolantur, quia non sileo ueritatẽ. Rursum illud iam disputationis caput, cꝫ dextre annexuit: Tamen mihi charissime ab Apostolo sumamus exordium, qui ait. Quis non statim sentiat hunc scriptorem, ut libere quod sentio dicam, aut temulẽtum fuisse, aut febri laborasse? Atq; huius elegantiæ totus est sermo reliquus, infans, incompositus, insulsus, diffluens, sordidissimis uerborum portẽtis scatens: quod genus sunt illa, meliorare, secretaliter. Nam agapete græco uocabulo, qd' e diuo Hieronymo sublegit, mire sibi placuit, plane futurum ratus, propter unam hanc uoculam neminem dubitaturum, quin hæc ipse suis articulis scripsisset Hieronymus. Adde his, quod tam reuerenter citat Sulpicium, qui diui Martini uitã cõscripsit. Atq; is uidit quidem diuum Hieronymum, sed senem iuuenis. Nec huius ullam facit mentionem in Catalogo, nec is Hieronymo mos, recentiores scriptores præsertim latinos tãta cũ reuerentia citare. Sed quid opus argumentis? Quisquis hunc sermonis characterem non potest ab Hieronymiano secernere, is nec asinum ab equo distinguet. Proinde epistola hæc pro suo merito tractata fuit a librarijs, qui eã deprauatissime scriptam, deprauatius transcripserunt. Et quemadmodum ille sibi permisit scribere quicqd in buccam ueniret, ita hi sibi permiserunt, quicquid in calamum incideret, chartis illinere.

## AD OCEANVM DE VITA CLERICORVM.

SOphronius Eusebius Hieronymus, Oceano suo salutem. Deprecatus es, ut tibi breuiter exponerem, qualiter clerici debeant uictitare in hac uita mortaliũ. Hinc me plæriq; maledictis æmuli præstolantur, quia non sileo ueritatem: tamẽ mihi charissime, ab Apostolo sumamus exordium, qui ait: Humanus sermo & omni acceptione dignus. Si quis episcopatum desyderat, bonum opus desyderat. Oportet eñ episcopum irreprehensibilem esse: sobrium, pudicum, benignum, ornatum, hospitalem, docibilem, nõ percussorem, sed modestum, non litigiosum, non uinolentum, domui suæ qui bene præest: & reliqua. Totum comprehendit esse cauendum, cum irreprehensibilem ponit. Quomodo igitur alterum reprehendet: cum ipse qui accepit potestatem ut doceat, sit reprehensibilis?
D Quia uita episcopi, forma debet esse clericorum. Ex episcopo gradus cæteri clericorum condiscunt quomodo debeant uiuere in hac uita mortali. Seipsos imitabiles debent proponere sacerdotes: ut alij iuniores, gradus humiles consecuti, uita & testimonio sacerdotum possint exurgere. Præcipue illud reor attentius tibi esse prouidendum: quia prima tentamenta sunt clericorum, mulierum frequentes accessus: iste sexus reprehensibiles exhibet clericos. Quid tibi reuera cum fœminis, qui ad altare cum dño fabularis? Te cũcti in publico, te in agro rustici, aratores ac uinitores quotidie grauiter lacerabunt, si contra dispositum fidei, cum fœminis habitare contendis. Et quia (ut arbitror) concupiscis irreprehensibilis inueniri, testimonio bono utere. Nunquid in choro apostolorum fœminæ affuerunt? Prohibe tecum uirgines morari, etiã quæ de genere tuo sunt. Dilige eas, exterius ordina, frequenter uisita, iunctus obsequio clericorum: nedum secretaliter ac solus ingrederis, macules testimonium tuum. Illud etiam adijciendũ est: quia si uxorem duceres: lex te non prohiberet habitare cum conserua. Cum uxoris eñ consensu eiusmodi ad regimen sacerdotij promouentur: maxime cum apostoli epistola præceptũ hoc habeat: Vnius uxoris uirum ad honorem clericatus eligendum. Te uero nõ ita salutaria præcepta constringunt. Aliter coniugati, aliter uirgines admonentur ecclesiastici onus subire ministerij. Fœminarum cum clericis, nullo pacto coniuncta præcipitur conuersatio. Ianua diaboli, uia iniquitatis, scorpionis percussio, nociuumq; genus est fœmina: cum proximat, stimulat, incendit ignẽ. Flammigero igne percutit fœmina conscientiam pariter habitantis: exuritq; fundamenta montium. Ego iudico, si cum uiris fœminæ habitent, uiscarium non deerit diaboli, ex eis aucupatus est ab initio peccatũ. Ferreas mentes libido domat. Si alligauerit quis ignem in sinu suo, uestimenta eius non comburentur? Aut si quis ambulauerit super carbones ignis, pedes suos non cõburet? Mihi crede, non potest toto corde cum domino habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. Sed dicis: qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Bene & argute. Sed oportet te testimoniũ bonũ habere ex his qui foris sunt. Licet coram deo recte incedas: tamẽ coram hominibus bona prouidenda sunt: quia & astutiores sunt filijs lucis filij tenebrarum. Cum ergo hoc genus a te non amputatur: das reprehendentibus te locum, ipse te detrahentium mor

A sibus tradidisti,si agapetarū consortiū non dimiseris.Benignus es,gaudeo:pudicus,falsum est. Si aliquis senserit clericum habitare cum fœminis,non credit eum esse castum.Si pudicitiā quæ/ris:quare habitas cum fœminis?Fœminā quā bene uideris conuersantem,mente dilige,non cor porali frequentes ornatu.Non uestis tenera clericum facit,aut sacerdotem: sed casta mentis in tentio.Hæc enim deuotionē honoris in te custodit.Honorem quidem glorioſum,boni operis fama conseruat.Sacerdotes quippe decet, uel cæteros clericorum gradus,ut supra dictum est,a fœminis segregari.Si igitur generis gratia iudicas easdem nullo pacto dimittere:memēto Tha mar,qđ ab Amnon fratre suo corrupta sit.Idipsum persequor dilectissime:ubi unius est taber naculi cōuersatio:carnis nō facile tollitur delectatio.De duobus em̄ qđ unus desyderat: etsi lo/qui nō potest,tentatur tamē. Remotio igitur uiri, castitatis collocat arma: construit in meliori bus castra : pudoris honorem consolatur. Potuit em̄ & Maria mater dn̄i de choro apostolorū nō discedere,si liceret. Tecla post tentationē passionis Antiochiæ,a Paulo prohibet pariter per/gere. Nemo miles cū uxore pgit ad bellum. Nō inuideo charitati tuæ:sit tibi cū castis uirginib⁹ longæua dilectio. Tūc in bono meritū collocabis,& famā meliorabis,si cōgregationes cōstituis puellarū : pulchre cēseo in hebdoma secūda uisitatiōe ad bn̄dicēdū cōgregationē uenias:sed nō solus,ne rumigeruli linguis te lacerantib⁹ maculēt. Alienā em̄ cupiūt uicini discutere uitam,non suam.Propterea digne accipe meorū præcepta uerborū:& monita humilitatis, quæ fraterno af fectu calamo imperante expressimus,dulciter lege.Iam uero ut reprehensibilis diuini altaris nō sit sacerdos:pauca de reliquis apostoli testimonijs quantū dn̄s donat,exponam.Sufficiāt supe/riores causæ,quæ dictæ sunt. Verum ne aliquis minus intelligens ad episcopos tm̄ sentiat apo/stolū fuisse locutū:quid de diaconibus ad Timotheū præceptū sit:quid de presbyteris ad Titū, cōmemorare delectat.Sed prætereundū nō est superiorē explanare sententiā. Vnius uxoris ui rum,& noua & uetus præceptio sacerdotē censuit eligendum:quia digamos ad ministeriū plæ/riq; episcopi applicuerūt:sicq; asserūt, cōcubina fuit illa, hæc uxor : quasi nō eadē sint cōmercia
B fœditatis in illa:quæ in hac exercentur,quæ uxor asseritur.An quia coniugij tabulas nō fecit:cō/cupiscentia aliena nō fuit?Nullo pacto digamos,uel concubinarū catenis insertos,decet subire sacerdotij ministeriū.In Leuitico scriptū est ac præfinitū, quales eligi debeant sacerdotes, sicut habes:Et dixit dn̄s ad Moysen:Sacerdos uxorem accipiat uirginem de semine patrum suorū. Viduam uero aut destitutam,aut a uiuo marito derelictam nō accipiat.Bene audiui præcipiēte dn̄o Moysi:quia nec uxor debet sacerdoti digama cōuenire:ne honorem polluat sacerdotij.Si/cut unius uxoris uirum,sic unius uiri mandat uxorē.Si ergo clericus monogamus fuerit,& uxor eius digama,noli eum ministerio applicare. Digamam enim duxit uxorem. Hæc Tito præce/pta idem apostolus de ordinandis clericis dedit. Et quia liber finem expectat: ad id redeamus unde digressi sumus.Nec si duæ uel tres pariter dei ancillæ morentur,solum ad eas ingredi con uenit sacerdotē.Si quis hæc præcepta nō obseruauerit:hostis est animæ suæ. Quod si post mo/nita nostra aliquis clericus agapetas amplius quæsierit amare q̄ Christum,scd̄m synodalem re gulam cōueniatur:& præcepta patrum in Nicea definita ei legantur.Iam uero si cōuentus,fuge/rit prædicta & reliquerit:cōsecuti sumus maximū lucrum.Alioquin si neglexerit,talis ab ecclesia christi anathematiçādus est.Germināt em̄ fœminæ spinas cū uiris habitātes: & arcana mentiū acuto mucrone pcutiūt.Proh nefas:dolor est dicere,sed præterire nō decet:Christo istæ nubere uouerūt,nō clericis. Vnde sine nuptijs gen⁹ nouū uxorū?Et hoc ad nos qđ ptinet,qđ infamare nō cessam⁹? A machæra cessem⁹.Bon⁹ honor est in ecclesia,si a cōsortio uirorū fœminæ sint lon ge.Monachū uel clericū solitudo facit,nō publicū. Quid te ỹginale delectat alloquiū? Cur san ctimoniales cōtra fidē frequentas in ecclesia, uel in ipso publico? Si eos quos diligunt uiderint, ridentibus oculis salutationis tenera uerba producunt. Deinde cū salutauerint: si eas dei uiros prætерire celerius uiderint : contēptores suos iudicant & irascuntur. Ordinatur deinde desertæ satisfactio: post satisfactionem prandium, quasi noua lætitia disponitur. Inter pocula impro/perant uerba contēptus : ille uero lamentari se simulat,quasi peccati genus inducens. Lege quia talis debet esse solitarius: qualē Hieremias esse descripsit. Ait em̄:Sedebit solitarius & tacebit: quia leuauit se super se. Bonum est uiro cum leuauerit iugum ab adolescētia sua. Et quia Iesus

C relictis apostolis, solus ibat orare. Mariam quoq; in penetralibus angelus solam inuenit, non cum agapeta loquentem: & illa uirilem introitum trepidauit. Tu quæ fornax es maliciæ, quid a uiro desyderas frequentius salutari? An nescis quia dupliciter famam perdis, tuam simul & derici: cuius uita ecclesia Christi debet ornari. Inordinata consuetudo est: & delicati sermonis fabulosa calamitas. Sed si hospitalitatẽ cupis habere: habes tuas sorores, ille apud te in domũ tuam uocari debent, non derici. Erit ad ædificationem tuam sancta uirgo qd̃ dixero: In beatissimi Martini uita legimus cõmemorasse Sulpitiũ, qd̃ transiens sanctus Martinus, quandam uirginem moribus & castitate præcelsam, cupiens uisitare: illa noluit: sed xenium misit ei: ac per fenestram respiciens, ait sancto uiro: Ibi pater sancte ora: quia a uiro nunc̃q; sum uisitata. Gratias egit deo sanctus Martinus: & qd̃ talibus imbuta moribus, castam custodierit uoluntatem: & benedicens eam, abijt lætus. Hucusq; sufficiat de fœminis dictum. Consummata quippe uirginũ causa, transeamus ad reliqua. Hospitalem præcepit apostolus clericum ordinandũ. Hoc præcepto pater Abrahã & Lot angelos susceperunt: quia hospitalitatem inter cæteras dilexerunt uirtutes. Sic & Onesiphorus Paulum doctrinæ fontem suscepit. Hæc imitationes sint uestræ: & ne sinatis incolam præterire, qui apud uos panem non comedat. Sequitur. Non percussorem. Non enim pugilem describit apostolus: qui conscientias non percutiat singulorũ, sed modestũ: & reliqua. Domũ suã bene regentẽ: p q̃ horribile erit, si domui clerici detrahatur? Lædet sacerdotis opinionẽ in plæbe, quando de proximis eius male loquitur populus. Super omnia hæc præcepit dericis boni testimonij Apostolus, fundamenta cõponere: ut bonorũ operum testificatio, casto confirmetur affectu.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

GLarius est q̃ ut admoneri debeat hanc epistolam eiusdem esse artificis cuius est ea quæ proxime sequitur, & eadem febri laborãtis. Deum immortalem, quæ fuit impudentia, hoc tribuere Damaso, cuius elegantiam etiam in scribendis uersibus approbat Hieronymus, & extant alia quædã eiusdem e quibus character hominis deprehendi possit. Saltem mutasset aliquantulũ
D sermonis habitũ, cum nunc Damasus pro Dama, nunc Hieronymus uideri studet. Sed quid faceret? cupressum modo simulare norat, nec alium habebat sermonis florem. Cũq; deesset fallendi facultas, animũ tamen nõ defuisse declarauit. Non saltem illud cauit, ne sacerdotem uocaret, qui nõ esset episcopus, cum eo sæculo non uocarentur sacerdotes nisi episcopi? Demiror cur non eadem opera uocarit cardinalem, cũ hoc uocabulum illis temporibus adhuc fuerit inauditum.

## DAMASVS HIERONYMO:

DAmasus episcopus fratri & cõpresbytero Hieronymo in dño salutẽ. Dum multa corpora librorũ in meo arbitrio oblata fuissent: contigit ut librũ psalmorũ in meo animo festinus cognoscerem detineri: & memoriã capacitatis meæ imbuere. Cogita ui frater amantissime & in Christo semper sacerdos, ut scd̃m septuaginta interpretes: id est, Matthiam & Ptolæmeũ, Muchiũ, Sacreum, Hydroniũ, Pampilum, Zoastirẽ, Didymũ, Saniũ, Epiphaniũ, Ciatrem, Simonẽ, & cæteros inquantũ nostra recurrit cõscietia: de septuaginta inuenire uestigia. Peto item charitatem tuam ut sicut a creatore tuo Alexandro coepiscopo nostro didicisti in gremio græcorũ psallere: ita ad nos tua fraternitas dirigere delectet: qa tãtæ simplicitatis indago est apud nos: ut tm̃ in die dominica apostoli epistola una recitetur: & euãgelij capitulũ unũ dicatur: & nec psallẽdi mos teneat: nec hymnidicus in nostro ore cognoscit. Peto ergo p fratrẽ & cõpresbyter̃ nostrũ Bonifaciũ: ut iubeat fraternitas tua rei hui⁹ nobis apire uestigiũ. Missa qnto kalẽdas Nouẽbris p Bonifaciũ p̃sbyterũ Hierosolymam.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

NIhil uereor quantũuis sancte deierare, non caruisse febri quisquis hanc scripsit epistolam. At primũ demiror, ullum fuisse tã stupidũ, aut certe φιλαυτὸν, qui sperarit futurũ, ut hæc epistola qua nihil fingi potuit, nec insulsius, nec indoctius, nec infanti⁹, a quoq; p Hieronymiana lege reẽ. Sed nihil est tam absurdum in rebus mortaliũ, quod nõ reperiat approbatorẽ. Quid nõ audeant histriones isti, posteaq; uiderint huic etiã impudentiæ non defuisse successum. Inuenti sunt tam nullis auribus, tam nullis oculis, imo tam nulla mente, ut has nugacissimas nugas ab Hieronymo scriptas putarẽt? At quis non ex ipsa statim salutatione deprehendat impostorem, nisi prudens clauserit oculos? Damaso sedis apostolicæ urbis Romæ Hieronymus supplex. Quæso, quando sic unq; salutauit Hieronymus? Deinde q̃ concinne rem ingreditur! Legi litteras apostolatus tui poscentes, & reliqua quæ sequũtur, tam insulsa, tanq; frigida, ut Iouinianus ipse cuius infantiã tot salibus insectatur Hieronymus, ad hunc collatus, Cicero quispiam uideri possit.

A

HIERONYMVS DAMASO.

BEatissimo papæ Damaso sedis apostolicæ urbis Romæ, Hiero. supplex. Legi literas apostolatus tui, poscentes ut scd'm simplicitatē septuaginta interpretū canens, psalmographū interpretari festinem ꝓpter fastidiū Romanorū: ut ubi obscuritas impedit, apertius & latine trahaṫ sensus. Precatur ergo diens tuus, ut uox ista psallentiū in sede Romana die noctuq; canaṫ: & ut i fine cuiuslibet psalmi, siue matutinis horis, siue uespertinis coniungi præcipiat apostolatus tui ordo, Gloria patri & filio & spirituisancto: Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorū amen. Istud carmen omni psalmo coniungi præcipias: ut fides trecentorū decē & octo episcoporū Niceni concilij, etiā uestri oris cōsortio declaret. Vbi autē deus & homo honorabili uoce cantaṫ, Alleluia semp cū oīmbus psalmis affigaṫ: ut in omni loco cōmuniter respōdeaṫ nocturnis temporib9. In ecclesia autē post resurrectionē usq; ad sanctū pentecosten finiaṫ: inter dierū ỹo spacia quinquagesimæ, ꝓpter nouitatē sancti Paschæ, uox ista laudis canatur in Aleph: quod græce prologus, latine præfatio dicitur.

CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

DE hoc opusculo non possum aliud iudicare, q̄ quod ipsum præ se fert. Nec ipsa febris quicq̄ scribere posset insanius, nec ipsa temulentia temulentius. Deinde quid stultius, q̄ ubi profes/sus sit se de luminaribus toto mundi firmamēto lucentibus dicturū, Pelagium, louinianū, & consimiles inculcare tenebriones. Ad hæc q̄ bello digerit ordine Catalogū, Augustinū omnium ætate postremū, primo recensens loco, quosdam sic admiscens, ut nescias de quibus loquatur. Ambrosium fratrē uocat, Heliodorū presbyterū. In summa non queo suspicari, quid isti bubulco uenerit in mentē, nisi quod aliquis inepte fauens Augustino, eū hoc tam bello monumēto uoluerit cohonestare. Et tamē hæc stupidissima belua, affectauit ut Hieronymus uideretur, cum de louiniano loquens, & me inquit, quāq̄ in oīmbus laborioſum assidue quæstionibus infinitis afficit & uexat. Ne quid mireris optime lector, si uideor hæc cū stomacho scribere. Quis em̄ uel literis fauens, uel tam incōparabilis uiri gloriæ, nō indigne ferat, tam indocta, tam stulta, tam insana blateramēta in Hieronymi conferri nomen?

SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM CATALOGVS AD DESYDERIVM.

B

VIs nunc acriter mi frater Desyderi: ut tibi quasi de luminaribus, quæ toto firmamēto mundi refulgent: pauca de scriptorib9, qui nobis multa de obscuritatib9, quæ ꝓpter carnalē mentē intelligentiā impediunt, ad splendorē cōsyderationis spiritualē proferre potuerūt, manifestissime dicam. Sed uereor Susannæ Helchiæ filiæ, ne in me sentētia iniq̄ iudicio presbyterorū impleaṫ, dicētis: Angustiæ mihi undiq; sunt: & mihi sīliter sūt angustiæ. Si em̄ uoluero aliquē ex his reprehēdere, aduersarios atq; inimicitias mihi undiq; cōcitabo. Si autē noluero, nunq̄ quæ postulasti inuenies. Sed unius tm̄ uoluntatē cōdemnare q̄ multorū cōsilia trāsire uel despicere, meli9 esse uideṫ: quia unusquisq; eorū in scripturis sanctis diligēter laudari meruit, sed oēs breuiter leuiter q; cū oi amore tangā: ut utrūq; pacifice impleam.

AVgustinus episcopus uolans per montiū cacumina quasi aquila: & ea quæ in radicib9 montiū fiunt, nō cōsyderās, multa cœlorū spacia, terrarūq; situs. & aquarū circulū, claro sermone pronūciat. Qui em̄ in lignū fructuosum ascēdere uult, paulatim ad superiora & maiora capere poma festinat: ramos autem proximos paruulis relinquit. Nos autem qui paruuli sumus, infirmiq; atq; minores: si inferiora congregare ualuerimus, nobiscū bene agetur.

HIlarius episcopus Romanorum, lucifer lucernaq; ecclesiarum, & preciosus lapis: ad quē mortalia uix ascendunt, pulchro sermone aureoq; ore uniuersa loquitur. Etsi enim aliqua secus uiam cecidisse potuissent: tñ ab eo in scripturis messis exorta est magna.

ORigenes Adamātius, altiora atq; maiora cogitans, ꝓpriūq; ingeniū ferre nō sufficiēs, dum aliud loquiṫ, per aliud se nectit. Et cū hæc nimio mētis ardore cogitasset, onerib9 maiorib9 carricabat se: & cū sic incedere nō potuisset, ruina magna illuc deuolutus est: ut ruina eius pareret doctrinas p aliquas seductiones ineptas, multosq; de uia recta in aliam uiam perduxit: & uenenū eius quasi tinnulis uocibus, syrenarūq; canticis, plures necare potuit. Melior omnib9 in bonis, peior in malis. Aliqua ỹo per eum secus uiam seminata sunt: multi tñ aliquos eius pessimos discipulos, multa uenenosa sub eius nomine ædidisse testātur.

EVsebius Cæsariēsis clauis scripturarū, custosq; noui testamēti, multis maior in cōscriptionibus a græcis cōprobaṫ. Scripsit q̄tuor canones euāgeliorū: & undecim libros historiæ ecclesiasticæ, qui nouum testamentū narrant atq; custodiunt: & χρονικὸν, id est tēporū breuiariū.

C Hæc tria ſunt prædara, quæ in operibus eius teſtantur: & nos omnia eius ueſtigia qui imitari

HElíodorus preſbyter, domum ampliſſimam ( potuiſſet, nunc̄q; repperimus. per modicum foramen reſpiciens: tentanſq; oſtia conduſa, daueſq; non habens, uix pauca ad lucem prodere conualuit: ſed quæ potuit narrare, fideliter narrauit.

AMbroſius frater, profundorũ penna raptus, & aeris uolucer, c̄q diu in profundum ingreditur, fructũ de alto carpere uidet. Et omnes eius ſentẽtiæ, fidei eccleſiæ, & omniũ ỹ tutũ

ARdanus multas quæſtiones arripiẽs p mẽtis aſtutiã, nucẽq; (firmæ ſunt columnæ. circa nucleum non confringens, multa impoſſibilia de ſcripturis cum fiducia loquitur.

AVlino uiſum eſt magiſtrum fieri: & nõ erat ante diſcipulus: & fructum ſine radice oriri fieriq; tentauit. Ideo eius conſcriptiones, ſcriptore & charta non indigent.

DElagius de q̃ apud fideles ſermo eſt, de quo etiã & mihi grauis cauſa diſputationis eius ỹborũ pene in toto orbe annũciata eſt: quẽ oẽs eccl̃iæ q̃ſi lupũ de ſylua mirant, aureũ colorẽ ſuper nigrum uenenũ cõponẽs, fontẽ dulcem primi mellis, amaritudinis maliciæ

IOuinianus læta facie, & corde aſpero, potu dulciſſimo felle commixto, (commiſcuit. multos potauit: & cõtrarias ſententias per odium occaſionũ chriſtianis proferẽs cõpoſuit: & me (quã c̄q in omnibus laborioſum) aſſidue quæſtionibus infinitis afficit & uexat.

IVlius Africanus, cuius ueſtigiũ omnes oriẽtales auſtraleſq; diligẽter unanimiterq; in Danielis hebdomadibus inueſtigant: uniuerſa tẽporũ ſpacia cũ omni peritia iugiq; ſermone cõſtruxit: & nulla ab oĩbus quæ dicta ſunt p eum in toto orbe unc̄q data eſt contradictio.

FAuonius a multis culpabilis, dura ſentẽtia fortiterq; uniuerſa difficillima ingerere conatus eſt: & quaſi qui contra undas maris nauigare non poteſt, uel contra impetũ torrẽtis aquæ natare non ualet: ita cuncta quæ ſcripſit contra ſcripturas ſanctas, obſtare non poterant: Ideo quaſi umbra ſecus hominem ſunt.

Neſcio quis nebulo hæc quæ ſequuntur, ex catalogo Hieronymi delumpſit & his nugis aſſuit.

HIlarius Pictauorum Aquitaniæ epiſcopus, factione Saturnini Arelatenſis epiſcopi, de ſynodo Byterenſi in Phrygiam relegatus, duodecim aduerſus Arrianos cõfecit libros. Et alium librum de ſynodis, quẽ galliarũ epiſcopis ſcripſit, & in pſalmos tres cõmẽtarios, primũ uidelicet & ſecundũ: & a cẽteſimo decimooctauo, uſq; ad extremũ. In q̃ opere imitatus Origenem: nõnulla etiã de ſuo addidit. Eſt eius ad Cõſtantiũ libellus, quẽ uiuẽti Cõſtantinopolim direxit: & alius in Conſtantiũ, quẽ poſt mortẽ eius ſcripſit: & liber aduerſus Valentẽ & Vrſatium, Ariminẽſis & Seleucẽſis ſynodi hiſtoriã cõtinẽs: & ad præfectũ Saluſtium ſiue cõtra Diaſcorũ. Et liber hymnorũ & myſteriorũ: alius & cõmentarius in Matthæum: & tractatus in Iob, quos de græco Origenis ad ſenſum tranſtulit. Et alius elegans libellus cõtra Maxentium, & nõnullæ epiſtolæ ad diuerſos. Aiunt quidam ſcripſiſſe eum & in Canticũ canticorũ: ſed a nobis hoc opus

D ignoratur. Mortuus eſt Pictauis Valentiniano & Valente regnantibus.

DAmaſus Romanæ urbis epiſcopus, elegans in uerſib⁹ cõponẽdis ingeniũ habuit: multaq; & breuia metro ædidit: & ꝑpe octogenarius ſub Theodoſio principe mortu⁹ eſt.

GRegorius Nazianzenus epiſcopus uir eloquẽtiſſim⁹ præceptor meus, ex q̃ ſcripturas explanante didici: ad triginta milia uerſuum omnia ſua opera cõpoſuit: ex quib⁹ illa ſunt de morte fratris Cypriani: laudes Athanaſij, laudes Maximi philoſophi poſt exilium reuerſi, quem falſo nomine quidam herona ſubſcripſerunt: quia eſt & alius liber uituperationem eiuſdem Maximi continens: quaſi non licuerit eundem laudare & uituperare pro tempore. Et liber hexametro uerſu uirginitatis & nuptiarum cõtra ſe diſſerentium. Aduerſum Eunomium libri duo. Et de ſpiritu ſancto liber unus. Contra Iulianum imperatorem liber unus. Secutus eſt autem Polemonem dicendi charactere: uiuoq; ſe epiſcopum in loco ſuo ordinans, rurſi uita monachi ſe exercuit: deceſſitq; ante hoc ferme triennium ſub Theodoſio principe.

CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

NE tantulus quidem in hac Hieronymi guſtus, imo barbarum quiddam ac neotericum ſapit.

AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM DE VIRTVTE PSALMORVM.

QVia me dulciſſimæ filiæ meæ, in ſpe miſcd'iæ dei petiſtis: ut uobis diuerſos pſalmos per ordinẽ ſequeſtrarẽ, qui ubi pſalli debeant. Vos q̃q; ego petij ꝑ me deprecare dñm deũ

noſtrum:

A noſtrũ,ut dono ſuo mihi cõcedere dignaret,quo poſſim ſanctã petitionẽ ueſtrã arripe,uel ipſo donãte cõplere:in cui⁹miſericordia ſperãs(put dñs cõcedere dignat⁹ ẽ itellectũ humilitati meæ) neceſſe habui tã ſanctæ petitioni ueſtræ,p affectu dñi obedire. Pro quo ope ſi nobis gratia fuerit integre aſſignata,de oñib⁹ quæcũq; dicta ſunt: ipſi dño noſtro oñipotẽti,p humilitate mea orãtes,gratias referte:q etiã aſinæ loq̃ pcepit quæ ipſe dñs uoluit. Licet eñ uniuerſi pſalmi q requiſitus fuerit, legis diuinæ propemodũ omnia habeãt,tñ donãte deo & dño ieſu Chriſto & ſpũſancto in cõfeſſione trinitatis, q pſalmi ꝓprie ad ſingulos dies feriatos dñi ſaluatoris noſtri filij dei ptineãt,ſeq̃ſtratim expoſuim⁹:Qui ad natalẽ,q ad ſãctã epiphaniã:id eſt, ad baptiſmũ dñicũ ſiue apparitiõis ſtellæ diẽ:& q in qnta feria ante paſſionẽ dñi:& q in ipſa paſſione dñica,q in paſcha reſurrectiõis ipſius dñi noſtri redẽptoris: & q in aſcẽſione eius in cœlos:q etiã in aduẽtu eius:& q de iudicio futuro:& q de ciuitate æterna in q̃ Chriſtus dñs noſter, ſanctos ſuos a principio mũdi uſq; ad finẽ hui⁹ ſæculi,ſibi cõgregat ſecũ cõregnaturos in æterno regno cœleſti,ſanctus dñs,trinus & unus de⁹ æternus:q etiã ad dñm deũ depcandũ in letania: uel qui a pœnitẽtibus pſalli debeãt: q etiã in natali ſanctorũ dici debẽt. Cæteros uero pſalmos inuenies q q̃tidie legẽdi ſunt. Oñes tñ pſalmi q̃tidie in toto anno p ordinẽ pſalli poſſunt,ſcdm cõſuetudinẽ eccleſiarũ & monaſteriorũ. Sane q legis,cõſydera qa unus pſalm⁹ ad multos dies ſanctos ptinet:& pſalmi deo multipliciter iterant̃ p ſingulos dies. Nã eſt pſalm⁹ q ubiq; pſalli põt. Alij iterũ ſũt qui ad uni⁹ diei figurã ptinẽt,ad pauſantes ỹo q̃lis pſonæ fieret:utrũ religioſæ an laicæ. De pſalmis q qnta feria ante paſſionẽ:aut q in ipſa paſſiõe dñi dicunt̃:atq; in natales ſanctorũ exinde eligẽdi ſunt pſalmi:ita etiã de cãticis ꝓphetarũ fecim⁹,ut nõ in dieb⁹ ſupradictis cõfuſæ pſallant̃: ſed q in q̃ die dici debeãt q̃ legis inuenies. Ad maiores opas ptinet pſalm⁹ lxxuij. Catechuminis & electis.xxiiij. Per ieiuniũ.xix.xxxiiij.&.lxxij. De baptiſmo per paſcha.lxiiij. De lamentatione. cxxxi. Ad cõuẽtionẽ fratrũ.cxxxij. Ad bñdictionẽ.cxxxiij. Vt laudes ante deũ fundant̃,nonus.

B Vt pœniteat homo,qnquageſim⁹. De fixa fide.x. De monẽdo,cẽteſimuſoctau⁹. Vt oculũ pudicitiæ agas,prim⁹. De uigilijs in grabato,ſext⁹. De iuſticia.xiiij. De honeſta oratiõe,octogeſimuſ qntus. De cõmunione cũ oñib⁹ hominib⁹ uel paupib⁹.xl. De natali dñi.cix. De trinitate,ut nõ timeat̃ homo.ix. De inſidijs hæreſum.iij. De monẽdo proximũ.iiij. De ſpe in deũ.xxij. De credulitate.x. De oratiõe in hoie.xxx. Bñdictio ſup principes.xx. De amore legis,uigeſimuſſextus. De tribulatiõe inimicorũ,uigeſimuſquintus. Vt creatura creatorẽ laudet.cij. De martyrio.xliij. &.l. De pſecutoribus.lxxxij. Dũ intras ad alienigenam.lxxxi. Oratio ſuper agrum,octogeſimuſtertius. Oratio nocturni temporis,nonageſimus. Oratio ad altare,triceſimuſtertius.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Et hic quiſq; fuit conatus eſt ſuas nugas Hieronymiani noĩs umbra ptexere. Quã apte uero cõgerit authorũ noia,e qbus tamẽ nihil adducit, quia nihil illorũ legerat. Chryſoſtomi cõmẽtarios noiatim citat: cũ diuus Hieronymus Chryſoſtomũ prorſus ignorarit,ut taceam interim ætate diui Hieronymi non ſolere quẽq; a cõmunione depellere,quod nouo uerbo uocant excõmunicare, niſi qui ad eam pertinuiſſet eccleſiam. Nam hæc Romani pontificis monarchia,poſt Hieronymi ſæculum exorta eſt.

## AD DAMASVM DE OBLATIONIBVS ALTARIS.

NOuerit ſancta authoritas tua papa uenerãde:quia de quæſtione quã dilẽtulo tuo propoſuiſti:& cõgrua reſpõſa p epiſtolã mãdaſti,hoc eſt de panib⁹ a fidelib⁹ in altari oblatis:qs illis iure uti debeat. Quantũ a præcipuis eccleſiæ doctorib⁹ inueſtigare ualui: in paucis tibi reſcribere curaui. Teſtes aũt idonei q̃s ad hãc rem corroborandã cõcitaui, hi ſunt: Gregorius Naçiançen⁹ mirabilis doctor, Cyrillus, Athanaſius, Theophilus, Anatholius, Ioannes Chryſoſtomus, Euſtachius, Euſebius chronographus,& noſter Hilarius: q omnes uno ore eodẽq; conſenſu ueluti uera ſancti ſpiritus organa,anathematis mucrone cẽſent eſſe feriẽdos,q in uſus laicorũ panes oblationũ cõtulerint: qa oĩno ſacerdotib⁹ ſolis debent̃:niſi forte religiõis gratia,laici ꝓ bñdictione de manu ſacerdotis accipiãt. Nõ ſolũ aũt de panib⁹ in eccleſia hoc ſanxerũt patres noſtri: ſed de oñib⁹ quæ altari offerunt̃: dicẽtes atq; docẽtes,magnũ nefas eſſe:& p oñia diabolica temeritate hoc fieri ubicũq; acciderit:& ualde eſſe intolerabile ſanctæ eccleſiæ: ut ſine uindicta ſanctorũ canonũ remaneat. Vñ Chryſoſtomus in cõmẽtarijs ſup Matthæũ ubi diſcipuli ſpicas manib⁹ uellebãt ſabbato:& phariſæi reꝓhendebãt ſic ait:Si nõ licuit Dauid

C & uiris eius adhuc sub umbra legis comedere panes ꝓpositiois, qñ ab Abimelech panes petiit fame stimulāte: quō nūc euāgelio coruscante ꝑsuaderi debet laicis, ut oblationē panū deo oblatorū suis usib9 rapiāt? Dicit nāq; pinde Aplus: Qui altari seruiūt, de altari pticipēt. Ergo qa sacerdotes pro oīb9 orare solēt, quorū eleemosynas & oblatiões accipiūt: qua frōte ꝑsumūt laici oblationes, quas christiani pro peccatis suis offerunt, uel comedere, uel alijs cōcedere: cū ipsi nō debeant pro populo orare? Ob hoc papa glorioſe mittere oportet illos præsumptores in excōmunicationē perpetuā, ut cæteri metum habeant: & amplius hæc in ecclesia ne fiant.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

QVid opus est in hoc argumētis uti, regulā hāc nō esse Hieronymi, cū id totus sermōis insulsissimi character adeo palā præ se ferat, ut uel ab indoctissimis sentiri queat? Ipse non possum satis admirari tā insignē hois impudētiā. Quāta cū authoritate loquit: Putas apostolū aliquē esse Et hic impostor ipso Paulo felicior: in corpore cōstitutus, fruitus est uisione diuina, totos opinor menes inter seraphim uersatus. Deinde corpori reddit? cū antea dixisset, in corpore cerni, redibat nobis ꝑscius futurorū. Nam huiusmodi portēta de se scribit suppositicius hic Hieronymus: qui si prodigiosam balbutiē suā, & ineptissimā loquacitatē mutare potuisset, plane Hieronymus erat. Nūc auriculæ pro minētes prodūt asinū, & totus sermo clamitat indignū fuisse qui in diui Hieronymi culina ministri locum teneret. Sed audi iam lector bellam præfationem, qua non Hieronymū exprimit iam senem, sed ebrium aliquem, uino simul & ætate delirantem.

## PROEMIVM IN REGVLAM MONACHARVM.

TAbescens in mēbris prodiuū corpus ad terrā ex qua exijt: iāq; rugosa fronte senē & naturæ pene portentū: uester prædilectæ in dño filiæ, & dominæ Christi uirgines sacratissimæ, Eustochiū & reliquæ, ad agni nouas nuptias, sub obediētiæ, pudicitiæ, pauptatis, & religiōis in domo dñi adunatæ ꝓposito: nimiū sollicitat piæ deuotiōnis ac charitatis affectus, ut tremulēta manus suæ parūper uetustatis oblita: deo uiuēdi, nō mundo: spiritui, nō carni: & qd' arduū est: nō sibiipsi normā & regulam, ex christi & apostolorum uita collectā: ex sanctorū etiā patrū anachoritarū, quos per septē annos eremorū antra circūiens,
D non sine admiratione & informatione repperi, obseruationis & imitationis digno comēdandā præconio: in præsenti libello edoceat officio calami, paratas mētes ad bonum, ueluti lingua iamdudum solebat uoce non mortua. O felix affectio: O desyderium in domino cōmendandū: ut quæ deficiente per senium & cōmunem ætatis finem lingua doctoris, de casu timetis: qui promptus est, præsumptuose & non timide ambulantibus in uia dei: in qua tot latent aduersa, quot momenta sunt temporum. Exposcit uestra pietas, ut depicta sibi pericula, & fomenta remedij prodiuus semper ad malum a primordio iuuentutis rationalis & animalis animus cernens, gradiatur per tuta. O prudens consilium, ut pro uoce scripturam: & pro faciliter transeunti, diu mansurum commutet. O iusta & sancta exhortatio, & perdigna exauditionis beneficio. Sed prædilectæ filiæ: & si iustum & sanctum est, quod petitis a patre: patris tamen negat ætas: prohibet insufficientia, licet ingerat charitas. Stupent oculi palpitantes in tenebris, horret naturæ phrenesi inconstans manus peragere iuuenilia. Hortat' tamen semper charitatis ardor: ne parcatur labori, unde tātus colligit' fructus: quē non putarē in uobis carpere, quæ scripturis de dñi uoluntate melius estis edoctæ: ut blandimenti aliquid fatear, licet ueritatis: nisi ad alias succedētes per tempora informandum traheretur tantus hic labor. Vincat igitur duellum hoc charitas: quæ ipsum inuincibilem uicit, ut immortalis moreretur pro nobis. Verum frustra hæc speratur uictoria in tanta impossibilitate naturæ, nisi deuotæ orationes filiarum adsint: quibus deus paruit intantum ab antiquo, ut etiam eum pœniteret eorum quæ primitus minando spoponderat, quāuis pœnitere non possit.

## DE CHARITATE ET VNITATE SERVANDA Ca. I

QVis autē in monasterio cōstitutis sororib9: prim9 sit arripiēdus mod9 deo uiuēdi & regula: ipse solus Christus hui9 ꝓpositi inceptor & doctor, in uni9 respōsiōe instruit uniuersos. Si uis (inqt idē magister hæc petēti) ad uitā ingredi: serua mādata. Qd' si forte quærat' quæ sint: ilico sic ꝓcunctāti, exposuit: Diliges dñm deū tuū ex toto corde, mēte, & uirib9 tuis: & plus ꝯ teipsum: & proximū tuū sicut teipsum. In his duobus præceptis pendet quicquid est legis: quicquid etiam prophetæ & sancti uiri perscrutati sunt. Et attendite sollicite quæso charissimæ: quæ

A simæ: quæ ingredi nō solum totis affectib9 cupitis ad uitam,quæ uere uita est (nam uiuentibus in mundo uita nō est,sed mors):sed iam dei auxilio estis iter ingressæ,quod sine præceptis charitatis non ingreditᷣ quisq; ad deo uiuendū. Propter hoc em̄ apostolus Paulus non gloriatur in linguis angelorū & hominū,non in cognitione mysteriorū dei,nō in spiritu prophetiæ, non in asperitatib9 carnis,nō etiā in eleemosynarū operib9,quāq; ad oīa pietas ualeat,dūmodo charitas nō desit. Næc itaq; sola reddit hominē deo uiuentem,hæc religiosos, hæc monachos facit: sine hac monasteria sunt tartara, habitatores sunt dæmones. Cum hac ẏo sunt paradisus in terris:& in eis degentes sunt angeli. Ideoq; mihi dilectæ filiæ: licet longa uos macerent ieiunia: abiecta & nigra uestis deformet:longa officiorū & operū texatᷣ series: si intus desit charitas,ad infimū nōdum religionis gradum peruentū est. Propterea charissimæ hic incipiendum est iter, ad apostolicæ perfectionis apicem. Si uero relatiua est charitas: & ad unum nō potest proprie dilectio fraterna dici:idcirco est necesse q; plures sint,qui se mutuo ex charitate diligant:ut dicatᷣ iuxta prophetā:Bonū & iocundū est habitare fratres in unum. Quod satis approbat sapientia dicens:Frater qui simul iuuatur a fratre,quasi ciuitas firma. Et iterū: Si fuerint duo simul,fouebunt se mutuo:sed si unus gradiatur & cadat: uæ soli,quoniā subleuantē non habet. Propterea solitariorū uita quā satis expertus sum, periculosissima est & ardua: & si bona & q̄pluries deo uicina:non tamē æque secura est,ut simul habitantiū in uinculo dilectionis & charitatis affectu. Qui sibi inuicē per tentamēta deficiētib9 auxiliantᷣ, sibi inuicē administrāt pietatis & charitatis obsequia. Sed certe si fratres aut sorores simul in unum nō habitent:nō iam bonū,sed malū est. Nihil bonū diuisum. Omne etiā scdm philosophos intantū habet bonitatis,inquantū unitatis attinēs suæ naturæ. Qd'si singulū unū in tota mundi machina per se creatū est bonū:nō tn̄ est optimū,nisi cæteris nexum. Propterea in exordio mundi uidit deus:q; cuncta quæ fecerat,erant ualde bona. Idcirco charissimæ in apostolica uita uobis de sæculo adunatis p corpa: sit cor unū, & anima una in dño,uelut de apostolis & de ipsis apostolicis uiris in actibus eorū legitᷣ:Multitudinis enim credentiū erat cor unum & anima una in dño. Nulla uita pro certo est deterior, q̄ B simul degere corpore & non mente. Et uere infelices sunt,quibus nō inest una,sed diuersa uoluntas. Sit itaq; uobis semper unus affectus,una uoluntas,una fraternitas,una proportio morum, una iocunditas,una tristicia: ne qd alteræ placet,displiceat alteræ:quo gaudet altera, tristetur & altera. Et sic habere poteritis religionis propositū,si unanimes in domo dei habitetis. Næc uera uita dei,non diaboli:uere monasterium,non infernus:uere uita religiosa,non diabolica.

## De non habendo aliquid proprium. Ca. II

ANte mentis uestræ oculos semper euangelicum illud appareat stolidissimi uiri illius exemplum:qui ædificiū suū qd' summopere fecerat,ingruentibus fluminib9,flantibus uentis,& imbrib9 inundantib9 pluuiarū,totū amisit in casura: qm̄ ædificatū erat in sabulo. Nec mirū charissimæ,firmū em̄ quid aut stabile,in mobili diu manere non pōt. Aedificat fatuus ille in sabulo, qui in uita aplica & religionis proposito appetit temporales diuitias. Hic attēdite filiæ diligēter:hic periculū omne est,hic interitus,hic mors æterna. Qui iam renunciauerunt omnib9 quæ possident:qui relictis omnib9 quæ habebant in sæculo,ad Christū imitandū pauperculum:qui ubi caput reclinet,nō habet: concurrentes ex uoto,sub iuramēti pollicitatione promiserūt:nihil tēporale,nihil terrenū præter Christū solum: nō solū possidere,sed nec etiā appetere,quæ iam dimiserunt, tenere uel quærere debent. Ninc Christus aplis nō portare sacculū, neq; perā, neq; æs in zonis mandat: ut ex hoc intelligant eorū uitæ sectatores,q; nihil propriū in monasterijs licet habere. Certe nō tunicā,nisi quæ ex necessitate portatᷣ:nō caligam,nec aliud minimū quodq;. Verū & si Christus & apostoli aliqua quæ sibi dabantur,propter necessitatem tenebant,nulli singulorum licebat aliquid ex his contingere tanq̄ suum: sed pessimus ille proditor atq; latro,ferens loculos,omnia portabat in eis ueluti totius cōgregationis communia; & minister cōmunis,singulorum necessitatibus prouidebat. Ex hoc edocti apostoli & fideles,post Christi ascensionem nihil omnino suum esse dicebant: sed erant illis omnia communia: & singulis diuidebatᷣ prout unicuiq; opus erat. Sic & uos charissimæ filiæ, & si liceat habere aliquid temporale, ut uictum & tegumētum,quæ duo plene sufficiunt christiano: nihil horum alicuius

C sit uestrum, sed cōmune: qđcunq; etiā minimis puellulis quibusq; distribuatur ut decet.

¶ De eligendo sorores ad recipiendum & administrandum bona monasterij. Ca. III

ITaq; obtestor uos oēs & singulas corā deo & Christo Iesu: qui iudicatur⁹ est oēs, ut aurū & argētū, atq; cito trāsiens pecunia, nulla cor uestrū ratione seducat: ut nitať aliq uestrū cū Anania & Sapphira mētiri spū isancto quē nihil latet: retinēdo apud se aliquid cp̄tūcunq; minimū tēporale, ultra ea quæ ex necessitate portanť: nec tn̄ hoc, nisi de licētia abbatissæ. Semp eorū mortis iudiciū terribile uos terreat. Nam legiť q; ex eorū morte, factus est timor magn⁹ in uniuersa eccl̄ia: & oēs qui audierūt, timuerūt. Nudus Iesus, nudas quærit amicas & spōsas. Qđ si ipsum sequi, tēporale aliquid appetēs seu desyderans forte uolueris, onerata grauedine, nudū sequi nō poteris. Hinc beati pauperes dicunť spiritu: ut ex hoc sciať q; nō sufficit cūcta tpalia in mūdo relinquēdo ad monasterij paupertatē accedere, si mēs misera appetit quæ reliquit. Magis em̄ cōtēplanť oculi dn̄i affectū cp̄ cēsum. Meli⁹ est em̄ in sæculo cū cæteris diuitib⁹, diuitijs insistere, cp̄ in monasterio paup ipsas appetere. Propter qđ uolo, hortor, & moneo uos charissimæ: ut hæc perpetuo in uestro monasterio obseruatio maneat: q; nulla scilicet oīno tangere: aut aliqualiter retinere audeat p̄ horā cēsum, aut obolū, aut aliquid cp̄tūcunq; minimū, quāc̄p a matre aut sorore mittať. Eliganť autē iuxta ap̄lorū ritū, cōmuni uoto abbatissæ & cæterarū, singulis annis: aut si decēs uidebiť & utile, cōfirmenť duæ aut plures ex sororib⁹, boni testimonij, plenæ spiritusancto & sapiētia: qb⁹ iniungať hoc op⁹: ut q̄scunq; prouētus tā dom⁹ cp̄ singularū sororū recipiāt: & ex his sororib⁹ necessaria fideli⁹ administrēt. Caueāt q̄q; ne aut ex parcitate murmur, aut ex abundātia tumor ī sororib⁹ habeat locū: sed iuxta ap̄lorū uitā, nō plus cuic̄p aut min⁹ tri-

D buať: iuxta qđ exigit necessitas, nō uolūtas tribuať: ut nō iam altera sit egēs, altera abundās: sed unaquæq; ex ꝓuisione cōdecēti moueať ad dei laudē. Prouideāt insup̄ sic, qb⁹ hic pietatis iniunctus est labor: ut singulis mēsib⁹ aut hebdomadis siue dieb⁹ paratæ sint: tam de his quæ proueniunt, cp̄ de his quæ expēdunť in capitulo corā abbatissa & conuentu sororū sigillatim reddere rationē. Qđ fiat saltē semel in mēse, ne & ipsæ apud sorores furti sint suspectæ: & eis ex negligentia, male exequēdi materia detur.

¶ De cōmunitate & humanitate seruanda. Ca. IIII

SIc sic dei spōsæ spōsum Iesum astringite mētib⁹ mūdis a terrenorū cōtagione: qm̄ secū in habitatiōe nihil patiť esse terrenū. Sic sic ap̄licæ fœminæ proijcite peras & sacculos: ut neq; marsupia ex latere pēdeant: neq; opus sit clauib⁹: ut iā ex ipsis mōstreť exteriorū indicijs: q; nihil habeť intrinsecū præter Iesum: q; nihil ē clausum, qđ ē deditū usib⁹ oīm. Vestimēta duplicia, sunt ex euāgelio phibita uobis: ut discatis ea solū habere, quæ naturæ tm̄ subueniāt: & nō quæ nutriant tineas. Si qua v̄o supersunt, uno claudantur in loco: ut ex his quæcūq; soror eget, indui possit. Nulla unc̄p in uestibus preciositas, nulla melioritas: alterā dominā, alterā ancillam ostentet: sed in oīb⁹ æqualitas existat: quæ uni spōso nuptæ, cōmuni uoto ꝓfessæ sunt. Nō quærat obsecro filia regis, filiæ militis præeminere pompis terrenis, in Christi & ap̄lorū cōsortio. Nō em̄ Petro uili piscatori Bartholomeus nobilis anteponiť a Christo: imo piscatori toti⁹ mundi, monarchiæ tradiť principatus. Dignitatib⁹ carnis, spūalis uita nō eget: & carnis arras Christus in suo nō quærit cōiugio. In sæculo nubant parib⁹ filiæ regū, filiæ militū præeminētias quærant & honores. In monasterio v̄o oblitæ pp̄li sui & dom⁹ suæ, in dn̄o solū gloriā quærāt: & exultēt, q; de maiori præcipitio mōtis sunt ad uitā ap̄licā sumptæ. Propter quod admoneo uos filiæ: ut quæcūq; officia uobis dom⁹ a matre monasterij imposita, libēti aio expleatis: Hilarē em̄ datorē diligit deus. Nec uerecūdenť in uilib⁹ nobiles: nec illa recusent, sed audiāt sapientē: Quāto maior es, humilia te in oīb⁹. Audiāt & Christū quid ap̄lis de hmōi pompis in ultima cœna, humana mēte disceptātib⁹ definiuerit. Reges gētiū dn̄anť eorū: & qui potestatē habēt sup̄ eos, bn̄fici uocanť. Vos autē nō sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor: & q præcessor est, sicut ministrator. Verū ne doctoris doctrina, ex cōtraria operatiōe uilescat: statim subinfert ex similitudine quadam cū interrogatiōe cōcludēs: Nā quis maior est: qui recumbit, an q ministrat? Nōne q recumbit? Ego autē in medio uestri sum, sicut qui ministrat. Erubescat siquidē stercus uilissimū: & uapor ad modicū parēs, humana mens se extollere: & dom⁹ officia abnuens, a cæteris sororib⁹ sibi uelle seruiri. Nam Christus cuius generationē quis enarrare nō potest: non uenit ministrari, sed ministrare. Et in ultima cœna discipulorū abluens pedes, hoc suis reliquit humilitatis exēplum.

De simonia

A

## De ſimonia uitanda in recipiendo ſorores. Ca. V

DEteſtabilem hæreſim ſimoniæ,quã cõmuni prauitate diaboli moniales aſſuetæ cõmittunt:etiam in auditu horreat ueſtra ſocietas.Hieçi pœna,& Simonis uos terreat prauitas.Vox Petri,chriſti uicariĳ ad Simonem,nunc̃ꝫ de ueſtris exeat auribus: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Exiſtimas enim donũ dei haberi pecunia? Donum dei eſt ſpiritusſanctus.Cõmunis mercatorum habet uſus,ut uenditio cõmutetur in melius. Aſſerit quippe ſimoniacus,pecuniam eſſe præſtantiorẽ dono dei,cum idem in ipſam cõmutat.Ad uos uenientes ſorores,ad ſanctas chriſti ſuſcipite nuptias gratis: præponat̃ ſanctitas pecuniæ:exquirat̃ bonitas uitæ:nõ generoſitas carnis:nõ utilitas mũdi.Nulla omnino pactio:nulla opinio quæ mentis puritatẽ ꝓturbat præueniat.Beatũ ſapientia clamat,qui excutit manũ ab oĩ munere:& qui poſt aurum non abĳt,nec ſperat in pecunia: quæ ſubuertit iudiciũ.Si qua ſororũ inopiã ex ſua abundantia ſupplere deſyderat,iuxta apoſtolicũ ritum,omnia quæ habet in ſæculo ante ſororũ pedes ponat:& cunctis quæ habebat in ſæculo renũcians intratura,fiat ſicut una ex minimis: & ſublato dominio cũ affectu,omnia quæ portãtur,electis adminiſtratricib⁹ domus prebeant̃: ut ex his tribuant prout unicuiq; opus eſt.Nec murmuret quidẽ,quæ ſua monaſterio tradidit,ſi ſibi nõ maiori ſumptu adminiſtretur c̃ꝫ cæteris quæ ex pauptate uenerũt.Nec extollatur:& ceruice erecta more fœmineo improperet cæteris,ſe tm̃ ex ſuis facultatibus attuliſſe:plus em̃ attulit ſoror paupercula:ſi ingrediens,affectũ habendi dimiſit:c̃ꝫ quæ multa afferens dona, ſupbiã tulit. Glorietur autẽ potius,qm̃ diuitiæ quæ ſolitæ ſunt poſſeſſores precipitare in mortẽ:nõ prevaluerũt aduerſus eam: & quæ cõmuni uſu ſunt malæ,ex ſubuẽtione ſororũ ſibi factæ ſunt bonæ.Alioquin melius fuiſſet ſibi cũ parua pœna,cũ ſuis diuitĳs in mundo ꝑmanẽdo damnari,c̃ꝫ ipſas relinquendo monaſterio, exorta ſuperbia ad infernũ cũ maiori pœna deduci. Humiliẽtur etiam pauperes:quæ ex paupertate,nihil ſubuẽtioni domus potuerũt contribuere,ſicut & illæ. Et gratias deo in humilitate retribuãt:qd̃ quæ prius in mundo uiuere nõ poterant:ex alienis laboribus habent quæ ſibi ſufficiũt,ſicut & diuites.Mirũ quidẽ de infelici cõditione pluriũ hominum.

B

Sunt em̃ nõnulli uiles & abiecti in ſæculo,qui quotidianis laboribus ſe ultra uires affligẽtes pro uictu captãdo uiliſſimo:& uix raris fabis & rapis cum rudi & hordeaceo pane ſaturãtur. Cum uero ad chriſti menſam accedũt, & militiam chriſti ſuſcipiũt: ſuæ egeſtatis obliti,lautiora quærũt c̃ꝫ milites,qui ſunt aſſueti magnificis.Hæc igitur omnia in chriſti & apoſtolica uita locũ nõ habeant.Omnes ex miniſterio ſint cõtentæ:ne ex murmuratione pereãt.Si abundãter ſibi tribuant adminiſtrãtes:recipiat ſiquidẽ naturæ neceſſaria: neceſſitatũ limites nõ excedat.Si uero modicũ:diſcat cum Apoſtolo ſeruire dño in fame & in ſiti: & in egeſtate nuditatis & frigoris:ita ut accepta cruce gradiatur poſt chriſtum abnegans ſemetipſam.

## De obedientia exhibenda prelatis. Ca. VI

VOlo autem uos mortuas ſæculo,uitĳs & concupiſcentĳs,carnem crucifigere cum chriſto:& quæ iam cœperunt proprio ſeſe uoto caſtrare ſub perpetuæ uirginitatis & caſtitatis propoſito:in monaſterio uelut in duritia lapidis,fore cum chriſto ſepultas:atq; iuxta decretum ſummi poſt chriſtum pontificis Petri: qui ligandi ſoluendiq; tenet principatũ a domino,reſuſcitandarũ in gloria cum chriſto ſic deuotione firmetur ueſtrum propoſitũ:ut fides & ſpes ſit tota in deo.Caſtigent animas in obedientia charitatis & fraternitatis, amore ſimplici & corde inuicem ſe diligentes attentius. Nihil ut puto ſtultius:nihil intolerabilius,c̃ꝫ peregrinos & aduenas præcipere ciuibus: & in loco non ſolito ſe oſtendere directorem itineris: & de ſemitis:& de ſecuritate itineris:& de breuitate tramitis, iuxta uoluntatis libitũ uelle docere.Monſtraretur quippe portentum nauigatoribus: & pro certo nunc̃ꝫ ueniretur ad portum,ſi de directione & gubernatione nauigĳ, quicũq; remigator ordinaret ad uotum. Non ciuitas: non regnum: non minima domuncula diu maneret in rure: ſi cuius uoluntati pareretur deeſſet. Propter quod ipſe papa Petrus,qui religionis apoſtolicæ uitam uolebat inſtruere, ſicut a magiſtro didicerat: ut magis intelligatur qualiter anima caſtigetur in obedientia charitatis & fraternitatis amore, exponit apertius: Omnes,inquit, honorificate: fraternitatem diligite: deum timete:regem honorificate.Et ne excuſationis arripiatur ſcutum: ſub particulari nomine

præeminentis

C præeminẽtis dignitatis,generaliter infert omnib9:Serui,ſubditi,inqt,eſtote in oĩi timore domi nis.Et ne prælati in medium perducatur prauitas:quæ plærũq; ſubditis preſtat cauſam magni caſus: Non tm̃,inquit,bonis & modeſtis,ſed etiam diſcholis. Verũ ne forte uideatur graue humanæ uoluntati ſe abnegare, & crucem tollere:obediẽtiæ proponit meritum: quo omnis labor dulceſcat etiam grauis.Hæc,inquit,eſt gratia. O felix & abundãs gratia. In obedientia ſumma uirtutũ clauſa eſt. Nam ſimplici greſſu hominẽ ducit ad chriſtum: & nõ ſolum mens excuſatur ad reddendam deo rationem de ſubditis:ſed nec etiã obligatur reddere de ſeipſa. O ſumma libertas:qua obtenta uix poſſit homo peccare.

## De regimine Abbatiſſæ. Ca. VII

ATtende diligenter mi dña chariſſima Euſtochium:cẽq; grauis imponitur ſarcina humeris tuis:quæ de ſubditarũ animabus,de corpore, de uerbis,de moribus obligaris apud diuinum examen reddere rationẽ. Caue quæſo:ne de te etiam leuis ſuſpitio in malo poſſit oriri:ne diſpergas,quas conaris educere. Sic ordinata,ſic rationi conformia mãdata ſororibus proferas:ut etiam deprauatæ ſuperbæq; mentes animẽtur ad obedientiæ ſemitas. Sic dulcis,ſic mitis ſit ſermo:ut duritiæ furorem non ſuſcitet,ſed frangat exortum. Sic erga inobedientes, uirilis & conſtans ſit animus: ut omnis muliebris mollicies diſcedat e medio. Excidantur in ortus primordio uepres,ne nimium excreſcentes,germina ſeminũ ſuffocent. Nihil quippe in rectore periculoſius eſt:cẽq; uana humilitas ad correptionem erga ſuperbos proteruoſq; ſubditos. Singularum ſororũ uolũtates in re difficili pertractanda ſemper auide audias : nec tm̃ cuiuſcũq; uoluntati innitaris. Verũtamen ſi quicq; utile prodatur:non attendatur perſona quæ protulit.

D Elegit em̃ deus infirma mũdi: ut fortia quæq; cõfundat. Tuã uero in rebus gerẽdis cõmunibus nõ tm̃ uoluntatẽ exquiras & teneas: niſi maior pars diſcretarum filiarũ id cõmuni uoto collaudet. Superbarũ inſenſatarũq; mentium eſt,ſuo tm̃ uti conſilio. Non audiatur cuiuſcq; uoluntas ſub uerborũ murmure & loco abſcondito:ſed palam cunctis præſentibus cum omni charitate liceat dicere & audire. Si cõceptui proprio maior pars ſororũ diſſidet: non uelis ſola omnibus contraire. In exercendis furor,odiũ,inuidia,ſeu deriſio ſic penitus diſcedat:ut non niſi pax, charitas,amor,& alterutrum ſupportatio cognoſcatur:quatinus fiendorũ ſolus ſpirituſſanctus author meliora inſpiret. Non ſit inter uos quas charitas ſimul unit,fœminalis quædam abuſio:ut undiq; cachinnis & uocibus aer reſonet:& audientiũ aures præ ſtrepitu terreãtur: ſed cum omni modeſtia ſtantes,una loquente,cæteræ ſileant. Nec altera alteram ex auiditate loquẽdi interrumpat,& prebeat impedimenta dicenti.

## De reuerentia & ſubiectione erga abbatiſſam. Ca. VIII

PRopter qd̃ hortor,moneo,& oro uos chariſſimæ & dilectiſſimæ filiæ,quæ iam mortuæ eſtis & ſepultæ cũ chriſto:quæ iã carne contẽpta cũ eius gloria, cognito qd̃ omnis caro fœnũ, & eius gloria flos fœni, ad nouitatẽ uitæ ſpiritus eſtis renatæ : nõ ex corruptibili ſemine,ſed incorruptibili,p̃ uerbũ dei uiuentis & p̃manẽtis in æternũ:ut tanq; p̃egrinæ & aduenæ abſtineatis uos ab omnibus deſyderiis carnalibus:quæ militant aduerſus animã: ſubiiciẽtes uos in omni obediẽtia & timore,& reuerẽtia præpoſitæ matri ueſtræ:ut iam omnino nihil aliud uelle uel nolle alicui liceat,niſi quæ abbatiſſa domus mãdauerit faciẽda : nihil graue, nihil ĩportabile uideatur,ſi iuſſum propriæ nõ cõcordet uolũtati. Vere obediens & qui pro Chriſto caret omni arbitrio uolũtatis:nihil nouit difficile, nihil iniuſtũ. Memẽtote chariſſimæ qm̃ chriſto in ueſtræ religionis ingreſſu,dimiſiſtis omnẽ uolẽdi & nolẽdi licẽtiã:niſi quæ ei9 uices gerẽtes ordinarẽt de uobis. Obeditis em̃ Chriſto firmiſſime, cũ p̃poſitæ matri uobis parere ſtudetis. Tunc em̃ ſpõſo Chriſto, cui deſponſatæ fidẽ totã uouiſtis:præter quẽ nullũ ultra amatorẽ admittere in deſponſatione iuraſtis:magis gratæ,magis placẽtes eſtis,citiuſq; meremini duci ad thalamũ ut cũ omi iocũditate dulcibus amplexib9 aſtringamini:cũ ei9 ſtudueritis in uicaria parere mandatis. Vicarĩ em̃ honor redũdat in deũ. Sic iubet lex cõiugĩ: ut ſponſa ſub lege ſit ſponſi. Emulamini ſemp̃ inter uos hac dei æmulatione:ut certatim adinuicẽ altera conetur excedere alterã in obedientia. Non igitur eſt monaſteriũ,non religioſi, non monachi, ubi ſubditis obedientia deeſt erga prelatum. Deſtructioni eſt corpus expoſitũ:cum membra diſcordant a capite.

De correctione

A

¶ De correctione facienda & generali accusatione criminum in sexta feria. Ca. IX

CONtumax,præsumptuosa,ac superba mulier,in sancto uestro cōsortio, quæ dedignat esse subiecta:ac suis litibus & iurgijs scandalū præbet quieti sororū: & eis inobedientiæ demōstrat exemplum,arduis crebrisq; ieiunijs castigetur:cum resistit mandatis impositis. Si ieiunia non castigant superbiam, edometur uerberibus,contumelijs,& grauibus disciplinis:ut iam discat cum Petro:q d'nisi prælato,imo Christo in eo obediat,partē cū Christo in regno Christi & dei non habebit:quancp̄ imposita uideantur extranea,nec cōsona rationi. Sed si nec sic indomita superbia studuerit obedire,cum apostatis angelis expellatur: quæ partem non habebit in regno. O infelix superbia uitæ: ut pro implendis uoluptatibus carnis,renunciet hæreditati cœli:quam fuerat assecutura per Christum. Nondum deo uiuit:nōdum religionis semitam Christiq; nuptias attigit,quæ non efficitur ita simplex & pura:ut quicquid sibi mandatum fuerit per præpositam matrem,angelico putet ore transmissum. Tunc unaquæq; cæteris se beatiorem existimet, cum in laboribus præponit reliquis. Non pudeat singulis hebdomadis sexta feria,quo die saluator opprobria,& mortem pro homine ab homine pertulit:unamquamq; sororum, suam uitam coram omni cœtu sororum discutere: & de commissis cōtra præcepta & regulam,se proprio ore criminari,ac disciplinam subire:quatenus stimulata mens cogitationis,stimulo accusationis ac uerborum,caueat accusanda pudendaq; committere. Nec tamen propter hoc occulta cogitamina cordium prodantur:nec occulta peccata, quæ solis debent sacerdotibus confiteri:sed solum quæ præceptis obuiant publicis:& exempla peccandi sororibus præbent. Si ꝟo uel tumore uel uerecundia seipsam accusare neglexerit,liceat unicuiq; propalare tale crimen alterius: ut nullatenus radices inobediētia & superbia in sancto hortulo uestro arripiant, non euellendas de facili. Verum si quippiam iuxta fœminarum modum, quæ nihil retinere norunt absconditum:immo ante garrulando manifestant, cp̄ sciant,aliquid de his extra cœnobij limites prodiderit,subeat grauissimam pœnam:ut doctrina tacendi,doceatur in pœna.

¶ De uita mirifica sanctorum patrum,quos in eremo repperit. Ca. X

B

REferam uobis quædam non minus imitanda per opera, cp̄ audienda de aliquibus sanctissimis uiris:ut bonorum exempla,obedientiæ humilitatem: qua carente, in ædificij spiritualis structura, fundamento uirtutum quicquid ædificatur, est uanum: uestras mentes doceant:& crebra memoria sanctorū gestorum uitæ religionem instruant & uirtutem. Dum igitur per eremorum antra septem annis sanctos patres degentes,ibidem in terris uelut in cœlis angelos assistentes assiduo labore itineris,arduisq; uiuendi incommodis:cæterisq; innumeris calamitatibus peragrando uisitarem: de quorum uita moribusq; mirificis, quæ luculenter ipse perspexi:libellum compegi, qui uobis sit ut lucerna in candelabro ad meditationem religionis & uitæ. Nihil ita charum:ita studiosum appetabatur a monachis:cp̄ quod in eis qui iuberet,posset inueniri. Profecto non taceam tantam charitatem, tantamq; humilitatem, quam sanctæ illæ mentes habebant: ut hæc cernens, omnis laboris & grauedinis oblitus itineris, eremos humanæ naturæ tam detestabiles & ingratas,in paradisos putarem pene conuersas. Mirum auditu,sed fœlix obtentu:sic sanctorum hominum corda, charitas transformauerat in creaturas deificas:ut caro pene esset nescia carnis. Licet per Iohannem dicatur: quod quicquid est in mundo,aut est concupiscentia oculorum,aut concupiscētia carnis,aut superbia uitæ. Nam sic simplicia & humilia corda,obedientiæ & humilitatis innitebantur uestigijs: ut quasi quorundam philosophorum uideretur in eis uerificari opinio: qui unam ponunt in hominibus uniuersis animam solam. Nam abbates & patres nihil omnino uelle sciebant, nisi illud quod subditi:& subditi antea conabantur iussa implere,cp̄ forent emissa:& quibusdam quodammodo indicijs nitebantur prophetare de uoluntate mandantis.

¶ De uanitate scientiæ mundialis. Ca. XI

O Sancta fatuitas,quæ natos ad labores homines in mundo, mereris transuehere ad gloriam ereptos de pœnis. Non hanc fatuitatem doctissimam Athenis Plato didicit: non Aristoteles, non Anaxagoras, non cæterorum stultorum mundi sapientum turba percepit. Non certe miser ego Hieronymus fatuorum sapientum imitator, antecp̄ sancta

uerbera

C uerbera luerem. Quanꝯ ut meas miſerias detegam,me anteꝯ uiceſimum annum ætatis attingerem,urbs Roma in ſummũ prælegerat magiſtrũ,in omnibus pene liberalibus artibus. Nondum ſanctiſpiritus ſcholas intraueram: nondum cæcutiens peruenire ad ſanctæ ueritatis poteram diſciplinã. Non Academiæ,non certe Romæ,huius doctæ fatuitatis reſonauere gymnaſia: quæ ſancta retinet eremus. Verum non ſine labore didiciſti tuam ſapiẽtiam fatuam Plato:quẽ mundus retinere nõ poterat,mundi ſapientiã inſequentẽ,per diuerſarũ nationũ & gentium,regionũ q; partes,infinitis erumnis innumeriſq; peragrando laboribus. Nec tamen fatuiſſimæ ſapientiæ finẽ,qui eſt ſummũ bonũ:ad qd̃ te naturæ mouebat intentio,in orbe uniuerſo reperire ſciuiſti:quẽ ſancti hi ruſtici hanc fugiẽtes,inuenerũt in eremis latitantes. Attẽde & tu fatuorũ ſapientũ princeps Ariſtoteles: etſi fueris abſq; dubitatione, prodigiũ grandeq; miraculũ in tota natura:cui pene uidet̃ infuſum,quicquid naturaliter eſt capax humanũ genus: quoniã ſapiẽtia mundi,ſtultitia eſt apud deum:ſi charitas nõ informat:ſi intellectus nõ captiuat̃ ad fidem:ſi cor ad chriſti ſeruitutẽ non indinat̃. Qui iudæis eſt ſcandalum,paganis ſtultitia:nobis ✠o credentibus honor & gloria:in quo ſolum gloriat̃ Apoſtolus:Qui gloriat̃ (inquiens) in dño glorieť.

## De promptitudine adimplendi mandata impoſita. Ca. XII

NIhil honorabilius,nihilue glorioſius chariſſimæ,ꝯ ſeruitus Chriſti. Hæc ſane præferenda imperatorũ faſtigio,hæc dignitati regiæ,hæc cuicunq; ſæculi gloriæ. Huius ſeruitutis Chriſti, quidam inter cæteros quos uidi in eremo doctus ex monachis, ex iuſſu patris ſenioris,ſuæ charitatis & humilitatis fructum cupiens augere: & obediendi alĳs iuuenibus tradere normã, pergrandem lapidẽ humeris hominũ proculdubio grauẽ: bis quolibet die per
D tria miliaria geſtabat in ſcapulis:nulla alia neceſſitate coactus: q; iam per octo annos effecerat. Sed ſi forte quærebat̃ quid in eius mente uoluebat̃:ex hoc q; forte noſtræ ſuperbæ menti, quæ nondũ ad huius ſanctæ fatuitatis perfectionẽ aduenit,uidet̃ extraneũ puerorũ q; ludus,& ocioſitatis opus. Teſtor deum q; mihi ab eo ſollicite percunctanti, tanta ſimplicitas & humilitas eſt reperta:q; extunc incœpi ducere monaſticam uitam. Nam ſic deuote, ſic affectanter,ſic hilariter continuis diebus explebat tam inſolitum opus, ut ſibi uideret̃ poſt expletionẽ captare omnem gloriam. Quinimo in huius operis fatigatione, minime cõtentus, pene moleſtabat patrem:ut medio tẽpore nouos induceret labores:& opera perficienda per eum. Quid ego uagor per ſingula? Non eſt opus exponere,quicquid in ſimilibus continue exercetur a monachis. Hoc unum apud omnes obſeruationis præcipuũ eſt:& celebre p Aegyptũ: ut nullum niſi obedientẽ & humilem ad omnes labores perficiẽdos & opera ſuſcipiant. Quatenus domita caro ex grauedine, cogitationibus uanis & uoluptatibus non uacet ex ocio. Teneatis firmiſſime,q; omnis concupiſcentiæ & immũditiæ atq; peccati mater eſt ocioſitas.

## De ſororũ operib9 faciendis. Ca. XIII

HAnc ſanctam ſtultitiã ſtultamq; ſapiẽtiam,quotidie in monaſterĳs diſcite filiæ, quam ſancti in eremo uos docent ruſtici. Subtilia & alta nolite ſapere:ſed ſuperbis & tumidis ſæculi ea relinquite:ut poſt peractum, incipiant noſcere quod litera occidit, ſpiritus uiuificat:& q; deus eligit abiecta & infima. Hanc ſæpe ſcholam intrate: quocũq; die & quacũq; nocte ex his nouã diſcite lectionẽ. Non ocium,nõ torpor,& ignauia uos ad dei ſeruitia,tepidas & frigidas reddat. Semp aut officĳs,aut orationib9,aut manuũ operib9 ſanctis, cæteriſq; laboribus fatigatum corpus,requiem & refocillationẽ,non uoluptatẽ exquirat. Sed cauete potiſſime ne quid operis uanitatis ueſtris uerſetur in manibus:immundus reputat̃,qui immundũ quicꝯ tetigerit,uel morticinũ. Non deaurata marſupia,non cingulos,nõ etiã chirothecas,quæ omnia laſciuæ & ſuperbæ mentes exoptant. Horreat deo dicatũ cor talia ſcire: ſed aut ſacri codices,uel legendo,uel ſcribendo genua premant:aut hortulorũ cultus exerceat̃: aut aliud ſanctum opus & utile: ut ex relaxatione quadam refocillatus ſpiritus, ad diuinum ardorẽ fortius accendatur. Sanctorũ geſta quæ legitis,ueſtro accõmoda ꝓpoſito imitemini: uelitis imitari quod laudatis: & ſequi quod cupitis. Veſtram inter gentes cõuerſationem bonam habeatis:ut ex odore famæ ueſtræ ſanctitatis,etiam malorũ corda ad ſancta deſyderia moueant̃. Et in eo quod deprauatæ gentes detractant de uobis tanꝯ de malefactricibus,ex operibus ueſtris bonis glorificent deũ. Hæc eſt enim dei uoluntas,ut imprudentium hominum, ignorantiam obmuteſcere faciatis.

De officio

A De officio & poteſtate abbatiſſæ. Ca. XIIII

CAue quæſo quæcunq; ſis illa quæ præemines,ne ex officio regendi eleueris in altum:ut imperes illicita, & quæ ſunt importuna, uel importabilia,& inquieta ſubiectis:ne tibi ille propheticus ſermo conueniat: Quid eſt iſrael q̄ in terra inimicorum es: inueteraſti in terra aliena:coinquinata es cum mortuis:deputata es cum his qui in inferno ſunt? Dereliqui-ſti fontem ſapientiæ: nam ſi in uia dei ambulaſſes, habitaſſes utiq; in pace ſuper terram. Non enim ambulant in uia dei, qui in adminiſtratione regiminis,honores & utilitates proprias expoſcunt. Reuolue ſæpius in mentis arcano, & ſtilo ferreo ſcribe in ſilice cordis: quid dominus, cuius uices geris ad ſubditas, contendentes apoſtolos quis maior eſſet eorum inſtruxerit, ſequenti die receſſurus ab eis:& ſi in ſuperioribus dictum,tamen iterum narratum fortius teneat in corde:Reges gentium dominantur eorum:& qui poteſtatem habent ſuper illos,benefici uocantur. Vos autem non ſic,ſed fiat ſicut minor qui eſt maior in uobis: & ſit præceſſor ſicut miniſtrator. Diſce igitur a magiſtro officium quod tibi iniungit, ne tuo uicariatu,poteſtatis traditæ limites excedas. Non efficieris certe domina,ſed miniſtra:unus eſt enim dominus. Et ſi tibi reliquæ ſorores ut Chriſti adminiſtratrici & uicariæ obediunt: propterea non eſt tradita tibi poteſtas:ut inter ſorores & filias hanc eleues:hanc ꝙ deprimas ſicut uelis. Sed quid tibi iniungatur ab inſtitutore regiminis,diligenter inueſtiga. Rerum enim omnium monaſterij: & ſororū ſolliciſtudo in adminiſtratione & prouidentia tibi traditur: ut iam cæteris dormientibus ſororibus, te deceat noctes crebras inſomnes ducere:& ſenem iunioris animum ſumere, pro utilibus & neceſſarijs domui prouidendis. Itaq; non tantum tibi honor, quantum onus imponitur. Et ſi ſic feceris ſicut decet,præmium multo maius conſequeris.

De periculo præeminentiæ & dignitatis. Ca. XV

B NOn tibi obſecro blandiaris de domini pietate,qui tam diu peccatores miſericorditer ſuſtinet in peccatis. Et ſi diuturna eſt expectatio,nō minus formidanda eſt uindicta:quæ tanto durior eſt,quanto longius tempus in ſuſtinendo præceſſit. Propterea ſi ſecus q̄ debes egeris, periculum expaueſcas: nec ideo minus, ſi ſtatim diuinum non incurras iudicium. Domin⁹ enim tuus qui ſuis te ouibus adminiſtratricem, & in ſua te poſuit uinea cuſtodem, a te uult de ſingulis etiam occultis exigere rationem. Et ſi quid eum defraudaueris,tunc diabolo uenundatam in carcere exterioris inferni poni te iubet: ubi fletus eſt æternus, & ſtridor dentium: ut exprimatur in his quicquid doloris & pœnæ excogitari poteſt: quouſq; debitum uniuerſum reddideris. Sed ſi forte de reſtituendo debitum confidis,o te fatuam. Nam pro minimo quoq; delicto non habent unde reſtituant ſimul homines uniuerſi: niſi ipſe idem uelit remittere, cui facienda eſt reſtitutio. Felices itaq; magiſq; ſecuræ quæ ſubſunt, illis quæ ſuperſunt: & quibus potius miniſtratur,q̄ quæ miniſtrant. Sed tamē ſuperba mens hominum improuida periculi, ſemper maiorum dignitatum aſcenſum expetit: nec niſi poſt factum ex deſcenſu terretur :quia quanto altior eſt aſcenſus,tanto durior eſt deſcenſus. Sed forte deſcenſum rarum æſtimas. Sed firmiſſime doctus experientijs,& nō paucis,dicam: Raro per gradus dignitatis aſcendit homo, quin multo grauius non deſcēdat. Verum & ſi a propoſito digrediar, nolo opuſculum hoc pertranſire exemplum quoddam, quod ſancto quodam mihi referente ſene in eremo ex ueritate didici. Cum iuuenis quidā ſancto propoſito & uita,electus foret ad epiſcopale faſtigium: quo grauius periculoſiuſue nequit aliud cogitari:patruum ſuum quendam,uirum utiq; ſanctum, & prophetiæ ſpiritu plenū,eremi in cella ut eum ex hoc cōſuleret,adijt non incautus. Audita itaq; narratione nepotis:uir ſanctus non uerbis,ſed ſignis potius percunctanti reſpondit. Et ne contra Apoſtolum,qui deſyderantem epiſcopatum in bono opere laudat,contrairet diſſuadendo: & ne iuuenem periculo exponeret ſuadendo. Juſſit itaq; ſenex quadratum diſcum a terra uæhementer pedibus eleuatum aſcendere iuuenem:& quater per quatuor diſci latera ſupinum reuoluere ſemetipſum uſq; ad horam caſus: ſicq; caſu imminente,ſi altera ſuccederet reuolutio, mandauit ut extra ſummitatem diſci,adhuc ſe uolueret iterato. Cui cum nepos ſe non poſſe ex timore caſus reſponderet,ilico eum fecit deſcendere: & per quandam latam planiciem diutius uolutare. Cumq; ex multitudine uolutationum utriſq; faſtidium eueniret, ſurge (inquit) ſenex, &

C perge quo uis : facito quod tibi ſecurius cernitur . Dedignatus nanq; iuuenis, abſceſſit: & alteri ſancto ſeni patrui,delyramentum putans,factum retulit:a quo de periculo præeminentiæ edoctus,electioni renunciauit,ut teneret quod eſt tutum. Qui poſt modicum,felici obitu ex ſæculo exiens,hilaris & iucundus apparuit patruo: Gratias(inquit)pater tibi refero ex diſſuaſione epiſcopatus. Nam ſcito quia nunc eſſem de numero damnatorũ,ſi fuiſſem de numero epiſcoporũ.

C De ordine in operibus abbatiſſæ. ¶ Ca. XVI

HAec idcirco mea domina Euſtochium dixerim:ut aduertas quanto ſis expoſita periculo: & quanta te oporteat in uia dei prudentia ambulare : ne derelictis ſemitis iuſticiæ, capiaris ab inimicis,quibus plena ſunt omnia: & in terram alienam deducta, coinquinata cum mortuis, miſerabiliter deputeris cum his qui ſunt in inferno . Volo autem te diſcere, ubi ſit ſapientia,ubi uirtus , ubi ſit prudentia , ubi ſit longiturnitas uitæ & uictus , ubi ſit lumen oculorum & pax:ut intelligas uiam diſciplinæ: & deducas ſubiectas tibi per uiam pacis & diſciplinæ. Te morientẽ filiæ plangant,non gaudeant:tibi iuſta & ſancta præcipienti,omnes æquanimiter obedire lætentur. Non propinquæ,non affines,ſic exaltentur q; cæteræ inuideant. Non carnalis dilectio in multis nociua,in ſanctis mentibus habenda eſt. Omnes itaq; amato æquali charitate,& ſpirituali dilectione ut filias. Cum tempus exigit correptionem,uniuerſas ſimili modo uelut ignotas, in omiſſis corrigas . Verum ſemper in ira miſericordiæ memor eſto : ut nulla mouearis ratione,ad crudelitatem ex furore uel odio. Nec tamẽ habeas manus remiſſas ad puniendum ſcelera:ne ex impunitate,peccandi licentia ſororibus concedat. Non ſis ad pertractandum ardua monaſterij & ſororum , præceps pro libito:ſed ſororum plurium & meliorũ uoluntas ſemper accedat:ne rea & diſſipatrix bonorũ cœnobij crimineris. Non omnibus qui loquuntur,ſis facilis ad credendum. Leuitas enim in credendo,leuem denotat mentem. Nequaq; effrenis lingua reperiaris:non impudica oculis:non crapuloſa: non ebria . Sic te exornes uirtutibus:
D ſic muniaris moribus,ut uniuerſas opere & exemplo ſanctitatis & uitæ , prompta ſis ad docendum: ut iam ab omnibus in exemplum uirtutum ducaris : ut ſecura ex diſpenſatione miniſterij tibi traditi,occurrere ualeas domino:& ei reddere rationem de ſingulis.

C De iuriſdictione epiſcopi in ſorores. C Ca. XVII

DEbilis eſt nimium ſexus quem geritis,ac fragilis , ac mobilis ſi ſuo relinquatur arbitrio: & ſi uirtuoſus ſit animus:tamen niſi regatur,niſi dirigatur continue,cito deijcitur a ſancto ꝓpoſito. Hoc in Eua ſcitis expertæ:quæ ſuggerẽti diabolo,q; facile aſſenſum præbuerit contra diuinum præceptum,& triſticia partus , & conditionis uilitas ipſa perhibent teſtimonium. Profecto nihil in uobis foret uirtutum durabile, nihil ſine graui periculo , ſi de uobiſipſis uoſipſæ haberetis curam. Propterea epiſcopus ueſter,cui eccleſiæ commiſſum eſt regimen: quem deus ſpeculatorem poſuit in uinea ſua,paſtorem ouium,directorem gregis,ac ductorem plæbis & populi,ciuitatis & parochiæ in qua degitis,uos cuſtodia ſingulari foueat , ſanctæ doctrinæ uos pabulo nutriat:& coram deo, animarum ueſtrarũ curam gerat ſpecialem . Cui commiſſa eſt ciuitas uniuerſa : huic æquanimiter ſicut deo omnes deuote obediant : hunc patrem, hunc zelatorem uirtutum,tam præpoſita ueneretur,q; ſubditæ. Lex ipſa ſeruetur,quam poſuerit uobis in uia dei. Si qua ſororũ effrenis eſt,& diſciplinæ præuaricatrix, & incorrigibilis a præpoſita:emendetur,caſtigetur,& puniatur per ipſum. Hunc directionis baculum,& uirgam diſciplinæ,cum a ſemitis iuſticiæ deuiat: ipſamet etiam abbatiſſa cognoſcat cum cæteris . Reddatur eidem bis aut pluries ſingulis annis patens ratio , de bonis monaſterij, de ſtatu ſororũ,de uita, de moribꝰ,ne iam ualeat oues ignorare quas regendas ſuſcepit. Nihil arduum uendendi,emendi,ſeu perpetrandi in cœnobio ſine eius uoluntate liceat. Abbatiſſa ꝟo domus moriente,quam communis ſororum uoluntas in matrem elegerit, & abbatiſſam monaſterij, ipſe benedicendo, anulo uice Chriſti ſubarret in uero coniugio , ſi ad officium reperiatur idonea . Sororum uero recipiendarum modus,introitus & conditio,omnino nullatenus eum pertranſeat . Si quid dubitandum in fide,ſi quid obſcurum,ſi quid periculoſum occurrerit in uia dei : ipſe declaret : ipſe uos inſtruat in omni pudicitia,& ſpirituſſancti uirtute.

C De ordine ſeruando inter epiſcopum & ſorores. C Ca. XVIII

Non nimium

A NOn nimium sit stricta familiaritas, non suspecta colloquia: & si spiritualis pater, cuius episcopus sanctus sit: tamen homo est debile animal: tam cito perditur, nisi fortiter custodiatur, quod charum habetur & utile. In sancto cõmertio diabolus minime quicq; inueniat: ne unde regimen, unde ducatus, inde sentiatur interitus. Omnes æqualiter pertractentur: nulla carnalis, sed spiritualis dilectio interueniat: nec stricta sit nimium. Principium em̃ spiritualis operis, si non sit matura prouisio, solet subsequi quoddam carnale. Vere non taceam: ut in pluribus solet contingere, conditionis muliebris infelicem miseriam: sub feruore spiritus, sub charitate nimium stricta, nisi custodia grauitatis ori ponatur: ut nemo delinquat in lingua: si utatur loquendi uiuendiq; copia, statim libido, actu turpissimũ, dictu infelicissimũ, de spiritu & charitate nasciť. Propterea charissimæ, hoc hortor, hoc moneo, hoc mando uobis: ut quæ Christi despõsatæ estis coniugio, cui omnẽ castitatis uestræ fidem uouistis: cui nullum præter ipsum amatorẽ cognoscere sub iureiurando estis pollicitæ: uiri cuiuscunq; etiam si eum sanctitas exornet: etiam si baptistæ æquaretur in meritis, quæratis effugere faciem: nec liceat secum dilectione feruenti astringi per diem. Credatis experto: nihil est periculosius uiro, q̃ mulier: & mulieri, q̃ uir. Vterq; palea, uterq; ignis. Dicã audacter: prohdolor dei templa, spiritussancti uasa, & deo dicata ædificia: nisi diligenti seruenť custodia, prostibula fiunt. Et aufertur tam nobile depositũ, tam preciosus thesaurus, irrecuperabile decus castitatis: si tenui cuiusuis dilectionis ineptæ rimula continuus insidiator diabolus intuitum ualeat infigere. Ideo omni custodia cor seruetur. Super muros hierusalem ponantur custodes tota die: & nocte non dormiant, ne fur introeat: ne spolia auferat, quæ penitus recuperari non possunt.

De præposito presbytero post episcopum sororibus adhibendo. Ca. XIX

ANimus diffusus ad plurima, circa singula non potest attendere: curam omniũ gerit episcopus: homo est, nec locis singulis potest adesse: nec diuersorũ simul habere scientiam.
B Ne igitur ex absentia securitas sit in uitio, sacerdotem sanctum: quem sanctitas prædicat, quem subornat scientia, quem talem reddit ætas & uita: q; etiam apud improbos lubricosq; sinistra opinio non possit haberi, post episcopum habeatis præpositum. Hic episcopi in uobis teneat uicem, hic doceat, hic prædicet, hic corrigat uniuersas, huic soli occulta domus pateant: huiꝰ cõsilio innitatur ab omnibus. Non diuersarũ opiniones in cõuentu sororũ, diuersas sectas ponant: non diuersos ritus: ut quicquid altera uituperat, altera consulat: sic diuisæ domus pax, quies, & charitas ipsa discedit. Credite mihi sacerdotũ ac religiosorũ circumuenientiũ turma, ex mulierũ consortio omnẽ sanctitatẽ expellunt. Intimeť episcopo, qui circa multa diuisus, uni soli in omnibus cõtinue non potest adesse: quicquid pro utilitate agendũ: quicquid sanctũ euenerit ordinandũ. Confiteanť singulæ singulis mensibus bis aut pluries crimina occulta: aut episcopo, aut præposito soli presbytero: uel cui commiserit: & sacra dominici corporis cõmunione munitæ: pugnaturæ uiriliter dæmonũ castra subintrent. In hac uita mortalibꝰ nihil est ualidius: nõ est quicq; salubrius, q̃ ut statim peracto delicto, cõfessionis nõ differať medela. Testanť & medici uniuscuiusq; ægritudinis morbos auferri ex corpore, si exoriẽtibus subueniať in principio. Qđ si memor cõditionis humanæ, leui etiã opinione ipse etiã sacerdos erga aliquã sororũ inepta familiaritate uideret astringi: non sinatur oriri, qđ non sine malo, non sine scandalo remoueri potest exortũ. Emendeť si opus est, ab episcopo: si ýo emendatus minime uult inceptis finẽ imponere, remoueať: etiam si utilissimus, si necessarius existeret loco. Nulla prævaleat utilitas, ex qua formidať animarũ periculũ. Adhibeať ýo sanctus successor, quẽ castitas longa cõmẽdet & uita.

De ordine seruando per sorores erga mares, & specialiter in loquendo. Ca. XX

IMpudici pedes cuiusuis nunq̃ monasterij limina terant, inordinati animi nuncia uoce immundiciæ aures uestræ nunq̃ sordescant. Vox omnis mulieris, ignita sagitta diaboli est, & ecõtrario. Propterea cõgemẽs Psalmista exorat animam suam liberari a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Nam subdens postmodũ, quare sic affectanter liberari postulet: Sagittæ potẽtis acutæ, cum carbonibus (inquit) desolatorijs. Labia uiri, uenena præbent mulieri: si non sit astuta fallacijs linguæ dolosæ, q̃ potens diabolus miserũ uulnerat cor sagittis tentationũ cum ardore libidinis. Hæ fenestræ sunt mortis: quæ nisi claudanť, statim mors dira subintrat. Vir cuiuscũq;

C cõditionis exiſtat:aut nunq̃ appareat:aut uiſus,uiſum terreat ueſtrũ,uelut horrídum monſtrũ. Propterea uolo chariſſimæ:ut ſi cum uiro ex neceſſitate loqui oporteat,uelum in feneſterula tractum,alterutrã faciem tegat:ne liceat uideri,qđ cõcupiſci non licet.Excuſationẽ nullam ſibi arripiat ſanctitas.Sanctus Dauid in uidendo capitur. Dina ut uideret egreſſa,uiſa corrumpit. Sic infinita forent exempla, quæ ſæpius ruminanda uobis relinquo. Quid per multa uagor? Pene ſacræ ſcripturæ clamant ſyllabæ ſingulæ: pene inſtruimur corporis proprij ſingulis motibus: q uictoria nõ ſperat in hoc certamine,niſi ex fuga. Nemo ex fortitudine audeat reſiſtere uiribus: quoniam niſi fugiat,cito ſuccumbet.In cõmuni etenim uita nec uerbum ſit propriũ: ſecreta uerbula nõ carent ſuſpitione.Ideo q̃ præcipio:ut nulla ſoror alicui exteriorũ ſine plurium ſanctarũ ſororũ & abbatiſſæ, ſeu alteri9 præpoſitæ domus potiſſime præſentia loqui audeat:his dũtaxat exceptis,quæ ſacerdoti in confeſſione dicuntur.Solent profecto talia uerba,ſemina multa mala proferre.Inter uos de uiro nequaq̃ ſi fieri poteſt,habeat mentio. Vltra q̃ creditur,exultat diabolus:ut in corde uirgineo,uirorũ memoria uigeat.Nullum uenenũ nociuius fœminæ, q̃ affectio erga uirum,quacunq̃ de cauſa procedat.Prohdolor infelix conditio ſexus ueſtri. Sanctior mulier ultra q̃ dici liceat, ſi uiro adhæreat q̃tuncunq̃ ſpirituali,inſtinctu naturali inclinat tandem ad nephas,ſi in uiro uirtus deficiat.Piget quæ noui cuncta narrare.Etiam argumenta ſunt diaboli:& mortis æternæ indicia,filiationes & maternitates:quibus uocabulis ſub uelamine ſpiritus inter ſe utuntur mares & fœminæ.Munuſcula omnia,& ſuſpectas literulas,hæc cuncta luxuriæ nuncia,uobis interdico ſub anathemate,& æternæ mortis pœna.Adhibeatur ſumma diligentia,ut extra cœnobij limites litera qualiſcunq̃ non exeat: niſi abbatiſſæ & ſororũ acceſſerint uota.Et ſi opus eſt,& grauitas ita rei exigat: adſit epiſcopalis licentia, ſeu ſacerdotis conſilium. Grauiſſimæ pœnæ ſubiaceat, quæcunq̃ huius reperta fuerit rea.

## ¶ De fictitijs & nociuis ſermonibus euitandis. Ca. XXI

D SEruis dei frequentiã populi, ſancti oẽs patres prædicant inter cætera ſumme nociuam. In multiloquio nequaq̃ peccatum deeſſe poteſt.Lingua hominũ ad iudicia præceps:abſentium uitam ut plurimũ non ceſſat hincinde corrodere.Peſſimũ quorundam ſpiritualium genus, non attendentes,q̃ deus filio ſuo dedit omne iudicium de uniuerſorum hominum uita,ac de moribus: & quod plus eſt de conſcientia:cuius occulta ſcire,ſolius eſt diuinæ ſcientiæ, iudicare ſibi licere putant: proferẽtes in medium, quod ſpiritualis homo dijudicat omnia.Heu immundo ſpiritu pleni,quid conamini de oculo fratris feſtucam extrahere, qui fertis cõtinue in ueſtro trabem?Hypocritæ triſtes exterminant facies ſuas: ut appareant hominibus ieiunantes: & barba prolixa,crine cinere aſperſo: fracta undiq̃ ac rudi & deformi ueſte, colloquio blando, uerbis fictitijs,ſe ſanctos oſtendunt: & dealbati parietes inter mulierculas ſeminant ſectas errorum.Deniq̃ loquentes cuiuſcunq̃ uitam ſimul cum fama denigrant: inſtrumenta diaboli hæc ſunt omnia.Infortunatiſſimũ mulierũ genus:hamo capiunt ut piſces:ad macellum ducuntur ut beſtiæ.Proteruæ nimium fœminæ,ſemper fictitia cupiunt:ſemper ſubornata uerba depoſcunt: exquirunt mendacia: fabulas nouas nunq̃ faſtidiunt: Augurijs,ueneficijs, & incantationibus dæmonum delectant. Si qui talia proferant,hi prædilecti filij,hi ſpirituales patres & fratres,hi profecto(ut uerius liceat dici)cõcubinarij, & corruptores mentis, & uentris nutriuntur: exquiſitis ferculis & delicatis eſcis,uina preciosa non deſunt.Ex furtiuis ſæpe uirorũ laboribus: & inter crapulas & ebrietates ructantes fauces,ſpiritus dulcedinẽ prædicant. Proponit iterum atq̃ iterum illud Apoſtoli:Qđ omnia munda mũdis.De talibus loqui nephas eſt,& prohpudor.Sed cupio dei ſeruitricibus detegere omnes artes diaboli:ut nihil deſit quod caueri poſſit.

## ¶ De ſilentio & diebus & horis debitis obſeruandis. Ca. XXII

HAec itaq̃ omnia ſponſæ dei dilectæ procul expellite: in his diabolum cognoſcite principantem. Inter uos nunq̃ de uita diſputetur alterius. Maneat diuino examini omne iudicium.Peccata ueſtra cognoſcite:delicta ueſtra plorate.Omniũ uobis uita, ſanctitatis exemplum appareat. Vos uniuerſis æſtimate peiores:ſic puritas mentibus ueſtris inhæreat, ut cogitare ſit indecens,& credere nephas,aliquẽ propter uos poſſe peccare. Si quẽ alicui detrahentem audieritis,procul fugientes,dimittite ut ſerpentẽ: ut uerecundia uictus, diſcat de factis aliorũ ſilere.

A aliorũ ſilere. Mulierculaꝝ quarundã ſolet eſſe moris ut plurimũ, ut ſemper garrulæ, nihil ſecretum habeant quod audiunt: imo potius quod ſæpe neſciũt, dicunt: nihilq; ſcandali ſeminariũ, norunt tacitũ tenere: hincinde aut proferẽtes uerba nociua, aut ſeminantes diſcordiam: aut audientes, alios ad detractionẽ incitant: aut maledicta cõfirmant: ut duplicis delicti reæ habeant. In hoc conuentu ancillarum dei, muliebris omnis expellatur infirmitas. Illud Iacobi uerbum in corde ueſtro multotiẽs repetat in die: Si quis putat ſe religioſum eſſe, nõ refrenans linguã ſuam, ſed ſeducens cor ſuũ: huius uana eſt religio. Religio igitur ſancta non poteſt eſſe in loquacibus, quæ nullo poſſunt tempore ſilere, nec abſtinere ab inutilibus uerbis. Ex hoc eñ in eremo ſancti patres edocti, ſumma cũ diligentia obſeruant ſancta ſilentia, tanq; ſanctæ cõtemplationis cauſam. Plures me repperiſſe nõ ambigo, qui per ſeptenniũ nullũ prorſus uerbũ homini alteri emiſerant: ſcientes q; nõ in cõmotione dñs poteſt haberi. Propterea uolo chariſſimæ, ut in cõuentu ueſtro, ter aut pluries in hebdomada, exceptis feſtiuitatib⁹ loqui omnino, niſi urgente cauſa perutili & neceſſaria, nullatenus liceat: nec ſimul, nec cum aliꝭs extra. Diebus ꝟo omnibus, quibus & pro remedio, & pro ſalute loqui conceditur: non ſingulis horis uacandum eſt uerbis: quæ uix proferri ſine peccato poſſunt: ſed hæc inuiolabilis obſeruatio uigeat, q; ſingulis noctibus poſt peractam horam cõpletoriꝭ, uſq; poſt miſſam: & a tertiꝭs uſq; ad nonam, ſacra obſeruent ſilentia: quatenꝰ & linguæ deum laudandi cõcedatur opportunitas: & inutilia uerba penitus abſcindantur. In choro ꝟo eccleſiæ ad diuinas laudes parato, dormitorio, cœnaculo, dauſtro, ac capitulo, oñi tempore loqui nõ deceat: niſi ea ad quæ ordinata ſunt loca in laudib⁹ dei: ut iam & tempus & locus religionis ueſtræ prædicent ſanctitatem: & loquacibus compunctionẽ ingerant: & intrandi ad ſocietatem ueſtram, ſancta deſyderia incitent: & affectus ad cœleſtia moueantur.

¶ De refrenatione linguæ in loquendo. Ca. XXIII

B NEquaq; chariſſimæ, Iacobus apoſtolus experientiam poneret religionis in refrenatione linguæ, niſi certo ſciret indicio, q; mors & uita eſt in manib⁹ linguæ. Nam ut innuit, cum ipſa bñdicim⁹ & maledicim⁹ deum. Propterea poſt multa, quæ de lingua pronunciauerat: quandã ex omnib⁹ dictis generalẽ cõcluſionẽ infert: Quicũq; (inquit) refrenat linguã ſuã, hic beatus in facto ſuo erit. Ecce q; in refrenatione linguæ, beatitudo ponitur: ut detur intelligi q; in multiloquio deus, qui eſt beatitudo noſtra, haberi & cõtemplari non poteſt. Refrenatio linguæ eſt: cũ linguæ quæ ex ſui uitio ſemp prona eſt ad mendacia: unde & mendaces appellant homines, & uani filiꝭ hominũ: aut ſilentiũ imponit, ne in diſplicentiã dei prorumpere audeat: aut ad bonũ exerceat, ut diuinas laudes exoluat. Sic igitur chariſſimæ & dilectiſſimæ filiæ, temporib⁹ quib⁹ præſtat opportunitas: ut beatæ eſſe poſſitis, linguas domate, ne cõuertant ad lites, ne iurgia, cõtentiones, rixas, & ſcandala reſonẽt: ne iuramenta, ne blaſphemias, ne opprobria, & aliorũ diſplicentiam prodant. Q d' ſi ex inſtinctu diaboli, qui ſemper diſcordias ſeminat: inter ſorores leuis etiã diſſenſio exorta fuerit, penitus ſtatim per abbatiſſam, aut per epiſcopũ, ſiue præpoſitũ domus, nequitia elidat in ſemine: ita ut occaſus ſolis in domo dei nõ inueniat iracundiam, & ira cõuertat in odium, & domus pacis iam ebrioſorũ efficiat taberna. Mendacia ꝟo tanq; infernũ expellite. Semp autẽ diuina officia, aut ſacrorũ codicũ uerba tam inter ſorores, q; etiã inter aduenientes deducant in mediũ. Si qñ mulierculæ de uiris proprijs, de filiꝭs, de ueſtibus, de mundi uanitatib⁹, garrulando loquacitent ut moris eſt: eis mox uerba frangant, mox ocioſum uerbum & nociuum diuino cedat ſermoni. Si diuinũ introduci nõ poterit tali colloquio: in deteſtationẽ criminis feneſtra claudat in faciem: & uelox fuga teſtetur ſanctitatẽ intrinſecam. Nihil itaq; per exteriora corporis intrans, mentem cogitationibus moleſtet, cum diuinæ contemplationi exponitur. Raro cogitatur in mente, quod exteriores ſenſus non mittunt. Hæ ſunt feneſtræ: hæc ſunt oſtia: quæ ſi clauſa non fuerint, morti patet introitus: & non niſi funeſte ingreditur.

¶ De conſortio marium fugiendo. Ca. XXIIII

CRedite chariſſimæ: credite ſeni pene omnia experto: nõ poſſunt claudi ſenſus ueſtri extrinſeci in tumultib⁹ hominũ. Si color opponat oculo, nequaq; poteſt non uidere oculus: ſic & auris, nõ audire ſonos nõ poteſt. Ideoq; in ſilentio & quiete, cogitationes perſuerſæ uitant, quæ ſeparant nos a deo. Propterea hortor uos & moneo, ut non niſi ſanctarum

C mentiũ audire uerba uelitis: nõ niſi pudicas & honeſtas facies quas macerant ſancta ieiunia,li-
ceat intueri. Sic rarus uir appareat:ſic rara de uiro mentio habeaſ:ut puellulæ ueſtræ pene uiri-
lem ſexum ignorẽt. Nõ animal certe maſculũ cœnobij limites tranſeat, ut oĩs ceſſet occaſio lo-
quẽdi de maribꝰ. Sic pudica,ſic caſta uerba in omni colloquio ſancta perſonẽt ora:ut generatio
nis modus & ortus,iuuenculãrũ lateat corda. Hæc profecto catena diaboli eſt: quã ſi abſtuleri-
tis de medio ueſtri,nõ extẽdendo digitũ ad inquirendũ oĩa per curioſitatẽ: & deſieritis loqui
qđ nõ prodeſt:& per longa ſilentia nõ inueniaſ ueſtra uoluntas,ut loquamini ſermones inuti-
les: tunc oriet in tenebris lux ueſtra: & erunt tenebræ ſicut meridies:& erit uobis a dño requies,
qualem mũdus iſte nõ nouit:Et implebit ſplendoribꝰ anima ueſtra:quos obtenebratæ mentes
caligine ſæculi apprehendere nequeunt. Felix itaq; anima quæ ſpreto turbine ſæculi pertrãſiens
corporis clauſtra,illiꝰ ſummæ & incõprehenſibilis lucis poteſt aliquali illuſtrari radio. Sic dulce,
ſic iucundũ eſt ſolaciũ,q; deſpiciant protinus cuncta terrena. Mors formidabilis uniuerſis ani-
mantibꝰ terræ optaſ pro gloria,ut limpidius liceat intueri:qđ modica hora uiſum, tam delecta
bile & iucundũ ſentiſ. Sic itaq; agite chariſſimæ:adimplete quæ eſtis profeſſæ:gaudete,quia po
teſtis. Non uos uiri,nõ filiorũ,nõ ſupellectilis cura,nõ cæterũ maritale onus moleſtat. Hominũ
cõſortia ſic fugite: ſic ſæcularia omnia expellite:ut nequaq; perueniat ad uos quicquid agitur in
ſæculo. Solus ſpõſus ueſter Chriſtus ſtrictis ueſtris fruatur amplexibus. Solæ cum ſolo ſponſo;
aut lectionibus ſacris,aut ſanctis meditationibus ſecum confabulemini,& ipſe uobiſcum.

## De obſequijs ſeruitricum quærentium uictum & neceſſaria ſororibus. Ca. XXV

ZElotypus nimiũ eſt ſpõſus ueſter chariſſimæ, nullatenꝰ patiſ ſpõſas proferri in publi-
cum:ne cõcupiſcanſ ab amatoribus ſæculi. Semp uult ſolus ludere: ſemp ſolus cũ ſolis
ſpõſis morari deſyderat:neminem uult admittere ad ſolacium : de cunctis dubitat:de
nullo confidit. Sic arrogans,ſic ſuperbus eſt ſpõſus: q; ſi alium quæritis amatorẽ,protinus rece-
D dit:ſic proteruus, q; protinus diſſoluit omne coniugium. Idcirco dominæ meæ,quia ſponſæ dñi
mei eſtis,uoſipſas omni cuſtodia ſibi ſeruate:ne ſpõſus tam dulcis ſepareſ a uobis. Semp Dina
egreſſa uidere filias regionis illius,uos cautas faciat de periculo illius. In monaſterio ueſtro uelut
in thalamo maneatis cũ ſponſo. Extra monaſterij limites nulli omnino ueſtrũ phas ſit pertranſ-
ire. Hæc lex,hæc norma,hæc ſumma profeſſio omnibus uobis: ut quæ ſemel intrauerit ex ſoroꝛi
bus:nunq; ſi fieri poteſt,exire permittaſ. Non etiã mulieres illæ quæ religionis habitũ geſtant:
& uoto obligatæ noſcuntur cœnobio , per ciuitatem & uicos, uictus & neceſſaria quærant. Hæ
ſiquidem extra manentes in aliqua parte locelli,cum omni ſanctitate & modeſtia adminiſtrent
quæ opus ſunt uobis,recepturæ cum Martha ſortem mercedis. Has autem uolo tales ſeruitrices
adeſſe,q; ex conuerſatione uitæ & habitu,interior ſanctitas monaſterij prædicetur. Quod ſi ob
neceſſaria domus captanda exeunt, non circumeant uicos in fabulis: non matronarum domos
in potibus : ſed omne opus bonum exerceant, ut non uituperetur miniſterium ſuum. Cum his
non liceat ſororibus intra degentibus ſecretis colloqui fabulationibus : ne aliquid poſſit intrare
extrinſecus,quod poſſit obeſſe. Harum omnium abbatiſſa domus curam gerat aſſiduam; ne &
ipſæ operentur qđ non deceat ſanctitatẽ. Hæ obſeruantiarũ & ieiuniorũ ſint aſtrictæ legibus:
& præuaricatrices,diſciplinæ ſubiaceant ferulæ. Quæ ſi emendari ex prauitate contempſerint,in
ſanctitatis cõſortio prauitas locũ nõ habeat: & membrũ putridum de ſancto corpore excidaſ.

## De dulcedine contemplationis erga diuina. Ca. XXVI

SOlæ idcirco filiæ & dominæ meæ,ſponſæ dñi mei intus manẽtes nihil ſentiant,niſi piũ
Ieſum:hunc paradiſum ſolæ poſſideant,ubi dulci & iucunda quiete ineffabilem trinitatẽ
intueantur in ſacris literis,choris interſint angelicis:dulcibus eorum melodijs miſceantur,
diuina in eccleſia concinendo myſteria. Informet mentem ſanctorũ patriarcharum , & patrum
antiquorum obedientia : prophetarum oracula , dulci meditatione cor accendant ad promiſſa
felicia. Apoſtolica documenta,fidei cuncta detegant ſacramenta. Euangeliorum q; codex ſem-
per ut ſpeculum teneatur in manibus . Martyres ſancti , cuncta ſæculi aduerſa , & tempeſtates
huius maris procelloſi cum omnibus diabolicis ueruſutijs , & infeſtationes dæmonum doceant
conculcare.

A conculcare. Confessorū preciosa deuotio: ad diuinorū contemplationē assiduā affectus astringat. Regularē uitā instruat sanctorū monachorū mira cōuersatio. Frāgere omnē sexus mollicie & sanctæ uirginitatis seruare ꝓpositū, ꝑciosissima uirgo uirginū cū cæteris uirginib⁹ sacris semꝑ edoceat. O felix societas: o felices uos si talis ac tāti muneris nō sitis ingratæ. Felicissimæ nimiū si dignitatē uestrā ipsæ cognoscitis: quæ omniū regi & dño, reginæ speciosæ matrimonio copulatæ, ipsum dūmodo uelitis habere meremini: quē angelici spūs uidere concupiscūt. O ineffabilis gloria. In fragili siquidē corpe deū intueri potestis. Hic quæso mens uestra uigeat. Hæc dies diei eructet uerbū: & scientiā hāc nox indicet nocti. Angelicis choris, sanctorū societatib⁹, hic studeatis interesse: ut postmodū in corpis exitu, uobis gaudētes & læti tanꝯ notis occurrāt. Si sic feceritis: nihil uobis dulcius: nihil iocundius ꝙ̄ his interesse cōuiuꝫs, his pabulis saturari: ꝙbus semel degustatis, terrena omnia amara cernūtur. Vere tūc clausura cœnobij cuius tædet mentes uagabūdas & deuias, uobis pro sūma deputabit᷑ gloria: & reputabitur exire limites monasterij esse necesse potius mori. Expto itaꝙ̄ seni deuote consulenti credite filiæ. Si semel gustastis ꝙ̄ dulcis est dñs: ad quē accedētes poteritis ab eo illud audire: Venite, & ostendā uobis oīme bonū: & tūc ostēdet uobis talia q̄lia nō nisi mētes assuetæ norūt. Scio qd loquor charissimæ. Nā ut meā insipientiā loquar: ego homūculus sic abiectus, sic uilis in domo dñi: adhuc uiuēs in corpe, angelorū sæpe choris interfui: de corporeis per hebdomadas nihil sentiens, diuinæ uisionis intuitu: post multorū forte dierū spacia, prescius futurorū, redditus corpori flebā. Quid ibi manēs felicitatis habebā: quid inenarrabilis delectationis sentiebā: testis est ipsa trinitas quā cernebam nescio quo intuitu. Testes sunt & ipse beati spiritus qui aderāt. Testis est etiā cōsciētia mea: qui tantis bonis ipse fruebar, quot & qualia nescit proferre mollicies corporis mei.

## De clausura domus. Ca. XXVII

NOn potest ad tantæ contēplationis dulcedinē cor sæcularibus plenum negocijs aspirare: sed oportet ut sæculo moriat᷑, & soli deo per tātas meditationes & desyderia supius inhæreat. Vnde granū frumēti cadēs in terrā, nisi mortuū fuerit, semꝑ sic solū manet ut cecidit: qd᷑ si moriat᷑, fructū plurimū affert. Sic & charissimæ, domū paternā & sæculares uestes
B relinquere: & monachi nomē assumere, modicū ꝓdest homini: si mens ipsa misera quæ in mundo habent᷑ affectibus optet: & quæ reliquerat, desyderijs repetat. Exeunti etem̄ Lot cū filiabus & uxore de sodomis, mādat᷑ ab angelis ne retrospiciāt quæ iam ꝑambulādo reliquerāt. Cuius uxor more fœminarū, quæ semꝑ petūt cōtraria, obuians mādato, statim est cōuersa in statuā salis. Hæc itaꝙ̄ uos doceat, qua pœna sint puniēdæ, quæ mūdi uanitates affectant in monasterijs. Nā efficiunt᷑ insensibiles statuæ salis: ut iā nihil de supnæ contēplatiōis dulcedine sentire ualeāt: sed maneāt in amaritudine sæculi, quæ sæculo uiuūt. Propterea charissimæ, monasteriū uestrū uobis sepulchrū eligite: ubi mortuæ cū Christo, mūdo & cōcupiscētijs ei⁹, solæ cū Christo ibidē maneatis sepultæ: quousꝙ̄ resurgētes cū eo apparebitis in gloria eius. Demū timendū est pluri mū: ne qs ingrediat᷑ nocte ad furādū preciosum thesaurū, q̄ latet in tumulo. Hinc inde fures fodiūt, ut furent᷑ infinitis astutijs, qd᷑ intus habet᷑. Custodiat᷑ ergo sepulchrū ꝑ episcopū: quē de⁹ in uinea sua primū custodē ꝓposuit. Custodiat᷑ & ꝑ ꝓpositū p̄sbyterū, q̄ uicē eius tenet in loco. ne qs incaute introeat: ne qs ad minuendū ꝓgat. Murorū munitionibus sic undiqꝙ̄ circūcingatur locellus: qd᷑ uix auib⁹ prebeat᷑ aditus. Sic tendant᷑ muri in altū: qd᷑ nō solū nō liceat pedib⁹: sed nec oculis, quæ intus gerunt᷑ agnoscere. Ostia serent᷑ fortiter clauibus. Claues uero disponat episcop⁹: ne qs nisi habēs uestes nuptiales introeat uel exeat sine ei⁹ cōsensu. Sit aūt una uel plures fenestrulæ iuxta dispositionē episcopi: sic ferreis uirgis artatæ undiqꝙ̄, ut uix digito pateat aditus. Per has horis debitis: aut necessitatis: aut ædificationis siue recreatiōis causa, sanctis sermonibus cum sanctis uiduis: & alijs mulieribus, quas uestium habitus & facies tenues & pudicæ reddūt uenerabiles, sororib⁹ liceat simul loqui. Prohibitis & suspectis horis, fenestrulæ clausæ maneāt. Et claues Abbatissa domus, uel sancta alia soror custodiat: ne coruus egrediatur per fenestram ex arca. Credite hic timendum est thesauro a timore nocturno. A sagitta uolante in die, a negocio perambulante in tenebris: ab incursu & dæmonio meridiano. Semper horæ hæ suspectæ sint mentibus castis.

C De deteſtatione precioſarum ueſtium. Ca. XXVIII

PRopheticus ille ſermo nequaq; proferatur de uobis: Filiæ eorũ compoſitæ, circũornatæ ut ſimilitudo templi: & dealbatæ ab extra ut monumẽta, quæ extra auro relucẽt: intus autẽ ſunt turpiſſimæ & imundæ, plenæ cadaueribus mortuorũ: huiuſmodi nõ filiæ regis Chriſti, ſed Tyri. Hæ ſemper in muneribus: hæ uultus impudicitia per diuites plæbis capiuntur & capiunt. Imperfectiſſimus mulierum affectus, Semper in ueſtibus, ſemper in auro, lapidibus precioſis & ornamentis extrinſecis, gloriã ponunt. Non ſufficit eis libido innata naturæ: ſed occaſiones quærunt explendæ libidinis. Affectant proculdubio: ut oculi uirorum aurum contemplantes & gẽmas, tandem figantur in faciem: ut oculorũ ſuorum nutibus facilius incitent ad libidinoſum incendiũ. Quid meretrix cõmunis gloriaris in margaritis & gẽmis? Quid ad te attinet argentũ & aurum? Quid exaltaris in pulchritudine panni? Nõne eſt omnis caro cinis & fœnũ? (& ut uerius dicã) maſſa putredinis, cibus uermiũ, & fœtidiſſimũ ſtercus? Quid in te mirandũ: quid laudandũ puerorũ ſpectaculũ? Nõne & ſi laudetur gẽmarũ & metallorũ precioſitas, quã ſibi natura tradidit: ſemper tamen cognoſceris cinis, fœnum, & ſtercus immundũ ex immundo productũ ſemine? O ſi te uelles intueri uiliſſima mulierum: q; uerecũdareris de corpore q' tanto cultu excolis? Ipſa etẽ iumẽto & beſtijs terræ, aut es æqualis, aut deterior: intus eſt unde glorieris, nõ extra. In uaſe iſto tam turpi theſaurum tenes, quẽ ſumma cum diligentia colere debes & ſeruare ſumma cuſtodia. Nihil ad te de uaſe fictili, ſi turpis forma ſit extra: dũmodo intus ſit nobile: intus ſit pulchrum q' latet, intus ſit integrum quod ſeruatur.

De periculo ambitionis ueſtium. Ca. XXIX

PRopterea uos chariſſimæ quæ eſtis ſponſæ & filiæ regis æterni: cuius regnum non corrumpetur, nec auferetur ab eo: ſit abintus omnis gloria ueſtra. Sedete ad dexterã ſponſi in ueſtitu nõ exteriori ſed interiori, deaurato auro charitatis: in fimbrijs aureis: id eſt charitatis præceptis: ſit undiq; ueſtis circũdata uarietatibus: ut iam nihil in ornamentis de uirtu
D tibus deſit. Sint myrrha, gutta & caſia a ueſtimentis: ut in odorem uirtutum & uitæ, cæteræ ad ſanctitatem ueſtram adoleſcẽtulæ currant de ſæculo. In hoc honore ueſtro delectemini filiæ regis æterni. Hunc ueſtrum decorem cõcupiſcet rex ueſter & ſponſus. Sic decoratæ adducemini in templũ regis. Sic ſecum manebitis in thalamo in lætitia & exultatione. Tunc naſcentur ex uobis filij, qui nõ iam terram ſed cœlum replebunt: quos pater conſtituet principes ſuper omnem terrã. Quod ſi uos exteriorũ ueſtium delectaret ambitio: ſi egreſſi de ſæculi pompa: de domo diaboli, & de congregatione malorũ, populi ueſtri & domus patris non eſſetis oblitæ totaliter: extollentes uos aut de parentũ dignitatibus, aut de carnis proſapia: ſiue de huiuſmodi uanitatibus caduciſſimis, terræ uaporibus, uti ſolitũ eſt incolis terræ: protinus aſſurgens rex potẽtiſſimus accinctus ſup femur ſuũ gladio bis acuto, expellet uos undiq; uulneratas dextera ſua de tabernaculo ſuo. Tunc acutiſſimæ eius ſagittæ perforabunt corda ueſtra in amaritudine: quoniã uirga directiõis, uirga regni ſui. Et poſtmodũ abiectas de domo dñi ueſtri, omnes deridebũt uos: & dicẽt de ſingulis ueſtrũ: Filia babylonis miſera: quæ nõ poſuiſti deũ adiutorẽ tibi, ſed ſperaſti in uanitate tua: ſede iam ſup flumina babylonis: plange & ſuſpende in ſalicibus organa, dũ recordaris unde expulſa es. Nam quæ ſolebas cãtare canticum laudis & lætitiæ: modo ploras ad terram alienam deducta.

De cõſyderatione extremi dei iudicij. Ca. XXX

ITaq; chariſſimæ dominæ, cum Apoſtolo arbitremini uos in hoc ſæculo ſtercora, & mundi purgamenta: ut ſponſo ueſtro placere poſſitis. Nihil ad uos de pompis ſæculi attinet: quæ abrenũciauiſtis in baptiſmate mũdo, diabolo, & pompis eorũ: q' & poſtmodũ cõfirmaſtis ſub pollicitatione iuramẽti, in ueſtræ religionis ingreſſu. Nullus unq; inter uos ſermo habeat' de nobilitatibus generis, de proſapia carnis. Sit æqualis in dei obſequio, filia regis ſiue ruſtici. Omnes ſimul nobilitatẽ & dignitatẽ unã habetis ex ſpõſo. Exeatis cõtinue extra caſtra cũ Chriſto: ut cũ Chriſto crucifigamini mũdo & uitijs: portãtes cũ ipſo impropia: & amore ei⁹, officior⁹ dom⁹ labor, dulcis appeat. Nõ diſputet' de maioritate officiorũ: ſed de deuotione & affectu implẽdor⁹. Nunq; murmur, nunq; uerborũ turpiũ, nunq; litiũ ſonit⁹, inter mortuas ſæculi ſonẽt.

Sepulta

A Sepulta cadauera nunc̄ inter se iurgia pagunt in sepulchris:nunc̄ blasphemāt:nunc̄ contendūt:Sic & uos chariſſimæ,ſopitæ ſomno quietis & pacis,expectetis ſponſum & iudicem ueſtrū: expectetis magnū & terribilē diem iudicij,diē uidelicet iræ:diē calamitatis:ubi cœlū ſimul cū terra pauebit: cœlorū omnes mouebūtur uirtutes: tremētes erunt angeli ſimul cū ſanctis omnib⁹: tunc ſingulorū uitæ diſcutientur diſcrimina:& merita apparebunt.Semp tuba illa terribilis ueſtris pſtrepet auribus: Surgite mortui, uenite ad iudiciū.Ecce rex in manu potenti uenit: a cunctis uult exigere rationē: certe de cogitatiōib⁹ minimis:certe de leuibus & ociosis uerbis.Si reddere de ſingulis rationē paratæ non eritis: proficiemini in carcerem exteriorē: audietis a iudice: Ite maledictæ in ignem æternū paratum diabolo & angelis eius.

¶ De abiectione exquirenda in ueſtibus. Ca. XXXI

HEu cor infeliciſſimū,mens infortunatiſſima,quæ diem iudicij tam horrendā nō meditatur quotidie:& ſi meditatur,fatuiſſimū ſi appetit quic̄q̄ de ſæculo & pompis eius.Nullo uos die, nulla uos hora tranſeant hæc omnia.Quilibet paries domus,quilibet angulus,ueſtris demonſtretur in oculis,iſta die depictus.Si hæc non prætermittat lectio: tunc abiectio ueſtium,cuius tedet mulierculas fatuas,uos delectabit.Tunc ruſticanus & abiectus pānus, purpuræ præponetur & byſſo.Tunc craſſa & rudia uelamina capitis æſtimabunt ex ſericis.Certe tanta erit deformitas in melotis:tanta groſſities in cucullis:caputia tam rudi artificio præparata:qd' ſi ſic forent ſæcularium indumenta,artificū panni,breui tēpore periret omnis induſtria. Iſta chariſſimæ decēt monachas:nō ſtrictis manicis,præcioſis & compoſitis pannis, ſubtili uelamine eleuatis ſupercilijs,cor meretricū nō tam prætēdere q̄ habere.Non tales exiſtimo monachas,ſed peſſimas meretrices & ſcortū uiliſſimū.Non eſt em̄ opus cadaueribus mortuorū præcioſis & cōpoſitis ornamentis in ſepulchris.Monumēta nō indigent talibus:monaſterij lapides non appetunt gloriam ueſtium,quæ ſine peccato grandi minime poſſunt haberi.Hiſtrionibus & luſoribus regum & principū ſæculi,mollia ſunt relinquēda.Ioannis de pilis camelorū intereſt ueſtiri.Pudeat igitur religionis nomen habere,& ſe cultu ueſtium hiſtrionem oſtendere.Ideoq̄ B chariſſimæ:uolo uos mortuas ſæculo:quæ totaliter mundum calcaſtis, procedere ſic deformi & incōpoſita ueſte:qd' ſi impudicis oculis liceret intueri uos:riſus potius prouocaretur q̄ cogitatio mala.Fateor qdē illos mentiri,q̄ gloriant ſe ſeruare caſtitatē:& in ueſtib⁹ lubricitatē ſectant. Pannus itaq̄ ueſter,& ſi albus & candidus,tamen groſſus & uilis ſit: ut & color candorem caſtitatis intrinſecū:& uilitas contemptū terrenorū exhibeāt.Hæc gloria monacharū: hoc ſtudium religioſarum mentium: hoc indicium ſponſarum dei æterni:hoc ſignum mortuarum ſæculo & ſepultarum cum chriſto.

¶ De auſteritate exquirenda in ſtratu. Ca. XXXII

CONiugatæ & uiduæ quæ manēt in ſæculo, circa plurima, circa laborioſa ſollicitæ ſint:q̄tidie circa frequens miniſterium occupatæ cū Martha:ſaluentur per opera pietatis,Ieſu miniſtrantes in paupe:frangant eſurientibus panē ſuū:egenos & uagos domū inducāt: cooperiant nudos:inſiſtant miſericordiarū operibus:,pculdubio tam fructuoſis & bonis, quod impoſſibile eſt qd' deum nō placent iratū. Colligationes impietatis diſſoluant:& faſciculos diſſoluentes,& omne onus dirūpant.Vos autem chariſſimæ,quæ meliorē partem,immo optimā elegiſtis cum Maria:ſedete continue ſecus pedes ieſu:ſacrarū ſcripturatū uolumina,ſacris reuoluendo lectionibus. Lauate eius pedes aſſiduis compunctionis & gaudij, charitatis ac deuotionis lachrymis,contēplationis intentæ dulcedini.Capillis extergatis: terrenorū omniū ſupfluitatem per eam expellentes de corde.Audiatis de ore ieſu uerbum quaſi gladiū anceps ptranſiēs corda: ſcindēs cōpagē mēbrorū uſq̄ ad diuiſionē ſpiritus.Hoc uerbū dulce erit faucibus ueſtris ſuper mel & fauum.Hoc uerbū per qd' facta ſunt omnia: hoc uerbum qd' Centurionis poſcebat deuotio:ut ſanaretur puer eius.Huius uerbi dulcedinē ſolū norūt, qui audiūt. Hoc uerbū audire nō poſſunt ſomnoleti & ignauiæ dediti.Quapropter chariſſimæ:uolo uos ſingulis noctibus breui & duro ſtratu iacere in cellulis ueſtris: non in plumis & mollibus : ſed aut in paleis aut ſtraminibus: ſiue in ligneis potius capſis q̄ lectulis: ut & membra domata,potius ſtratum horreant q̄ affectent : potius ſomni imminentis quietem magis compellat neceſſitas q̄ uoluntas.

Sic ob

C Sic ob duritiẽ breuis & leuis occupet ſopor,qđ nõ ſit fas ſolitis illuſionibus noctiũ,mentẽ ſopi/
tam torqueri. ¶ De matutino & modo dicendi diuinum officium. Ca. XXXIII

AD matutinas excubias,media nox uos præparet.Nullam ex uobis dormientẽ reperiat campanilis ſonitus.Non ignoretur an fuerit ob ſoporem:ſed potius ob contemplatio/nis extaſim.De cellulis oratiõe præmiſſa,mediæ noctis ſumma quiete,ad eccleſiam ſingulæ ſorores aduenientes:ſponſum dilectum matutinis excitent laudibus:ut exurgat in earum auxilium.Sic diſtinctæ alternatim pſalmi lectioneſq; ſacræ proferantur:ut ob colliſiones & hiatus ac barbariſmos:ad riſum nõ ꝓuocent angelici ſpiritus.Sit ſemp moderatus,attẽtus,qetus, & ſuauis ſonus in uocibus:ut nulla pompa,nullaq; carnalis delectatio habeat locum in diuinis præconijs:ſumma deuotio,crebra ſuſpiria & lachrymas fundat.Sic moroſitas,ſic uelocitas teneatur in modo:qđ nec faſtidiũ nec impeditio linguæ poſſit oriri. Nulla unq̃ uerba quantũcũq; utiliſſima proferantur inter pſallentes:ſed illud in mentis arcano,ſumma cum diligẽtia ruminetur intrinſecus,qđ pertractatur extrinſecus.Nullius eſt meriti ore diuina officia uerboſitare:& miſera mente quæ extrinſecus imminẽt,uagando circũire.Expletis uero laudibus matutinalibus:nec tunc ſomnus arripiat:ne differatur quid ſponſus petitionibus ſponſarum reſpondeat.In capitulo mox attentis & deuotis ſororibus, ſanctorum librorum deuota lectio de uoluntate domini ſui pandat quicquid agendum ſit. Et ſic cedant illuſiones:& dæmonũ phantaſmata,quæ dormientes illuderent.Illico lectionem alia ſuccedat breuiſſima lectio, de his quæ ad apoſtolicæ uitæ inſtructionẽ pertinent: qualicũq; ſtilo præſenti opuſculo pertractato: ut ſic ſingulis diebus quaſi quodã bolo pia mens depaſta,dulcedinẽ appetat:nec retardetur faſtidio, & de modicis eximia cogitet. Sequantur lectiones,confeſſiones criminũ in regularibus diſciplinis coram Abbatiſſa domus & cæteris ſororibus. Prodantur in publicum quæcũq; geſta ſunt contra regulares obſeruantias & obedientias: ut iam nullatenus quicq̃ inemendatũ & impune pertranſeat:nec lateat matrem & ſorores uniuſcuiuſq; conditio:quatenus & uerecũdia & diſci/
D plina quã mater imponit circa futurũ tempus unaquæq; reddatur aſtuta. Extra uero capitulũ aliquid de his unq̃ qualicũq; uerbo uel nutu proferre, ſit anathema. Hoc itaq; fine nox ſancta clauſa diſcedat. ¶ De ordine dicẽdarũ horarũ primæ,tertiæ,ſextæ & nonæ. Ca. XXXIIII

CVm laudibus primæ,dies ſalutaris incipiat:qbus expletis,ſacræ miſſæ myſteria ob ſpõſi præſentiam,ſponſarũ corda lætificent:charitatis inebrient poculo,deuotionis & fidei ſatiẽt pabulo in cõuiuio ſalutari.Sit poſtmodũ unicuiq; cõmodũ:aut orãdi, aut legẽdi ſacra uolumina,ſiue aliter operãdi quæ ſancta ſunt.Deinde doctæ, puellulas nouitias de euangelica uita,de ſanctis moribus,de officijs domus,de regularibus diſciplinis uſq; ad refectionis horam inſtruant.Præparentur & interim cibi,quibus corpora refocillẽtur ad pœnitentiæ iugũ. Nullo unq̃ detur ocio animus:ne quãdo cogitationes & motus,mentibus titillent illicita:quod ſi aliqualiter inſurgere inceperint,ſtatim elidantur in ſemine:ne creſcant çiçania cum tritico:aut laboribus aut opibus manuũ quicqd male concipiẽt,euaneſcat. Adeaẽ ſanctã ſororẽ ut locutionibus ſacris proijciaẽ immundũ.Tutiſſimũ ualde eſt fidelem & iuſtum habere amicũ: cui quicquid arcano cordis ſinu latet protinus reſereẽ. Nõ emꝫ in ſuis ſæpe poteſt homo negocijs rectũ habere iudicium.Adueniẽte uero refectionis hora,qua reddere corpori debitũ natura cõpellit: diebus cõmunibus laudes tertiæ & ſextæ horarũ prius deo deuote ſoluantur.Poſtmodum cum omni modeſtia,benedictione ab Abbatiſſa præmiſſa,cibum ſumant, parſq; miniſtret. Poſtq̃ uero cæteræ comederint: & ipſæ quæ miniſtrauerãt comedant,& ſibi miniſtreẽ ab alijs.Cũ uero ieiunij tẽpus refectionẽ tardiorẽ effecerit:ſacra myſteria miſſæ,tertia & ſexta & nona ꝑueniant: cæteris diebus poſt refectionẽ nona dicaẽ hora ſtatuta:cũ iam ſol in medio gyro diem exhibet mediũ. ¶ De cibis & ordine comedendi. Ca. XXXV

QVando emꝫ uos ad refectionem hora debita adunauerit:in cibis ueſtris minime refulgeat cocorum induſtria. Non ciborum nobilitas appetitum moueat ſed fames:nõ apponantur incitatiua libidinum,ſed quæ poſſint famem extinguere,aut legumina,aut holera cõdiaẽ in oleo.Carnes uero ſolũ ſint ex licẽtia Abbatiſſæ indultæ debilib⁹ & infirmis:alioquin cui⁹ ſint ſaporis ignoret cœnobiũ. Qua & lacticinia poſt ieiunia debilitatis

ſororibus

A ſororibus & præcipuis feſtiuitatibus permittantur ex gratia. Raro ſciantur quæ in aquis oriantur & uiuant: niſi parui piſciculi. Gulæ horridū ſcelus, genitrix luxuriæ, & caſtitatis carnifex cum dei ancillis nullam habeat ſortem. Ideoq; tanta ſit in ſumendo ſobrietas: tanta taliſq; parcitas: ut uenter potius conqueratur q̄; gaudeat. Non egeat in digerēdo ſtomachus medicinis: ructus potius uacuatio q̄; nimia repletio inducat. Nec cinguli ampliatiōe ſit opus: ut & ſic mēs a dei meditationibus minime retardetur per crapulam: & corpus non egeat medicinis. Sit ſemper ordinata & compoſita in ſuo modo comeſtio. Non ſit in ſumendo fercula talis uelocitas faucium & tam uelox maſticatio boli, quod merito de ingluuie aliqua poſſit oriri ſuſpitio. Non tam in comeſtiōe cibus q̄; turpis modus reprehēdēdus eſt. Sæpe etenim in fabis & panib⁹ hordeaceis nimia auiditas grande peccatū cauſat. Nequaq̄; auidi & uagabundi oculi per diſcumbētes huc illucq; uagando: hanc uel illam magis uel minus denotent comedentem. Non prādentium numerus animū occupet uniuſcuiuſq;. ¶ De ſobrietate & ieiunio. ¶ Ca. XXXVI

VInum quoq; in quo eſt luxuria, ſponſis Chriſti tanq̄; uenenum ſuſpectū ſit. Potius ſtomachi languor, & afflictæ naturæ debilitas conſulat: q̄; delectatio aut ingluuies. Qđ ſi ſumere cogit pene ipſa neceſſitas: tunc aut ſic debile uinū, aut ſic aqua p̄mixtū præbeat in potū: qđ nequaq̄; ex fumoſitatib⁹ repletū caput, ridiculoſa aut puerilia ῥ̄ba depromat. Sacrilegiū reputatur ebrietas: in fœmina præcipue, ſed infinito plus in dñi ſponſa. Noe denudatio uerendorū: & Lot inceſtus ob ebrietatem, uos cautas inſtituat: uos ſemper reddat timidas ſemp̄q; ſuſpectas. Vere credatis qđ ignē portat in gremio, qui aſſiduo utit̄ uino. Nequaq̄; quæſo inter mortuas corpori, quæ omnibus uoluptatibus ſe abdicarunt pro Chriſto, de gulæ horrēdo facinore, & ebrietatis immūdicia ſermo etiā minimus habeatur. Ventris ingluuies & ebrietas, tam animæ infirmitatis, q̄; corporis cauſam & materiam tribuunt. Ideoq; medicinale ieiunium, omnem auferat languorē, omnē tribuat uirtutē & gratiā. Hoc uos legiſlator edoceat: cui lex non datur priuſq̄; ieiuniū quadrageſimale perficit̄. Elias in fortitudine ſubcineritij panis, ieiunus per quadraginta dies perrexit ad montē dei Oreb. Quid uero uirtutis cōtineat ſacrū
B ieiuniū, a ueſtro inueſtigemini ſponſo: qui q̄dragenario peracto ieiunio, tentationē diaboli uicit. Viri Niniuitæ nō ſileāt, q ieiunijs cōmune euaſerūt exitiū: & irreuocabilē dei mutauerūt ſententiā. Hæc uos chariſſimæ imitamini: ſed aſſequamini ſapiēter, ne dicat̄ a dño: Nō eſt hoc ieiuniū qđ elegi. Caſtigate mēbra ueſtra: ſed nolite interficere. Nō cauſet ieiuniū uerecūdiā, ut ſcandalū ſit cæteris: nō dolore capitis, & debilitate corpis ſacræ omittant̄ lectiōes: nec orationes deficiāt: ne neceſſe ſit contēplatiōes deſerere. Vnaquæq; ſuæ ſalutis p̄ ieiuniū ſibi medelā adhibeat. Frangatur corpus ieiunijs: caſtiget̄ in cella uerberibus: Si quicq̄; concupiſcit illicitū: multiplicent̄ abſtinētiæ: adhibeant̄ grauiſſimæ diſciplinæ: donec ſic humile, ſic benignū fiat qđ nihil ſibi uendicet noxiū: nihil exigat qđ nō uultis. Erigat̄ dña, principet̄ in omnib⁹: ſubijciat̄, ſuppeditet̄ & cōculcetur ancilla. Qđ ſi iterū atq; iterū erigit ſe contra dominā: eijciat̄ ancilla, denudet̄, fatiget̄ & humiliet̄ ad uotū. Si uero quietū corpus ultra uires, ultra cōdecentiā uelitis exaſperare, indignatū uos in foueā deijciet indiſcretas. Nil quippe poteſt habere uirtutis: qđ indiſcretio facit, qđ imprudētia inijciat, & improuiſio docet. ¶ De lectionibus ad menſam. ¶ Ca. XXXVII

SIc dulcia ſano palato eloquia dñi ſunt: qđ nunq̄; deguſtata faſtidiūt. Semper nouos generant præ ſuauitate & dulcedine appetitus. Vos ſemp ea deguſtare decet. Nullo unq̄; tē pore uobis eſt ab oratiōe ceſſandū. Semp uos orare Aplus inſtruit: quæ nō p̄ carnis illecebris uacare ad tempus obligamini uelut coniugatæ. Ideoq; ſemper pro poſſe oretis: ut dum corpus ſaginatur cibo, ſaturetur anima lectione. Non eſt fas etiam ſæcularibus ſimul cibum tere re, & inania uerba ructare. Sacrā de ueteri teſtamento, & de nouo, ſanctorū geſtis & dictis, ſingulis hebdomadibus deputata ſoror comedentibus lectionem legat. Tunc uniuſcuiuſq; mens ſobria intenta ſit dulcedini uerbi dei, ſuſpiret anxia: cum propheticus aut hiſtoricus ſermo dei ſæuitiam monſtrat in prauos. Gaudio repleatur immenſo cum benignitas dei annunciatur in bonos. Reſpiret ſpes: cū erga pœnitētes indulgentiā poſſe exhiberi monſtrat̄ p̄miſſo uel facto. Erigatur fides: cū in promiſſis deus fidelis oſtenditur. Charitas accendat̄: cum tot priuilegijs & muneribus ex Chriſti natiuitate, & eius uita & paſſione ac reſurrectione, noſtra dotatur humanitas

C nitas: atq; nostra uilitas sublimatur. Non resonent uerba, sed gemitus: non risus & cachinnus, sed lachrymæ. Non occupentur manus incisionibus inutilibus: sed ex recordatione criminum tundant pectora. His em̃ frenis agitata sæua gulæ rapacitas, sobrietatis nõ excedit limites: foribus uentris nõ aderit crapula: demum æstuans libido nõ nocebit quicq;.

¶ De operibus sororum post prandium. Ca. XXXVIII

SVmpto deniq; cibo: nec tũc adeundũ est fabulas: sed Christi exemplo, cum dei laudibus ad gratiarũ actiones consurgant: deoq; in ecclesia hymnos persoluant. Deinde cũ omni silentio: ut sacra lectio lecta proficiat: ut menti inscribantur narrata: unaquæq; sigillatim relegat & confirmet: aut in ecclesia de his quæ didicit meditetur: quousq; simul diebus cõmunibus, post prandium horæ nonæ, in ecclesia celebrauerint dignas laudes: aut si forte prandiũ præuenerit hora nona diebus ieiuniorũ, quousq; campanella in claustro pulsabitur: interim si breuitas noctiũ & temporũ conditio & naturæ necessitas exegerit: post aliquã horulã in qua legendũ est post prandiũ, uel orandũ, liceat paulisper uolẽtibus quiete potius q̃ somno corpus refocillare: ut fortius reddatur laboribus. Post quietem quidẽ hora nona decursa uel pulsata campanella: ne quicq; ociosum possit diabolus repire: ne uanis desyderijs pateat cordis aditꝰ: altera sororum libros scribat: ut & manus labore, & mens diuino repleatur pabulo. Suat altera cucullas sororum: & tunicas & melotas. Plantas holerum plantet altera in hortulo, ut crescentes uobis præbeant escas. Altera semina iactet. Irrigentur areolæ: ut seminibus aptæ fiant. Inserantur fructiferæ arbores infructuosis: ut ars uim repellat naturæ. Ex his resurgat mens propter uisibilium horum inspectionem ad meditandũ de inuisibilibus dei: oriatur admiratio diuinæ potentiæ in semine: qd' ex sic paruo, sic arido, tantæ magnitudinis & uiriditatis & pulchritudinis creatura formetur. Ex admiratione crescat deuotio: ex deuotione eleuatio mentis: ita ut iam ipse hortulus fiat oratorium: & creaturæ insensibiles, creatoris magnitudinẽ prædicẽt. Sed cauendum est potissime: ne manus uestræ quicq; contingere audeant, qd' uanis usibus possit aptari.

D ¶ De horis uespertinis & completorio. Ca. XXXIX

SErpens morũ, omnis ociosus sermo expellat' de medio uestri. Nunq; risus: nunq; cachinnus cor uanũ pronũciet. Sic sancti, sic pudici sint actus corporis cuncti: ut mentis sanctitatem exponant. Homo nempe exterior, interioris index est. Sancto uos in labore, sancto uos in ope debellãtes diabolũ, uesptina hora repiat: qua in ecclesia sanctis deus laudet' officijs. Si festiuitatis celebritas: si nimia debilitas cõmunẽ cœnulã breuẽq; refocillationẽ corpis potiꝰ q̃ ad delectationẽ paratã indulserit: uesptinæ laudes deo tẽpestiuius psoluant' q̃ cæteris ieiunioꝝ diebꝰ: ut nec etiã debitæ laudes in ultima hora diei: uel omittant', uel in aliq̃ detrũcent' ob cœnã. Post peractã cœnã, uel si omittitur post aliquã horulam, iuxta exigentiã temporis ad ecclesiam sorores cãpanella uocet: ubi uel de sanctorũ gestis uel de alijs mirabilibus dei lectio deuota dicatur: Cui succedant cõpletorij laudes: ut ex his roboratæ mẽtes diuino pabulo, nocturnis phantasijs occultisq; fallacijs diaboli occurrere nõ formident, nec timeant dimicare: & sic a diuinis obsequijs exortus dies, diuinis finiatur in laudibus. Post completorium uero nihil aliud q̃ silentiũ sentiatur: ut sorores quietæ semote totaliter corporeis sensibus, quæ in præterito tempore diuinis audierunt lectionibus, ruminent mente: & restringant in corde. Hæc meditãs unaquæq; suã cellulã adeat: benedictione matris susceptа, & religionis habitum gestans, ut si natura exegerit se in stratu ad quiescendũ cõponat. Si uero dormientẽ dæmon insequi cœperit quã uigilantẽ metuerat: si illusiones immiserit, si turpia cogitatui opposuerit: mox ut dei sponsa psenserit exurgat: cedatq; ignauiæ & sopori, uelox excubitus. Inde protinus horrendũ & tremendũ diabolo signũ crucis opponat, sponsi dilecti inuocet auxiliũ: & sponsus çelotypus qui nimio çelo sponsam custodit: exurget protinus in auxilium sponsæ suæ. Scuto circũdabit eam, ne iam timeat a timore nocturno. Et cadent statim a latere eius mille: & decẽ milia a dextris eiꝰ: nec appropinquabũt ad eã. Postremo angelis suis mãdabit ut custodiãt eã in oĩbꝰ uijs eiꝰ, ne forte offendat ad lapidẽ pedẽ suũ.

¶ De charitate seruanda erga infirmas sorores. Ca. XL

BAlnearum molliciem, caro sponsæ dei non suscipiat. Harum usus castis corporibus nõ competit. Satis nosipsi experti quotidiẽ quãtis in mẽbris nostris libidinis ignis exurat sentimus.

A sentimus,etiã si ignis fomenta auferantur pro posse.Nimis est demens & fatuus,qui materiam præparãs igni ad incendiũ,nõ uult ut ardeat.Ista decent miserrimas mulierculas: cũ periclitant naufragio part9.Tamẽ si extrema necessitas infirmãti cõsuluerit: seruato omis pudicitiæ honore:cũ omi modestia fiat.Alias in seruis dei talia cogitare sit nefas.Sũmope seruet in uobis: ut erga infirmãtes sorores,cũ omi sollicitudine,omis exhibeat cura hospitalitatis: & præbeãt integræ & totius pietatis obsequia.Si piculũ exegerit:medicũ sobriũ & pudicũ:& omi suspitiõe carentẽ, protinus consulant:& quæ mandauerit sanitati cõgrua:omni domus necessitate postposita,benigne fiant.Si uero desunt necessaria:uendant quæ monasterij sunt: ne tẽporale aliqd misericordiarũ impediat opera.Nulla lex escæ,uel potus,aut stratus astringat infirmã uel debilẽ.Tñ sollicite cauendũ est,ne ingluuies gulositatis sub infirmitatis uelamine,sua cõmoda quærat:& ne infirmitas sub specie sanctitatis, corpus abstinẽtijs conterat ultra uires:ne corpus duplici fractũ stimulo,apud iustũ iudicẽ deficiens,impiũ crimineť cœnobiũ & homicidã.Deputent custodes infirmãtibus discretæ & sanctæ sorores:quæ sollicite præcaueãt pericula,quæ iminere possunt infirmis:ne qd aliq̃liter cõtingat aduersi.Onera quæso nõ aggrauẽt seruitrices.Semp Christũ cogitent in infirma sorore latentẽ: semp se cogitẽt posse in futurũ talibus indigere.Semp lex illa naturæ astricta teneat sinu mentis:hominẽ debere alijs id exhibere,qd ab ipsis ipse deposceret. Non inficiat quæso hospitalitatis opera murmur:sed qd fieri decet, cũ omni mãsuetudine fiat, iuxta Apostolũ dicentẽ:Hospitalitatẽ sectantes,inuicẽ in charitate sine murmuratione.

De auctoritate episcopi & prepositi circa obseruationes ordinis. Ca. XLI

B ECce uobis mea dña Eustochiũ & cæteræ dilectissimæ filiæ Christi, apostolicam uitã rudi & crasso stilo his chartulis scriptã,senex pater & ppinquus iam morti,utpote centenarius in ætate,deuoto affectu trãsmisit.Hoc speculũ æternum, per hoc ænigmatice in presenti uita,felicitatis uiã unaquæq; filiarum,assidua meditatione cernat. Non causet grossities corticis, medullã requirendi contemptũ.Nõ imperitus & rusticanus sermo,fastidiũ generet.Talia decẽt poeticas fabulas.Nõ est opus,pietatis & totius ueritatis legi, rhetorũ pompis.Hæc omnia iuuenum intersunt.Ex hac singulis diebus uelut ex delectabili ferculo, singulũ uobis sumite bolum. Hunc nõ transglutiendo:sed magna morositate masticãdo, hincinde transferte per ora:ut sentire ualeatis dulcedinẽ.Fateor em uobis qd ex his quæ scribunt si sedula sit meditatio,exurgent uobis talia,qualia lingua humana nõ nouit: quanq̃ & hoc impfectũ sit opus.Nulla em tã sancta,tam iusta,& diu prouisa est cõstitutio:quæ in futurũ,plurimos nõ patiat defectus: quæ aliquãdo correctione nõ egeat.Propterea si qd in hac normula apostolicæ uitæ & religionis, dispẽsatiõe,correctiõe,uel imutatiõe indiget:episcopo uestro,aut præposito uestro presbytero sancto cõmitto,ut scdm plenitudinẽ spũssancti dispẽset,mutet & corrigat. Sic itaq; charissimæ filiæ,sanctos uiuite dies:sic Christo nuptiali fœdere copulatæ:ut nõ uacua lãpade paratas uos semp media in nocte cũ uenerit spõsus uocaturus ad nuptias inueniat: nequaq̃ uobis p exteriora quærẽtibus oleum:ne tanq̃ fatuis ex tarditate, thalami negetur introitus. Senectutem uestri deuoti Hieronymi,sanctis uestris iuuate orationibus.

CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Abunde satis arbitror admonere tantũ hoc opus eiusdem artificis esse,cuius id qd proxime præcessit.

CHROMATIVS ET HELIODORVS EPISCOPI HIERONYMO.

DIlectissimo fratri Hieronymo p̃sbytero,Chromatius & Heliodorus episcopi salutẽ in dño.Ortum Mariæ reginæ uirginis,simul & natiuitatẽ atq; infantiã dñi nostri Iesu Christi in apocryphis inuenimus libris:in quibus multa cõtraria nostræ fidei consyderãtes scripta,recusanda credimus uniuersa:ne per occasionẽ christi,læticiam antichristo traderemus.Ista igitur nobis cõsyderãtibus,extiterũt uiri dei,Armenius & Virinus, qui dicerent sanctitatẽ tuã beatissimi Matthæi euangelistæ manu scriptum uolumen hebraicũ inuenisse:in quo & uirginis matris & saluatoris infantia esset scripta:& idcirco tuam charitatem per ipsum dñm nostrũ iesum Christũ expetimus:quatenus & illud ex hebræo latinis auribus tradas:non tantũ ad percipiendũ quæ sunt Christi insignia,quantũ ad hæreticorũ astutiã excudendã:qui ut doctrinã malã instituerent,bonam Christi natiuitatem,suo mendatio miscuerũt:

ut post dulcedinẽ uitæ, mortis amaritudinẽ occultarẽt. Erit ergo purissimæ pietatis, uel ut rogantes fratres exaudias, uel episcopos exigẽtes charitatis debitũ, qđ idoneũ crediderís recipe facias. Vale in domino & ora pro nobis.

## HIERONYMVS CHROMATIO ET HELIODORO EPISCOPIS.

DOminis sanctis & beatissimis, Chromatio & Heliodoro episcopis, Hieronymꝰ exiguus Christi seruus in dño salutẽ. Qui terrã auri conscią fodit, nõ ilico arripit quicquid fossa, pfuderit lacerata: sed priusq; fulgens pondus uibrãtis iactus ferri suspẽdat, interim uertendis suspendẽdisq; cespitibus immoratur, & specialiter qui nondũ lucris augeat. Arduũ opus iniungit, cũ hoc fuerit mihi a uestra beatitudine impatũ, qđ nec ipse sanctus Matthæus apostolus & euãgelista uoluit in aperto conscribi. Si em̃ hoc secretum non esset, euãgelio uticq; ipsius qđ ædidit addidisset: sed fecit hunc libellũ hebraicis litteris obsignatum: quẽ usq; adeo ædidit, ut & manu ipsius liber scriptus hebraicis litteris a uiris religiosissimis habeat: qui etiã a suis priorib⁹ per successus temporũ susceperũt. Hunc aũt ipsum librũ nunq; alicui trãsferẽdũ tradiderũt: textũ eius aliter atq; aliter narrauerũt. Sed factũ est ut a Manichæi discipulo nomine Seleuco: qui etiã apostolorũ gesta falso sermone conscripsit: hic liber æditus, nõ ædificationi, sed destructioni materiã exhibuerit: & qđ talis probaret in synodo cui merito aures ecclesiæ nõ paterent. Cesset nũc oblatrantiũ morsus: non istũ libellũ canonicis nos supadidimus scripturis: sed ad detegendũ hæreseos fallaciã, apostoli atq; euãgelistæ scripta transferimus: in quo opere nõ tam pijs iubẽtibus episcopis obtemperamus, q̃ impijs hæreticis obuiamus. Amor igitur est Christi cui satisfacimus, credentes qđ nos suis orationibus adiuuent: qui ad saluatoris nostri infantiã sanctam per nostram potuerint obedientiam peruenire.

## DE NATIVITATE SANCTAE MARIAE.

PEtitis a me ut uobis rescribã, quid mihi de q̃dã libello uideat, q de natiuitate sanctæ Mariæ a nõnullis habet. Et ideo scire uos uolo multa in eo falsa inueniri. Quidam nãq; Seleucus, qui passiones apostolorũ conscripsit, hunc libellũ cõposuit. Sed sicut de uirtutibus eorũ & miraculis per eos factis uera dixit: de doctrina uero eorũ plura mentitus est: ita & hic multa nõ uera de corde suo confinxit. Proinde ut in hebræo habet: uerbum ex uerbo transferre curabo. Si quidẽ sanctũ euangelistã Matthæũ eundẽ libellũ liquet cõposuisse: & in capite euãgelij sui, hebraicis litteris obsignatũ oppposuisse: qđ an uerũ sit, auctori præfationis & fidei scriptoris cõmitto: Ipse em̃ ut hæc dubia esse pronũcio: ita liquido falsa non affirmo. Illud autẽ libere dico, qđ fideliũ neminẽ negaturum puto: siue hæc uera sint siue ab aliquo conficta, sacrosancta sanctæ Mariæ magna miracula præcessisse: maxima consecuta fuisse: & idcirco salua fide ab his qui deũ ista facere posse credunt, sine piculo animæ suæ credi & legi posse. Deniq; inquantũ recordari possum, sensum nõ uerba scriptoris sequẽs: & nunc eadẽ semita nõ eisdẽ uestigijs incedens: nũc quibusdã diuerticulis ad eandẽ uiam recurrẽs: sic narrationis stilũ tentabo: & nõ alia dicam q̃ quæ aut scripta sunt ibi: aut consequẽter scribi potuerũt. Igit⁹ beata & gloriosa semp uirgo Maria de stirpe regia & familia Dauid oriũda: in ciuitate Naçareth nata, hierosolymis in tẽplo dñi nutrita fuit. Pater eius Ioachim: mater uero Anna dicebat. Domus paterna est ex galilæa & ciuitate naçareth. Maternũ autẽ genus ex Bethlehẽ erat. Vita eorũ simplex & recta apud dñm, apud homines irreprehẽsibilis erat & pia. Nam omnẽ substãtiam suã trifariã diuiserunt. Vnam partẽ templo & tẽpli seruitoribus impẽdebant: aliã peregrinis & paupibus erogabãt: tertiã suæ familiæ usibus & sibi reseruabãt. Ita isti deo chari, hominibus pñ: p annos circiter uiginti, castũ domi coniugiũ sine liberorũ procreatione exercebãt. Voluerunt tamen si forte deus donaret eis sobolẽ: eam se dñi seruitio mãcipaturos: cuius rei gratia & templũ dñi singulis per annũ festis frequentare solebant. Factum est autem ut encæniorũ festiuitas appropinquaret: unde cũ nonnullis contribulibus suis hierosolymã & Ioachim ascendit. Ea uero tẽpestate Isachar ibi pontifex erat. Cũq; inter cæteros cõcines suos etiam Ioachim cũ oblatione sua uideret: despexit eum: & munera eius spreuit: interrogans cur inter fœcũdos infœcũdus ipse stare præsumeret: dicẽs, munera nequaq; deo digna posse uideri: quẽ ipse prole indignũ iudicasset, scriptura dicẽte, maledictũ oẽm esse q nõ genuisset masculũ in israel. Dicebat

ergo prius

A ergo prius eum ab hac maledictione,ſobolis generatione ſoluendum:& ſic demum in conſpectu dñi cũ oblationib9 eſſe uẽturũ. Cuius opprobrij obiectu,pudore magno ſuffuſus Ioachim, ad paſtores qui cum pecudibus erant,in paſcuis ſuis ſeceſſit. Neq; em̃ domũ repetere uoluit:ne forte a contribulibus ſuis,qui ſimul aderãt,& hoc a ſacerdote audierant: eodẽ opprobrij elogio notaretur. Verum cum ibi aliquãdiu eſſet:quadã die cũ eſſet ſolus,angelus dñi ei cum immẽſo lumine aſtitit. Qui cum ad eius uiſionẽ turbaretur:angelus qui ei apparuerat,timorẽ eius compeſcuit,dicẽs:Noli timere Ioachim,neq; in uiſiõe mea turberis. Ego em̃ ſum angelus dñi,miſſus ab ipſo ad te:ut annunciem tibi preces tuas eſſe exauditas,& eleemoſynas tuas aſcendiſſe in cõſpectũ eius. Videns quippe uidit pudorem tuum,& audiuit ſterilitatis opprobrium non recte tibi obiectum. Peccati nãq; non naturæ ultor eſt deus:& ideo cum alicuius uterum claudit: ad hoc facit,ut mirabilius denuo aperiat:& non libidinis eſſe qd' naſcatur,ſed diuini muneris cognoſcatur. Prima enim gentis ueſtræ Sara mater,nõne uſq; ad octogeſimũ annũ infœcũda fuit? & tamen in ultima ſenectutis ætate genuit Iſaac:cui repromiſſa erat benedictio omniũ gentiũ. Rachel quoq; tantũ dño grata,tantũq; a ſancto Iacob adamata:diu ſterilis fuit,& tamẽ Ioſeph genuit,non ſolum dominũ ægypti,ſed plurimarũ gentium fame perituraru liberatorem. Quis iñ ducib9 uel fortior Sampſone,uel ſanctior Samuele? Et tamẽ hi ambo ſteriles matres habuere. Si ergo ratio uerbis meis tibi nõ pſuadet credere dilatos diu conceptus & ſteriles partus mirabiliores eſſe ſolere. Proinde Anna uxor tua pariet tibi filiam:& uocabis nomen eius Mariam: hæc erit,ut uouiſtis,ab infantia ſua dño conſecrata:& ſpirituſancto replebit' adhuc ex utero matris. Omne immundũ neq; manducabit neq; bibet:neq; inter populares forinſecus turbas,ſed in templo domini conuerſatio eius erit: ne quid de ea ſiniſtrũ uel ſuſpicari ſaltem poſſit uel dici. Itaq; ætate procedente,ſicut ipſa mirabiliter ex ſterili naſcet':ita incõparabiliter uirgo generabit altiſſimi filiũ,qui Ieſus uocatur: ſcd'm nominis etymologiã,ſaluator omniũ gẽtium erit. Et hoc
B tibi eorum quæ annuncio ſignum erit:Cum peruueneris ad auream in hieroſolymis portam:habebis ibi obuiã Annã uxorẽ tuã,quæ de tuæ regreſſionis tardatione modo ſollicita:tũc in aſpectu tuo gaudebit. His dictis angelus diſceſſit ab eo. Deinde apparuit Annæ uxori eius dicens: Ne timeas Anna,neq; phantaſma putes eſſe qd' uides. Ego em̃ ſum angelus ille,q preces & eleemoſynas ueſtras obtuli in cõſpectu dei:& nũc miſſus ſum ad uos, ut annũciẽ uobis naſciturã filiam:quæ Maria uocata,ſuper omnes mulieres erit benedicta. Hæc a natiuitate ſua ſtatim dñi gratia plena:tribus ablactationis ſuæ annis in domo paterna permanebit: poſtea ſeruitio dñi mancipata,a templo uſq; ad intelligibiles annos nõ diſcedet: ibi deniq; ieiunijs & orationibus nocte ac die deo ſeruiẽs,ab omni immũdo ſe abſtinebit:uirũ nunq; cognoſcet,ſed ſola ſine exẽplo,ſine macula,ſine corruptione,ſine uirili cõmixtione:uirgo filium,ancilla dominũ:& gratia & nomine & ope ſaluatorẽ mundi generabit. Itaq; ſurge aſcende hieruſalẽ:& cum peruueneris ad portam,quæ aurea,pro eo qd' deaurata eſt uocatur,ibi pro ſigno uirum tuum pro cuius incolumitatis ſtatu ſollicita es,obuium habebis. Cum hæc igitur ita euenerint,ſcito qd' quæ annuncio, ſine dubio cõplenda erunt. Igitur iuxta angeli præceptũ:uterq; de loco in quo erant promouentes,aſcenderũt hieruſalem:& cum ad locũ peruueniſſent angelico uaticinio deſignatũ,ibi ſibi inuicem obuiauerunt. Tunc de mutua ſua uiſione læti: & promiſſæ prolis certitudine ſecuri,debitas domino humiliũ exaltatori gratias egerunt. Itaq; adorato domino domum regreſſi: diuinum promiſſum certi & hilares expectabant. Concepit ergo Anna & peperit filiam:& iuxta mandatum angelicum,parentes uocabant nomen eius Mariam. Cũq; trium annorum circulus uoluretur & ablactationis tempus completum eſſet: ad templum domini uirginem cum oblationibus adduxerunt. Erant autem circa templum iuxta quindecim graduum pſalmos,quindecim aſcẽſionis gradus. Nam quia templum erat in monte conſtitutũ,altare holocauſti quod forinſecus erat, adiri niſi gradibus non ualebat. In horũ itaq; uno beatam uirginem Mariam paruulã parentes conſtituerunt. Cũq; ipſi ueſtimẽta quæ in itinere habuerant exuerent, & cultioribus ex more ueſtibus ſe & mundioribus induerent: uirgo domini cunctos ſigillatim gradus ſine ducentis & leuantis manu ita aſcendit:ut perfectæ ætati in hac duntaxat cauſa nihil deeſſe puta-

C res. Iam quippe dominus in uirginis ſuæ infantia, magnum quid operabatur: & quanta futura eſſet, huius miraculi inditio præmonſtrabat. Igitur ſacrificio ſcd'm conſuetudinem legis celebrato, & uoto ſuo perfecto: uirginem intra ſepta templi, cum alijs uirginibus ibidem educandā dimiſerūt: ipſi uero domum regreſſi ſunt. Virgo autem domini, cum ætatis proceſſu & uirtutibus proficiebat: & iuxta pſalmiſtam, pater & mater dereliquerant eam: dominus autem aſſumpſit eam. Quotidie nāq; ab angelis frequentabatur: quotidie diuina uiſione fruebatur: quæ eam a malis omnibus cuſtodiebat, & bonis omnibus redundare faciebat. Itaq; ad quartūdecimum annum uſq; peruenit: ut non ſolum nihil de ea mali reprehēſione dignum confingere poſſent: ſed & boni omnes qui eam nouerant: uitam & conuerſationem eius, admiratione dignam iudicarent. Tunc pontifex publice denunciabat: ut uirgines quæ in templo conſtituebantur, & hoc ætatis tempus impleſſent, domum reuerterentur: & nuptijs ſcd'm morem gentis, & ætatis maturitatem operam darent. Cui mandato cum cæteræ pronæ paruiſſent: ſola uirgo domini Maria, hoc ſe facere non poſſe reſpondit, dicens: Se quidem & parentes ſuos, domini ſeruitio mancipaſſe: & inſuper ſeipſam domino uirginitatem uouiſſe, quā nunq; uiro aliquo cōmixtionis more cognito uiolare uellet. Pontifex uero in anguſtia conſtitutus animi, cum neq; contra ſcripturam quæ dicit: Vouete & reddite: uotū infringendū putaret: neq; morem genti inſuetum introducere auderet: præcepit ut ad feſtiuitatem quæ imminebat, omnes ex Hieroſolymis & uicinis locis primores adeſſent: quorū conſilio ſcire poſſet: quid de tam dubia re faciendum eſſet. Quod cum fieret, omnibus in cōmune placuit dominū ſuper hac re eſſe conſulendū. Et cunctis quidē orationi incūbentibus, pontifex ad conſulendū deum, ex more acceſſit. Nec mora cunctis audiētibus, de oraculo & de propiciatorij loco, uox facta eſt ſcd'm Eſaiæ uaticinium, requirendū eſſe cui uirgo illa cōmendari & deſponſari deberet. Liquet em̄ Eſaiam dicere: Egredietur uirga de radice ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini: ſpiritus ſapiē
D tiæ & intellectus: ſpiritus conſilij & fortitudinis: ſpiritus ſcientiæ & pietatis: & replebit eum ſpiritus timoris domini. Scd'm hanc ergo prophetiam, cunctos de domo & familia Dauid nuptui habiles nō coniugatos, uirgas ſuas allaturos ad altare prædixit: & cuiuſcūq; poſt allationē uirgula florem germinaſſet: & in eius cacumine ſpiritus domini in ſpecie colūbæ conſediſſet: ipſum eſſe cui uirgo cōmendari & deſponſari deberet. Erat autem inter cæteros Ioſeph homo de domo & familia Dauid grandæuus: cunctis uero uirgas ſuas iuxta ordinē deferentibus, ſolus ipſe ſuam ſubtraxit. Vnde cum nihil diuinæ uoci conſonum apparuiſſet: pontifex iterato deum conſulendū putauit. Qui reſpondit ſolum illum ex his qui deſignati erant uirgam ſuam nō attuliſſe, qui uirginem deſpōſare deberet. Proditus eſt itaq; Ioſeph. Cum em̄ uirgam ſuam attuliſſet: & in cacumine eius, columba de cœlo ueniens conſediſſet: liquido omnibus patuit ei uirginem deſponſandam fore. Igitur nuptiarum iure de more celebrato, ipſe quidem in Bethlehem recedit ciuitatem: domum ſuam diſpoſiturus: & nuptijs neceſſaria procuraturus. Virgo autem domini Maria cum alijs ſeptē uirginibus coæuis & collactaneis quas a ſacerdote acceperat: ad domū parentum ſuorum in Galilæam reuerſa eſt. His uero diebus, primo ſcilicet aduentus ſui in Galilæam tempore, miſſus eſt ad eam angelus Gabriel a deo, qui ei conceptū dominicū narraret: & conceptionis uel modum uel ordinem exponeret. Deniq; ingreſſus ad eam, cubiculū quidem ubi manebat, ingenti lumine ꝓfudit: ipſam uero gratantiſſime ſalutans dixit: Aue Maria uirgo domini gratiſſima: uirgo gratia plena, dominus tecum: benedicta tu præ omnibus mulieribus: benedicta præ omnibus hactenus natis hominibus. Virgo autem quæ iam angelicos bene nouerat uultus: & lumen cœleſte inſuetum non habebat: neq; angelica uiſione territa, neq; luminis magnitudine ſtupefacta: ſed in ſolo eius ſermone turbata eſt: & cogitare cœpit qualis iſta ſalutatio tam inſolita eſſe poſſet, quid ue protenderet: uel quem finem eſſet habitura. Huic cogitationi angelus diuinitus inſpiratus occurrens: Ne timeas inquit Maria, quaſi aliquid contrarium tuæ caſtitati hac ſalutatione prætexam. Inueniſti enim gratiam apud dominū: quia caſtitatem elegiſti. Ideoq; uirgo ſine peccato concipies: & paries filium. Hic erit magnus: quia dominabitur a mari uſq; ad mare: & a flumine uſq; ad terminos orbis terræ. Et filius altiſſimi uocabitur: quia

A bitur:quia qui in terris naſcitur humilis, in cœlo regnat ſublimis.Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius,& regnabit in domo Iacob in æternum,& regni eius non erit finis.Ipſe quippe rex regum & dominus dominantiũ eſt:& thronus eius in ſæculũ ſæculi.His angeli uerbis uirgo non incredula:ſed modum ſcire uolens,reſpondit:Quomodo iſtud fieri poteſt?Nam cum ipſa uirum iuxta uotum meum nunc̃ cognoſco:quomodo ſine uirilis ſeminis incremento parere poſſum? Ad hoc angelus:Ne exiſtimes inquit Maria qđ humano more concipias.Nam ſine uirili commixtione, uirgo concipies:uirgo paries : uirgo nutries. Spiritus enim ſanctus ſuperueniet in te & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi,contra omnes ardores libidinis.Ideoq; quod naſcetur ex te ſolum erit ſanctum:quia ſolum ſine peccato cõceptum: & natum uocabitur filius dei.Tunc Maria manibus expanſis:& oculis ad cœlum leuatis, dixit: Ecce ancilla domini(neq; enim dominæ nomine digna ſum)fiat mihi ſcđm uerbum tuum.Longum forte & quibuſdam tedioſum erit,ſi cuncta huic opuſculo inſerere uoluerimus:quæ natiuitatem dominicam uel præceſſiſſe uel ſubſecuta fuiſſe legimus. Vnde his omiſſis quæ in euangelio plenius ſcripta ſunt:ad ea quæ minus habentur,narrãda accedamus.Ioſeph igitur a Iudæa in Galilæã ueniens,deſponſatam ſibi uirginem uxorem ducere intendebat:iam nãq; tres fluxerant menſes: & quartus inſtabat,ex eo tempore quo ſibi deſponſata fuerat:interea paulatim utero puerperæ intumeſcente:puerperam ſe manifeſtare cœpit : neq; hoc latere potuit Ioſeph. Nam ſpõſi more liberius ad uirginem introiens:& familiarius cum ea loquens,grauidam eſſe deprehẽdit.Aeſtuare itaq; animo & fluctuare cœpit,quia ignorabat quid ſibi potiſſimum eſſet faciendũ.Neq; enim eam traducere uoluit:quia iuſtus erat. Neq; fornicationis ſuſpitione infamare,quia pius. Itaq; cogitabat dam diſſoluere coniugium:& occulte dimittere eam.Hæc autem eo cogitante: ecce angelus domini ei apparuit in ſomnis,dicẽs:Ioſeph fili Dauid noli timere: hoc eſt,ne uelis fornicationis ſuſpitionem in uirgine habere,uel aliquid ſiniſtrum cogitare:neq; timeas eam in uxorem duce/
B re. Quod enim in ea natum eſt,& nunc animum tuum angit:non hominis,ſed ſpirituſſancti eſt opus.Pariet enim omnium uirgo ſola dei filium,& uocabis nomen eius Ieſum, id eſt ſaluatorẽ: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.Igitur Ioſeph ſcđm angeli præceptũ uirginem uxorem duxit:nec tamen cognouit eam,ſed caſte procurans cuſtodiuit.Iamq; nonus a conceptione inſtabat menſis,cum Ioſeph uxore cum aliꝭs quæ neceſſaria erant aſſumpta,Bethlehem ciuitatem unde ipſe erat tetendit.Factum eſt autem cum eſſent ibi,impleti ſunt dies ut pareret:& peperit filium ſuum primogenitum,ſicut ſancti euangeliſtæ docuerunt,dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum:qui cum patre & filio & ſpirituſancto uiuit & regnat deus per omnia ſæcula ſæculorum.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

EAdem facundia,eadem eruditio,idem ſermonis lepos.Illud ridiculum,hominem ne tantulum quidẽ potuiſſe dictionis figurã uariare. Omni, quod aiunt pedi, eundem inducit calceum. Apud hunc artificẽ eodem utuntur charactere omnes,Hieronymus, Auguſtinus, Cyrillus, Euſebius,& Ambroſius: apud hunc opinor balbutiret ipſe Tullius.Illud breuiter admoneo pium lectorem,nihil hic eſſe,in quo bonarũ horarum ullam partem collocet:nec eget diuus Hieronymus huiuſmodi fucis, nec dignatur a tam inſulſo pingi artifice.

## EVSEBIVS DE MORTE HIERONYMI AD DAMASVM.

PAtri reuerendiſſimo Damaſo Portuẽſi epiſcopo:& chriſtianiſſimo Theodoſio Romanorũ ſenatori, Euſebius olim Hieronymi ſanctiſſimi diſcipulus: nunc uero eodem orbatus lumine,pium dolorem & ſuauiſſimum gaudiũ.Multifariam multiſq; modis olim deus locutus eſt omnibus nobis per ſuum dilectiſſimum filium ſanctũ Hieronymũ de ſcripturis ſanctis in uirtutibus & prodigiꝭs multis: quæ per illum fecit ipſe dñs in medio noſtri:ſicut uos ſcitis:de quo & teſtes ſumus qui eum uidim⁹,& oculis noſtris eius ſanctitatem perſpeximus : & manus noſtræ contrectauerunt de uerbo eius ſcientiæ & doctrinæ: quibus uita manifeſtata eſt. Quod ergo uidimus & audiuimus,annũciamus uobis.Eramus em̃ tanc̃ oues errantes,erroneis & ſuperſtitioſis fabulis:non audientes ſanam doctrinã: ſed coaceruãtes nobis pſeudoprophetas: qui ſurgẽtes in populo magiſtri mendaces,introducebant ſectas uariæ perditionis: donec iſte illuceſceret dies: qui tanc̃ ſol refulgens quinquaginta annis

C & ſex menſibus,multis laboribus & erumnis,in lectionibus & uigilijs: ut nobis frangeret panē doctrinæ deſudans:tenebras errorū profugans,& cunctos a perditione liberans:effulſit in tem/plo die.Incipienſq; ab oriente uſq; ad occidentem,auferens bella hæreticorum:eorumq; arcum conterens,arma & ſcuta eorum combuſſit igni. Quoniam in ipſo deus poſuit prodigia ſuper terram:ut nomen ſuum manifeſtum fieret in nationibus. Deinde pertranſiens uſq; ad fines ter/ræ,ſanando oppreſſos ab hæreticorum iaculis: illuminando mentes hominum,ſcripturarum ænigmata reſerando,ſoluendo nodos, obſcura dilucidando, dubia exponendo, confutando & corrigendo falſitates: & ueriſſima ex linguis cū plurimis adunando: ut nobis notas faceret uias uitæ,& nos adimpleret gaudio,lætitia & exultatione:templū domini corroborauit:& eius ady/tum inſtar lucernæ nō ſub modio, ſed ſupra candelabrum in domini aula poſitæ,dominico irri/guo rore pleniſſime fœcundatæ,poſteris omnibus ſuorum uerborum præ cæteris elegantia ſin/gulari,excellentius omnibus alijs patefecit:ut irent in ciuitatē habitatiōis: & locū gloriæ inueni/rent:& ne fierent uelut priores eorum genus peramarū: quos direxit & liberauit ab errorū per/ditione. ¶ Cum enim ſim ſicut ſtipula ante faciem uenti: & ſicut lutum platearum balbutiens, loqui neſciens,nec uerba plene formare ualens:quid impertiar uobis chariſſimi patres & domi/ni ſuæ laudis? Nempe iuxta illud Apoſtoli: Si linguis hominum loquerer & angelorum:ſuum laudandi genus necdum attingerem. Idcirco non in arcu meo ſperabo:nec gladius meus ſalua/bit me,ſed dominus erit illuminatio mea. Qui docuit & docebit manum meam ad ſcribēdum, & dirigit linguam meam ad loquendum:ut quondam aſinæ Balaam. Quoniā ipſius eſt regnū & imperium,& dominatur a mari uſq; ad mare:& a flumine uſq; ad terminos orbis terrarum. In cuius cuncta ſunt poſita ditione: coram quo procident reges: nec eſt qui ſuæ poſſit reſiſtere uolūtati. Quoniā omnia quæcūq; uoluit,fecit in cœlo,terra,mari & in abyſſis. Et ſic lingua mea tanti uiri laudem meditabitur, & nomen ſuum annūciabit uniuerſis. Hic uere fuit ille Iſraelita
D in quo dolus non fuit:electus ſcdm cor domini ad loquendū omnia quæ ſibi mandauerat do/minus,uniuerſis gentibus & regnis: & doctor datus in gentibus, ut ſentes euelleret, deſtrueret, diſperderet & diſſiparet:& ſapientiam ueram ſeminaret,ædificaret atq; plantaret. Hic eſt fratrū amator:hic eſt qui populo chriſtiano tot librorum uolumina ex linguis hebraica & græca in la/tinam nō paruo pondere tranſtulit. Eccleſiæ officium primitus ordinauit:& totius ſacræ ſcriptu/ræ aſpera fecit plana. Certe in huius lumine uidemus lumen:& pane ſuæ ſalutiferæ doctrinæ pa/ſti,ambulamus uſq; ad montem dei Oreb. Hic eſt flumen aquæ uiuæ ſplēdidum tanq; cryſtal/lus,procedens de ſede dei in medio eccleſiæ. Et ex utraq; parte eius lignum uitæ:afferēs fructus tempore ſuo:cuius folia ligni,ſunt ad gentium ſanitatem. Vir iſte in populo ſuo mitiſſimus ap/paruit: & deo dilectus & hominibus:orat nūc pro eccleſia ſancta. Vas uere admirabile,omni or/natum lapide precioſo,opus excelſi. Verūtamen de hoc quid plura dicam? cuius enarrant cœli gloriam;& opera ſcripturarum manuū eius,annunciat firmamentum? Nec ſunt loquelæ neq; ſermones,cuius non audiant? doctrinæ uerba:cum in omnem terram exijt ſonus eius. O ineffa/bilis miſericordia ſaluatoris:quæ tot gratiarum cumulos in Hieronymo adunaſti:ut ad ea quæ ſolus poſſidet:pene nulli hominū niſi particulariter fas ſit aſpirare. Hic certe dux noſtræ fidei ad ſe currentes in cœli cōtrahit arcē. Hunc præ cæteris potioribus ornatū inſignijs dignitatū:in cantilenis & prouerbijs,opationibus & interpretationibus miratæ ſunt gētes. Cuius nota facta eſt in populis uirtus: quia impletus fuit quaſi flumine ſapiētia. Sed ut uera dicā, iuxta illud re/ginæ Saba:Maior eſt em̄ ſapiētia & opa ſua cū rumor quē audiſtis. Quā certe bonus eſt iſte his q recto ſunt corde: qm̄ maliciā ſemp odiuit. Fecit em̄ mirabilia in terra noſtra. Sub umbra illi9 ſedim9:& fruct9 illi9 dulcis gutturi noſtro. Quāta autē de eo audiuim9 & cognouim9,quō annū ciabim9? Atq; ego q ſum ut narrē laudē ei9 & uirtutes ei9 & mirabilia quæ fecit? Sed qm̄ nō ſum æloquēs ab heri & nudiuſtertius,ut breuiter dicā:ſi uultis accipe,Ioānes baptiſta ipſe eſt: uterq; uirgo:uterq; eremita. De Ioanne dicit: Erat Ioānes ueſtitus pilis camelorū in deſerto. De ſe idē Hieronymus dicit: Horrebāt ſacco mēbra deformia:& ſqualida cutis,ſitū Aethiopicæ carnis ob duxerat. De Ioanne iterum: Locuſta & mel ſylueſtre edebat; De ſe iterū Hieronymus dicit: De

cibis & potu

A cibis & potu taceo:cum etiam languentes monachi aqua frigida utantur: & coctum aliquid accepisse luxuria sit. Quid plura? Ille propter iusticiam martyr:iste ꝙo etsi eius spiritum materiale ferrum non abstulit,tamē martyrij præmij non est expers. Duplex nanq; martyriū est. Vnum, succumbere gladijs impiorum: alterum in infirmitatibus & aduersitatibus in animo patiētiam custodire. Certe hic est uere martyr,qui propter iusticiam, & mansuetudinem,& salutifera doctrinæ suæ uerba, in huius mundi lachrymarum salo,certamen forte a malorum cœtu uiriliter supportauit: sciens quoniam omnium fortior est sapientia. Nec impie gessit in conspectu dei: sed in omnibus tribulationibus suis,inuocans dominum,nō peccauit labijs suis:nec stultum aliquid cōtra deum locutus est. Taceam nanq; quot tribulationes, labores,afflictiones,cruciatus, agones,flagella,fames,sitim,amaritudines,tempestates,tentationes,abstinentias,uigilias,peregrinationes,carnis macerationes,nuditates,ieiunia,erumnas:& non solum hæc, sed grauiora & innumerabilia propter Iesu Christi nomen,in suo glorioſissimo perpessus est corpore,ut idem loquit̄:Stabam in eremo constitutus:& in illa uasta solitudine,quæ exusta solis ardoribus, monachis horridum præstat habitaculum:cogitans me Romanis potiri delitijs:quotidie gemitus, quotidie lachrymæ. Et si quādo me somnus imminens oppressisset repugnantem, nuda humo, uix ossa hærentia collidebam. Horrebant sacco membra deformia, aqua frigida languens utebar: & coctum aliquid accepisse luxuria erat. Cutis mea propter incommoda squalida,carnis Aethiopicæ situm obduxerat: & tamen socius scorpionū tantum & ferarum,sæpe choris interam puellarum:& in frigido corpore,etiam in præmortuo iam homine,sola libidinum incendia bulliebant. Teste deo memini me diē crebro iunxisse cū nocte: nec a pectoris cessasse uerberibus:donec iubente domino,in me rediret tranquillitas. Flebam continue,& repugnantem carnem, hebdomadarum inedia subiugabam. Cellulam meam quasi cogitationum consciam pertimescebam: & mihimet iratus & rigidus,solus deserta penetrabam: & si cōcaua uallium,& prærupta montium cernebam: illud meæ miserrimæ carnis erat ergastulum, ibi meæ orationis locus. Quis ergo infirmatus est,& non ipse? Quis scandalizatus,& non ille? Sed si in infirmitatibus & laboribus laudandi sunt sancti,certe & hic laudandus est. B Veniam autē ad contumelias & persecutiones, quas ab improbis & falsis pertulit fratribus in huius ualle miseriæ. Quid aliud in hoc mundo sua semper fuit uita,nisi quædam iugis aduersus improbos hæreticorū omnium & malorum cuneos pugna,continuumq; certamen? Super eum rugierunt ut leones hæretici,quoniam corripuit eos:& tabescere fecit sicut araneas animas eorum:& fructus eorum de terra perdidit:& semen eorum a filijs hominum. Aperuerunt in eum clerici lasciuijs diditi ora sua:& despexerunt eum,& locuti sunt labijs dolosis:& odio iniquo oderunt eum: quoniā eorū insectatus est uitam pessimam & crimina. Circundederunt eum canes multi: & tauri pingues obsederunt eum: & insurrexerunt in eum testes iniqui, acuentes linguas suas sicut serpentes:& uenenū aspidum sub labijs eorū:cogitantes malicias in corde,tota die constituentes prælia:supplantantes gressus eius. Et funes extēderunt in laqueos pedibus eius:ut delerēt de terra memoriam eius:& eijcerēt eum de nationib9: ut opprobriū fieret uicinis suis. Sup Romanū populū fuit magnificētia eius:& uirtus eius mirabilis in uerbis:& sanctus in omnibus operibus suis: alleuans corruentes,soluens compeditos,illuminans cæcos,& dirigens iustos:dans fortitudinē & uirtutē plæbi dei:& quasi tuba altisonans,annuncians cunctis iniquis scelera:portas peccatorū, & uectes ferreos cōfregit romphea doctrinæ suæ. Audiētes autē hæc impij dissecabant̄ cordib9 suis:& stridētes dentib9 in eum cogitauerūt & locuti sunt nequitias. Arcū suū tetenderūt,& illū parauerūt:& in ipso parauerūt uasa mortis. Cū autē esset ille plenus spūsancto,in orationib9 & in opib9 bonis pseuerās,uitia mortificās,bona uiuificās,suscitās de puluere egenū:& de stercore erigens pauperē: Q m̄ nō in uirib9 equi,neq; in tabernaculis uiri beneplacitū fuit sibi: nec sperauit in diuitijs,sed fortitudine dñi corroboratus:non formidauit aduersarios suos, sed sup ipsos correctionib9 & doctrinis sanctis tonuit:dans imperiū regi suo,& sublimans cornu Christi sui: Alios docens laborando,sicut bonus miles Christi:sciens q, non coronabit̄ qui in agone certat, nisi legitime certauerit. Videntes autē hæc uiri iniqui,irati sunt: & dolores cōprehenderunt eos:

C quia ſunt generatio praua & peruerſa, filij in quib⁹ fides aliqua nō eſt. Et exacerbauerūt eum in cōſilijs, & in abominationib⁹ ſuis ad iracundiā cōcitauerūt ipſum. Et perdito cōſilio ſine diſcipli/na, ueſte muliebri irridentes ei tanq̄ uiro luxurioſo & iniquo, impetū fecerūt unanimiter in eū, & eiecerunt eum extra Romanam ciuitatē. At ille benignus, patiens, humilis, & manſuetus, eorū ueſaniæ locum dans: proijciens poſt tergum ſuum omnia peccata eorū: recedens inde peragra-uit in Conſtantinopolim ad antiſtitem ſanctiſſimum Gregorium Nazianzenum. O uir ineffa bilis, o uirtutum uas admirabile, o ſplendor patiētiæ, o lampas præfulgida, o diadema honoris & gloriæ, angularis lapis firmiſſimus, exemplar innocētiæ, columna aurea, & totius eccleſiæ fun-damentum. Cum plus tunderis, minus cōfunderis. Agnus innocens quid loqueris, preſſus collo tot iugis? Gratias ago deo meo: quia dignus ſum habitus, ut me odiat mundus. Scio me nanq̄ peruenire ad cœleſtem gloriam, per infamiam & bonam famam. Aperuit autē cœlos patientia eius: quia ibi confirmata ſemper fuit uirtus gloriæ eius: & in deo poſuit firmam fortitudinem ſuam: nec a domino receſſit unq̄ cor eius. Arcus fortiū ſuperatus eſt: & ipſe accinctus eſt robo/re: & prævaluit in infirmitate ſua: & fortis factus eſt in bello, & dextera ſua glorificata eſt in uir-tute. Dextera manus ſua confregit inimicos: quoniam adiutor & protector factus eſt ſibi domi nus in ſalutem. Et ideo cantemus domino: quoniam magnifice fecit. Annunciemus hoc in uni-uerſa terra. Hauriamus aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Euanuerunt impij de cogitatio nibus ſuis: quia obſcuratum fuit inſipiens cor eorū: & credentes ſe eſſe ſapientes in malicijs ſuis, ſtulti facti ſunt: quia mutauerunt ueritatem in mendacium: ſed tamen ueritas de terra orta eſt: & iuſticia de cœlo proſpexit. Etenim fatui in lacum quem aperuerunt, & in foueam quam fece-runt, inciderunt. Et iuſtus nunq̄ fuit conturbatus: quia dominus firmauit eius manum. Vnde ſanctiſſimi patres & domini, conſyderate uirum iſtum, q̄ fidelis & iuſtus ſemper in domo do-mini fuit ad docendum nos, & illuminandum abſcondita tenebrarū, & effugandum nequitias peccatorū. De quo nobis grandis eſſet ſermo & ininterpretabilis ad dicendum: ſed nimis imbe

D cillis factus ſum: quoniam introiuit tremor in oſſa mea: & ſubtus me turbata ſunt ueſtigia mea, ne nimis aſcēdam. Eſt enim anguſta porta, & arta uia, & cibus iſte ſolidus perfectorum eſt & ſa/pientum: qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem. Quapropter non modica relinquens difficilia & ardua tanti uiri ineffabilis: cuius laude plena eſt terra, cuius ſplendor eſt ſicut lumen: & cornua ſunt in manibus eius: ad præſens ſui exitus glorioſi aliqua breuiſſime cupio reſerare. Deus em̄ omnipotens, cuius miſericordia præit ante faciem ſuam: qui & iuſtus eſt, & rectum iudicium ſuum: reddens mercedem laborum ſanctorum ſuorum: paſtor uerus & bonus, in mi/ſericordia diſponēs omnia: & cōgregans oues ſuas in ſinu ſuo, quæ nouiſſime diebus iſtis curſu intolerabili & oneroſo, agonis grauiſſimi: in quo caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū: & ſpiritus ad-uerſus carnem: feliciter conſummato, portu iam diu concupito, de nauigatione huius maris procelloſi, in quo ſunt reptilia innumerabilia & inimicorum agmina colluctantia: ut decipiant & trucident rectos corde iam obtento, dilectiſſimum filium ſuum Hieronymum exutum toga mortalitatis & putredinis huius carnis miſerrimæ, perpetuo immortalitatis brauio decoratum, ad cœleſte atrium euocauit: ut quod uidebat hic in ænigmate, ibi uideat facie ad faciem. Quem cum extrema eius hora egredi de corpore eius urgeret: iam completis nonaginta & ſex annis, fe bre æſtuans ualida, ſuos circa ſe uoluit eſſe in unum filios, quos ſicut nouellas plantationes ſta-biliuit a iuuentute ſua. Quorum luctu uultus graues intuens, ut pius & miſericors, his pauliſper motus fletibus infremuit ſpiritu & lachrymans: imo aliquantulum eleuans oculos, plana uo-ce inquit: Fili Euſebi, cur iſtas inutiles fundis lachrymas? Nonne uanum eſt ſuper defunctum fundere lachrymas? Quis uiuens non uidebit huius corporis diſſolutionem? Quod ſemel lo-cutus eſt deus & audiſti, audes contradicere? Et noſti nullum poſſe reſiſtere uoluntati eius. Iam fili rogo non ſecundum carnem ambules, flere deſine. Certe noſtræ militiæ arma carnalia non ſunt. Deinde uultu hilari & iucundo, alacri uoce cæteros alloquens filios, exclamauit. Ceſſet mœror, luctus abeat, ſit omnium una uox gaudentium. Quoniam ecce tempus acceptabi-le, ecce dies iubilationis & læticiæ, præ omnibus diebus uitæ meæ: in quo fidelis dominus in

uerbis ſuis

A uerbis ſuis:& ſanctus in oñib⁹ operib⁹ ſuis,aperuit manū ſuã,ut meã exulẽ animã, hucuſq; in carcere mortis huius ob reatus mei genitoris Adæ reuocet ad ſupernã patriã, recuperatã ſui filij ſanguine precioſo.Nolite filij dilectiſſimi(q̃s ſemp habui in uiſceríb⁹ charitatis)impedire gaudium meũ,ne prohibeatis reddere terræ,qd ſuũ eſt.Corpus meũ ſtatim exuite,terræ date,ex q̃ factum eſt, ut redeat unde uenit.Quibus finitis uerbis,omnes fratres lachrymis madefacti, denudantes ſuum ſacratiſſimum corpus: ita ſqualidum & deforme abſtinentijs,q; quidẽ terribile cunctorum uiſui cernebatur: nam tanta erat affectum macie, ut oſſa eius potuiſſent per articulos numerari: ſic uerberibus cruentatum, ut leproſi potius corpus crederetur: nuda humo protinus tradiderũt:& ipſum ſacco lineo cooperuerũt. Aſt ubi uir domini,terræ ſenſit aſperitatem: nimium iucundatus,conuerſuſq; ad fratres præ dolore & anguſtia lachrymarum fontib⁹ inundantes, inquit: Hortor uos chariſſimi mei & dilectiſſimi filij, quos genui in uiſceribus Ieſu Chriſti,per dilectionem & charitatẽ qua dilexi uos: ut pacificati nunc pacem habeatis.Debetis enim uos tanq; dei miniſtros domeſticos & amicos decet,ad ſpiritualia anhelare:ut ſitis alijs ad exemplum.Vos qui ſpirituales eſtis,cur iſtas tot infructuoſas funditis lachrymas? Peccatorum uobis ſemper recordatio lachrymas inducat.Tanto prompti eſtote ad lachrymas,quãto fuiſtis ad culpam.Si quis peccato moritur,flete:Nam ſi malus cũ per pœnitentiã a morte ſurgit,angeli gaudent in cœlis: certe ſi bonus peccato moritur,angeli dolent. Me ꝟo non tanq; morientem lugeatis: ſed mecũ tanq; portũ ſalutis attingentem gaudeatis. Quid imbecillius miſeria huius uitæ, qua tot dolorũ & paſſionũ agminib⁹ circũdamur: ut nulla pene hora ſit,in qua uiuẽs quicunq; homo liber a dolore tranſeat? Si dives,undiq; anguſtiat timore:ne quod poſſidet, amittat. Si pauper,nunq; quieſcit ut inueniat.Si bonus,hinc diaboli timet periculum:hinc ne nauis mortalis corporis, in huius mundi pelago naufragetur,nõ mediocriter pertimeſcit. Idcirco nullus ſexus,uel ætas,uel conditio,doloris tranſit expers,quouſq; in hac manet miſeria uitæ.Si quid in me eſſe ſcitis meum impediens iter,dolete.Heu quot nauigantium per hoc mare magnum & ſpacioſum in quo ſum, tot diuerſa genera inimicorum ſcd'm cuiuſlibet uirium quantitatem colB luctantium, poſt multam nauigandi felicitatem: poſt multas uictorias iam credentes finem capere peroptatũ, aliqua diabolica ſuggeſtione in hac hora in laqueum perditionis, ſua indiſcretione peruenerũt? Heu quot hic & uita recommendat & fama, quibus unico peccati aſſenſu, dira mors imminet & ruina? ¶ Idcirco dum uiuitis,timeatis fratres.Principiũ ſapiẽtiæ timor domini.Vita noſtra militia eſt ſuper terram:qui hic uicerit,alibi coronabitur. Dum hac pelle tegimur,nulla nobis ineſt certa uictoria.Si noſter genitor timuiſſet,nunq; cecidiſſet. Principiũ omnium malorum, ſui præſumptio.Qui non timet,de ſe præſumit. Quomodo inter latrones quis onuſtus auro ſecurus graditur? Saluator quid nos aliud docet,niſi timere? Vigilate(inquit)quia neſcitis qua hora fur uenturus eſt. Nam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur ueniret, uigilaret utiq;:& non ſineret perfodi domum ſuam.Summus ille dauiger Petrus: Sobrij (inquit) eſtote fratres,& uigilate: quia aduerſarius ueſter diabolus tanq; leo rugiens circumit, quærens quem deuoret.Nemo inter ſerpentes cum ſecuritate habitat. Qui ſanctior & ſapientior eſt,plus ſemper timeat.Nam qui altius eſt cadens,maiores caſus recipit. Eſca diaboli electa eſt:de malis nõ curat,quia ſui ſunt.Cecidit ille ſapiens Salomon: cecidit & eius genitor Dauid electus ſecundũ cor dei.Timeatis fratres:iterum rogo undiq; timeatis:quia beatus eſt uir timens dominum.Etenim ſi conſiſtant aduerſum eum caſtra,non timebit cor eius.Si exurrexerit in eum prælium, in hoc ipſe ſperabit.Perfectus dei timor,foras uanum mittit timorem.Timorem uanum non habet charitas.Charitas & timor dei unum ſunt.Conſyderans enim hæc propheta,clamans dicebat:Confige timore tuo carnes meas.Quis ex uobis eſt cupiens uidere dies bonos:accedat huc, & illuminetur: & facies ſua non confundetur. Qui timet deum, faciet bona: & demorabitur in bonis anima eius:& ſemẽ eius hæreditate poſſidebit terrã.Quia firmamentũ eſt dñs timẽtibus eum:& teſtamentũ ipſius ut manifeſtetur illis.Si quid boni facitis,cum magna cautela timeatis. Multi bona faciunt,quorũ fructus ſurripit humanæ laudis appetitus.Decẽ fuerunt uirgines: & tamẽ mediæ a cœli oſtio ſunt excluſæ.Heu quot hodie ſacro ſunt renati baptiſmate,& chriſtiano funguntur

C no fungunt nomine: quib⁹ foret melius nō fuisse. Est enim gehennalis pœna paganorū infinito minor, cꝫ malorum christianorū. Vtinam nō foret talium maior pars. Nauis undiqꝫ sana, unico mergit foramine. Errauerūt homines in hac lata solitudine: alij colla iugo auariciæ submittētes, alij luxuriæ fœditate, ut turpissimæ sues deturpati: alij circa inutilia diripienda occupati. Vnde abiecto rationis usu cooperantes ut iumenta insipientia (& utinā similes essent illis), uiā ciuitatis nouæ hierusalē nō inuenerūt. In regnū cœlorū reprobus nullus ingredit. Centuplo arta est uia eius cꝫ credit, cꝫuis larga sit uere timētib⁹. Timēti Centurioni promittit Christus ad eum accedere: præsumēti regulo, cū illo ire ipse denegat. Vere nō omes hodie obediūt euāgelio. Veniet (dicebat Aplus) tēpus, in q̄ sanā doctrinā nō sustinebunt homines. Plures prædicant, sed nō omnes ueritatē prædicant: simpliciū corda in peccatis alligant. Alligant onera grauia in peccatis minimis: in grauib⁹ oculo trāseunt cōniuēte. Est em doctor falsus, gladi⁹ anceps: hinc scindit opere & exēplo: hinc percutit & interficit uerbis dolosis & iniquis. Quō ignis frigiditatē donat, aqua caliditatē? Lapis quō sursum gradit? & uir luxuriosus quō prædicabit castitatē? Et si prædicat, quæ audiētib⁹ inde ueniet utilitas? Quid pōt dicere audiēs: nisi quare uoce prædicas, quæ opere denegas? Bene loquens ore, & male uiuens opere, semetipsum damnat. Ecce quantum deo talis prædicatio sit acceptabilis, ostendit per Psalmistā: Peccatori dixit deus: quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentū meū p os tuū? Tu ꝟo odisti disciplinā: & proiecisti sermones meos post te. Multi legunt grandia: addiscunt ardua: subtiliter disputant: ornate loquunt, ut a populo honores capiant: in plæbib⁹ magistri nominent, & nihil faciunt. Si experto credit, mihi credite. Plus mouet corda hominum uitæ sanctitas, cꝫ ornata eloquia. Facite, & postea prædicate. Cepit Iesus facere, & postea prædicare. Valet facere sine prædicare, sed nō prædicare sine facere. Non dixit deus: Qui prædicauerit uoluntatē patris mei, sed qui fecerit. Nō uitupero prædicationē, nisi nō faciētiū ea quæ prædicant. Subtiliū uerborū doctor tm & non operū, est quædā leuis aurium inflatio & ueritatis fumus, cito sine fructu pertransiens. Intelligite fratres, intelli-
D gite quæ dico: Multo plus meret qui facit & prædicat, cꝫ qui facit & tacet. Si bonum solus facio, mihi soli prosum: sed si prædicans facio, & mihi & alijs prosum. Vnde qui ad iusticiam erudiunt plurimos, erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sunt em sancti prædicatores lux ad illuminandū: quia per eorū doctrinā corda caligantia & cæca nube peccati, Christo ꝟo lumine qui lucet in tenebris illuminant. Sunt sal etiā ad condiendū uerbum dei, quod cibus est animæ operibus bonis. Cuilibet scienti iniungit prædicationis officium, dummodo faciat: imo ut plus dicam: Qui scit & solum facit, & alios nō docet, tenebit dño reddere rationē. Cū em iuxta apostolum Iohannē: Qui odit fratrē suū, homicida sit: & qui habuerit substantiam mundi, & uiderit fratrē suū necessitatē patiētē: & clauserit uiscera sua ab illo, quō manet in eo charitas dei? Quanto magis qui uiderit fratrē suū errantē, & mortalib⁹ oppressum criminib⁹: & nō ministrauerit ei uerbū doctrinæ, ille qui doct⁹ est, homicida & sine charitate est? Timeatis o doctores & rectores, quib⁹ iniungit dns prædicationis officia: ut pplo suo uerbū dominicū ministretis. Quot em uel uestro exēplo, uel uestri negligētia peccatis moriunt: tot de manu uestra requiret dns. Quanto em estis altiores gradu, tāto maiorib⁹ cruciabimini cruciatib⁹! Nō estis dni, sed pastores. Vn⁹ dns est, & unus pastor principalis q cognoscit oues suas: & exquiret eas de manib⁹ uestris. Heu ꝙ hodie in eccla sunt nō pastores, sed mercēnarij: ad q̄s nihil ptinet de ouib⁹ Iesu christi. Quinimo (ut & uera dicā, & ipsimet sciunt) sunt lupi rapaces: qui & oues rapiūt & dispergūt. Certe nil peius, nil abominabili⁹: cꝫ cū ille qui custodire deberet, dissipat. Heu qd hodie in aliquib⁹ ecclesiæ nō pastorib⁹, sed destructorib⁹, quorū nō est pars minor, factū est, ut substantias & labores hoim tanꝫ infern⁹ insaturabiliter deglutiāt. Et nō solū eos a peccatis nō emēdāt, sed & ipsimet uel ex sui negligētia, uel suis pessimis ministris, uel suis nephandis operib⁹ eos cōtrahūt ad illicita. Ita quidē dicā, hos tales si impunes de⁹ relinqueret, de⁹ amplio⁹ nō esset. Et ideo (ut sæpe dictū est) filij charissimi, dū uiuitis, seruite dño in timore: & exultate ei cū tremore. Apprehendite disciplinā eius, ne q̄n pereatis de uia iusta. Gustate filij mei charissimi: iterū dico, Gustate & uidete, q̄m suauis est dns. Diuites eguerūt & esurierūt: & dormiētes hic in diuitijs & uoluptatib⁹ suis, nihil inuenerūt

A nihil inuenerũt in manib9 ſuis. Inquirẽtes ỹo dñm, nõ deficiẽt omni bono. Iunior fui & ſenui, & nunc̃ uidi iuſtum in fine derelictũ: nec ſemẽ eius egens pane. Imitatores paupertatis eſtote, ut ſequamini ueſtigia eius: qui cũ in forma dei eſſet, portans oĩa uerbo uirtutis ſuæ: in cui9 domo ſunt diuitiæ & gloria, ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens: & pauper & inops natus eſt. Pauper & plus q̃ inops fuit quouſq̃ uixit. Pauperrimus mortuus & ſepultus eſt. Vnde uulpes (inquit idẽ) foueas habẽt, & uolucres cœli nidos: fili9 autẽ hois nõ habet ubi caput ſuum reclinet. Apls etiã iubet nõ portare ſaccũ neq̃ perã. Et iuueni cõſuluit uendere quæ habebat, & pauperib9 erogare. Si Chriſtũ deũ credidiſtis: eum nõ falli poſſe credite: alioquin non eſſet deus: & ſi ipſum falli nõ poſſe creditis, ipſum ſequamini. Impoſſibile eſt diuitijs affluere, & Chriſtum ſequi. Natura denegat ut cõtraria miſceant̃. Aut ego fallor, aut ipſi in fine decipient̃. Qui mihi nõ credũt, credẽt cũ diuitiæ ſuæ trãſierint in ægeſtatẽ. Dives hic epulabat̃ q̃tidie ſplẽdide: indut9 purpura & byſſo: ſed mortu9q̃ Moyſi & ꝓphetis noluit credere, in tormẽtis poſit9 ſenſit. Nemo militãs deo iplicat ſe negocijs ſæcularib9. Nõ ſaluabit̃ rex p multã uirtutẽ ſuã: nec dives diuitijs ſuis. Eſt em̃ æquus diuitiarũ fallax ad ſalutẽ. Nõne diuitijs cõiuncta eſt ſupbia? Et ubi ſuperbia eſt, ibi peius. Nõne oĩa oriunt̃ mala ex ſuperbia, tanc̃ ex una radice? Cũ em̃ dives factus eſt homo: & cũ multiplicata fuerit gloria dom9 eius, nõne ſuperbit? Et cũ ſuperbierit, nõne polluuntur uiæ ei9 in omni tpe? Et tunc ſedẽs in inſidijs cũ diuitib9 in occulto, cogitat ut interficiat innocentem. Oculi eius in pauperẽ reſpiciunt: & inſidiat̃ in occulto ut rapiat eum tanc̃ leo in cubili ſuo, dicens in corde ſuo: Oblitus eſt deus: auertit faciẽ ſuam ne uideat uſq̃ in finẽ. Etem̃ eſt dñs aliqñ dormiens, quaſi crapulatus a uino. Cum ỹo plus morat̃ deus patiẽtia ad inferendũ iudicia, plus inebriat̃ ira. Et ideo plus centuplo timendũ eſt, cũ longanimiter tolerat mala, q̃ cum feſtinanter punit. Permittit em̃ deus aliquo tẽpore cruciari bonos ab iniquis & ſuperbis, ut ſupra dorſum bonorũ fabricẽt peccatores, & prolongẽt iniquitatẽ ſibi. Et ideo q̃uis aliquantulũ obliuiſcat̃ deus pauperẽ: tñ in finẽ nõ obliuiſcet̃ miſereri. Sed qm̃ pupillo ipſe adiutor eſt, cui derelictus eſt paup: & ſuperbis reſiſtit deus, humilib9 dans gratiã: cõterit brachiũ pctõris & maligni:
B exaudiens deſyderiũ pauperis, iudicanſq̃ pupillo & humili: ut non apponat ultra ſuperbus magnificare ſe homo ſup terrã: ¶ Quapropter dilectiſſimi filij mei: ſi pauperes eſtis, humiliamini ſub potenti manu dei: ut nõ amittatis (quod abſit) quæ facitis. Nihil paupertas deo gratioſa eſt ſine humilitate. Maluit deus de beata maria incarnari ꝓpter humilitatẽ, q̃ ꝓpter aliam quancunq̃ uirtutẽ. Sicut em̃ ex ſola ſuperbiæ radice, omnia oriunt̃ mala: ſic ex ſola radice humilitatis generantur omnia bona. Diſcite a ſaluatore, quia mitis eſt & humilis corde: humiliauit ſemetipſum pro nobis, factus obediens uſq̃ ad mortẽ: mortem autẽ crucis. Propter quod dico uobis: & ſi humiles eſſe uultis, eſtote etiam obedientes omni humanæ creaturæ propter deum. Conſyderate filij chariſſimi, quo cenſeamini uocabulo: Monachus, id eſt unus. Non decet monachum uelle habere & nolle, niſi in nõ peccando. Sit enim uobis uelle & nolle hoc unum, in omnibus bonis, in rebus licitis obedire. Nec ſint uobis plura præcepta ut faciatis. Non eſt obediẽs, ſed negligens qui ſecundum expectat mandatum. Ad unius uobis dicitur iuſſionis uocẽ, Petrũ & Andream relictis retibus & omnibus quæ habebant, domini ſecutos eſſe ueſtigia. Hoc ſemper uera optat obedientia nunc̃ ſuæ obtemperare uoluntati, ſed reuerẽter alienæ. Iſtud nanq̃ in ultima cœna exẽplum Chriſtus reliquit: cum ſuorũ abluens pedes diſcipulorũ, Petro dixit: q̃ niſi obediens fieret, nõ haberet partẽ ſecum. Idcirco dilectiſſimi filij: ſicut uobis unum eſt nomẽ monachi: ita ſit unum uelle & unum nolle. Bonũ eſt em̃ & iucundum habitare fratres in unum.

Nec ſit in uobis maior aut minor: ſed qui præceſſor eſt, fiat ſicut iunior: ne uidelicet regũ gentium inſtar qui maior eſt in uobis, dominet̃ cæteris fratrib9: ut ab eis gaudeat ſuperuacuis laudibus attolli. Sed ad exemplum regis Ieſu Chriſti, maior humilitate efficiat̃, quaſi minor quib9 regendis præeſt. Sit enim ueſter maior per humilitatẽ ſocius minori cum bene agit: ſed cum delinquit, ſit erectus cõtra uitium per zelum iuſticiæ. Nullum ſit unc̃ cum uitijs fœdus: ſic diligat̃ homo, ut eius uitium odiat̃. Magnũ dilectionis ſignũ eſt hominẽ in quibuſcunq̃ minimis reprehendere. Sæpe multum uana nocet humilitas. Non uera humilitas eſt, uitia tacendo permittere. Clama ne ceſſes (Eſaias inquit), quaſi tuba exalta uocem tuam: annuncia populo meo ſcelera eorũ.

C scelera eorũ. Vtinã & contra uitia omnis clamaret creatura. Quia si peccator deum nõ timet, tñ homines reueretur. Quod Aplus nos docens dicit: Iraſcimini & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam ueſtrã. Iuſtus eſt dñs. & iuſticiã dilexit: æquitatẽ uidit uultus eius. Si iuſtus, & uos iuſti eſtote. Negligentia & uana paſtoris humilitas, efficit ut lupi in agnos audere poſſint. Ne reſpiciatis in uultũ potentis: non eſt perſonarũ acceptio apud deum. Vbiq; qđ iuſtum eſt, operemini. Vult uera iuſticia unicuiq; reddere quod ſuũ eſt. Obedire oportet deo, & nõ hominibus. Nonne ſi ueritatẽ tacetis metu potentũ, iudicatis apud uoſmetipſos: & facti eſtis iudices cogitationũ ueſtrarũ: & non plus ueſtra abundat iuſticia, cẽ ſcribarũ & phariſæorũ? Non plus diuitẽ honoretis cẽ pauperẽ, niſi melior ſit. Quinimo (ut uerius dicã) multo plus pauperẽ honoretis. Relucet eñ in paupere imago Ieſu Chriſti: in diuite autẽ, mundi. Oñes nos ex una ſumus carnis radice geniti: omnes inuicẽ membra ſumus in uno corpore, cuius caput eſt Ieſus Chriſtus. Quid ergo plus honoris meruit diues & potẽs, cẽ pauper? Forte, quia diues eſt & potẽs? Sed ſi hoc: quare diuitias in ſæculo deteſtamur: quare mũdi gloriã cõtemnendã prædicam9? Neminẽ certe malorum uſu honorandum puto. Si diuites honoras diuitijs plus paupere, deo præponis mundũ. Et ſi plus deo aliquid in mundo diligis, nõ dignus es deo. Reddite quæſo quæ ſunt dei, deo: & quæ ſũt mũdi, mũdo. Bonitas ubiq; honoret, malicia oñino deturpet. Sed qñ mihi nunc de his qui in caducis diuitijs ſuis glorianť: quicq; de quadã fœtidæ carnis poſt modicũ in cinerẽ reuerſuræ, nobilitate, potẽtia, & dignitate uana & leui: ſiquidẽ aurium quorundã ſtultorũ nominũ inſufflatione extollunť: & alios cõtemnendo deprimunt: ac ſe ob hoc credunt illam attingere gloriã, quã ſolis humilib9 & mundi cõtemptorib9 pius dñs præparauit, ſermo eſt: quid de eis ut cõuenit, diſſeram? Væ uæ uobis q ad cœlorũ regna diuitiarũ itinere feſtinatis: Quoniã facilius eſt tranſire camelũ per foramẽ acus, cẽ diuitẽ intrare in regnũ cœlorũ. Nõ mea ſunt hæc uerba, ſed Chriſti. Si hæc reuocabilis eſt ſentẽtia, Chriſtus omnino non eſt deus. Cœlum (idem inquit) & terra tranſibunt: uerba autẽ mea non tranſibunt. Vlulate uos o miſeri, nomẽ inſtabilis
D fortunæ, nobiles & potẽtes, qui alios cõfunditis, & tancẽ ignobiles cõculcatis: quia huius mundi honorũ & falſarũ dignitatum fumis obcæcati, cum ueſtræ uitæ breuiſſimæ tela a morte uelut a texente, forte hac nocte ſuccidẽť: in inferno fine interminabili præ alijs cruciabimini, cõtinue moriendo. Viuẽtes in laborib9 hominũ mundi nõ eſtis: imo cũ hominibus nõ ſolum labores non fertis, ſed laborantes uiuere nõ permittitis: idcirco non cum hominib9, ſed cũ diabolis flagellabimini. Quanto eñ in mũdo maior fuit gloria & lætitia, tanto maior in inferno præparať pœna. Sed quid dicam? Duodecim fatemur Chriſtũ apoſtolos elegiſſe: quorũ omniũ ſolus Bartholomeus carnis origine fuit nobilis: & Matthæus diuitijs (antecẽ reciperet apoſtolatum) inſiſtebat. Cæteri ỹo erant pauperrimi piſcatores. Cur hæc retuli, audiatis: Si Chriſtus uerax eſt: & ſi oñia quæ ex ore eius audiui, mẽdacia nõ ſunt: huiuſmodi hominũ, uix unus aptus regno dei inueniť de mille. Qui ỹo eorũ mihi nõ credunt, poſt modicũ tẽpus in tormẽtis poſiti ſentient. Sed forte quis ueritatis lumine cæcus iam mirabiť. Ad quẽ ego ſi ex hoc me interrogaret, reſpõderẽ: Nõne unico credimus damnari hominẽ mortali peccato? Sed ſi hoc (inquiet) ita eſt: ergo quõ ſaluabiť cenrũ milib9. Sed qđ diues & mortalis famæ aura paſtus aliud eſt, cẽ q̃ddã pctorũ oim uas putridũ? Vbi ſuperbia? Vbi auaricia? Vbi luxuria? Nõne in diuitib9 nobilib9 & potẽtib9? Nonne latrones ſunt, qui pauperum mercedẽ uiolẽter depredanť: & eos deprimũt atq; necant? Qui ex ubertate domus dñi faciunt iniqua, quã ut pauperib9 neceſſaria cõdonarẽt, receperũt. Certe ſuperfluitatẽ ueſtimẽtorũ, ſuperfluitati nimiæ addunt, de pauperib9 frigore & nuditate morientibus nõ curãtes. Palatia & magna erigunt ædificia: ut humanis oculis cõtemplenť: & pauperes in plateis moriunť incõmodis. Cõuiuia frequẽter alijs præparãt diuitib9; ut ferculis delicatiſſimis, ſuam uentris repleant ingluuiem, quib9 pauperes fame pereunt. Quid aliud eſt eorum uita, cẽ peccata? Si uenter repletus tanta ciborũ eſt copia, nõne ad fores eius adeſt luxuria? Et quid ergo amplius loquar, cũ omnis mortaliũ lingua deficeret: ut quæ milia peccatorũ faciunt, intimaret: nec deum niſi ſomniando cognoſcunt: nec ſe (ut puto) morituros arbitranť. Non enim facile in peccata labiť, qui ſe moriturũ cogitat: & deum ſibi fore iudicẽ nõ ignorat. Vere nimis imbecillis & miſer eſt, cui harũ rerũ eſt memoria: ſi cuncta diabolica tentamẽta nõ facile uilipendit. Idcirco

uere dicam,

A uere dicam,si deum iudicẽ ſuũ agnoſcerẽt:& ſe mori crederẽt,non peccarẽt ſaltẽ tam ſecure.Cur hi miſerrimi ad eccleſias properant:ut diuinis interſint myſterijs:an ut mulierũ contemplentur uultus?Hæc ſua eſt meditatio,hæc prædicatio,& dei cognitio . Sic diuinã percunctant̃ legẽ:ut pecuniã,terrã,mareq; peragrãtes,crebris uigilijs,& meditatioibus ſibi & ſuis filijs cõgregẽt:certatim ueſtimẽta in ſocietate, mira artificij uarietate frequẽter mutent:quin ut ludos, haſtiludia, choreas,procaciones,ebrietates,magna cõuiuia,delicata fercula,ſuis alternatim exhibeant ſodalibus:mulieres ad ſuã uoluptatẽ explendam ſufficiẽter habeant. Sed uæ miſeri,quid facitis non agnoſcitis:corpus añ tẽpus deſtruitis:& animã interficitis. Vñ infirmitates & mors tam intẽpeſtiua:niſi ex nimia ciborũ copia,& frequẽti mulierũ uſu? Deũ deludere creditis? Certe deluditis uoſmetipſos.Pro corpe obliuiſcimini animã: & ecce corp9 ſimul cũ anima deſtruitis añ tempus: & ideo gaudete, & iocundamini,& lætamini in hoc breuiſſimo temporis ſpacio quod habetis:ut poſtmodũ cũ diabolis ſine fine omni tẽpore lugeatis. Quod facitis,non differatis: frequentiſſime ueſtimẽta permutetis:ne forte ueſtra diſpereat nobilitas: nec ſit qui uos excedat,ut in inferno uerecundiã recipiatis & cõfuſionẽ. Vbi conuiuia? Vbi delicata fercula? Vbi uina precioſa melle mixta, & aromatib9 præparata? Epulemini,& inebriemini:nõ enim poſt mortẽ amplius facietis:ſed cũ diuite(qui q̃tidie epulabat̃ ſplendide)in tormẽtis gehennalib9 guttã aquæ minimã peroptabitis,nec habere poteritis . Agite ſolacia ueſtra:in luxurijs explete uoluptates. Seminate in corruptione,ut de corruptione colligatis diuinã ſententiã : quã iuſtus ille dabit iudex,in magno iudicij die dicẽs:Ite maledicti in ignẽ æternũ : qui paratus eſt diabolo & angelis eius.Heu cor lapideũ:ſi cũ talem tibi cogitas ob hui9 mundi parua ſolacia imminere ſentẽtiam, nõ formidas.Si illũ expectas diem tam terribilẽ & crudelẽ:in quo nõ ſolũ de luxurijs,ueſtib9,& ebrietatib9,comeſationibus,& de toto tẽpore amiſſo q̃ uixiſti,ſed etiã de qualibet te oportebit cogitatione uana dño reddere rationẽ:cur nõ emendaris? Cur moraris de die in diem miſer con
B uerti ad dñm? Cur te iã malorũ nõ pœnitet? Ecce mors properat,ut te cõterat,die noctuq; currens.Ecce diabolus iam ꝓperat ut te recipiat.Ecce diuitiæ tuæ tibi deficient.Ecce uermes corpus (qd̃ tanta enutris diligẽtia)expectãt,ut illud rodant:q̃ſq; iterũ cõiunctũ animæ,cũ illa pariter pœnas habeat infinitas.Quid errando ꝓ hui9 ſæculi inuia,in uanitatib9 petis ſolacia? Diuitias, gaudia,gloriã, & cætera tibi placita nõ inuenies hic:quia nõ hic ſunt .Sed ſi uera quæris gaudia, ad illã cœleſtẽ gloriã ꝓpera ad quã factus es.Ibi certe illa ſunt gaudia uera,quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit: nec in cor hois aſcẽderũt.Dimitte quæſo caduca & mometanea,& quære habere perpetua.Sed quid de his qui nec dei timore,nec amore, nec mortis & tormẽtorum ſubſequentium terrore a peccatis ceſſant:ſed cõdolent ſi (ut optant) praua agere nõ poſſunt, dicam? Væ uæ miſeri qui hic ridetis,quia plangetis. Væ cũ iſta optatis gaudia tẽporalia:quia uobis inuitis ſuſtinebitis tormẽta infernalia.Ecce uobis modicũ reſtat tẽporis:implete mẽſuras malitiarum ueſtrarũ,ut ueniat ſuper uos omnis diuina indignatio.Fruamini hoc paruo tẽpore in iocis, ebrietatib9,prælijs,& cõtentionib9,choreis,& procacionib9,nec uacuum præterire tẽpus dimittatis.Quid moramini dum uiuitis? Cõgregate filijs ueſtris honores,diuitias,& potẽtias. Veſtrã augete nobilitatẽ & famã:ut ueſtri filij quæ feciſtis explere & ipſi queant:quatenus cũ illis pariter in inferno ampliora patiamini cruciamẽta. Sed forte quis dicet:Benign9 eſt dñs & miſericors:qui omnẽ peccatorẽ ad ſe redeuntẽ recipit & indulget. Verũ quidẽ hoc eſſe cõfiteor . Benignior eſt em̃ dñs q̃ credit̃:& unicuiq; parcit ad ſe(ut cõdecet)redeunti . Nõne benigniſſim9 eſt dñs,qui tãtas tolerat iniurias a peccatorib9,dans eis tẽporis ſpaciũ ut emẽdent̃? Sed hoc noueris:quia ſicut benignus eſt in tolerando,ita iuſtus eſt in puniendo.Sed forte quis iterũ dicet:uir qui toto tẽpore quo uixit malefecit : in mortis articulo accepta pœnitẽtia,a deo ueniam obtinebit.Heu q̃ uana ſuſpitio & falſa meditatio. Vix de centũ milibus hominũ:quorũ mala ſemper fuit uita, meret̃ a deo habere indulgentiam unus. Vir totus in peccatis genitus & enutritus:qui nec deũ uidit:nec agnouit:nec de eo audire uoluit: nec ſe peccaſſe cognoſcit: nec quid pœnitẽtia ſit,niſi forte dormiendo nouit,totus adhuc ſæcularib9 innodatus negocijs:quẽ anguſtia premit filiorũ quos deſerit:quẽ infirmitas cõterit:quẽ dolor diuitiarũ,& tẽporaliũ bonorũ cõcutit, cum eis nõ poſſe frui amplius ſe cernit,q̃ acceptã deo accipit pœnitentiã:quã non acciperet,ſi adhuc

C se posse sanari crederet. Certe uere cōcludam: qui dum sanus est & iuuenis, deum offendere nō formidat: in morte nō merebit diuinā obtinere indulgētiā. Quæ dilectissimi filij est pœnitētia, quā solum quis accipit: quia se uiuere non posse amplꝰ cernit: qui si ex infirmitate cōualesceret, peior q̄ꝫ prius fieret? Scio nō modicos pecuniosorū, accepta in mortis articulo pœnitētia conua/ luisse corpe & peioraſſe uitā. Hoc teneo: hoc uerū puto: hoc multiplici experiētia didici: q̄ ei nō bonꝰ est finis, cui mala semp fuit uita: qui peccare nō timuit: sed in mūdi uanitatibꝰ semp uixit. Preciosa (inquit ꝓpheta) in cōspectu dñi mors sanctorū eiꝰ. Et mors pc̄tōrū pessima. Et ideo filij prædilectissimi accingimini potētia: estote filij potētes: & nolite horū miserorū diuitū, & po tentū (quorū iam tantā ostendimꝰ imbecillitatē & miseriā esse, quātā nō diceret lingua carnis) tenuem potentiā formidare in operando iusticiā. Qui em̄ ꝓpter iusticiā persecutionē patitur, beatus est. & bñ sibi erit: & si moriē, beatior. Preciosa nempe est in cōspectu dñi, mors sanctorū eius. Si cupis uitam tenere in Christo, noli mortē timere ꝓ Christo. Nō em̄ potes illa sustinere pro Christo, quæ sunt cōdigna ad futurā gloriā: quæ reuelabiē cū apparuerit gloria nostra quæ sursum est, & nō sup terrā. Nō speret mercedē qui nō laborat. Non sufficit solū christiani nomē. Christianꝰes, imitare Christū. Frustra christiani habet ille nomē, qui diabolū sequiē. Quinimo christianꝰ omnino nō est, sed antichristus: iuxta illud beati euāgelistæ Iohannis: Audistis quia antichristus uenit: nunc antichristi multi sunt. Vis ergo regnare cū Christo, patiaris cū Christo. Si Christū dñm & regē, cui est nomē sup om̄e nomē oportuit pati, ut sic intraret in gloriā suā: quā fiduciā habes te intrare sine labore? O q̄ꝫ stulti sumꝰ & tardi corde ad credendū. Volumꝰ hic gaudere cū sæculo, & postea regnare cū Christo. Dñs nudus ingrediē: seruus superfluitate onustus uestiū auri & gēmarū intrabit? Ille ieiunus, iste crapula & luxuria plenꝰ: ille in cruce ꝓ ipso moriēs: iste in lecto delicate dormiēs? Qd̄ dñs nō facit, seruꝰ faciet? Promittit dñs Zebedei filijs regnū suū, si calicē quē bibiturus erat, possent bibere. Sic fatui filij hoim nō recte iudicātes:
D neq; qd̄ uerū est, cognoscētes: dicētes malū bonū, & bonū malū. Reuertimini ad cor, uenientes audite me: & narrabo uobis quæ audiui & cognoui: & patres nostri narrauerūt mihi: nec occul/ tetur a filijs hoim. Adhærere deo bonum est: & sicut ille ambulauit, sic ambulare. Sicut Christus animā suā ꝓ nobis posuit: sic & nos (si opus est) ꝓ ꝟitate quæ ipse deus est, debemꝰ animas po nere. Qui amat animā suā in hoc mūdo, perdet eam. Christus pro nobis passus est: nobis relin/ quēs exēplū, ut sequamur uestigia eius. Nō se cogitet christianū, qui pro Christo mori se nō in/ uenit præparatū. Qui Christo ministrat, ipsum sequaē. Dicas homo qui solū nomine & uerbo christianꝰ es: Fidē christi habeo & prædico: Bonū est: sed ubi operaꝰ Fides sine operibꝰ mortua est. Certe dicam: qui Christū tm̄ ore & nō opere laudas, ipsum negas: quia si quæ dicit crederes, saltē eum timeres, & de peccatis uerecundareris. Et si credis & mala facis, centuplo puniēdus es. Nōne peccatū qd̄ fit ex certa malicia, infinito peius est pc̄tō qd̄ fit ex ignorantia? Peccauit ange lus, peccauit homo: alter ueniā potuit inuenire, alter nō. Qua de re? Ille ex ꝓpria malicia: homo suggestione diabolica. Et forte dices: Et ego similiter pecco suggestione diabolica. Ad qd̄ ego: qd̄ miser mereris præmiū, si nullum haberes prælium? Nōne terrestris miles ad omne se expo/ nit periculum, ut suo regi placeat? Nec certe ulla tibi esse potest excusatio, si te peccare diabolica dicis suggestione sicut & ille: quia tibi nō est occasio quæ illi. Vnum solum habuerat præceptū, ut de ligno non comederet. Nondum quid diabolica foret suggestio nouerat: nec quantū pec/ catum deo displiceat, scierat: & tu (ut dicis) nosti: & bene credis: & tot milia facis peccata. Et quid concludam? Qui tales sunt christiani, diligunt eum in ore suo: & lingua sua mentiuntur ei. Cor autem eorū nō est rectum cum eo: nec fidē habēt in testamēto eius. Si quis diligit Christum: si quis uerus est christianꝰ: & specialiter sacerdos & monachus: in q̄ tanq̄ꝫ in speculo relucet per fectio: nō solū renunciet om̄ibꝰ quæ possidet, sed etiā abneget semetipsum: ita ut totus sit mor/ tuus mundo. Quia nisi granū frumēti cadens in terrā mortuū fuerit, ipsum solum manet. Qui mundi uiuit negocijs, mortuus est deo. Oportet nāq; hominē qui uult capere pfectionē & tene re, ita mortuū esse mundo: ut tanq̄ꝫ mortuus nihil de rebꝰ sæcularibꝰ sentiat: ita ut cū Apl̄o di/ cat: Nostra cōuersatio in cœlis est. Et iterū: Viuo iam nō ego: uiuit autē in me Christus. Idcirco qui uere iustus est: uitā hanc quæ mors est, nō metuat amittere: ut uitā quæ Christus est, ualeat

inuenire.

A inuenire. Eos qui occidunt corpꝰ, nō timeat: quia animā non possunt occidere. Hic tribulationes quæ cito labunt, sustineat: ut gaudia quæ sine fine manēt, habeat. Hæc sola uia est, qua itur ad patriam cœli. Certe si alio posset iri tramite, in toto mēdax deus fieret. Non em̄ quæ dico uobis uerba, accepi ab homine: nec p̄ hominē didici, sed p̄ euangeliū suū. Ita q̄ oportet nos p̄ multas tribulationes acquirere regnū dei. Errat in uia, qui p̄ diuitias & delitias festinat ire. Signū mani festæ damnationis est, in hoc mundo sua beneplacita assequi: & a mundo diligi. Quos deus diligit, hos sæpe corripit & castigat. Si in mundo gloriari oportet, libēter gloriemini in tribulationibus & aduersitatibꝰ uestris. Promisit em̄ Christus hæc suis discipulis: quos dilexit usq̄ in finē in signū præcipuæ dilectionis, cū in ultima cœna dixit: Amē dico uobis: quia plorabitis & flebitis uos: mundus autē gaudebit. Gaudete filij mei prædilectissimi, cū odit uos mundus. Desyderate sufferre cōtumelias & opprobria ab hominibꝰ: quia beati eritis cū maledixerint uobis homines: & p̄secuti uos fuerint, & dixerint omne malū aduersum uos: mentiētes p̄pter filiū hominis: gaudete tūc & exultate: q̄m̄ merces uestra copiosa est in cœlis. Vtinā in uos insurgeret totus iste mundus. Scitote q̄ de mūdo nō estis: q̄m̄ si de mūdo essetis, mundus q̄d' suū esset diligeret. Omne gaudiū uestrū existimate, cū multa habetis in sæculo opprobria & aduersitates: sciētes q̄ fortitudo & patiētia ex ipsis oriunt'. Patiētia autē p̄fectū opus habet. Probant' autē uirtutes in hoie p̄ patiētiā, tanq̄ aurū p̄ ignē. Qui cæteras habet uirtutes sine patiētia, aurū in uasis fictilibus portat. In sola (dicebat saluator) patiētia uestra, possidebitis animas uestras. Fortitudo cōnexa est patiētiæ. Vir patiēs, fortis est animo. Qui patiēs & fortis est, secure bona sequētis uitæ sperare pōt. Seruate patiētiā in mēte: eamq̄ dum tēpus est, exercete in operatione. Est enim patientia uelum, quo in huiꝰ mundi procellis, nauis nostra quocunq̄ flante uento nauigat secure: nullū timēs periculū. Nullum uestrū ad uindictā uel odium p̄ximi, cōtumelioſa uerba cōmoueant. Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est: qui pluit sup̄ iustos & iniustos:

B & solem suū facit oriri sup̄ bonū & malū. Iudiciū sine misericordia illi fiet, qui nō facit misericordiam. Misericordia superexaltat iudicium. Si nō remiseritis de corde uestro illis qui offendunt uos: nec pater uester dimittet uobis. Frustra petit misericordiā, qui alijs denegat misericordiā. Sustinetis (inquit Aplus) si quis uos in seruitutē redigit: si quis in faciē uos cædit. Hic uestra stabilitur uirtus: hic tota merces & præmiū: ut amicos diligamꝰ in deo, & inimicos propter deum. Seruus ille nequā accepta misericordia, conseruo suo denegauit misericordiā: & ideo meruit habere seueritatē iusticiæ. Iusticia sine misericordia, crudelitas est: & ideo iusticiæ misericordia miscenda est. Lex nostra tota in misericordia est. Propter peccatū quoq̄ poterat dānare nos deus iusticia, q̄s sua saluauit misericordia. Quapropter qui misericordia caret, christianꝰ non est. Impossibile est esse hominē misericordē & piū, & iram non placare diuinā. Beati misericordes: q̄m̄ ipsi misericordiā cōsequent'. Sacerdos & monachus præcipue sine misericordia, nauis est in medio pelagi undiq̄ perforata. Vana religio est, quæ caret misericordia. Parū prodest differentē esse uestimētis a sæcularibꝰ, & cōcordē uita. Non uestimētis & ordine solū q̄s est sacerdos & monachus, sed uita. Heu q̄d dicā: Sæpe ex magna abundantia tristiciæ, homo multa loquit'. Ecce mundus undiq̄ feruet monachis & sacerdotibꝰ, & tm̄ iam sunt rarissimi sacerdotes & monachi: q̄ uix de centū unus reperiat' bonꝰ. Nulla certe in mūdo tam crudelis bestia, q̄ malus sacerdos uel monachus: nam corrigi nō patit': nec ueritatē unq̄ audire pōt: & ut breuiter dicā, oēs præeminet malicia. Sunt hi tales sacerdotes & monachi solū habitu & noie, quorū uana est religio. Religio munda & immaculata apud deum patrē hæc est: Visitare pupillos & uiduas in tribulatione eorū: & immaculatū se custodire ab hoc sæculo. Heu quantū in quibusdā spiritualibꝰ habitu & nomine creuit cupiditas: imo (ut uerius dicam) causa huiꝰ spiritualitatis est auaricia: qui certe sunt lupi rapaces in uestimentis ouium. Vbi sacerdos & monachus cupidus est, & sine misericordia: ab eodē plus q̄ a serpēte fuge. Sunt etiā nōnulli qui totū suū fructū existimant ecclesias & monasteria, miro modo & opere ex pauperū mercede ædificare: in quibus tanta uiget cupiditas: ut terrā sibi & oēia deficere putēt. Ibi cor, ibi mens, ibi semp̄ sua est cogitatio: ut aliena possint expoliare marsupia. Nos tales saluator increpans: Væ uobis (inquit) qui ædificatis monumēta p̄phetarū. Ecce qui monasteria ædificant, ecclesias miro artificio aptant: Bonū uident'

C opus facere. Sed ſiquidem miſericordiam pauperibus faciunt, bonum eſt. Vis ut opus tuũ deo placeat, fac ut de hoc pauperes gaudeant. Quod templum eſt deo charius, q̃ homo? Templum dei uos eſtis (inquit) Apoſtolus. Cum pauperi manũ tribuis: cum uiro in ſuis neceſſitatib⁹ ſubueni: cum errantem ad uiam rectam reducis: o q̃ admirabile & deo gratum templum ædificaſti. Frange eſurienti panem tuum: & egenos uagoſq; induc in domũ tuam. Nemo ſe excuſans dicat: non habeo quod pauperi fratri tribuam. Si ueſtimentum uel aliquid ultra extremam poſſides neceſſitatẽ: & pauperi indigenti non ſubuenis, fur es & latro. Sumus dilectiſſimi filij in rebus tẽporalibus ſolũ diſpẽſatores, & nõ poſſeſſores. Si quid ſuperfluũ quo frater egeat poſſidemus: furamur, imo peius q̃ qui furatur aliqua ex inopia & neceſſitate. Iſte tantum ultra neceſſitatem retinet: quo centum uiuerent, qui fame pereunt. Ille uni furtum facit: iſte tot, quot non condonat patientibus neceſſitatẽ. Dices forte miſer, meum eſt: nam hoc dimiſerunt mihi parentes. Quomodo tibi potuerunt dimittere quod ſuum nõ erat? Aſt ſi ſuum erat, inquies: unde habuerunt? quis dedit eis? quid in mundum ueniẽtes, apportauerũt? quid recedentes ſecũ ferent? Certe quæ pauperũ poſſidem⁹, in die iudicij corã oculis diuinæ iuſticiæ uindictã exclamabunt. Qui habet aures audiendi, audiat. Qui mihi non uult credere: heu q̃ grauiter ſentiet, cum diuitiæ ſuæ tranſierint in ægeſtatem. Lex naturalis hoc præcipit: ut quod ab alijs deſyderamus, hoc alijs faciamus. Quid aliud lex uetus prædicat? Ac euangelicam doctrinam percunctare undiq; quid aliud inſinuat? Vere corã deo iudice erunt teſtimonia. Quid ergo dicam de his, qui ſolum lapides congregant: & muros erigunt in altitudinẽ: quorum eſt cor & cogitatio, ut humanis oculis opus appareat? Laudatur ædificium: & totam hic ſuam arbitrant iuſticiam? Sunt etiã aliqui qui de rapinis & pauperum ſudore oblationes & uictimas deo offerunt. Tales oblationes ante diuinam dæmentiam non parum ſunt abominabiles. Quis tam inſipiens eſt, ut nõ intelligat q̃ talia ædificia non cedunt ad dei gloriã, ſed ad mundi pompam? Sed ſi quis diceret: Quid dicis?

D Nonne bonũ eſt ædificare monaſteria, ut inde honoret deus? Ad quod ego: Bonum eſt, dummodo pauperes uiolentiam non ſint paſſi: nec interpellent deum cõtra eos. Quomodo poſſum ædificare domum deo placitam uel ſanctis eius ex illis pecunijs, de quibus pauperes plorant? Qualis iuſticia poteſt eſſe munerare mortuos, & ſpoliare uiuentes: & de indigentia pauperum offerre deo? Certe ſi hæc placeret deo iuſticia, foret ſocius uiolentiæ. Et ſi hanc a nobis uellet oblationem, conſcius fieret in peccato. Aſt ſi deo diſplicet, nõ poteſt placere ſanctis. Qua de re filij dilectiſſimi, deponẽtes omnem maliciam, omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones: ſicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcite: ut in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt dominus. Vere ſi non eritis ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Paruulus uidens pulchram mulierem, nõ delectatur. Precioſam ueſtem intuens, non deſyderat. In iracundia non perſeuerat læſus: non recordatur, nec odit. Patrem ſequitur: matrem nõ deſerit. Et ideo nullus ſe regnum cœlorum cogitet attingere, niſi hanc paruuli innocentiam & ſimplicitatem imitari ſtudeat: id eſt caſtitatem habere: mundum ſpernere: fratrem diligere: patientiam ſeruare: patrem Chriſtum ſequi: & in gremio matris eccleſiæ ſemper incumbere. Et exuite uos dilectiſſimi ueterem hominem: & induite uos armatura dei, ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Diabolus nihil in mundo poſſidet. Expoliati ergo mundanis rebus momentaneis: & cito uelut umbra labentibus, cum nudo pugnetis. Qui oneratus ueſtibus cum nudo luctatur, citius ad terram deijcitur: quia unde teneatur, habet. Vis firmiter cum diabolo dimicare, ueſtimenta proijce ne ſuccumbas. Terrena omnia ſunt, quaſi quædam corporis indumenta. Qui plus poſſidet, citius uincetur. Arma ueſtra pugnaturis ſint caſtitas, patientia, humilitas, & charitas. Hæc ſunt arma aduerſus uerſutias diaboli: quibus ſi muniti fueritis, accingetis fortitudine lumbos ueſtros: & roborabitis brachium ueſtrum. Fortitudo & decor indumentum ueſtrum erit: & cum eritis in prælio, ridebitis. Non timebitis a frigoribus niuis: & uere fundata erit domus ueſtra ſuper firmam petram, quæ Chriſtus eſt. Enſis diaboli, luxuria. Heu quot illa interficit romphea. Non eſt aliquod peccatũ, quo totiens diabolus uictor exiſtat. Fugite luxuriã: nam ſicut uirginitas hominẽ æquat angelis, imo plus eum facit q̃ angelum: ita luxuria hominẽ plus q̃ beſtificat: & (ut ita dicam) multo peius beſtia cum efficit. De nullo alio

peccato

A peccato legitur deum dixisse se pœnitere fecisse hominem. Hæc huiusmodi facit opera. Corpus debilitat: & quasi semper eum morte destruit: famam denigrat: marsupia euacuat: furta instruit: homicidia causat: memoriam hebetat: cor aufert: oculos utriusq; hominis cæcat: & præ cæteris iram dei prouocat. Ex radice gulæ oritur. Pro nullo alio reatu, tam manifestam iusticiam exercuit deus sine misericordia q̄ꝑ ꝓ isto. Propter hoc nanq; legitur peccatū, deum mundo induxisse diluuium. Sodomam & Gomorram combussisse: & multos alios homines interemisse. Hoc rete diaboli: si quis hoc capitur, non cito soluitur. In isto tam graui prælio, nemo potest uincere, nisi fugiat: nemo potest firmiter perdurare, nisi carnem domet. Qui uino utitur, ignem portat in gremio. Nolite (inquit Apostolus) inebriari uino, in quo est luxuria. Hoc prælium non sustinetur, nisi in abstinentia & ieiunio. Vinum nocet: sed uultus centuplo magis mulierum. Mulier, diaboli sagitta est: qua in luxuriam homo cito trahitur. Nullus in hoc confidat uiuens. Si sanctus es, nec tamen securus es. Mulier, uiri preciosam animam rapit. Nunquid abscondere potest homo ignem in sinu suo, ut uestimenta illius non ardeant: aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ eius? Homo & mulier, ignis & palea. Diabolus nunc̄ꝑ insufflare cessat, ut accendatur. Huius prælij nunc̄ꝑ fiet uictor, nisi fugiens. Nunc̄ꝑ uiro cum muliere sint longa colloquia. Sola insimul loqui faciat necessitas. Vir mulieris cuncta spernat munuscula, & blanda uerba, si nō uult luxuriæ capi laqueis. Tanta sit inter uirum & mulierem raritas: ut alter alterius nomen nesciat. Plurimi sanctissimi iam ceciderunt hoc uitio, propter suam securitatem. Timeatis filij: si in alijs peccatis timendum est: in isto multo plus: sed uere dicam: Hodie sub spiritualitatis nomine, nouum fit fornicationis genus a pluribus. Heu quid proferam? Hodie non uerecundantur homines, quinimo gloriantur cum malefecerint. Aliqualis in mulieribus uiget uerecundia, quanc̄ꝑ parua: sed in uiris ita hæc creuit malicia: ut ille putetur insipiens, qui huiusmodi doctus non est. Quid plura? Hæc sua est festiuitas, hæc omnis prædicatio. Ob hoc frequentant
B ecclesias: ut mulieres uideant, & earum utantur colloquijs: quaten⁹ inde luxuriæ amplius crescat appetitus. Sed quid uir miser gloriaris in malicia ista? Forte quia potens es in iniquitate? Centuplo plus peccas q̄ꝑ mulier. Mulier mollis, & tu fortem te existimas. Illa in domo sedet: & tu uagando mille modis eam illaqueas, & aliq̄n eam cogis, ut ui faciat. Hæc cum facis, quia deus tacet: tu cogitas, q̄ꝑ sit tibi similis. Sed ueniet tempus quo arguet te: & statuet contra faciem tuam. Vnde filij estote prudentes sicut serpentes: & simplices sicut columbæ: & pugnate uiriliter cum antiquo serpente. Sint lumbi uestri præcincti: & lucernæ ardentes in manibus uestris: & tunc uiriliter agite, & confortetur cor uestrum: quoniam illi qui debellabant uos, timebunt: & in deo facietis uirtutē: & ipse ad nihilum deducet tribulantes uos. Prædilecti mei, diligite uos inuicem. Non enim accepi hoc ab homine, sed a saluatore: Hoc est (inquit) præceptum meum: ut diligatis inuicem. In sola dilectione, omnium uirtutum bona cōsistunt. Sicut ex una radice multi exeunt rami: sic ex charitate omnes generant' uirtutes. Si linguis hominū (inquit Apostolus) loquerer & angelorum: si omnem habuero prophetiam: & nouero mysteria omnia & omnem scientiam: si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habeam, nihil sum. Qui ueram habet charitatem, benignus est & patiens. Ille ueram habet charitatem, qui non tm̄ proximos diligit per affectum cognationis & carnis, sicut ethnici & publicani faciunt: sed ita diligit inimicum, sicut amicum. In hoc uno potest homo agnoscere si manet in charitate: si ab eo diligitur qui ei aduersatur. Certe hic q̄ꝑplurimum animaduertendum est: Sunt q̄ꝑplurimi qui diligunt, sed male: Intantum enim aliquem diligunt, ut dilectionem dei perdant. Qui aliquid supra deum diligunt, deo non sunt digni. In cunctis uirtutibus requiritur temperantia. Virtus semper uult medium. Nimis diligere malum est: minus diligere malum est: sed ut ius exigit diligere, bonum est. Omnis dilectio quæ nocet, uitanda est. Propter nimiam dilectionem aliqui in luxuriam ceciderunt: propter modicam aliqui in inuidiam deuenerūt: multi orationes & dei obsequia dimiserunt. Hoc quippe agit superfluus amor: ut quem diligit, semper uidere uellet. Nimius & stultus amor, ignorat siquidem iusticiam & ueritatem: ratione caret: modum nescit:

C neq; aliud cogitare poteſt, q̄ quod diligit. Amor iſte non accipit de impoſſibilitate ſolacium: neq; ex difficultate remedium. Impoſſibile eſt hominem qui talem habet amorem, deo poſſe acceptabiles orationes facere aut placere. Hic amor non eſt charitas, ſed ſtultitia. Omnes noſtros debemus diligere fratres, ſicut noſmetipſos: ita tamen ut uitia non diligantur. Punire malum, charitas eſt: plus meliorem diligere, iuſtum eſt. Sic diligendi ſunt homines: ut bonitas exaltetur, & uitium deturpetur. Vera charitas exigit, ut deum diligamus ex toto corde, & ex tota mente, & ex totis uiribus noſtris: & ita ſingulariter, quod cum deo nihil aliud diligamus: & proximum noſtrum ſicut nos. In iſtis duobus mandatis, tota pendet lex & prophetæ. Qui ſine charitate eſt, ſine deo eſt: quia deus charitas eſt: & charitas deus eſt. Qui manet in charitate, in cœlo iam cœpit habitare. In cœlo una eſt charitas omnium beatorum. Vbi charitas uera eſt, ibi inuidia nulla eſt: ibi ambitio nulla cognoſcitur: nec murmuratio, nec detractio, nec irriſio, ſed eſt omnibus una & eadem uoluntas. Hoc ſcitote fratres: quia ſi non habetis charitatem perfectam, ſub diabolica poteſtate eſtis: nec ultra uobiſcum deus habitat: & qui ſine deo eſt, in inferno eſt.

Idcirco prædilectiſſimi mei filij, hortor uos dum tempus habetis: ne in uacuum gratiā dei recipiatis: gratia dei data eſt omnibus, per mortem filij eius. Dum tempore iſto breuiſſimo uiuimus, ſeminemus, qđ poſtmodum ſuo tempore metemus. Breues dies hominis ſunt. Præcidit̄ uelut a texente uita ueſtra: tanq̄ fur, mors uenit. Cum mortuus fuerit homo, non ſimul deſcendit cum eo gloria domus eius. Diuites in bonis q̄uis minimis, ducunt dies ſuos: & in puncto ad inferna deſcendunt. Opera cuiuſlibet ſequuntur illum. Perrarum eſt, ut hominis cuius ſemper mala fuit uita, bona ſit mors. Siue malum ſiue bonum tempore iſto fecerimus, illud idem poſt finem mortis inueniemus. Non expectetis: quia tempus iſtud acceptabile eſt. Dum lucē habetis, non ambuletis in tenebris. Qui ambulat in tenebris, neſcit quo uadat. Lux ueſtra Chriſtus eſt, quæ lucet in tenebris: & illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Vt ergo
D filij lucis ſitis, & tenebræ uos non cōprehendant: ad ipſum accedentes lapidem uiuum: ab hominibus quidē reprobatū, a deo autē electū & glorificatū: & ipſi tanq̄ lapides uiui ſuperædificamini: & in omnib⁹ exhibeatis uoſmetipſos ſicut dei miniſtros, in multa patiētia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate nō ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei. Non ſit inter uos mēdacium. Omnis uir mendax, abominabilis eſt deo. Eſt enim deus ueritas: & ueritati obſtat mendacium. Omne fugiatis uerbum ocioſum. De quolibet enim uerbo ocioſo & uano, reddemus deo rationem. Silentium diligite. Vbi eſt multiloquium, ibi frequenter mendacium: ubi mendacium eſt, ibi peccatum. Sermo indicat qualis eſt homo. In ore ſacerdotis uel monachi, nullum unq̄ ſit uerbum, in quo non ſonet Chriſti nomen: ſemper diuinam ruminet legem. Etenim qui in lege domini meditatur die ac nocte: non abiens in conſilio impiorum, neq; in uia peccatorum: erit tanq̄ lignum plantatum ſecus decurſus aquarum: cuius folia non decident, ſed dabit fructum in tempore ſuo: & omnia quæcunq; fecerit, ſemper proſperabunt̄. Certe nil tam nocet homini, q̄ mala ſocietas. Talis enim efficitur homo, qualium ſocietate fruitur. Nunq̄ cum agno lupus habitat. Vir certe caſtus, luxurioſi ſocietatem fugit. Pluſq̄ impoſſibile puto uirum diutius in bonis permanere operib⁹, qui malorū aſſidua cōuerſatione utitur. Cum ſancto (Pſalmiſta uociferat) ſanctus eris: & cum uiro innocente, innocens eris: & cum electo electus eris: & cum peruerſo peruerteris. Sicut em̄ mala nocet cōuerſatio: ita bona prodeſt. Nihil poteſt huic cōparari theſauro. Qui bonā inuenit ſocietatē, uitam inuenit: diuitijs affluit. Certe uere dicam: Perraro homo uel bonus, uel malus efficit̄, niſi ob ſocietatis cauſam. Pueri cor, tanq̄ tabula in qua nihil pictum eſt, fore dicit̄. Illud ergo quod a ſocietate recipit, uſq; ad ſenectam retinet, ſiue bonū ſiue malū ſit. Raro cū iuuene iuuenis habitet. Nam ignis ſi apponatur igni: calorē non extinguit ſed enutrit. Semper uir quem delectat ſapientia, ſe maiori ætate & ſapientia ſocius exiſtat. Alioquin ſi ſibi ſimili ſocietur: aſſidua ſocietate, de ſtultitia in ſtultitiam dilabetur. Ante omnia autē filij mei: nolite iurare omnino,

A rare omnino:neq; per cœlum, neq; per terram, neq; aliud quodcunq; iuramentum. Sit autem
sermo uester est,est:non,non. Cuius in ore frequens sonat iuramentum:in ipso homine parua
est dei cognitio & dilectio. Si non est quod iuro,deum esse nego. Præceptum em̃ dei prohibet:
Non assumatis nomen dei inuanum. Orationibus instate continuis. Multũ ualet frequens
oratio & deuota. Oratio hominem a terra subleuat,ad cœlestia uehit: & facit hominẽ cum deo
loqui. Gratias ab eodem obtinet:dũmodo sit deuota & mixta lachrymis. Multum ualet oratio
frequens conspersa lachrymis ad promerendam diuinam clæmentiam, ad exauditionis bene-
ficium. Obtinuit Eçechias statim gratiam a domino suis lachrymis & orationibus: ut mutaret
fententiã quã sibi indixerat. Liberauit dominus Susannam a iudicio diræ mortis, propter ora-
tionem & lachrymas. Orationibus Eliæ,cœlum dedit pluuiam, quod clausum fuerat tribus an-
nis & sex mensibus. Si quo egetis, petatis a domino orationibus & lachrymis,in fide nihil dubi
tantes. Quia qui fidem habet ut granũ sinapis:quicquid petierit fiet statim illi. Idem dominus
est diues in omnibus:qui tunc erat & nũc est. Spes uestra,gaudiũ uestrũ,cogitatio uestra:& om-
ne desyderium uestrum sit semper deus. Quoniam ex ipso,& in ipso,& per ipsum sunt omnia:
in quo uiuimus,per quem mouemur & sumus: sine quo nihil penitus sumus. Iam filij mei nõ
multa loquar uobiscum. Venit enim hora ad quã natus sum. Hac conditione huc ueni ut exi-
rem. Nunquã natus fuissem si mori non debuissem. Suo proprio non pepercit dominus filio:
sed pro nobis omnibus fecit eum mori in crucis stipite: per cuius mortem mors nostra mortua
est. Nemo enim nostrũ sibi uiuit uel moritur. Siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue mori-
mur,domino morimur. Siue ergo uiuimus siue morimur,domini sumus. In hoc enim uocatus
Christus uiuorum dominus & mortuorum. Si em̃ Christus mortuus est (certe non est seruus
maior domino suo)idcirco & nos moriemur. Si em̃ resurrexit,habemus spem firmissimam qđ
& nos resurgemus. Et si Christus sic resurrexit ut amplius non moreretur:certe & nos post re-
surrectionẽ nostram nunquã moriemur,sed semper cum ipso in gloria stabimus. Cum em̃ mor
tuus fuit Christus:uetus homo noster simul mortuꝰ est:ut destrueret corpus peccati. & fieremus
B ũnũ corpus cũ illo. Idcirco si resurrexit Christus,& nos resurgemus cũ illo:quia sumus membra
eius. Si autẽ & Christus non plus morietur, & nos similiter. Quo quidem dilectissimi filij mei,si
nunc morior,credo qđ redẽptor meus uiuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rur
sum circũdabor hac pelle mea: & in ista propria carne mea uidebo ipsum saluatorẽ:quẽ uisurus
sum egoipse qui nunc loquor, quẽ hic nunc cernitis morientẽ,& non certe alius loco mei. Et isti
ppꝛij mei oculi quibus uos uideo, cõspecturi sunt. Vnde dilectissimi filij mei uidete quõ caute
ambuletis:nõ quasi insipientes,sed ut sapientes. Et nolite secundũ carnẽ ambulare:quia si secũ
carnem ambuletis, moriemini. Sed spiritu ambulantes, & facta carnis mortificantes, nunc me-
cum exultate,cantate & psallite. Abijcite uestimenta luctus & tristiciæ. Spargite cinerem de ca-
pite uestro. Iubilate deo, psalmum dicite nomini eius:date gloriam laudi eius,quoniã hucusq;
transiui per ignem & aquam:& ecce nunc inducit me in refrigerium. Introibo in domũ domini.
& reddam uota mea de die in diem. O quantũ lucrum mihi est mori:quoniam uiuere deinceps
meum Christus erit. Ecce terrestris domus huius habitationis dissoluitur: ut alia succedat non
manufacta,habitatio æterna in cœlis. Ecce quod mortale est uestimentũ exuor,ut æternum in-
duar. Hucusq; peregrinatus sum:iam redeo ad patriam. Ecce brauium capio,pro quo in agone
cucurri. Ecce portum attingo quem tanto desyderaui desyderio. Ecce de tenebris ad lucem: de
periculis ad securitatem:de inopia ad diuitias:de prælio ad uictoriam:de tristicia ad gaudium:
de temporali uita ad perpetuam:de fetore ad odorem suauissimum uehor. Hic cæcus sum & il-
luminor: undiq; uulneratus & sanor. Hic semper contristatus sum: & ecce iam lætificor. Ve-
re hic uiuens mortuus sum,& iam uere uiuificor. Vita mundi non uita sed mors: uita fal-
lax, uita onusta tristicijs: imbecillis & umbratica, uita mendax. Nunc flores,& statim arescis:
uita priuans,uita cui ines,uita fragilis, uita momentanea & caduca: quæ quanto magis crescis,
tanto magis decrescis. Cum plus procedis,plus ad mortem propinquas. O uita plena laqueis,

C quot in mundo homines illaqueas, quot per te iam ſuſtinent tormenta infernalia? Quã beatus qui tuas agnoſcit fallacias: quã beatior qui de tuis non curat uanis blanditijs: quã beatiſſimus qui te bene priuatus eſt. Melior eſt negociatio mortis argento & auro, primi & puriſſimi eius fructus. O mors dulcis & iocunda. Non certe mors quæ uitam ueram largiris, quæ fugas febres & uulnera: famem extinguis & ſitim. O mors iuſtiſſima & pia bonis: & malis aſpera: humilias ſuperbum, diuitem & potentem: & exaltas humilem. Per te pauperes ſatiantur cũ auarũ proijcis. Tu malis das ſupplicijũ, & iuſtis æternum premiũ. Veni ſoror mea, ſponſa mea, amica mea, dilecta mea: indica mihi quẽ diligit anima mea. Oſtẽde mihi ubi paſcat dñs meus: ubi cubet Chriſtus meus. Ne dimittas me amplius uagari per inuiũ huius incolatus mei. Exurge gloria mea, porrige mihi manũ: trahe me poſt te: apertũ eſt cor meũ, ut exurgam, & poſt te curram in odore unguentorũ tuorũ, donec introduxeris me in cellaria domus dñi mei, ut exultẽ & gaudeam cum apparebo ante faciem ſuam. Tunc cantabo & pſalmũ dicam dño. Ecce tu pulchra es amica mea: iam noli morari amplius. Ecce oẽs dies mei defecerũt & anni mei trãſierũt uelut umbra. Cõuertere aliquantulũ ſuper me: quia te inuenire exultaui, & in te delectatus ſum oẽibus diebꝰ uitæ meæ. Suſcipe me: nã cũ ſuſcepiſti dñm meũ, me ſaluaſti, me uiuificaſti. Iã reſpice in me, ſaluum me fac, & libera me de aquis multis, & de manu filiorũ alienorũ. Erue de carcere animã: & reduc eam per gratiã quã operata fuiſti ſuſcipiendo dñm meũ: unde exulaui per culpam, quã perpetrauit meus genitor Adam. Veniã per te in hortum dilecti mei, ut comedam fructum pomorũ ſuorum Defecerunt ſicut fumus dies mei: & caro mea iam ſicut fœnum aruit. Ecce iam uenit tempus miſerendi mei: noli tardare, accelera ut eripias me: quia amore langueo. Per te bona mors, fructũ recipimus bonorũ quæ facimus, cognoſcimus premia quæ ſperamus. Antequã uenias, deum ex parte cognoſcimus: dum ueneris, perfecte uidebimus eum ſicuti eſt. Nigra es ſed formoſa, pulchra es & decora, fauus diſtillãs labia tua. Terribilis es: & quis reſiſtet tibi? Terribilis quidem apud reges terræ: aufers ſpiritum principũ: notam facis humilibus uirtu
D tem tuam: tu confringis cornua peccatorũ, & exaltas cornua iuſtorum. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ: uidit & cõmota eſt terra. Aperi mihi dulcis ſoror & amica mea ianuas uitæ, quas aperire mihi promiſiſti cum fuiſti cum domino meo, ut iam ſit in pace locus meus: & habitatio mea in ſion. Expolia me iſta mortali tunica mea quã fero, ut induã me ueſtimentis lætitiæ. Anima mea liquefacta eſt: ut inuenire poſſim dilectũ meũ quẽ in mũdo quæſiui & nõ inueni. Inuenerunt me in hac ſolitudine cuſtodes, qui circueunt ciuitatem, percuſſerunt me, & uulnerauerũt me, & tulerunt palliũ meũ cuſtodes murorũ. Percuſſus ſum & humiliatus ſum a uoce malorũ & dolorũ. Tota die exprobrabãt mihi inimici mei: loquẽtes aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibꝰ odij circũdãtes me, & expugnãtes me gratis, poſuerũt aduerſum me mala ꝓ bonis: & odiũ pro dilectione mea. Ergo iã bona mors propera: cõfringe arcũ, cornu, ſcutũ, gladiũ & bellũ. Si moraris, iam deficit pauliſper ſpiritus meus ꝓpter multitudinẽ dolorũ meorũ. Iam cõſolationes tuæ lætificent animã meã. Hodie uocem meã audiens: noli obdurare cor tuũ. Quando ueniã & apparebo ante faciem dei: ut inhabitẽ in domo ſua in longitudine dierum? Fuerunt mihi in miſeria huius uitæ lachrymæ panes die ac nocte: labores, contumeliæ, afflictiones, erumnæ, fames, ſitis, ieiunia, uigiliæ, tentationes & peſtilentiæ. Audi gemitus uinculati, ſolue colligationes meas. Accipe filium hic famelicum in regione aliena: & redde eum patri ſuo. Suſcipe ulceribus plenum: & colloca eum in ſinum Abrahæ patriarchæ. Fac me intrare in uineã domini ſabaoth, ut nõ ſtem hic ocioſus. Suſcipe me de manu iniquitatis & deduc me in uiã æternã. Educ me de tenebris & umbra mortis. Diſrumpe uincula, ſolue compeditum, illumina cæcum, erige eliſum, cuſtodi aduenam & pupillum. Sedenti in tenebris, & habitanti in regione umbræ mortis: oſtende lumen tuũ: illumina nunc me, ut nunquã amplius obdormiã in morte. Hæc & his ſimilia ꝓſequẽte ſanctiſſimo uiro, omniũ aſtantiũ creuit mœror & triſticia: nec qs noſtrũ poterat ſe a lachrymis cõtinere, ſed omniũ una erat uox plãgentiũ. Quid ſine te faciemꝰ pater? quo ꝓgemus? Vineam iſtam ex Aegypto trãſtuliſti & plantaſti eam: ut quid auertis faciẽ tuã ab ea? In lumine

uultus tui

A iultus tui ambulabam⁹:gloria uirtutis noſtræ tu eras.Heu qd ſine te amplius faciemus? Tu pa
ter,tu doctor & refugiũ,tu exẽplar innocentiæ:utinã nobis tecum mori liceat. Iam ad nihilũ de-
ueniemus:ſicut oues erimus ſine paſtore.Ad nihilũ deueniemus uelut aqua decurrens:non erit
qui cõſoletur nos.Fient filij tui orphani:& famẽ patiẽtur ut canes:circũeuntes undiq; te nõ inue
niẽt.Heu quãtus ſup nos cecidit ignis.Non te deinceps uidebimus ſolẽ.Cõgregatio qd faciet fi-
deliũ ſine te? Tu diſperſio hæreticorũ eras:tu interfector eorũ gladio oris tui. Tu eorũ malleus
& ſecuris,cõterẽs eorũ dentes in ore ipſorũ:molas leonũ confringẽs:& deducẽs eos in puteũ in-
teritus.Gaudebũt nunc & exultabũt,& humiliabũt populũ tuum,& hæreditatẽ tuã uexabunt.
Captabũt in animã iuſti:& ſanguinem innocentẽ condemnabũt.Incendẽt igni ſanctuariũ dei:
& ueritatẽ fidei lacerabũt. Tũc ille motus his uerbis: aliquãtulũ lachrymatus eſt,ut tot⁹ ſemp
in domino miſericordiæ uiſceribus affluebat:conuerſuſq; ad eos, hac eis flentibus uoce reſpon-
dit.Eia boni milites Chriſti:confidatis in dño,& in potẽtia uirtutis eius.Nolite timere,cõſeque-
mini a dño miſericordiã ſi ſperabitis in eum. Eſt emꝫ ipſe pius & miſericors, & nullũ deſerit ſpe-
rantiũ in ſe.Quis confiſus eſt in dño & derelictus eſt? Si autem nunc uos derelinquo,dñs nõne
uos recipiet? Ipſe emꝫ legem uobis cõſtituet in uia ſua:diriget uos in ſemitam,rectam & non tra
det uos in animas ꝓſequentiũ uos. Viriliter ergo agite: & confortetur cor ueſtrum & ſuſtinete
dñm.Eſt emꝫ deus in cœlo pius & miſericors,qui ſuos mille modis ſcit iuuare famulos.Non tur
betur cor ueſtrũ neq; formidet.Sperate in dño:& effundite corã illo corda ueſtra:quia ipſe ad-
iutor erit ueſter.Si emꝫ abeo nũc,iterũ me uidebitis:& gaudebim⁹ inſimul.Quia nõ multo poſt
hos dies quo ego uado & uos poteritis uenire :& ubi ego ero,& uos eritis in gaudio:qd nemo
tollet a uobis.Memẽtote filij chariſſimi quõ poſt mortẽ Moyſi de⁹ elegit Ioſue in ducẽ & ꝓtecto
rẽ populo ſuo: Et eleuato Elia ꝑ turbinẽ curru igneo in cœlũ, fecit Heliſeũ in populo eſſe ꝓphe-
tã:in q̃ duplex reqeuit ſpũs Eliæ. Nunqd nũc exinanita eſt manus dñi? An oblit⁹ eſt deus mi-
ſereri:aut cõtinebit in ira miſericordiã ſuã? Dñs erit pars hæreditatis ueſtræ & calicis ueſtri:&
ipſe reſtituet uobis hæreditatẽ ueſtrã.Suſcitabit nãq; ex uobis aliũ paſtorem:cui dabit uerbum
B euãgeliçãdi:& ille ingredietꝫ ſine macula,& opabitꝫ iuſticiã.Et rogo deũ meũ qui eduxit & redu-
xit me ſcd'm uoluntatẽ ſuam:ut ſi quis in me fuit ſpũs ad obediendũ præceptis ſuis: qd' in iſto
quẽ uobis mittet ꝑacleto & paſtore fiat duplex. Ẽn Euſebiũ filiũ meũ dilectiſſimũ habebitis
uobiſcũ,& ipſum tanq; me audietis.Ipſe enim erit uobis in patrẽ, & uos ei tanq; filij obedietis
in charitate cũ oĩ humilitate & mãſuetudine & cũ oĩ patiẽtia.Si qd uobis fuerit neceſſitatis
referetis ad eũ.Obſecro uos ut ſolliciti ſitis ſeruare unitatẽ ſpũs in uinculo pacis.Vnũ corpus &
unus ſpũs ſitis ſicut uocati eſtis in una ſpe uocatiõis ueſtræ. Vnus eſt de⁹ & pater omniũ Ieſus
Chriſtus:cui ſoli in una ſimul uiuentes fraternitate placere cupiatis. Ergo eius eſtote imitatores
ſicut filij chariſſimi:& ambulate in dilectione ſicut & ipſe dilexit uos,& tradidit ſemetipſum pro
uobis:ut uos redimeret & faceret uos ſibi acceptabiles ſectatores bonorum operum. Vnicuiq;
ueſtrum det ipſe gratiam ſcd'm menſurã donationis ſuæ.Det uobis de rore ſpirituſſancti abun
de,ut habeatis cor ad colendũ eum. Adaperiat cor ueſtrũ in lege ſua:& in præceptis ſuis,ut cog-
noſcatis eũ,& faciatis eius uoluntatẽ,nec uos unquã deſerat. Tu autẽ mi fili Euſebi conſurge,
conſurge,induere fortitudinẽ,ſemꝫ ſubditus eſto dño:nec emuleris eum ut nequiter facias.Sa-
lus tua deus in ſempiternũ erit,& iuſticia tua nõ deficiat.Humilior ſis omnibus: leua in cœlum
oculos tuos: lex dei ſemper ſit in corde tuo . Noli timere opprobrium hominum, & blaſphe-
mias eorum ne metuas.Si ſperabis in domino:aſſumes fortitudinem, & uenient tibi pennæ ut
aquilæ,& uolabis & non deficies. Vniuerſa legis domini ſecure loqueris omnibus.Ne timeas a
facie hominum:quia cum illis ſemꝫ eſt dñs cũ quibus eſt ueritas:deſcẽditq; cum illis in foueam
& in uinculis non dereliquit eos,ſed a ſeductoribus tutatur eos: & eſt illis adiutor & protector
in tempore tribulationis.Certe nõ facile timet mortem hanc:immo,ut plus dico,odit hanc uitã
qui ſe bene agere cernit.Ecce conſtituo te ſuper ſocietatem iſtam:ut euellas & deſtruas & diſſi-
pes & diſperdas,reædifices & plantes.Oportet te emꝫ eſſe irreprehenſibilẽ.Poteſt male alios cor
rigere:cui poteſt is quem corrigit dicere:Et tu ſimiliter facis. Tibi ãmodo maior erit labor:ſed
maius premium . Eſto ſobrius, prudens & pudicus, hoſpitalis & doctor.Nemini uiolentiam

facito:

C facito:ſed omnes æqualiter dilige:& tanto plus, quãto meliores. Nõ ſis pſecutor,ſed modeſtus: nõ litigioſus,nec cupidus. Tu aũt prædica opportune uerbũ dei. Omĩs ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docendũ. Acqre uerba quæ prædices orationib9. Valet eĩ huiuſmodi prædicatio & doctrina ad illuminandũ & arguendũ:ad corripiendũ,& ad erudiendũ in iuſticia: ut perfectus ſit audiens,& in omni bono opere inſtructus. Eſt enim Chriſtus Ieſus in cœlo ſedens ad dexteram uirtutis dei,reuelans myſteria & docens omnẽ ſciẽtiam. In omnibus fili dilectiſſime teipſum prebe exemplũ bonorũ operũ:in omni ſanctitate & bonitate. Nam capite patiente,totum debilitatur corpus. Vt ergo breuiter te doceam:facies omnia bona ſi timueris deum. Patri meo reuerendiſſimo Damaſo Portuenſi epiſcopo ſcribens, facies mei memoriã, ut habeat me in orationibus ſuis:nec corrũpi dimittat opera,quæ tanto labore cõtexui ab hominibus iniquis & doloſis:a quibus ſæpe expugnatus ſum a iuuẽtute mea. Eccleſiã prudẽter cuſtodiat:ſciens qm̃ mali erigẽt ſe illaqueãtes anias ſimpliciũ,q̃s conat9 ſum educere in uiã rectã,loquẽtes in ore ſuo: & gladiũ habẽtes in labiis ſuis. Quoniã obmutui & ſilui a bonis:& proiectus ſum in monumẽto dormiens. Spero eĩ in dño q̃ benignus eſt:& nõ derelinquet fideles ſuos. Gaudiũ eĩ habeo magnũ & conſolationẽ,præſumẽs de miſericordia dñi: q̃ uirũ mirabilẽ & multæ ſcientiæ & bonitatis Auguſtinũ Nipponẽſem epiſcopũ poſt me relinq̃. Propter quẽ multã habeo fiduciã in Chriſto Ieſu ſuſtentãdi fidem ueſtrã. Cui de me ſcribẽs hoc ipſum rogato:ut tanq̃ fidelis pugnet miles,ne ueniãt(q̃ abſit)mala gẽti noſtræ. Theodoſio ſenatori & omnibus in Chriſto fratribus me recõmendes. Finitis his uerbis,uir ſanctiſſimus iocũda uoce uerſus ad fratres inquit: Accedite huc ut tangã uos filij mei antequã a uobis recedã. Ad quẽ appropinquantibus illis:ſingulos brachijs ut melius poterat amplectens:cuilibet pacis oſculum tribuit. Deinde uocem mediocriter eleuãs:uultu placido & iucũdo,extẽſis in cœlũ manibus, cõuerſiſq̃ ad dominũ oculis,gaudij lachrymis inundãtib9 dixit. Pie Ieſu,uirtus mea,refrigeriũ meũ, ſuſceptor meus & liberator meus,laus mea in quẽ ſperaui,cui credidi & quẽ dilexi, ſumma dulcedo, turris fortitudinis,& ſpes mea a iuuentute mea:uoca me dux uitæ meæ, & ego rñdebo tibi: Operi manuũ
D tuarũ,q̃ tu de limo terræ creator omniũ formaſti: q̃ oſſibus & neruis cõpegiſti: cui uitã & miſericordiã moriẽs tribuiſti:tuæ clemẽtiæ porrige dexterã. Iube dñe,ne moreris:quia tẽpus eſt ut puluis in puluerẽ reuertat̃,& ſpũs redeat ad te ſaluatorẽ,qui huc miſiſti illum. Aperi illi ianuas uitæ. Nam cũ pro me in ligno crucis tanq̃ latro pepẽdiſti:tu promiſiſti mihi quod eũ reciperes. Veni dilecte mi:teneã te nec dimittã te:introduc me in domũ tuã. Tu ſuſceptor me9 es,glia mea & exaltãs caput meũ:ſalus mea & benedictio mea. Suſcipe me miſericors deus ſcd̃m multitudinẽ miſerationũ tuarũ. Nam latronẽ ad te currentẽ in cruce moriẽs ſuſcepiſti. Poſſideã te beatitudo ſempiterna. Cæcũ iuxta uiã clamantẽ:Ieſu fili Dauid miſerere mei:lumine tuæ uiſionis æternæ illumina. O lux inuiſibilis qua carẽs Tobias clamabat:Quale mihi gaudiũ eſt cũ in tenebris ſedeo,& lumen cœli nõ uideo? O lux ſine qua nõ eſt ueritas,nõ eſt diſcretio,nõ eſt ſapiẽtia neq̃ bonitas. Illumina oculos meos ne unquã obdormiã in morte:ne quando dicat inimicus meus prævalui aduerſus eum. Tedet animã meã uitæ meæ, loquar in amaritudine animæ meæ: ægrotus ſum:Infirmata eſt in paupertate uita mea, oſſa mea ſicut in frixorio cõfrixa ſunt. Et ideo ad te domine curro medicum. Sana me domine & ſanabor: ſaluum me fac & ſaluus ero. Et quoniã in te confido nõ erubeſcã. At q̃s ego ſum pĩſſime de9 ut tã audacter loquar ad te? Peccator ſum, & in peccatis totus natus & genitus & educatus:cadauer putridũ,uas fetidum,eſca uermiũ. Neu mihi domine, parce mihi. Quæ uictoria ſi pugnando mecum me uiceris, qui ſum minus q̃ ſtipula ante faciem uenti? Dimitte omnia peccata mea, & erige de ſtercore pauperem. Certe dñe ſi placet dicã,nõ debes me ad te currentẽ fugere: quia tu es deus meus. Caro tua de carne mea, & oſſa tua de oſſibus meis. Propter hoc nãq̃ nõ relinquens patris dexteram,adhæſiſti meæ humanitati,factus deus & homo,q̃ prius eras permanens in una eademq̃ perſona. Et hoc quare tam arduum & inopinabile perpetraſti: niſi ut confidenter ad te recurrerem quaſi ad fratrem: & ut mihi tuam miſericorditer condonares diuinitatẽ? Quapropter exurge & adiuua me domine: exurge & ne repellas me in finem. Sicut ceruus deſyderat ad fontes aquarum: ita ſitiens anima mea petit te fontem uiuum: ut hauriat aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris,ne ſitiat

A toris:ne ſitiat amplius. Qñ ueniet & apparebit ante faciẽ tuã? Dñe mi qñ reſpiciẽs reſtitues ani
mã meã a malefactis eorũ,& a leonibus unicã meã? Vtinã appẽderent peccata mea quibus irã
merui,& calamitas quã patior in ſtathera:quaſi arena maris grauior hæc appareret. Vnde & ſi
amplius expectes,tribulationẽ & dolorẽ inueniam. Veni gaudiũ ſpiritus mei,ut delecter in te.
Reuela mihi miſericordiã tuã lætitia cordis mei:inueniã te deſyderiũ meũ. Sicut ſeruus preſto
lat̃ finẽ operis ſui:ſic & ego expecto te. Intret poſtulatio mea in cõſpectu tuo dñe,& fiat ma/
nus tua ut ſaluũ me faciat. Ecce uirũ, qui deſcendens a hiericho,captus a latronibus, uulneratus
ſum,ſemiuiuus relictus ſum:tu pie Samaritane recipe me. Peccaui nimis in uita mea:& malũ co
ram te feci. Non te cognoui,ingratus fui tot beneficiorũ tuorũ:nõ ut decebat te laudaui. Forte
multotiens ueritatẽ tacui. In corde meo cũ pulſabas ad oſtium cordis mei,piger fui ut te recipe
rem reuerẽter. Corpus putridũ qd̃uelut umbra declinat̃:nimio dilexi affectu. Verbis uanis os
inquinaui. Mens mea nõ ſemp fuit in teſtamẽto legis tuæ. Nõ auerti oculos meos ut non aliqñ
uiderent uanitatẽ. Aures meas quãdoq; uerbis inutilibus inquinaui. Manus meas ad proximi
neceſſitatẽ multotiens nõ extẽdi. Pedibus ad iniquitatẽ cucurri. Quid plura dicã? A planta pe/
dis uſq; ad uerticẽ capitis, nõ eſt in me ſanitas. Certe niſi in ligno crucis moriẽs me adiuuiſſes:
digna erat habitare in inferno ania mea. Ego pie Ieſu ſum pars tanti p̃cij:pro me fudiſti ſangui-
nẽ tuũ precioſum,nõ me refutes. Ego ſum ouis quæ erraui:require eã bone paſtor,& appone eã
ouili tuo,ut iuſtificeris in ſermonibus tuis. Nam promiſiſti mihi quod quacũq; hora peccator
ingemuerit, ſaluus erit. Dolens factus ſum:iniqtates meas ego cognoſco:& delicta mea coram
me ſunt. Vere nõ ſum dignus uocari filius tuus:quia peccaui in cœlũ & corã te. Auditui meo da
gaudiũ & lætitiã. Auerte faciẽ tuã a peccatis meis. Dele iniquitates meas ſcd̃m magnã miſeri-
cordiã tuã. Ne proiicias me a facie tua. Non ſcd̃m peccata mea facias mihi:neq; ſcd̃m iniqtates
meas retribuas mihi. Sed adiuua me deus ſalutaris meus: & propter honorẽ nominis tui libe/
ra me. Benigne fac in bona uolũtate tua:ut inhabitẽ in domo tua omnibus diebus uitæ meæ:
ut in ſæculũ ſæculi cũ habitãtibus in ea laudem te. Surge propa ſpõſe dilectiſſime animæ meæ,
B & noli conſyderare qd̃ fuſca & nigra eſt peccatis. Oſtende illi faciem tuã. Sonet uox tua in au-
rib⁹ ſuis: Vox tua dulcis,& facies tua decora. Ne auertas eam a me:& ne declines in hac hora a
ſeruo tuo. Ne tradas me in anias p̃ſequẽtiũ me:expecto te dñe. Credo uidere bona dñi in terra
uiuentiũ. Veni ergo dilecte mi: egrediamur in agrũ,uideam⁹ ſi floruit uinea. Cõuerte planctũ
meũ in gaudiũ mihi. Inclina ad me aurem tuã:accelera ut de hac lachrymarũ & miſeriarũ ualle
eripias me. Hæc ubi uir ſanctiſſimus continuatis lachrymis:& manibus in cœlũ erectis dixit:
parumper ſiluit. Deinde fratres intuens dixit: Præcipio uobis filij mei dilectiſſimi, per uirtutem
& nomen domini Ieſu: ut corpus meũ cum diſſolutũ fuerit:in terra iuxta præſepe dñi noſtri
nudũ ſepeliatis:ut illud ferat ſecũ rediẽs qd̃ ueniens apportauit. Nudus inde egreſſus ſum,nu-
dus reuertar illuc. Socie terra terræ:nõ licet terrã ſociari lapidibus. Appetit em̃ naturaliter ſuũ
ſimile q̃dlibet. Iterũ rogo uos,ut dñi mei afferatis corp⁹,q̃ten⁹ in ſuo lumine uideã lumẽ,ut fir-
mãs ſup me oculos ſuos det mihi intellectũ,& inſtruat me in uia qua gradior. Tũc qdã frater
ad locũ accedẽs ſacratiſſimũ corpus Ieſu Chriſti obtulit. Qd̃ubi uir dñi uidere potuit, nobis ei
auxiliãtib⁹, pſtrauit ſe in terrã pron⁹:uoce & lachrymis quãtũ poterat damãs: Dñe qs ego ſum,
ut ſim dignus qd̃ſub tectũ meũ intres? Meruit hoc peccator homo? Certe dñe nõ ſum dignus.
Nũqd ego melior ſum q̃ om̃es patres mei? Tu noluiſti Moyſi uno ictu oculi te mõſtrare. Cur
nũc tãtũ te humilias,ut patiaris ad hominẽ deſcẽdere publicanũ & peccatorẽ? Et nõ ſolũ cũ illo
mãducare uis,ſed teip̃m mãducari ab illo iubes. Cũ q; prope illũ eſſet ſacerdos:erigẽs ſe uir glo/
rioſus:genub⁹ flexis eũ cũctis tenẽtib⁹:magnis lachrymis & ſuſpirijs:& q̃ pluries p̃cutiẽs pect⁹
ſuũ dixit: Tu es de⁹ me⁹ & dñs me⁹:q pro me paſſus es,an forte alius? Certe tu es ille,q cũ deus
eſſes ſolus ante om̃ia tẽpora & ſine principio genit⁹ a deo patre æterna & inueſtigabili genera/
tione,q cũ ipſo patre & ſpũſctõ unus de⁹ es p̃manẽs illud idẽ qd̃ eras & es:intra uni⁹ puellæ cor
puſculũ te clauſiſti fact⁹hõ ſicut ego ſũ. Vere & de⁹ & hõ es. Sic em̃ in uirginali utero hoiem ſu/
ſcepiſti:qd̃ nec ſine hoie de⁹ es,nec ſine deo homo,q̃uis neq; humanitas ſit diuinitas:nec diui/
nitas humanitas, Non ſunt confuſæ naturæ; q̃uis ſit una & eadẽ in te perſona. Nõne es caro &
frater meus?

C frater meus? Vere sic. Fame habuisti, sitisti, fleuisti, meas infirmitates habuisti ut ego. Sed tame in te peccadi infirmitas & defectꝰ no fuit ut in me: no em peccare potuisti ut ego: In te fuit corpaliter & est omis plenitudo gratiæ: no em data fuit tibi gratia ad mesura. Tua em ania statim cu unita insepabiliter fuit diuinitati, omnia pfecte sciuit & potuit, quæ ipsa scit & potest diuinitas. Quantu ad diuina natura quæ in te est, æterno patri deo æqualis es. Sed ob illa qua pro nostra redeptione assumpsisti humanitate minor es, nec tn ex eo aliqd incurris uituperiu. Tu nepe es ille que in Iordanis alueo baptiçate Ioane, uox subito paterna cœlitus intonuit: Hic (inquies) est filius meꝰ dilectus in quo mihi bene coplacui, ipsum audite: Et spusanctus in te ut colũba descẽ dens, te unu esse cu patre: & eunde in substatia declarauit. Tu bone Iesu pro me crucis tam grande in tuo isto qd presens cerno corpore subisti suppliciu: ut morte qua meis incurrera flagitijs, interimeres: animas antiquoru quas dudu diabolica potestas miseras infernalibus masionibꝰ retinebat recuperes: & tota humana natura, quæ corruerat in morte ppetua, tuo cu ipsa pacificato patre ad uita interminabile, tuo que pro ipsa fudisti precioso sanguine reuocares. Cuius qde uitæ, die resurges tertia, de illo in quo mortuus iacuisti barathro, certitudine firmissima coproba sti. Quo qde nostra est solidata fides & aucta spes: ut sicut incorruptibilis & impassibilis & immortalis resurrexisti, ita similiter & nos resurgemus. Tu certe bone & pie dne post tua mirabile & singulare resurrectione, qdraginta expletis diebꝰ, qbus experietia lucida indiciorũ multipliciu, te ab inferis uiuum resurrexisse declarasti: & ut nulla dubitatiois oriret caligo, ad cœlos cunctis cernetibus discipulis tua propria uirtute ascedisti: mihiq; ianuas reseras paradisi, ad dei patris omnipotetis dexterа cosedisti: ubi sine fine sedes. Tu insup bone Iesu a deo costitutus iudex uiuoru & mortuoru, sicut in illa die ascedisti: ita in tremedo & horribili uniuersalis iudicij die descendes reddere singulis scdm opa quæ fecerut. Cora te certe tunc procidet reges: omnis strata erit dominatio. Te tuc omnes timebut q te nuc cotemnut. Quid tuc tibi infelices q nuc cu male fecerint gloriant dicent: qui te omnia scientе cernet, qbus nullu amplius erit remediu misericordiæ? Quid in cospectu potetis omia, cernetis omnia, & solu qd iustu est iudicatis, facient miseri: qui totu suu in mudi uanitatibus & flagitijs amiserut tepus: plus diuitijs fallacibus cq; tibi insistentes: plus filios & filias, & mudi gloria momentanea cq; te diligetes: cu tuu erga eos iratu cernent uultu: cu tam seuera expectabut sententia: cu eos de minimo quoq; cogitamine & propria accusabit cosciетia, & dæmonu caterua & simul quælibet creatura: qua te deu offendedo offede/
D rut: cu uidebut statim cu fuerit sentetia diuulgata, se adepturos tormeta qbus & corpus & ania simul cruciabit: cu diabolis sine fine, nullu inde in ppetuu refrigeriu expectates? Væ, uæ miseris q in isto ta breui tepore uilissimis bonis teporalibꝰ ebrij: quæ no solu inopia no auferut suis possessoribꝰ: sed & ipsa sua faciut indigetia negligetes in beluа redigunt. Væ, uæ q salte tato hoc timore peccare, & tua puocare iracudia no desinut, si tuo nolut amore ut tenet. Sed quo pie Iesu tu cuiꝰ tata est magnificetia, ut nulla queat explicare creatura: que cœli, mare & omia quæ eiꝰ ambitu cotinetur, cape no possunt: qui idem totꝰ ubiq; locoꝝ præsens es: nec intus inclusus, nec extra exclusus: ide in cœlo ad patris dexterа omniu supnoru ciuiu beatitudo & gloria, qui tuæ celsitudinis specie cotẽplant: ide in terra pugillo ipsa cotines & cocludes: ide in mari & in abyssis ad nutu reges omnia & coseruas: ide in inferno potẽter dominas, sub tata panis breuitate cotineris: no particulariter sed integre & pfecte ac insepabiliter. O ineffabilis admiratio: o omniu nouitatu nouitas. O culi in te uidet albedine, sapore sentit gustꝰ, odore olfactꝰ, tactusq; subtilitate reperit. Sed auditus cordi representat in te illa no fore accidetia. Hinc certe p se sola existut accidentia sine subiecto: Quia no ut humanis uidet sensibus panis es, sed Iesus Christus integer: sicut in cœlo ad patris dexterа resides deus & homo. Aue panis uitæ q de cœlo descedisti dans te sumentibus digne uita: no sicut manna qd in deserto nostris pluit patribus de quo omnes qui manducauerut mortui sunt. Certe qui te digne sumit, quacq; morte corporali anima a corpore separet, no morie in æternu: quia no illa sepatio mors est, sed de morte ad uita transitus. Vnde qui te digne maducat in mundo, moriens tecum æterne uiuere incipit. O cq; preciosa mors illa est: ante qua homines mortui sunt, post qua incipiut uiuere. Tu panis angeloru, tua uisione angelos reficis & glorificas. Tu esca es animæ, no corporis: impiguas mentẽ, no uentre. Qui in te no

impinguatur

A impinguatur in uirtutibus,nimis æger iacet in flagitijs. Tu te manducantẽ,ut cõdecet,in te transmutas:ut tui participatione efficiatur deus: nec tamẽ in illum transmutaris, uelut alia corporea facit esca. Sed uæ,te indigne sumẽtibus. Certe ad sui pœnã & reatum iterum te crucifigunt,nõ quod te dijudicet illa manducatio:quoniam impassibilis & immortalis omnino es. Heu dñe mi quid dicã? Q d' hodie te sacerdotes comedũt in altari ut carnes pecudũ & uolucrum,imo peius? Nocte mulierum fruuntur actu turpissimo:& te mane masticãdo comedunt. Vbi domine latitas? dormis ne an uigilas? Est tibi hoc acceptum sacrificium? Est hæc oblatio quam eligis? Exaudis preces eorũ de cœlo & de sede maiestatis tuæ? Vere si hoc uelles sacrificium & libamen: mendax fieres & peccatorum socius. Certe domine si uera sunt quæ per os locutus es prophetarũ, si iustis solum supplicationibus presto es: & si tibi placet æquitas, hoc tale est impediendum sacrificium ne fiat:quãcp in se & natura sui sacrificium bonũ sit:nec possit uiolari malis sacerdotibus:quia malicia nõ dijudicat sacrificium. Vnde huiusmodi sacrificiũ fit ad sacerdotis præiudiciũ & damnationẽ:nec pro quibus fit prodest:imo (ut uerissime dicam)qui uitam sacerdotis agnoscit,& eum pro se celebrare facit:fit in eiusdẽ peccato cõscius:necnõ & pœnæ participeps. O magnũ & inscrutabile mysteriũ. Panis accidentia franguntur per partes,& tamen in qualibet permanes particula, totus & integer Christus sicut eras antea. O humanorum illusio sensuum. Franguntur illa quæ humanis sensibus in te uidentur accidentia:& tamen nec frangeris nec corrumperis. Te dentes uidentur masticare ueluti materialem panem: & tamen nuncp masticaris. O nobile conuiuiũ in quo sub panis & uini specie, totus Christus deus & homo sumitur:& ita totus in specie panis & qualibet eius particula, & in uini specie cum qualibet gutta: sicut in panis totius & uini specie simul. Nam totus perfectus & integer Christus,sub panis specie,& sub qualibet quantũcũcp minima continet' particula: & idẽ totus in uini specie & in qualicũcp gutta pmanet. O esca sacratissima,quã uere comedens,deus efficitur,iuxta illud:Ego dixi
B dij estis:& filij excelsi omnes. Liberatur a malis, impletur bonis, & immortalis indubitãter efficitur. O sacrũ pegrinationis nostræ uiaticũ,quo de hoc nequã sæculo pueni' ad cœlestis Hierusalẽ consortiũ. Patres nostri in deserto mãna comedẽtes,nõ peruenerũt ad terram promissionis. Qui uere te comedit,in fortitudine tui ambulabit usq; ad montẽ dei O reb. O comestio delicatissima,in qua omnis saporis & odoris est suauitas,omne delectamentum,omnis medicina, omnis sustentatio:& omnis requies a labore,nec non & omne qd' desyderari potest. Tu certe uita es qua omnis uiuit creatura:& sine qua moritur. Tu es uita uitalis,dulcis & amabilis atcp iocũda. O doris tui suauitas,ægros recreat & debiles, quos tuus facit sapor salubres & fortissimos. Tu lux illa incõprehensibilis,quæ omnẽ illuminas hominẽ uenientem in hunc mundũ. Tua mi dñe est omnis potẽtia,tuũ omne regnũ:ante te curuabitur omne genu. O mnia quæcũcp uis facis in cœlo & in terra,& in mari & abyssis. Tuæ nil est qd'possit resistere uoluntati. In te,& ex te, & per te,sunt omnia:& sine te nihil. Eia ergo fidelis anima, gaude,epulare, ne moreris his pasci delitijs:ne pigriteris hoc frui conuiuio,in quo non carnes hircorum aut taurorũ,ut olim in lege, sed saluatoris tui corpus sumẽdũ proponi'. O signũ dilectionis inopinabilis,ut idem sit dator qd'datũ:& donator idem sit qd'ipsum donũ. Quã magna dulcedo tua dñe: quã abscondisti timentibus te:& perfecisti eã sperantibus in te. O ferculũ excellentissimũ: uenerandũ,colendum, adorandũ,glorificandũ,& amplectendũ,omnibus extollendũ laudibus:exaltandũ cunctis præconijs:firmiter in cordis uisceribus retinendũ:& perpetuis tẽporibus alligandũ animo. Cecidit homo per cibum ligni uetiti ad miseriam:per te releuatur ad æternã gloriam. Tu certe in rectis & eruditis habitas cogitationibus. Tu misserimũ arrogantẽ & superbũ detestaris diuitem:eum dimittis inanẽ & uacuũ,ac de te famelicũ. Tu pauperem iustum,pium & humilẽ, omnibus eum implẽs diuitijs:tuæ domus ubertate satias. In te & per te est rectum iudicium & æquitas: tecum prudẽtia & fortitudo & omnis uictoria. Per te sancti regnant in cœlestibus. Per te doctores prædicant. Per te iustus uiriliter contra hostes dimicat. Tu superbũ potentẽ deponis de sede, exaltãdo humilem. Tecum sunt omnes diuitiæ & gloria. Te diligẽtes diligis. Qui ad te puro corde uigilant,te inueniunt:qm̃ cũ simplicibus & rectis corde gradieris. Tu solus ante omne principiũ, omniũ eras & finis & principiũ. Tu solus sine tempore æterne a deo patre genitus. Quã beati

O o qui te

C qui te diligunt:qui aliud q̄ꝫ te nō deſyderant:qui de te aſſidue cogitant: qui te digne comedunt; qui tecum manentes,omnes uias tuas omni tēpore cuſtodiunt. Certe qui te inueniunt,inueniūt uitam,& hauriunt ſalutem interminabilē. O eſca mirabilis ac ſtupenda:delectabilis ac iocunda: tutiſſima ac ſuper omnia peroptanda. In qua tot ſunt innouata ſigna: & mirabilia immutata; In qua omne habetur delectamentū:& ad omniū gratiarū proficimus incrementū. Quā ſingularis & inaudita tua liberalitas. Quā ſupabundantiſſima ac prodiga largitas:ut tui neminē exortem facias:niſi ad te uenire cōtemnat. Si quis ergo paruulus eſt,ſecure ad te ueniat:& te comedens fiat magnus:& relinquens ſemitas infantiæ,per uias ambulabit prudentiæ. Si quis debilis eſt:ad te declinet,& protinus fiet fortis. Si quis infirmus,ſanabitur. Si quis mortuus eſt:ſi audire te uoluerit,uitam interminabilē apprehendet. Sed qui magnus eſt & fortis:nec hic te deſerat: nam ſupabundanter in te inueniet quo paſcaē. Nemo certe ſine te poteſt uiuere ad momentū. Tu ſolus uitā das omnibus creaturis. Idcirco defecit cor meū & caro mea:deꝰ cordis mei & pars mea deus in ſæcula. In te ſolū delectaē cor meū. In te exultat anima mea. Tibi ſoli adhærere cupit mens mea:quoniā qui elongant ſe a te,peribunt. Tu autē dñe ne longe facias auxiliū tuum a me:ſed tuam ad me inclina aurem miſericordiæ. Te edat pauper & inops: & ſatietur: & tunc uiuens cor laudabit te. O lux inuiſibilis,inextinguibilis:& omnia uere illuminans: ſedenti cæco huic ſecus uiam,miſerere mihi fili Dauid clamanti,uiſum tribue quæſo,quo te uideat. Propicius quæſo dñe huic eſto peccatori:ut ſis mihi in adiutoriū & in locū refugij,ut ſaluum me facias. Et tunc ſi ambulē in medio umbræ mortis:nō timebo mala,quoniā tu mecū es. Mortuus en pie Ieſu iaceo:exurge & reſuſcita me,& cōfitebor tibi. Eger & infirmus ſum:cui nulla eſt amplius in carne ſanitas:medicus es,ſana me. Nudus affligor frigore:diues es,indue me. Fame in hac ſolitudine pereo:cibus es,ſatia me. Sitio:ſalubre poculum es,inebria me. Infixus ſum in limo profundi,& non eſt ſubſtantia. Veni in altitudinē maris, & tempeſtas dimerſit me. Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. Iam intrauerunt aquæ uſq; ad animā meam. Educ me de laqueo
D iſto protector meus,gubernator meus, firmamentū meū,refugiū meū,dux meus: & rex meus, & deus meus. In cuius cōmendo manibus ſpiritum meum: quem in crucis ſtipite redemiſti:cui uitam & miſericordiam tribuiſti. Reſpice dñe humilitatem meam:nec concludas me in manus inimici. Hodie tecum ingrediar in locum tabernaculi admirabilis:ut inhabitem in domo tua in longitudine dierū in ſæculū ſæculi. His finitis,uir dñi glorioſus ſacrū dñi corpus ſuſcipiēs,ad terram ſupinus rediit. Deinde manus in modum crucis ſupra pectus tenens, Symeonis prophetæ uaticinium decantauit. Quo finito,ſubito cunctis qui aderant cernentibus: tanta in loco in quo iacebat diuiniꝰ lux effulſit:ut inſtar ſolis radij ſplēdor quorūlibet uibraret oculos,ne poſſent morientem uirum glorioſum aliqualiter intueri. Qua quidem luce ad horam permanēte: circūſtantium quidem agmen angelicum ibidem uiderunt undiq; diſcurrētium,uti ſcintillæ in arundineto ſolent. Quidam uero angelos non uiderunt, ſed uocem lapſam cœlitus audierunt ſic dicentē: Veni dilecte mi:tempus eſt em̄ ut mercedem accipias pro laboribus,quos mei cauſa uiriliter ſupportaſti. Quidam nec uiderunt angelos, nec hanc audierunt uocem: ſed tm̄ cum his a beato Hieronymo illa finita uoce,hæc audierunt uerba: Ecce ad te uenio pie Ieſu:ſuſcipe animā quā tuo recupaſti ſanguine. Tūc ſubito illa lux diſparuit: & illa anima ſanctiſſima tanq; ſydus omnibus uirtutibus radiās, carnis reſoluta cœno:cœlorum regna adijt glorioſa. In quibꝰ iam certe tanq; luminare conſpicuum renitet:& ſplendore beatitudinis, & multorū coruſcatione prodigiorum. Quoniam non poteſt abſcondi ciuitas ſupra montem poſita. Nec uoluit deus ut in morte ipſius lateret ſanctitas:cuius uita ſanctitatis cauſa fuerat,& ſalutis totius eccleſiæ militantis. Tantus deniq; illa recedente ſanctiſſima anima odor ſubſecutus eſt per dies non modicos:ut nulla forte uetuſtatis recordetur ætas. Sed certe dignum erat:ut illius merita odoris præcipue clarerent indicio:qui ad unitatem fidei intemeratæ,membra fetida ſuorum uerborū odore euocauerat. Hora nāq; chariſſimi patres & domini huiꝰ trāſitus glorioſæ diei erat ultima: In qua quidem ut ſui athletæ pius dominus gloriam demonſtraret: & omnibus qui in eccleſiæ domo habitant proferret clarum lumen:hoc modo Cyrillo epiſcopo tranſitum glorioſi Hieronymi ipſe dominus reuelauit. Cūq; dicta iam hora Cyrillus epiſcopus deuotis in ſua cellula

orationibus

A orationibus inhæreret:ſurſum in ſpiritu raptus,uelut in extaſi factus:ſubito quoddam a mona-
ſterio a quo uir ſanctiſſimus migrauerat uſq; ad cœlum, mirabile & ſpecioſiſſimum uidit iter.
Cuius tāta erat pulchritudo & admiratio:ut (ſicut eodem poſtmodū teſtante cognouimus) ſtu-
pore uelut amens effectus,huc illucq; admirās, ſui pauliſper credebat obliuiſci. In hac ſi quidem
mentis poſitus anxietate:eleuauit oculos: & ecce angelorum maxima a monaſterio ſocietas ue-
niebat:alternatim melodiarum & mellifluorum cantuum uocibus concinentiū: quorum uide-
bantur uocibus cœlum & terra: & omnia quæ continent eorū ambitu undiq; reſonare. Ferebāt
etiam ſinguli angelorū,ſingulos manibus accenſos cereos,quorū claritas ſolis repellebat lumen.
Sed quid additur admirationi admiratio? Ad cœlos uertens Cyrillus oculos:non minorē ange-
lorū cernit numerū, modo ſimili iſtis obuiam uenientiū: qui rei huius anxius expectans euen-
tum,interrogaſſet quidem quid hoc eſſet:ſed ita eum ſtupor oppreſſerat,qd quid diceret neſcie-
bat. Aſt illo diutius expectante:glorioſam uidit Nieronymi animā præ cunctis qui præibant
angelis & ſequebantur,mira decoratam pulchritudine uenientē. Ad cuius erat dexteram ſalua-
tor cum illa pariter ueniendo. Quæ quidem in loco quo Cyrillus degebat,gradū figēs & ſtans,
ei taliter eſt locuta. Agnoſcis ne me? Ad quā ille: Minime quidem. Quis em̄ es qui tanto cæte-
ris honore emines? At illa: De Nieronymo unq; fuit aliqua tibi cognitio? At ille: Certe quem no
minas,ſingulari affectu diligo charitatis. Sed quæſo ille es? Et illa: Eius ſum anima quæ gloriam
iam obtineo quā ſperabam. Ad meos pergito filios:& quæ uidiſti nuncia:ut & a luctu deſinant
& meo ſtatui congaudeant quem elegi. Quibus omnibus finitis:omnis illa beata uiſio ab eius
euanuit oculis:& fuit in ſemet reuerſus protinus Cyrillus,ineffabili gaudio perabundans: ita ta-
men qd per totā noctem illam nō ſe potuit a lachrymis præ mentis lætitia continere. Quā ergo
mirabilis eſt dominus in ſanctis ſuis:mirabilis in maieſtate, faciens prodigia. Dextera domini
fecit uirtutem:dextera dñi exaltauit eum,notam faciens in populis uirtutem eius. O diuini amo
ris immēſitas,diuinæ largitatis affluētia. Quid em̄ iſti ſuo potuit facere filio honoris & gratiæ,&
B nō fecit:cū tam copioſa & in uita & in morte erga eum fuerit munificētia? Dedit em̄ ei dominus
claritatem æternam:& nomine æterno,hæreditauit illum:& fecit eum hæredem gaudiorum ſu-
pernorum:in quibus permanebit in ſæcula. Quā ſingularis honor & admiranda gloria,excedēs
pene aliorum gloriam ſanctorum & honorem. Vbi non ſolum illam ſanctiſſimam animā om-
nes cœleſtes comitantur cohortes:ſed etiam ipſe proprius ſaluator. Nec em̄ ſola in cœlo fulget
inſignīs dignitatum illa beata anima:ſed etiam corpus ſuum non ceſſat in terris radiare mira-
culis. Ad cuius narrationem congruum eſt redire. Defuncto nāq; (ut dictum eſt) uiro ſanctiſſi-
mo hora completorij,corpus illud tantis fragrans aromatibus cuſtodientes:totam illam inſom
nem noctem ducentes circa eum: in magnis ſiquidē pro dāno qd cunctis euenerat fletibus: &
pro ſua quā iam obtinuerat gloria gaudijs uigilauimus. Mane autem facto,diuinis peractis(ut
condecebat)myſterijs:debitiſq; obſequijs honore debito conſumatis: in Bethlehem iuxta præ-
ſepe: in quo p nobis chriſtus de intemerata ibidem natus uirgine infans uagijt:corpus illud ſa-
cratiſſimū,ſacci coopertum linteo,in terrā (ut ordinauerat) ſepeliuimus. Quātis autē ipſo die
& etiam ad præſens miraculis glorioſis mirificauit dominus filium ſuum ſanctū Nieronymū:
certe non foret enarrare ſufficiens lingua carnis. Sed tamen aliqua de multis(ne noſter nimis
prolongetur ſermo)referā. Quidā a natiuitate cæcus, in ipſo ſepulturæ die, uidendi beneficiū
corpus tangens ſanctum, obtinuit. Cuidam etiam iuueni ſurdo & muto, ſanctiſſimum corpus
deoſculanti:ſoluto auris & linguæ ligamine,& loquendi & audiendi gratia eſt conceſſa. Et certe
dignum erat,ut qui cæcitatis ueræ lucis quæ chriſtus eſt tenebris obcæcatos, ſuis ſanctiſſimis do
ctrinis & exemplis illuminauerat: ſurdis quoq; & mutis in diuinis operibus ueram exercuerat
medelā:ut & diuina intelligerent documenta,& catholicæ fidei confiterētur rationes quas ſper-
nebāt:in die ſui obitus glorioſi,& cæcis lumen tribueret corporale,& ſurdis ac mutis concederet
ſanitatē. Quāplurimi (ut aſſerunt qui uiderunt) a nefandis ſpiritibus obumbrati,in loco quo
ſanctum quieſcit corpus damantibus diris uocibus dæmonibus: Sancte Nieronyme,cur nos
tam grauiter inſequeris:tu noſtrū ſemp flagellū fuiſti,& uiuus & nūc mortuus,per eū ſunt mira-

C biliter liberati. Hæreticus quidã dum prædictũ beatũ Hieronymũ blasphemaret,& eius fore dignum corpus incendio diceret:ultione diuina ad aliorũ hæreticorum formidinẽ,in ligni spe/ciem est mutatus.Et subito cunctis qui aderant uidentibus,ignis cœlitus eum inuasit: ac eum ta/liter combussit,qd' totus in cinerem est conuersus. Ad hæc magna hæreticorũ multitudo: cum tantam suæ sanctitatis aduerterent experientiã: & ad ueritatem sacræ fidei tantis & tot apertis signorũ indicijs tanc̃p quibusdam damantibus præconibus uocarentur: ad ipsius sacratissimæ & intemeratæ fidei lumen redierunt.Quid plura dicam? Certe in generatione & generationem uix annunciarem quæ per illum deus ostendere uoluit:ut magnificaret eum, & colendum ex/hiberet uniuersis. Quã magnus certe est iste tot faciens mirabilia:cui certe non est similis scd'm opera sua.Magna magnalia de hoc per mundum resonant uniuersum:sui glorioſi exilit trium/phi fama in omnem terram: & in extrema terrarum spacia rutilant sua lucida signa: iam tan/torum miraculorum multitudine corroboratur intemerata fides. Quot enim infirmis inte/gram sanitatem concesserit peroptatam,enarrare cederet in immẽsum.Et tempus & uita & om/nis humanus deficeret sensus,si uellet omnia indagare quæ operatus est in diebus nostris: quæ auribus audiuimus,nec sunt occulta a filijs hominũ.Lætet' itaq; totus fideliũ cœtus:& can/ticum læticiæ & exultationis deo concrepent alta uoce:qd' ex eis prosilijt stella micans,cuius ful/gentes lucis radij,eos dirigunt ad cœlestẽ patriã adeundã.Istius certe uita sacratissima est omni/bus disciplina. Mores sui sunt omnium fidelium instituta. Adsint hodie sacræ matri eccleſiæ & pro tanti filij recessu piæ lachrymæ:& pro tanta eis gloria,inestimabile gaudiũ. Liceat ergo instar piæ matris ei pias lamẽtationes impẽdere, cũ tanto se cernit priuatã filio, uiduatã uiro,de stitutam pugile,& capitaneo uitis suæ incisa palmite quã in agro fidei plantauit & coluit. Non mihi quæso imputetur filio tanto orbato patre:si præ dolore damni tam inestimabilis ea referã quæ non decẽt. Sæpe nãq; nimia cordis abundantia plura homo loquitur c̃p uellet.Quid heu

D chariſſimi patres & dñi nunc uobis referam? Circũquaq; prospiciens & pergens:ut si forte meũ, quem dira mors abstulit patrem Hieronymum inuenirem:& non inuenio quem diligit anima mea:cuius amore langueo. Tedet animã meam uitæ meæ: quoniã ablata est a me uita mea:& excussus sum sicut locusta:& exaruit uirt9 mea:& lumẽ oculorũ meorũ extinctũ est.Quale am/plius erit mihi gaudiũ in mundo,cum lumen meũ uidere non possim? Obscuratus est em̃ sol meus:& luna nõ stat in ordine suo.Quis cũ lupis quid faciet, pastoris priuata munimine? Quõ uiget arbor radice detrũcata? Quid heu dira feciſti mors:cur patrem recipiẽs,filium tam mendi/cum & omnibus bonis exulem dimisisti? O mors crudelis:nõ illi sed mihi & pene totl eccleſiæ: quem surripuisti athletam? Cur non distulisti eum recipere? Quare aliquantulũ nõ auertisti fa/ciem tuam ab eo? Scis quid feciſti? Nunquid non cõsyderasti quem tam uelociter a nobis surri/puisti:qd' non sit in mundo ei similis:in uirtute,in doctrina,in sanctitate? Hic certe princeps pa/cis,dux iusticiæ,doctor ueritatis & æquitatis: armiger intemeratæ fidei, contra hæreticos bella/tor fortis:cuius sagitta nunc̃p abijt retrorsum:nec declinauit clypeus eius in bello: & eius nunc̃p est auersa hasta. Inclyti christianorũ plæbis flete,quoniã cecidit dux ueſter. Vox in rama sonet. Tanti filij recessum pie ploret eccleſia. Iam circũdabunt eam canes multi,& cõsiliũ malignantiũ obsidebit eam:quoniã longe factus est ab ea auxiliator eius. Iam ad suã non aspicit defensio/nem. Iam tribulatio proxima est:& nõ est qui adiuuet. Iam in sepulchro iacet protector solitus: non certe exurget aduersus malignãtes in ea. Idcirco dama in cilicio & planctu pia mater:indue re uiduitatis ueste tãto uiduata filio. Heu uaticinabunt' pseudoprophetæ:& ꝓphetabũt uisio/nes mendaces,& fraudulentas diuinationes:& sui cordis in nobis seductiones: & certe non erit qui resistat eis. Siccatus est em̃ fons uitæ:& uena disparuit aquarũ uiuentium. Sed & tu quid di ces chariſſime pater Damase? Vbi quẽ plus diligebas c̃p te Hieronymus? Vbi tui norma itine/ris? Consiliator,doctor & rector quo abijt tuus? Qñ quæso scribes ei: Sine tuo sum Hieronyme chariſſime cõsilio, uelut abscissum a corpore membrũ. Scribe,scribe quæso ne pigriteris: ut si tua locorũ distantia peroptata careo uisione, saltem tua mihi adsit memoria frequens tuis assiduis litteris gratioſis. Teste deo in nullo uiuentium ut in te meæ spei firmaui anchorã. Plora igitur:

A plora:deducant oculi tui lachrymas per diem & noctem:quoniã defecit anchora tuæ ſpei. Aruit ſcribentis manus tanq; flos fœni: iam non erit tibi amplius memoria eius. Vox certe ſua dulcis & iocũda:quæ erat in fidelium auribus mel dulciſſimũ,ſiluit. Heu qualẽ amiſiſti conſiliatorẽ & adiutorem? Certe iam in multitudine conſiliorũ tuorum defeciſti. Non erit qui panem frangat tibi uitæ. Extincta eſt lucerna in medio eccleſiæ micãs: ut nõ nobis,ſed ſibi luceat:nõ mũdo, ſed cœlo ſplendeat. Quid ergo dicam? Cui conquerar? Vnde mihi in hoc ueniet auxilium ut cõ ſoler? Certe ut intueor a dño factum eſt iſtud: & ideo ſibi dicam: Cur bone Ieſu tam uelociter a tua ſponſa quã in cruce moriens deſponſaſti,tantũ abſtuliſti filiũ protectorẽ,& cõtra eius hoſtes belligerum? Forte uoluiſti eum tecum eſſe. Certe dñe nõ eo egebas ut ipſa. Bene quidem ei ſubueniſti:ſed nos orphanos reliqſti. Non conqueror qd' aliud q; iuſtũ & æquũ feceris:quoniã certe iam ipſe merebatur finem imponere huius uitæ laboribus,& tecum eſſe: Sed doleo qd' tantum incurrit damnũ eccleſia eo abeunte. Vtinam eum redderes:ut tuam regeret,ſtabiliret & defenderet eccleſiam uelut prius. Quid bone dñe eius deinceps facient filij iacentes, eſurientes,circũeuntes famelici ciuitatem ut canes:non habentes qui eis panem frangat? Sunt oues errãtes, non habentes paſtorẽ,diſcipuli ſine doctore,cæci ſine ductore. Heu pater pie Hieronyme, noſtræ ſuſtentationis baculus ubi es? Quid tuus faciet currus ſine te dulcis auriga? Vbi cubas,indica nobis. Cur es nunc terræ ſocius:qui in te nihil uoluiſti eſſe terrenum? Bethlehem,Bethlehẽ ciuitas Iuda,que non minorem de principibus eccleſiæ retines quid feciſti? Redde nobis quem retines patrem. Sed & tu terra,quare audes retinere hominẽ nõ tuum: qui nihil geſſit terrenũ: nil carnale:certe ſua redoluit caro? Suſpẽde & tu pijſſime Theodoſi tua in ſalicibus organa. Nõ pius ceſſet fletus,cum tui dilecti Hieronymi recordaris quẽ amiſiſti. Tanta deniq; tibi inſit doloris affectio,quanta extitit dilectio:tanta ſit lamentatio,quantũ damnũ. Sed quæ poſſet mortalium explicare lingua,quãta eo ſuperſtite aderat toti eccleſiæ utilitas:quanta chriſtianorũ ſingulis ſalubritas:quantũ certamẽ: quantaq; hæreticis deſtructio ac diſperſio? Hic certe omnibus
B chriſticolis amabilis erat & decorus in uita ſua: & ideo ei? receſſu ſingulis flere licet: nec eſt qui ſe abſcondere uel excuſare poſſit. Ne igitur noſter nimis protrahatur ſermo,ut breuiter concludã quæ pro noſtro damno ad dolorem attinẽt: ut quæ ex illo proueniebat omnibus utilitas & exultatio,explicari non poteſt,ita dolorum eſt lamentatio. Ceſſet igitur dolor,abeat triſticia: quibus tamen attingere nõ poſſumus quæ uellemus: quæ non ſolum nullum remediũ adhibet dolori,ſed auget. Si patrem noſtrũ diligimus,de eius lætitia gaudeamus. Non uere diligit qui ſuã tantũ utilitatẽ diligit. Idcirco & ſi ꝑ ea quæ nobis euenit inutilitate dolemus: & pro eis quæ recepit gaudijs collætemur. Adſit ergo hodie nobis cauſa magnæ lætitiæ. Cantet quilibet noſtrũ nouũ dño canticũ. Sonoris iubilet uocibus mater eccleſia. In hymnis & cõfeſſionibus plaudat hodie plæbs catholica. Vndiq; iocũdetur chriſtiana concio. Hodie certe obtinuit Hieronymus qd' tanto æſtuabat deſyderio. Hodie deuictis hoſtibus,ſecurum obtinuit triumphũ. Certe omnibus expletis laboribus,requiem poſſidet ſine fine. Iam non eſuriet neq; ſitiet amplius,neq; cadet ſuper illũ ſol,neq; ullus æſtus. Ablata eſt ab oculis eius omnis lachryma: abijt enim luctus Iam certe ſibi dolor deinceps non erit:iam certe mercedem habet pro qua toto uitæ ſuæ tempore laborauit. Conſolemur ergo:demus magnificentiam deo noſtro:quoniam dei perfecta ſunt opa:& omnes uiæ eius iudicia. Confiteamur dño & collaudemus deũ ſaluatorẽ noſtrũ:quoniã nõ dereliquit ſanctũ ſuũ ſine adiutorio in tribulationibus: quæ in agone huius uitæ miſerrimæ circũdederunt illum: ſed adiutor & protector ſuus factus: liberauit corpus ſuum a perditione: a laqueo linguæ iniquæ,& a labijs operantiũ mẽdaciũ:& eum ſublimiter collocauit infra patris mãſiones:ubi omne eſt gaudiũ,omis ſuauitas,omne qd' deſyderari poteſt. Vbi glorioſa & felix eſt refectio aniarũ poſt labores & erũnas:ubi dulcis ſolẽnitas angelorũ:ubi una ſocietas & charitas omniũ ciuiũ ſupnorũ. Ibi certe neminẽ timor aut dolor cõcutit. Ibi nulla penitus agnoſcit anguſtia,tribulatio aut diuerſitas. Nulla ibi infirmitas nominat. Nemo em̃ fraudatur ſuo deſyderio. Procul ibi diſtat mors. Nulla ibi prorſus præſentis gloriæ expectatur minoratio,ſed augmentũ,ſcilicet cum omniũ uniuerſalis erit reſurrectio mortuorũ:ibi tunc corpus cuiuſlibet beatorum ſimul cum anima,prædictam gloriam quã nunc ſola poſſidet anima: ſine interminabili

C possidebit. Quis autē angelorum uel hominum:quanta sit minor particula gaudiorum & glo/riæ quæ ibi sunt,esset sufficiens enarrare? Quis esset intellectus ad hæc intelligendum idoneus: quæ nec oculus uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascēderūt? Certe si hæc quāta sint gau/dia consyderentur:terrena omnia uiliora omni stercore apparebunt. Si hæc temporalis uita illi comparetur:hanc quilibet hoſhinū extinguere quā citius poterit ardescet,ut illius capax efficiat. Hæc uita caduca & momētanea, respectu illius mors poti⁹ est dicēda q̄ uita. Omis mūdi fallax & uana lætitia,pondus amarissimū & grauis sarcina est. Hanc quippe sarcinā deponens Hiero/nymus sacratissimus,optimā illam elegit partem:quæ ab eo nullo tēpore auferetur. Rogo,gau/dete & exultate,cantate & psallite:quia pater noster glorioſus nauim plenam cœlestibus diui/tijs æternisq̄ mercibus,iam concupito in littore collocauit:anchoram spei,tranquilla iam in sta/tione firmauit. Iam certe brauium obtinet,pro quo in agone huius sæculi ab omnibus se illicitis abstinendo cucurrit. Iam uictor de suis hostibus triumphauit:cum quibus scuto amoris domi/ni munitus uiriliter dimicauit. Iam denarium accepit pro quo tanto labore in uinea sanctæ eccle/siæ laborauit. Iam talentum dño reddidit duplicatū: pro cuius mercede in gaudium dñi meruit introire. Propter hæc gaudēs gaudebo,& cātabo dilecto patri meo canticū nouū,ut sit laus eius in ecclesia sanctorū. Ecce dilectus pater meus,candidus,speciosissimus,electus ex milibus:in quo nulla est macula:pascitur inter lilia in uinea domini sabaoth. Ecce flos campi,& rosa nimio fra/grans odore,de horto nuper ecclesiæ,in uiridarium est domini transplantatus. Ecce cypressus ad cœli altitudinem se extollit. Ad insulas longe diuulgetur nomen suum,ut sit in æternū eius me/moria in benedictione. Exultate igitur charissimi patres & domini: lætamini & laudate:quia decet laudare dominū qui mirabilem se in suis declarat sanctis. Lætetur totus orbis. Erubescāt fallaces hæretici: & iam se noscant ad nihilum deuenisse. Certe non est mortuus,ut existimāt sui hostes:sed certe uictor,regnat in terra uiuentium:iam certe eius refulget claritas per æterna pala/
D cia:iam ueteribus depositis armis fragilibus,noua induit ac perpetua. Hodie undiq̄ facta sit in populo christiano lætitia. Exultet præcipue sacra mater ecclesia: cuius hodie glorioſus filius & cultor,amator & propugnator præcipuus, omnibus extirpatis hæreticis dogmatibus, cum suis fallacibus auctoribus de agro fidei catholicæ:& doctrinis sacratissimis & præfulgidis signis. ac prodigijs,ut sol relucet inter agmina beatorum. Vale igitur Hieronyme glorioſe:nostri semp faciens apud deum memoriā:ut tua ualeamus pīssima intercessione:& in præsenti ab omnibus protegi nociuis,& in futuro gaudia(quæ iam tu possides)adipisci.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Deum immortalem,sic ineptiret Augustinus? Vitam impostor ille stultissime simul & indoctissime descripsit:hic seipsum ita refert,ut propemodum uincat balbutie. Neq̄ uero solam æloquentiam requiro: hominem desydero. Mutauit personam noster hic histrio,sed uocem ac gestum mutare non potuit.

## AVGVSTINI HYPPONENSIS EPISCOPI AD CYRILLVM HIEROSOLYMI/TANVM EPISCOPVM DE MAGNIFICENTIIS BEATI HIERONYMI.

Glorioſissimi christianæ fidei athletæ: sanctæ matris ecclesiæ lapidis angularis: in quo admodū firmata cōsistit:nūc uero in cœlesti gloria syderis radiantis,olim Hie/ronymi presbyteri laudes uenerabilis pater Cyrille silendū ne putas: aut lingua bal/butiētis pueri,ut uirū pollutū labijs me locuturū fore reris? Cœli enarrāt gloriā dei: & omnia quæ fecit dñs,eū in sanctis suis laudāt. Silere debet rationalis creatura a laude dei irra/tionabili nō silente? Taceā,an loquar? cū si taceā lapidibus iubet clamare. Certe loquar:& nō ta/cebo totis nisi⁹ eximiū Hieronymū laudare,Qui quāuis indign⁹ & insufficiēs laudator existā: cū nō sit pulchra in ore peccatoris laus:tñ ab eius laudibus minime cessabo. Firmetur itaq̄ ma/nus nostra,& lingua nostra palato non adhæreat: quoniam certe magnus est iste uir sanctissi/mus:mirabilis & metuendus super omnes qui in circuitu nostro sunt. Magnus certe in uitæ ex/cellentissimæ sanctitate:magnus in sapientiæ ineffabilis profunditate: magnus in maioris nunc gloriæ quantitate. Mirabilis in prodigijs insuetis. Metuendus ob sibi a domino traditam pote/statem. Quam itaq̄ magnus sit iste glorioſissimus Hieronymus in uitæ suæ excellentissimæ san/ctitate,quō patefaceret mea lingua: cum præcipue cunctorum nō sufficerēt mortaliū linguæ, ut

eius excellentiam

A eius excellentiam explicarẽt? Liceat ergo dici: alter hic Elias, alter hic Samuel, alter hic Iohannes baptiſta, uitæ excellentiſſimæ ſanctitate. Elias & Iohannes eremitæ, magnis ciborum & ueſtium aſperitatibus carnem macerauerunt. Non minoris uitæ Hieronymus glorioſiſſimus eremita, idem per quadriennium in eremo, ferarum tm̃ ſocius perſtitit. Quinquaginta annis (ut uenerabilis Euſebij litteræ, quas pridie recepi plenius fatebantur: & ut mẽ certius tu idem noſti) uinum & ſiceram aliqualiter non guſtauit. Ab omni carnium & etiam piſcium eſu, ita ſe abſtinuit, qđ uix ea nominare uolebat. Coctum quid non niſi in ultima ægritudine bis comedit. Cilicino ſacco carnem ueluti æthiopis macerans, deſuper panno uiliſſimo ſe tegebat. Stratum aliud niſi terram nunq̃ ſciuit. Non niſi ſemel fructibus, aut herbarum foliis ſiue radicibus paſtus in die: poſt ueſperas ſe orationibus præbens: deinceps uſq; ſecundam noctis horam quotidie uigilabat. Poſtmodum ꝑo ſomno feſſus in terra dormiens, uſq; ad mediam noctem quieſcebat. Qua quidẽ cõtinue ſurgens hora, lectionibus & ſcripturis ſanctiſſimis (quibus tota radiat eccleſia uti lapidibus precioſis) intentus, uſq; ad eſus horã perdurabat. Ita leuiſſima flebat peccata, ut quis eum æſtimaſſet hominẽ interemiſſe. Ter in die cõtinue carnem, diris uerberibus flagellauit: ita ut ex eius corpore riuuli ſanguinis effluebant. Quin uerbum ocioſum aliquod, ut peſtem maximam fugiebat. Sibi ocium nullũ erat: ſemper aut ſacris lectionibus, aut ſcribendo, aut docendo cunctos exercitabat. Quid plura loquar? ſi ſanctorũ ſingulorum perquirerẽ uitas: eo (ut puto) maiorem neminẽ inuenirem. Sed quia ſuperius Samuelem nominauimus: fuiſſe hunc Samuelẽ oſtendamus. Hic certe ille Samuel qui de uanis literarum ſtudijs uerberib9 euocatus, ſacræ ſcripturæ miniſterio deputat: in cuius uultus lumine diuina gratia influẽte, utriuſq; teſtamẽti lumẽ uidimus: & in cui9 brachij fortitudine, hæreticorũ pars maxima eſt diſperſa. Hic certe gloria uirtutis noſtræ tranſferẽs utrunq; teſtamentũ ex hebræorũ lingua in græcã pariter & latinã: diſponenſq; ipſum poſteris in æternũ, declarãs ænigmata & obſcura dubia & nodoſa: præparãs officiorũ ſeriem cunctis eccleſiæ miniſtris, totã pene eccleſiam ædificauit. Vnde bñ magn9 apparet in ſapiẽtiæ ineffabilis profunditate. Liberales autẽ ſciẽtias ita perfecte ſciuit, q; relatione omniũ nullus ſibi ſimilis apparet adhuc. De ſcripturis ꝑo ſacris, uti multarũ ſuarũ epiſtolarũ quas ad me direxit, experiẽtia didici, æqualẽ ſibi neminẽ unq̃ nouim9. Hebraicorũ, græcorũ, chaldæorũ, perſarũ, & mœdorũ, arabicorũ, & pene oim nationũ linguas & literas: tanq̃ ſi fuiſſet in eiſdem natus & educatus, ſciuit. Quid plura dicam? Quæ Hieronym9 ignorauit in natura humana, nullus hoim unq̃ ſciuit. Non me iſta uenerabilis pater exiſtimes dicere: ut putem te Hieronymi & uitã & uirtutes peius me ſcire: cũ ſibi ſocius extiteris multo tẽpore. Sed teſtor deum: qm̃ ob tam ineffabilis uiri ſanctitatẽ: ſi uoluiſſem tacere, non potuiſſem. Confitentur mirabilia & ſanctitatẽ ſuam & ipſi cœli: in quib9 magnus, maioris gloriæ quantitate, q̃ multi ſanctorum, habitat ſine fine. Nulli itaq; dubiũ eſt intra patris manſiones, ipſum unam ex maiorib9 & ſublimiorib9 ſedibus obtinere. Cum enim homo ſcd'm opera præmietur: & iſte perfectioris pene uitæ extiterit: clare patet ipſum unũ de maiorib9 & ſublimiorib9 cœleſtis hieruſalẽ ciuib9 fore. Qđ ut a nobis pleni9 & certius credaſ in mũdo: præ cunctis, quorũ noſtra recordaſ ætas, ualde mirabilis apparet prodigijs inſuetis & miraculis infinitis: quorũ mihi aliqua uenerabilis Euſebi9 ſuis literis declarauit. De cæteris ꝑo prodigijs quæ mirabiliter fiunt q̃tidie: ut cõtinue intelligo relatib9 pluriorũ auidus peraudire: tibi ipſi pater chariſſime ſupplico, ut mihi in breui uolumine quæcũq; poteris uera & utilia miracula collecta q̃ citius facultas aderit eiuſdem Hieronymi ſanctiſſimi deuotione trãſmittere nõ deneges. Sed ut multa merita Hieronymi ſanctiſſimi nõ lateant: quid erga me diuina annuente dæmentia in ipſo ſui obitus die acciderit, enarrabo. Eodẽ nanq; die & hora, qua exutus putredinis & immundiciæ carnis toga Hieronymus ſanctiſſimus, ueſtimentũ perpetuæ immortalitatis, ineſtimabilis læticiæ & gloriæ induit: dum Hypponæ in cellula mea quieſcens, auide cogitarem qualis ineſſet animabus beatorũ, qui cum Chriſto gaudent gloriæ & læticiarum quantitas: cupiens inde ex hac materia breuem componere tractatum, precibus compulſis noſtri Seueri quondam uenerabilis Martini Turonenſis epiſcopi diſcipuli, charta, calamo, pugillariq; in manib9 ſuſceptis, breuẽ uellem ſcribere epiſtolam ſanctiſſimo Hieronymo deſtinandam: ut quicquid ex hoc ſentiret, reſponderet: ſciebam enim in tam difficili quæſtione

C a nullo uiuentium me posse doceri euidentius: cunq; iam scribens salutationis exordium Hieronymo prænotarem: ineffabile subito lumen nostris inuisum temporibus, nostrisq; minime linguis declarandum, cum ineffabili inauditaq; odorum omniũ fragrantia, cellulam in qua stabam, intrauit hora completorij. Quo a me uiso, stupore admiratioeq; cõmotus, animi & membrorum uirtutes repente amisi. Nesciebam enim tunc q; dextera mirabilis dei, exaltasset seruum suum, notas faciens in populis uirtutes suas. Nesciebam etenim q; deus antiquæ miserationis, seruũ suũ fidelem a carnis immundicijs dissoluisset: & tam sublimem ei in cœlo sedem præparasset. Nesciebam certe inuestigabiles uias domini. Nesciebam thesauros infinitæ dei sapientiæ & scientiæ. Secreta & occulta dei iudicia nõ agnoscebam: quoniam quos uult, facit sua ineffabili sapientia ad sui agnitionẽ uenire. Quos autem prædestinat: uocat, iustificat, & beatificat, prout discernit cõuenire. Itaq; quia talẽ oculi mei nunc̃q; perspexerãt lucẽ: talẽ olfactus meus odorẽ nõ senserat: tam nouis, tam inauditis miris obstupebam. Inter hæc autem meis in me perstrepentibus cogitationibus quid hoc esset, de luce hæc dicens uerba, uox emicuit: Augustine, Augustine quid quæris? Putasne breui immittere uasculo mare totum, breui includere pugillo terrarum orbem: cœlum firmare ne usitatos exerceat motus? Quæ oculus nullus hominũ uidere potuit, tuus uidebit? Quæ auris nulla per sonum hausit, audiet tua? Quæ cor humanum nullatenus intellexit, nec etiam cogitauit, existimas te posse intelligere? Infinitæ rei quis erit finis? Immensa qua mẽsura metieris? Potius totum mare in artissimo clauderetur uasculo: potius terrarum orbem, paruulus teneret pugillus: potius cœlum a motu cõtinuo desisteret, c̃q; gaudiorũ & gloriæ quibus beatorum animæ sine fine potiuntur, minorem intelligeres particulam, nisi uti ego experientia docereris. Discurre adhuc breui temporis spaciũ: impossibilia facere ne coneris, donec tuus impleat uitæ cursus. Hic non quæras, quæ nõ alibi: nisi quo tam feliciter propero, inueniri possunt. Hic satage talia exercere opera: ut postmodum ibi quæ aliqualiter hic intelligere cupis, totaliter in æternũ habeas: inde qui intrant, nullaten⁹ exeunt. Ad hæc ego pauore stupẽs, admiratione tam inusa pene amens, omni quasi uigore carens, his uerbis aliqualem sumẽs audaciã,
D tremebunda uoce dixi: Phas utinam mihi foret, qui tam felix es, tam glorioſus, tam honorifice ad illa properans gaudia: qui tam dulcia eloquia gutturi meo faris, non ambigere. At ille inquit, nomen meum quæris? Hieronymi illius presbyteri, cui transmittendam epistolam iam scribens cœpisti, sum anima: quæ in hac hora in Bethlehem Iuda, carnis onere depositio, Christo omniq; cœlesti comitata cohorte, omni decorata pulchritudine, omni illustrata splendore, illo induta immortalitatis deaurato uestimento, circumamicta omnium bonorum & gaudiorum uarietate, terrenorũ omnium triumphatrix, omni diademate coronata, & omni beatitudine & felicitate uallata: tam glorioſe, tanq; ineffabiliter pergo ad regna cœlorũ, sine fine mãsura. Iam nullũ etenim deinceps expecto gloriæ defectum, sed augmentũ: quando iterum iungar corpori glorificando, & non morituro: sed gloriam quam nunc sola habeo cum illo habitura: in illa scilicet uniuersæ carnis resurrectionis die. Tunc ego amplius animi in me collectis uirib⁹ præ gaudio a lachrymis non cessans, sic respondi: Vtinam uirorum eximie, tui mererer fieri pedissequus. Sed quæso tui seruuli quanc̃q; uilissimi, quem dilexisti in mundo nimia charitatis affectione, recorderis: ut tuis interuẽtionib⁹ a peccatis emunder: tua gubernatione recto calle, inoffenso pede procedam: tuis defensionibus assiduis, ab inimicis mihi continue insidiantibus protegar: tuoq; sancto ductu salutis attingam portum. Placeret utinam uoluntati tuæ aliqua mihi interroganti respondere. At illa: Quod optas, dicito: me omni tuæ uoluntati responsurã sciens. Vellem (inquã) intelligere, utrum beatorũ animæ quædam uelle possint, quæ obtinere nequeant. At illa: Vnum Augustine noueris, quod sanctorum animæ ita in illa æterna gloria in deo sunt solidatæ & firmatæ: quod nulla sibi inest alia uoluntas, nisi dei: quod nil uelle aliud possunt, nisi quæ deus uult: ideo quæ uolunt, obtinere possunt. Etenim quæcunq; uolunt, deus & uult & adimplet. Nemo quippe nostrum suis fraudatur desyderijs: quia nil præter deum aliquis nostrum optat. Quoniã uero semper ut uolumus deum habem⁹, nostra semper desyderia sunt plenissime adimpleta. Longa quidem pater charissime Cyrille uerborum texeret series: si omnia quæ mihi glorioſa illa anima perscrutanti patefecit, scriberem in hac breuitatis epistola. Spero enim q̃d

Bethlehem

A Bethlehem ad tantas reliquias uiſitandum ueniam non poſt multos annorũ circulos: ubi tunc quæ audiui,& in ſcriptis tradidi,uidebo perſpicaciter. Pluribus itaq; horis illa glorioſiſſima anima ibidem mecum manẽs, trinitatis ſanctiſſimæ unitatem & unitatis trinitatem,filiũ a patre generationẽ,ſpirituſſancti a patre & filio proceſſionẽ,angelicas hierarchias & ordines, & eorundẽ beatorum ſpirituum myſteria,beatarũ etiam animarũ felicitates: & alia utilia & grauia humanis intellectibus,q̃ ſubtiliter,q̃ euidenter,q̃ mirabiliter mihi patefecerit auido,ſi omnium hominũ linguis loquerer,nõ explicarẽ ſermone. Deinde a meis oculis lux illa diſparuit: ſed multis poſtmodum diebus,ineffabilis odorum ſuauitas remanſit. Q̃ mirabilis ergo iſte eſt,faciẽs tot mirabilia,tot & tanta inſueta hominibus prodigia? Ad ipſum ergo ore noſtro clamemus & exultemus:demuſq; gloriam laudi eius:quoniam certe dignus eſt omni laude: nec ſumus ſufficientes eum laudare. Introiuit enim in domũ domini candidus & pulcherrimus: ubi ſine dubio de ſublimioribus & prædarioribus gloriæ ſedem obtinet. Quod ut iterum darius ueritatis lumen pateat,pluribus teſtibus q̃ uno cenſui:quid ſupradictus noſter ſæuerus uir, doctrina & ſapientia pollens cum tribus aliis in ipſo die & hora obitus Hieronymi in Turonenſi ciuitate uiderit, meæ addere uiſioni: de q̃ quidẽ ſolũmodo ipſemet pridie ad me ueniẽs fuit teſtis. Volens itaq; deus ut ſublimis Hieronymi gloria mũdũ nõ lateret,ueluti ſanctitas ſublimis: & pene cũctorũ uiuentium excellentiſſima non latebat:ne illi quos ſanctitatis illius delectabat ſequi ueſtigia,habiturum præmium ignorantes,aliquando a ſanctitatis deuiarẽt tramite: & ut etiam alij ſibi tot & tanta elargiri cernentes præmia,illius ſanctitatis & uirtutis inhærerent ueſtigiis:minuit enim laborem ponderis præmiorum ſpes:die & hora qua idem glorioſus Hieronymus feliciter expirauit elargiendam ſibi gloriam,Seuero & tribus aliis cum eo ſtantibus,taliter declarauit. Hora completorij die illo in domo ſua Seuerus cum tribus uiris catholicis: quorum duo monaſterij quondam uenerabilis Martini erant monachi:in diuinis legens locutionib9, in cœlo,in æthere, terraq; cantuũ ſuauiſſimorũ, inauditorũ, ineffabilium & incredibilium infinitas repẽte audiuit uoces:& organorum, tympanorum, & pſalteriorum,& totius ſymphoniæ & inſtrumentorum
B ſonos:quibus cœlum & terra & omnia(ut ſibi uidebatur)undiq; reſonabant:quorum ſuauitatibus eorum animæ pene a corporibus exhalabant. Stupefacti ilico omnes illi eleuantes oculos, cœlum totum,æthera,& omnia quæ eorum continentur ambitu, quadam uiderunt luce ſeptiesſolis luce prædariore dareſcere:ex qua omnia odorum aromata erumpebant. Hæc illi tam miranda cernentes,deum exorarunt precibus: ut eos cur talia fierent, non lateret. Quibus uox de cœlo ueniens,iſta dixit: Nulla uos moueat admiratio: nil uobis uideatur admirabile, ſi talia & uidetis & auditis:hodie enim regum rex,& dominus dominantiũ, Chriſtus dominus, exeunti de hoc nequã ſæculo, animæ glorioſiſſimi Hieronymi preſbyteri in Bethlehem Iudæ cõmorantis,totus feſtiuus obuiam uenit: ut eam præ cæteris tanto honorificentius, tanto excellentius & ſublimius ad ſua introducat regna,quanto præ cæteris ſublimioris & ſanctioris uitæ meritis fulget. Hodie omnium angelorum ordines exultantes: & talibus uocibus alternatim concinentes, ſuum ſociantur dominum:hodie omnium patriarcharum & prophetarũ cœtus:hodie apoſtolorum & diſcipulorum chorus:hodie omnes ſancti martyres:hodie confeſſores: hodie glorioſa dei genitrix ſanctis omnibus comitata uirginibus: hodie omniũ beatorũ animæ lætabundæ,& feſtiuæ ſuæ occurrunt compatriotæ & ciui. His auditis,uox ſiluit: ſed tamẽ lux & cantus & odor per horam poſtmodum perdurantes ceſſauerunt. Itaq; liquido patet ipſum de ſublimioribus & maioribus ciuibus fore:quo & magnus & mirabilis eſt,& metuendus ſuper pene omnes ſanctos ob ſibi traditam poteſtatẽ. Nulli ſit dubium, ita præ cæteris quæ uult poſſe ipſum aſſequi: ſicut præ cæteris ſua uoluntas diuinæ magis cohæret. Nullus uero me tantæ audaciæ putet, ut fatear ipſum Iohanne baptiſta: quo (teſtante ipſo ſaluatore) nullus maior ſurrexit, Petro & Paulo,& cæteris duodecim apoſtolorum: qui ab ipſo Chriſto electi & ſanctificati ſunt,præſtare gloria. Sed tamen & ſi prohibeat ratio ipſum illis maiorem obtinere gloriam in cœli regno aliquem audere dicere:tamen nullas uideo rationes, cur ſit nephas dicere, æqualem illis in gloria Hieronymum fore, dummodo illis in uitæ ſanctitate diſcors non fuerit: cum non ſit perſonarum

C ſonarũ acceptor deus,ſed ſingulorum merita decernens: & reddens unicuiq; quod meruit. At ſi cuiq; uideatur minorẽ Iohanne & apoſtolis Nieronymũ gloriã obtinere,parũ uideatur minorem ipſum obtinere: cum & ſi illius ſanctitatis merita, illius laboris grauia,illius ſcripturæ & ueriſſimæ tranſlationis utriuſq; teſtamenti,officiorũq; ordinationis fructus:non ſolum præſentibus,ſed etiam futuris,perſpicaciter cernat:paulominus fore nil ipſum ab eiſdem in gloria diſcordem:ut uerũ teſtor deum puto iudicabit. Porro ne aliquib9 deridendi laqueum inijcere uidear: dum Iohanni & apoſtolis in ſanctitate & gloria,æqualem eſſe Nieronymũ ſanctiſſimũ fateor: unum quod expletis nondum diebus quatuor in uiſione uidi enarrabo:ut ueritas non lateat:& ne quis me has laudes retexere credat:uel amore carnali, quo homo a ueritatis cognitione maxime deuiat, uel ueſanæ mentis imperitia, uel alia quacunq; cauſa. Sed me hoc ambigant ab homine intellexiſſe minime: ſed per reuelationem quam deus omnipotens: qui ſuos exaltat ſanctos, & exaltando magnificat. Quarta præeunte nocte, mihi auide cogitanti, quid laudis, quidue debitæ reuerentiæ Nieronymo in breui retexerem epiſtola, demonſtrauit hoc modo. Dum itaq; (ut dixi) diſponens hanc epiſtolam tibi ſcribere, cogitarem aptam laudis materiam inuenire:hora adueniente noctis media, me ſomnus oppreſſit: & ecce maxima mihi affuit angelorum multitudo: inter quos fulgentes plus infinito ſole duo erant uiri ita ſimiles & uniformes,ut nulla in eis uideretur differentia,qua alter ab altero differre poſſet: niſi q; tria ſerta ferebat alter in capite,ex auro & lapidibus precioſis,alter ỹo duo. Ni candidiſſimis induti collobijs, undiq; auro gemmiſq; contextis:tantæ erant pulchritudinis, ut nõ ualeat quiſpiam imaginari. Accedentes itaq; illi ambo prope me,ſub ſilentio pauliſper ſteterũt. Deinde ille qui tria ferebat ſerta,his me uerbis fuit allocutus. Cogitas Auguſtine quid debeas laudis de Nieronymo in ueritate proferre? Et certe diu cogitans nondum noſti:ſed huc ambo uenimus,ut eius tibi gloriam indicemus. Nic certe meus ſocius quem uides, Nieronymus ipſe eſt: qui ſicut æqualis mihi in uitæ ſanctitate fuit:ita per oĩa in gloria æqualis eſt. Et quæ poſſum,& ipſe poteſt:& quæ uolo, & ipſe uult: & ſicuti deum uideo,& ipſe uidet,& cognoſcit & intelligit: In quo omnis noſtra, &
D ſanctorũ omnium conſiſtit gloria & beatitudo. Nec habet maiorem uel minorem gloriam alter ab altero ſanctorum: niſi inquantum magis & minus diuinam contemplatur ſpeciem, ſiue cognoſcit. Sertum uero tertium quod plus illo fero,aureola martyrij eſt: quo uitam finiui corporis. Qui & ſi in mundo ob labores,pœnitentias,erumnas,afflictiones,uerbera, contumelias, & hominũ opprobria,& deriſiones,& cætera ualde grauia:quæ ita pacifice pertulit, ita gaudenter propter deũ,ut in infirmitatibus exultaret:& uerus martyr extiterit:& præmia martyrij nõ amiſerit: tamen quia gladio uitam non finiuit: aureolam quæ in ſignum datur martyrij, non habet. Serta uero duo alia quæ habemus,aureolæ ſunt, quæ ſolũ uirginibus & doctorib9 dantur, ut ab alijs diſcernant. Ad hæc(ut mihi uidebat)reſpondi: Quis eĩ es dñe mi? Et ille:Iohannes (inquit)baptiſta ſum:qui huc ad te deſcẽdi,ut nunciarem tibi Nieronymi gloriã:quatenꝰ ipſam gentibus nuncies. Noc eĩ noueris:quia honor & reuerẽtia quæ ſingulis ſanctorũ exhibet,cæteris omnibꝰ exhibet:ne putes ut aliqua ſit in cœlo inuidia,ut in mũdo. Sicut eĩ in mũdo quilibet hominũ cæteris præeſſe potius uellet q̃ ſubeſſe:ita in cœlo ꝓpter charitatẽ ineffabilem,qua ſe inuicem diligunt beatæ animæ: quilibet ſanctorũ ita alterius gloria gaudet ſicut ſua: Quin etiã uellet quiſq; maior ut quiſq; minor ſibi eſſet æqualis & pene maior:quia eiꝰ gloria eſſet ſua: ita minor maioris gloria gaudet,ſicuti ſi eã haberet: nec uellet eã habere,ut ille nõ haberet:imo potius de ſua(ſi phas eſſet)impartiret. Vnde gloria ſingulorũ,eſt gloria cunctorũ:& gloria cunctorum,eſt gloria ſingulorũ. Nis dictis,ſocietas omnis illa diſceſſit. Et expergefactus ita a ſomno, tantos in me ſubito ſenſi charitatis ardores,quãtos in me nunq; ſenſeram. Nam deinceps hactenus nunq; aliqualis in me uel inuidiæ,uel ſuperbiæ, ſiue arrogantiæ fuit appetitus uel cogitatio. Teſtis eĩ eſt deus:qui oĩa anteq; fiant nouit,q; inde tantus in me extitit charitatis feruor: q; plus alieno bono gaudeo,q̃ meo:plus affecto oĩbus ſubeſſe,q̃ præeſſe. Nec idcirco dixerim:nõ ut laudis acquirã famam,ſed ut quis hæc nõ putet uana fuiſſe ſomnia:quibus ſæpe deludi tur mens noſtra. Sæpe eĩ deus abſcõdita & maxima per ſomnia reſerat. Magnificem9 ergo opera ſua:

A opera ſua,quoniam p̃fecta ſunt:nec eſt in eis iniquitas.Sanctum domini Hieronymum, propter deum cum quo regnat ſecure,magnificem⁹:quoniã in uita ſua magnifice fecit,in morte ſua magnifica recepit.Quapropter magnus eſt in medio noſtri: & ſanctus & excelſus in uitæ excellentiſſimæ ſanctitate.Magnus ſanctus & excelſus,in ſapiẽtiæ ineffabilis profunditate. Magnus ſanctus & præexcelſus,in maioris nunc gloriæ quantitate.Mirabilis & laudabilis & glorioſus in prodigijs inuiſis,inauditis,& inſuetis.Metuendus,colendus, & uenerandus, ob ſibi traditam a domino poteſtatem,honorem,& gloriam ſempiternam. Magnificemus ergo obſecro eum, ne taceamus:quoniam maior eſt omni laude.Notas faciamus in populis gloriæ ſuæ laudes. Non miretur homo ſi eum quem deus magnificauit & coluit laudamus. Non hominem pigeat uenerari & colere,quem deus coluit & ueneratus eſt. Non putet quiſpiam Iohanni & apoſtolis in gloria & ſanctitate æquando Hieronymum,Iohanni & apoſtolis exercere iniuriam: quoniam ipſum illis præſtare & gloria & ſanctitate ſi poſſent, optarent. Gloria enim & beatitudo eius, eorum eſt gloria:& beatitudo eorum eſt ſua.Honor,laus,& reuerentia a nobis exhibita Hieronymo,eorum ſingulis exhibetur:& quæ illis ſigillatim exhibet̃,Hieronymo exhibetur. Si ergo cupis Iohannem baptiſtam & apoſtolos uenerari,ſimul uenerare ipſum:quoniam illis per omnia eſt æqualis.Secura igitur mente omni depulſa formidine,Iohannem baptiſtam Hieronymo æqualem & non maiorem: quoniam nullus maior ſurrexit omni deuotione & reuerentia, fateamur: quem ſi minorem facimus, Iohannis gloriæ derogamus: & magis iniurias exercemus c̃ꝫ laudes. Huius mei imperiti ſermonis opus, quanc̃ꝫ inſufficienter, quanc̃ꝫ uiliſſime, quãc̃ꝫ nihil, tamẽ deuote & reuerẽter a nobis expletũ:ad te uenerabilis pater puro corde & magna animi deuoti affectione dirigo:ſupplicans,ut ingenioli mei uerbula,quæ de meæ imperitiæ pauperie in laudes eximij Hieronymi obtuli,non deridendo, ſed charitate debita æquanimiter tolerando legas. Et quæ minus debite dixi ad tanti uiri laudes: & meæ imputes imperitiæ & epiſtolæ breuitati, & eius laudum immenſæ maieſtati. Quoniam certe ſi omnium mortalium linguæ ſolum eius laudes promerent,minus debito ſatis eſſet. Mei peccatoris uenerabilis pater

B eſto memor:ut dum in illo ſteteris loco,quo illud ſacrũ eximij Hieronymi cadauer quieſcit, eius me interuentionibus recommendes:quoniam nulli dubium eſt quod ea quæ optat, idem Hieronymus poteſt continuo obtinere.Non enim ſuo aliqualiter defraudatur deſyderio.

## CENSVRA EPISTOLAE SEQVENTIS.

IDem & hic ſtilus, idem pectus,eadem inſania,ſemper ſui ſimilis eſt,quocunc̃ titulo perſonatus prodeat huius actor fabulæ. Quid ſi hic rabula ualuiſſet litteris & eloquentia,quibus ludibrijs orbem impleſſet uniuerſum? Nunc ob inſignem infantiam, nulli poteſt imponere, niſi ſit Morycho ſtultior,aut niſi quis ultro falli cupiat. Reijcienda ſunt a chriſtianis huiuſmodi fabulamenta. Quod ſi quid etiam tolerandum eſt ad exemplum pietatis confictum, artificem uolo non huiuſmodi rabulam,nulli rei, niſi perdendis chartis natum.

## CYRILLI EPISCOPI HIEROSOLYMITANI DE MIRACVLIS HIERONYMI AD SANCTVM AVGVSTINVM EPISCOPVM HYPPONENSEM.

VEnerabili uiro,epiſcoporũ eximio,Auguſtino Hypponẽſi præſuli, Cyrillus hieroſolymitan⁹ pontifex,& omniũ ſacerdotũ infimus:illius ſequi ueſtigia, cui⁹ in terra ſanctitas radiare nõ ceſſat,illius ſcilicet Hieronymi glorioſi:cui⁹ memoria erit in benedictione in ſæculũ ſæculi. Qui quantus ſit,& tu ſimiliter bene noſti:eius uſus maxime colloquijs & doctrinis: de quo me uelle differere, cum ſim reprobus in toto & indignus, quaſi reputo audaciam. Sed tamẽ quia tua me cogit dilectio,ut aliqua tibi ſcribam de prodigijs hominibus inſuetis, quæ per illum in diebus noſtris fecit dominus:ut eum celebrem mundo faceret, & cunctis hominibus glorioſum: tuis confiſus orationibus opus aggrediar: ut tua poſcit deuotio, & breuiloquio perſtringam de multis pauca. Glorioſum huius uiri obitum,uiſionẽc̃ꝫ meam: necnon & mirifica tunc tẽporis peracta,te noſſe nõ ambigo. Nam uir utic̃ꝫ reuerẽdus,& memoriæ obliuioni nõ dandus, Euſebius nobilis Cremonẽſis eius diſcipulus: in quo magiſtri refulſit ſanctitas & doctrina: cuius ſapientiam, probitatem, & excellentiam non ignoras: qui

poſt biennium

C post biennii ā nostræ mortalitatis miseria ereptus, suū prædilectissimū magistrū Hieronymū in cœli patriā est secutus:ut nobis indicant eius crebra miracula:de quibus etiam inferius aliqua liter pertractabo:Reuerendo patri Damaso Portuensi episcopo: & Theodosio Romanorum senatori, eiꝰ fratri Seuero probissimo uiro,Eustochio sanctissimæ mulieri,& tibi & multis alijs, quos sigillatim nominari nō uget:tunc tēporis per suas literas totius eius obitus seriem intimauit. Vnde amplius ea quæ nosti,reiterare esset superfluum,& dicēdorū impedimentū. His ergo omissis,ad eiusdē quæ non cessant continue clarere miracula,noster se stilus uertat:ut tua poscit deuotio.Et primo ab Eusebio uiro sanctissimo, eiusdē Hieronymi sanctissimi discipulo sumat initium. ¶ Post obitum glorioſissimi Hieronymi,quædam hæresis inter græcos,id est secta surrexit:quæ ad latinos usqꝫ deuenit:quæ suis nephandis nitebatur rationibus probare, qꝫ animæ beatorū usqꝫ ad uniuersalis iudicij diem, in quo eorum corporibus erant iterum coniungendæ, uisione & cognitione diuina,in qua tota cōsistit beatitudo sanctorū,priuabunt: & damnatorū animæ similiter usqꝫ ad diem illū,nullis cruciabunt pœnis. Quorū ratio talis erat: Sicut anima cum corpore meruit uel peccauit:ita cum corpore præmia recipit,siue pœnas. Asserebant etiam illius sectæ nequissimi,nullum fore purgatorij locum: in quo animæ quæ nondum de suis peccatis in mundo plenam egissent pœnitentiam, purgarentur. Qua quidem secta pestifera crebrescente, tantus in nos dolor irruit:ut nos amplius pigeret uiuere. Quo circa meis cunctis suffraganeis episcopis, & alijs uiris catholicis conuocatis,eis ieiunia & orationes indixi: ut suam sic agitari fidē,diuina nō permitteret bonitas. Mira res,& forte huic similis nunqꝫ uisa:tribus expletis diebꝰ ieiuniorū & orationū,subsequēti nocte glorioſus Hieronymus,suo prædilectissimo filio Eusebio orationibꝰ incumbenti manifeste apparēs:benignaqꝫ eum allocutione confortans, ei dixit in hac secta pestifera minime formidandū,cum sibi finis iam ponendus erat. Quē Eusebius nimio fulgentem splendore:ita ut eum oculus humanus aspicere nō ualeret intuitus,quasi de graui somno euigilans,dulces per oculos fundens lachrymas:ita ut pene uocem formare non posset:quantum poterat,clamare cœpit:Pater meus Hieronymus es? Quare meam societatem
D spernis? Certe teneam te,nec dimittam:nec sine tuo quem dilexisti filio gradieris. Ad quem glorioſus Hieronymus:Non te fili dilectissime deseram. Confortare,uicesimo nanqꝫ die me sequeris & simul in gaudio permanebimus sine fine. Sed Cyrillo cunctisqꝫ fratribus nuncia:ut crastina die iuxta præsepe domini(ubi meum quiescit corpus)omnes in unum cōueniant:tam catholici,qꝫ etiam illius sectæ uiri. Et tu trium hominū,qui in hac sunt urbe hac nocte defuncti cadauera inhumata,in locum in quo meum est humatum corpus facies deportari:super quibus saccum quo utebar ponēs,& statim uitæ pristinæ redditi:hanc radicitus hæresim extirpabunt. Cui ualedicens glorioſus Hieronymus disparuit. Mane autem facto, ad me (qui Bethlehem tunc eram)uenerabilis Eusebius ueniēs,cuncta quæ uiderat enarrauit. Quo immēsas creatori gratias agens,& glorioſo Hieronymo omnibꝰ in prædicto loco,in quo ꝓ nobis de intemerata uirgine saluator natus est: & ubi etiam sacratissimū Hieronymi cadauer humatum est cōgregatis,prædictorum defunctorū cadauera deferri fecit. O mira erga homines dei miseratio & dispēsatio. Quot modis in se sperantes scit iuuare:quantis & quot honoribus suos exaltat sanctos. Fiebat interea ab illius sectæ cultoribus derisio:credentibus qꝫ foret exinanita manus domini. Lætetur itaqꝫ omnis fidelium cœtus:& deo in uoce exultationis psallant, quando suscipimus misericordiam in medio templi sui. Accedēs nanqꝫ uir uenerabilis Eusebius ad singulorū cadauera:flexis genubus,manibusqꝫ in cœlum extensis, cunctis audiētibus sic orauit:Deus cui nihil est impossibile,nihil graue,inuictæ fortitudinis & uirtutis:qui facis mirabilia magna solus: & nullum in te sperantium spernis:nunc preces tuorum exaudi fidelium: & ut tua(quam dedisti)fides,intemerata inuiolataqꝫ per sæcula maneat:ac etiam ut horum error appareat:& per merita & intercessiones glorioſi tui Hieronymi dilecti,introduc in hæc cadauera animas quas de ipsis egredi uoluisti. Qua quidem oratione finita,singula sacco quo supra carnem glorioſus Hieronymus utebatur tangens cadauera, protinus in eum uitæ spiritum introduxit. Qui homines apertis oculis,omnibusqꝫ uitæ signis ostensis,sunt perfecte resuscitati: & cœperūt beatarū animarū gloriā,

)& peccatorū

A & peccatorũ pœnas,tam purgatorij,q̃ inferni clara uoce omnib⁹ intimare.Nam(ut mihi postmodũ interroganti dixerũt)beatus Nieronym⁹ eos cõduxerat secũ in paradisum,purgatoriũ, & infernũ:ut quæ ibi agebant,patefecerẽt uniuersis.Sibiq; dixerat q; ad corpora redirent:& de perpetratis peccatis ibi agerẽt pœnitẽtiã:quia eo die & hora qua uenerabilis Eusebius migraturus erat,& ipsi morituri erant:ac etiã si bñ agerẽt pœnitẽtiã,cũ eo gloriã adepturi: qd' & factum est,ut inferius declarabo.Nis igitur peractis, multitudo maxima populorũ tam fideliũ, q̃ etiã illius sectæ defensorũ:qui ad tam grande cõcurrerãt spectaculũ,tam certum indiciũ, & ueritatis experimentũ: necnõ beati Nieronymi merita egregia cernẽtes,magnis uocib⁹ immẽsas gratias referũt creatori: qui suos in se sperãtes nõ deserit.Et sic Augustine charissime,pius dñs nauiculã suæ fidei sacratissimæ, in huius mũdi mari eructantib⁹ malorũ hoim fluctib⁹ agitari permittit, sed minime naufragari. Quo quidem forti quæso esto animo:uiriliter age:nõ formides contra fidei pſecutores magnanim⁹ dimicare,sub umbra alarũ tam pij patris: qui suorũ fideliũ preces inefficaces nõ sinit:dummodo tota spe & puro fiant animo. Nõ em̃ nostræ nequeunt exaudiri preces,nisi cũ in deo nostra nõ perfecte spes cõsistit:uel quia petim⁹ nõ petẽda. Ad ipsum ergo dñm nõ tm̃ ore,sed toto corde clamem⁹ dum affligimur:& ipse qui dominat' in uirtute sua, & nos q̃tidie oculo respicit pietatis,nõ permittet nos tentari supra id qd' possumus. Sed ne nimis deuius a ꝓposito modo gradiar, ad incepta redeam:& uenerabilis Eusebij obitum explens primo:& uirorũ illorũ trium similiter,q̃s resuscitatos nosti migrationẽ scribẽs:quia eadẽ hora sunt & die, qua Eusebius de huius mundi & ualle miseriæ exempti, aliqua Nieronymi miracula de multis introducam. Adueniente autem die quo uenerabilis Eusebius a beato Nieronymo in uisione(de qua supra fatus sum)se migraturũ scierat:die tertia præeunte,languore febrium con cussus ualide,se sup terrã (magistri nõ immemor) nudũ deferri fecit a fratribus:& singulũ fratrẽ benigna cõsolatione cõfortauit:& ut in sancto manerẽt ꝓposito,admonuit.Deinde saccũ q̃ glo rioſus induebat' Nieronymus, deferri fecit:& supra se poni iussit:ordinauitq; se nudum instar
B glorioſi magistri extra eccl'iam in q̃ iacebat sanctũ Hieronymi cadauer sepeliri.Post hæc cõmunione sacratissimi corpis Iesu Christi se munies,dño se & beato Hieronymo cõmẽdauit:& sic p triduũ locutione corporaliq; uisione priuatus:circũstantib⁹ fratrib⁹ alternatim psalteriũ,passiones dñi,& alia sacra cõtinue legẽtib⁹ iacuit.Durũ quippe & cunctis recte in mũdo degẽtib⁹ formidabile hoc qd' narro.Die autẽ q̃ moriturus erat,per duas horas añ animæ beatæ exitũ,uene rabilis Eusebius tam terribiles actus cœpit peragere,q; circũstantes monachi pauore perterriti, uelut amẽtes in terra iacerent. Nam q̃nq; trãsuersis oculis,manib⁹ iunctis, facie terribili,uoceq; dira q̃si seuiens damabat: Non faciam,nõ faciam:mẽtiris,mẽtiris.Post hæc ad terrã rediẽs:faciẽ firmabat in terrã quantũ potuit,damans:Adiuuate me fratres ne peream.Q d' monachi uiden tes,lachrymantes & tremẽtes eum interrogauerunt: Quid habes pater? Ad q̃s ille:Non uidetis dæmonũ agmina,quæ me debellare cupiunt? Et illi:Quid te facturũ uolebant,cũ dicebas:Non faciam? Et ille: Conant' nanq; ut diuini nominis blasphem⁹ inueniar:& ideo hoc me nõ facere damabam.Et illi:Quare pater faciem abscondebas in terrã? Et ille:Ne eius aspectũ cernerẽ:qui tam turpis & terribilis est,q; omẽs pene formidines quæ in mũdo sunt,respectu eius nihil sunt. Inter hæc uerba actus priores reiterans, sic ad extremam horam usq; deuenit. Fratres autẽ qui astabant,pauore & dolore perterriti,uelut mortui stabant:quid facerẽt,nesciẽtes. Glorioſus de⁹ in sanctis suis:mirabilis in maiestate sua,benignus,& se amantib⁹ misericors: sanctos suos non derelinquit in tẽpore necessitatis.Ad extremã nanq; horã uenerabili Eusebio præueniente glorioſus Hieronym⁹ apparuit,eum benigne cõfortans.Cuius aduentu omnis illa dæmonũ turba quasi infinita,eius timore perterrita,ab eo uelut fumus euanuit:ut plures testant' monachi, qui ꝓprijs oculis dispensatione diuina se hoc uidisse dicunt.Sed hoc magis approbat':nam omnes circũstantes audierunt has ab Eusebio uoces: Vnde uenis pater? Quare tantũ moratus es? Cui subito cunctis audiẽtib⁹ alia uox respõdit:Expecta fili ne formides:quia te nõ deserã,quẽ tantũ diligo.Qua audita uoce,breui inde decursa morula,uenerabilis Eusebius expirauit. Qua quidẽ hora & illi tres qui resuscitati sunt,migrauere:&(ut puto)cũ Eusebio ad æterna gaudia peruenerunt. Nam p illos oẽs uiginti dies,quib⁹ postq̃ (ut nosti)resuscitati sunt: se in tanta pœnitentia

C tradiderũt,q; ſine dubio æterna btitudine potiant' & præmiant'. Silẽtio prætermittẽdũ neq; puto,quæ ab eiſdẽ trib⁹ uiris p illos dies,quib⁹ uixerũt,didici. Cõtinue toto hoc tpe cũ aliq; eorũ ſecreta uitæ illi⁹,quã poſt hanc breuẽ & momẽtaneã expectam⁹ rimari cupiẽs,alternã diẽ ducẽs ad ueſperã. Sed cui multa ab eiſdẽ didicerim:tñ ad præſens breuitatis cauſa quædã tm referã: cætera ỹo alʒ ea dicturꝰ omittã. Quadã uice ad unũ eorũ me iuiſſe cõtigit:quẽ dure lachrymãtem,nec meis uerbis cõſolationẽ aliquã admittentẽ cõperiẽs,tanti fletus cauſam ab eo cœpi inquirere. Qui pluries de hoc a me interrogatus:nec tñ ad interrogata reſpondens,tandẽ meis coactus importunitatib⁹,ſic reſpõdit:Si quæ pridie ſum expertus,non ignorares:tibi ineſſet ſemp cauſa fletus. Ad quẽ ego:Quæſo ut quæ uidiſti,ædiſſeras. Tunc ille pauliſper tacẽs dixit:Quales credis pœnas & torméta:nõ ſolũ damnatis,ſed etiã in purgatorio exiſtẽtib⁹ præparari? Ad quẽ ego:De incertis quæ uera poteſt proferri ſentẽtia? Vt emꝫ puto:noſtris quib⁹ affligimur pœnis, æquari nõ poſſunt. Ad qd ille:Si oẽs quæ in mũdo cogitari poſſunt pœnæ, torméta,afflictiones,minori quæ illic habent' pœnæ & torméto cõparent',ſolacia erũt. Mallet emꝫ quilibet uiuentium(ſi illas experiẽtia noſceret pœnas)uſq; ad finẽ mũdi,omib⁹ his ſimul ſine remedio cruciari pœnis:q̃s oẽs hoies ab Adam hucuſq; ſigillatim pertulerũt,q; uno die in inferno ſiue purgatorio,minori quæ illic habet' pœna torqueri. Et ideo ſi cauſam mei fletus interrogas,timor pœnarum eſt,quæ peccatorib⁹ iuſte dant'. Scio nanq; me erga deũ meũ peccaſſe: & ipſum iuſtũ fore nõ dubito. Qua de re nõ mireris ſi plango:cũ poti⁹ ſi nõ plangerẽ,uehemẽter admirari deberes: ſed potius admirare, quare hoies qui ſe mori nõ dubitant(ſaltẽ aliorũ experiméto)tanta hic ſecuritate uiuunt:nec tantas cogitant euadere pœnas. Ad hæc dolore tactus intrinſecus: ita ut uix uerba formare poſſem,dixi:Neu quid audio? Sed quæſo,in quo torméta differũt infernalia ab his quæ ſunt in purgatorio dicas. Et ille:Nihil inter ſe differũt:quia eadẽ ſunt magnitudine, pœnæ purgatorij & inferni. Sed unũ eſt q̃ differre poſſunt:quia infernales finem nõ expectant,ſed
D augmẽtũ:ſcilicet in iudicij uniuerſalis die:qñ corpa ibidẽ cruciabunt' cũ animab⁹: & purgatorij pœnæ ſunt cũ fine. Nam poſt expletã pœnitentiã inde exẽpti,gaudijs beatiſſimis pfruent'. Ad hæc ego:Sunt omnib⁹ in purgatorio exiſtẽtib⁹,æqualia torméta uel diuerſa? Ad hæc ille:Diuerſa quidẽ. In aliquib⁹ maiora,aliquibuſue leuiora,iuxta magnitudinẽ peccatorũ. Nam in patria etiã beatorũ oẽs animæ glorioſæ diuinã cõtemplant' ſpeciẽ:in q̃ omis cõſiſtit gloria. Quæ cui ſingulæ tanta habeant gaudia, quanta uelle uel cogitare poſſunt:tñ gaudijs nõ ſunt pares: quia maiora hæc poſſidet,minora illa,iuxta opera quæ fecerũt. Sed ſi tibi aliqua ex hoc oriret' admiratio:ut ſanctis poſſit ineſſe diuerſitas gaudiorũ,quorũ cauſa eſt ſolus ipſe deus: in q̃ nulla potuit un̄ eſſe diuerſitas: ſolutio ſatis patet. Nam cũ diuina cõtemplatio & cognitio, ſiue intelligentia ſit tota merces & gloria:in aliq̃ põt eſſe ſanctorũ minor,in aliq̃ ỹo maior. Idcirco cũ oẽs ſimul animæ deũ ſicuti eſt,uideant & cognoſcãt:aliqua min⁹ uidet & intelligit:& ſic minor ineſt ſibi gloria. Aliqua ỹo darius uidet,& ſubtilius intelligit:& ſic maiorẽ poſſidet gloriã. Sic etiã de illorũ miſerorũ damnatorũ pœnis dici põt:nam cũ omnes animæ damnatorũ in uno cõſiſtant pœnarũ loco:tamẽ diuerſis cruciant' pœnis, iuxta uitiorũ qualitates. Tantũ ſiquidẽ differt inter chriſtianorũ qui ibi torquent' pœnas & paganorũ:ut paganorũ cruciaméta reſpectu eorũ quæ falſi chriſtiani & pctõres ſuſtinẽt,ſint quaſi nulla:quã̄ ineffabilia ſunt,nec a uiuẽtib⁹ cogitabilia. Et dignũ eſt. Nam illi gratiã dei in uanũ receperũt:nec uoluerũt a peccatis corrigi dum uixerunt,ſacris cõtinue uociferantib⁹ ſcripturis,q̃s p nihilo putauere. Tum ego:horribile eſt(inquã) qd dicis:& utinã ſedulo mortaliũ inſiſteret mẽtib⁹:ut uel tantarũ pœnarũ terrore a prauis ceſſarent,ſi nollent amore gloriæ. Sed quæſo quid erga te pridie exeunte anima peractũ eſt,breuiter innoteſce. Ad qd ille:Adueniẽte(inquit)mortis meæ hora,tanta in loco q̃ migraturus iacebam, nephandorũ affuit ſpirituũ multitudo, q; præ multitudine dinumerari omnino non poſſent: quorũ ſpecies talis erat,q; ea nil pœnoſius,nilue horribili⁹ excogitari poteſt. Poti⁹ emꝫ quilibet hoim flammis ardẽtibus arſurũ ſe exponeret,q̃ earũ formarũ ictu oculi uiſione potiri. Qui ad me ueniẽtes:oia quæcũq; perpetraui opera cõtra deũ, ad meã memoriã reuocabant:ſuadentes mihi ut ampli⁹ diuinã miſcd iam quã tam grauiter offenderã,nõ ſperarẽ. Et certe noueris q; niſi me diuina miſeratio adiuuiſſet,eis reſiſtere nõ ualuiſſem. Nam dum oñi uigore ſpũs deſtitut⁹,

eorũ uerbis

A eorũ uerbis paulomin⁹ assentirẽ: glorioſus affuit Hieronym⁹, magno uallat⁹ agmine angelorũ, ſepties ſole ſplendidior, me cõfortans. Qui ubi illos ſpũs immũdos fuit intuitus, me tã dure exacerbantes: ualde cõmotus erga eos, uoce terribili eis dixit: Quid ad hunc nequitiæ & oĩs maledictionis ſpũs ueniſtis? neſciebatis hunc meis fore fouendũ auxilijs? Protin⁹ hunc relinquẽtes, abite: & ueſtras ab eo elongate nequitias, quantũ diſtat ortus ab occaſu. His illa maledictorũ ſpirituũ ſocietas perterrita, diris ululatib⁹ & clamorib⁹, limẽ loci in q̃ iacebam exceſſit. Tunc glorioſus Hieronym⁹ aliquib⁹ imperans angelis, ne a me diſcederẽt: ſed q̃ſq; reuerteret expectarent: cũ cæteris angelis feſtinanter abſceſſit. Eodẽ quoq; abeunte, angeli qui ad cuſtodiendũ remanſerãt, me cõfortare cœpere: blandia & dulcia ꝓmittẽtes, ſi forti aĩo perdurarẽ. Inter hæc aũt cõſolatiõis colloquia, hora q̃ſi decurſa, ſcd'o btũs Hieronym⁹ ueniẽs ſtanſq; in limine, uelociter (inquit) uenite. Tunc ſubito aĩa corp⁹ relinquẽs, tã grauiter & acerbe: q; certe quãtæ fuerint preſſuræ & anguſtiæ, itellectu nõ caperet mẽs humana, niſi ut ego experiẽtia didiciſſet. Si em̃ oĩs humanorũ intelligentia, q̃s uellet anguſtias & dolores æſtimaret reſpectu aĩæ diſſolutiõis a corpe: tanq; ꝓ nihilo cõputaret. Hæc & alia nõ min⁹ ardua & ualde mortalib⁹ formidãda, quæ ꝓ longitudine, pſenti opi non inſcribã, eo loquẽte, incipiebat claudi dies, occaſu ſolis, q̃ neceſſe fuit qd ei poſt mortẽ cõtigerit nõ explere. Sed quia præ cæteris affectabã, ſequẽti die, duob⁹ aljs cũ eo inſimul cõuocatis ad narrationis illi⁹ ſeriẽ redij, hoc cupiẽs ab illis etiã duob⁹ aljs peraudire: ut triũ teſtimonio ſolidi⁹ edocerer. Itaq; cũ hi iam dictare inciperẽt, ſic reſpondi: Quãq; hæc utilia ſint nec tederet in uacuũ ſæpi⁹ ipſa fari: tñ his quæ iam audiui omiſſis: quæſo ut quid uobis poſt diſſolutionẽ corpis euenerit, meo hianti detegatis aĩo. Ad hoc ille q mihi quæ audiſti tranſacto narrauerat die: Q d' Cyrille (inquit) interrogas: nõ eſt poſſibile plene fari: qm̃ ſpũalia noſtris minime ſenſib⁹ cõprehẽdunt. Scis nãq; nõ te exanimẽ fore: tñ qd aut q̃lis ſit aĩa, nõ agnoſcis. Deũ certe ſcis oĩm eſſe principiũ & finẽ, a q̃ incipiũt oĩa atq; tẽdunt: & tñ qd ſit de⁹ aut q̃lis, dũ carnis iſti⁹ grauiſſimæ corruptibile portas on⁹: nõ intelligis, niſi ꝑ ſpeculũ & in ænigmate: ſic etiã de angelis & cæteris incorporeis idẽ liquet. Cũ em̃ multa quæ ſunt notiſſima in natura, noſtræ paruæ
B intelligẽtiæ defectu itelligere nõ poſſum⁹, ſupcœleſtia & ſpũalia oĩno aliena a naturæ cognitione, quõ intelligem⁹? Vt dicis (inquã) eſt: ſed uti potes quæſo dicas. At ille: Circũloquar inquit, id q d' optas: & dicã paulominus qd' nõ poſſum. At hi q mecũ ea quæ pridie dixi ſunt experti: ſi ita eſt, teſtificabunt. Mea pridie aĩa a corpe tot (ut ſupra fatus ſum) preſſuris & doloribus diſſoluta, ſubito in ictu oculi ineffabiliter fuit añ dei iudicãtis pſentiã deportata. Sed a quib⁹ & quõ, nõ agnoſco. Nec certe mirũ: nã nunc carnis molæ aggrauor: tunc aũt erat aĩa ſine carne. Fuerũt etiã ibidẽ iſtorũ animæ, terrorib⁹ inexcogitabilib⁹ quid iudex ageret formidãtes. Heu cur mortales neſciũt: quib⁹ hoc eueniet qd' tunc nobis? Certe ſi illius nõ foret ignorantia, totiens nõ peccarẽt. Nullum, quæ toto tpe geſſim⁹ pctõrũ iudicẽ latere potuit: imo cuncta quæ fecim⁹ tanq; ſi foret præſentia, cunctis aſtantib⁹ clara erãt: ita ut minimũ noſtrorũ cogitaminũ ſicuti fuerat, apparebat. Cõſydera nãq; qb⁹ & q̃t agitabamur terrorib⁹: hinc dæmonũ mltitudo ſtabat, mala teſtificantes quæ fecim⁹, locũ, modũ, & tpa declarãtes. Hinc noſmetipſi quæ obijciebant, nullatenus cõtradicere poteram⁹: tũ quia iudicẽ cuncta ſcientẽ: tũ quia ipm̃ qlibet noſtrũ iuſtiſſimũ cognoſcebat. Heu qd dicã? Quã ſentẽtiã preſtolabamur, ob ei⁹ memoriã nũc formido. Hinc inde mala undiq;, uindictã iudici acclamabãt: nec ullũ pene apparebat bonũ q̃ qd miſcd'iæ ſperarem⁹. Hinc nos dignas ſupplicio oẽs q aderãt exclamabãt. Cũq; iã nihil deeſſet niſi ſentẽtiã publicari: quæ pctõrib⁹ digna dat: ecce glorioſus Hieronymus cũctis ſplẽdidior aſtris, btõ Iohãne baptiſta, ſummoq; apl'orũ principe Petro, necnõ angelor̃ ingẽti mltitudine comitatus, ad præſidẽtis iudicis thronũ ueniẽs, noſtrã ſentẽtiã ſuſpendi modico tpis: noſq; ſibi dari ob reuerẽtiã & deuotionẽ quã ſibi cõtuleramus: & ꝓpter erroris deſtruendi neceſſitatẽ ut uoluit, impetrauit. Deinde nos ſecũ ducẽs, omni illa btã uallatus ſocietate, ubi fideliũ animæ inæſtimabili gloria perpetuo perfruunt, quæ ibi gerebantur, ut redderem⁹ teſtimoniũ, declarauit. Poſt hæc ad purgatoriũ & infernũ nos deducẽs: nõ ſolũ quæ ibi erant, indicauit: ſed uoluit ut pœnarũ experiẽtiã ꝓbarem⁹. His igit' omnib⁹ ſic peractis, hora q̃ noſtra cadauera ſacco q̃ btũs uſus fuit Hieronym⁹, tetigit uenerabilis Euſebi⁹; idẽ glorioſus Hieronym⁹ nobis imperauit, ut ad corpa redirem⁹: mandans

Cut de his quæ uidim⁹,teſtaremur:promittẽſq; nobis uiceſimo die,ſi de perpetratis peccatis nos cõtingeret debitã pœnitentiã exercere,cum beato Euſebio,qui tunc erat ex hoc ſæculo migraturus,gloriã finis neſciam adipiſci:ſicq; corporibus,noſtræ animæ ſunt coniunctæ.Multa ſiquidẽ Auguſtine chariſſime formidanda,quæ mortaliũ impreſſa mentib⁹,ab eiſdem labentiũ omniũ terrenorũ amorẽ,& curam peruigilem:qua tot aberrant homines(ut puto)funditus extirparẽt, patẽter didici:quæ ſi his chartis imprimerẽ:plus cogitato,opus procederet:nec eſſem cõpos ſubſcribere iam promiſſa. Itaq; cum de proximo te expectem,uiſitaturũ glorioſi Hieronymi reliquias:ut tuæ quas pridie recepi litteræ fatebant:hæc omnia hoc fine claudam, tangens uenerabilis Euſebij ſepulturã:ut ad miracula redeam enarranda, quæ ſuperi⁹ ſum pollicitus enarrare.

Obitus nanq; Euſebij uenerabilis & triũ hoim prædictorũ ſeriem, in præcedẽtib⁹ q̃q; breuius potui,inſerui:quædam tibi(ut puto)affectuoſa interponẽs.Sed prædictorũ ſepulturæ ſeries ita patet. Mortuo nanq; uenerabili Euſebio,plura ſunt miracula cunctis uiſa,quæ præcedẽtis uitæ ſanctitatẽ teſtant:quorũ ad præſens duo ſolum dicam.Monachus quidã cuiuſdã cœnobij prælachrymis & uigilijs priuatus corpali lumine oculorũ: ſtatim ut Euſebij corpus uenerandũ facie tetigit,priſtinæ lucis gratiã eſt adeptus. Dæmoniacus autẽ quidã,dum ſacrũ corp⁹ ad eccleſiam ducerem⁹,eidẽ obuians eſt protin⁹ liberatus. Iuxta eccliam in qua glorioſi Hieronymi cadauer ſanctiſſimũ eſt humatũ:uenerabilis Euſebij corp⁹honore debito nudũ,magiſtri inſtar ſepeliuimus.In cui⁹ etiã eccliæ cœmiterio,hoim illorũ triũ qui eadẽ ſunt hora mortui,fuere corpa tumulata.His ergo dictis, uenerabilis Euſebij cuncta ſileant:ut prægrãdia & ineffabilia locũ teneant prodigia eximij beati Hieronymi iam promiſſa. In amœno & iucũdiſſimo ſiquidẽ mirabiliũ geſtorũ ſanctiſſimi Hieronymi prato poſitus:uti ſertũ faciẽs,præcipuos & decoros miraculorũ flores,ad hui⁹ opuſculi uenuſtatẽ: & noſtræ,poſterorũue ſaluti utiles ꝓ poſſe legã.Quorũ oim quid pridie erga Sabinianũ hæreſiarcham peſtiferũ(quẽ agnoſcis)peractũ eſt,primo dicã: Sa

D binianus nanq; hæreticorũ fautor,duas in Chriſto aſſerẽs uoluntates:&(quod peius eſt)inter ſe q̃q; diſcordes : ad cui⁹ tam inopinabilis falſitatis ꝓbationẽ,introducebat illud qd̃ in euãgelio Chriſtus dixit:Pater ſi fieri põt,tranſeat a me calix iſte: eliciẽs ex hoc rationes grauiſſimas & pene inextricabiles,q; paſſionẽ uoluerit una fugere uoluntate: & altera eandẽ coacte ſubire oportuerit paſſionẽ:& ex his dicebat,q; multa Chriſtus uoluit,quæ obtinere nõ potuit:tantũ in nos doloris exercuit,ut magnitudinẽ explicare nequiuim⁹. Peruertebat nanq; idẽ peſtifer anguis & lupus rapax ſe ueſtimẽto ouium induens,nobis cõmiſſum gregẽ.Et ut ſæuitiã diri pectoris efficacius exerceret,opuſculũ q̃ddam cõpilauerat:falſis probans rationib⁹ hoc ſic eſſe.Quod quidẽ opuſculũ(ut fidẽ ei darem⁹)glorioſo Hieronymo,toti⁹ ueritatis ſpeculo intitulauerat.Cui⁹ falſitatis noticiã cõperiẽs,ſciens tibi Hieronymũ epiſtolam ſup hui⁹ erroris deſtructione,nõ multũ añ ſui obitũ ædidiſſe:prædictũ hæreſiarchã cũ ſuis diſcipulis,& eiuſdẽ nequitiæ miniſtris,inuitaui q̃dã dñico die in eccliam hieroſolymitanã ad diſputandũ,& ſuũ errorẽ nequiſſimũ cõprobandũ.Quo nãq; die uniuerſis meis ſuffraganeis epiſcopis,& alijs q̃plurib⁹ orthodoxis:necnõ & ipſo hæreſiarcha cũ ſuis nephandis diſcipulis in prædicta eccleſia aduunatis,diſputatio a nona incepta,ad ueſperas uſq; tendit. Cũ autẽ idẽ hæreſiarcha cõtra nos opuſculũ ab ipſo falſo cõpoſitum(qd̃ glorioſo intitulabat Hieronymo)allegaret,has tantas beati Hieronymi iniurias ferre nõ ualens bonæ memoriæ Siluan⁹,ſanctæ Nazareth eccliæ archiepiſcop⁹:qui tanta beatũ Hieronymũ affectione animi & deuotione colebat:ut ſi quid faceret ,diuinũ nomen & beati Hieronymi præmittebat, unde quaſi ab oĩb⁹ Hieronym⁹ dicebat, prædicto hæreſiarchæ protinus aſſurrexit:dire eum increpans q; tot & tantas exercuiſſet nequitias.Dum autem inter eos longa oriret cõtentio:& uterq; opprobria ſibijnuicẽ ꝓ poſſe diceret: in fine ſic ambo pariter ſtatuerũt, q; ſi uſq; in ſubſequẽtis diei horã nonã,btũs Hieronym⁹ hoc op⁹ falſo cõpoſitũ euidẽter oſtenderet:prædictus hæreſiarcha capite puniret:ſinautẽ,archiepiſcop⁹. Quib⁹ finitis,ſinguli ad propria remearũt.Per totam autẽ noctem quiſq; noſtrum orationibus uacabat:ut nobis in opportunitatibus auxiliũ eueniret a dño,qui neminẽ unq; in ſe ſperantiũ ſpreuit.Magnus dñs & laudabilis nimis:cuius certe ſapiẽtiæ nõ eſt numerus. Statuto autẽ die & hora lætus hæreſiarcha in eccliam cũ ſuis nequitiæ filijs ueniẽs,huc illucq; diſcurrẽs:quærebat dei ſeruũ, tanq; leo rugiens

paratus

A paratus eum deuorare: ueluti si foret deus non intelligens, nec suorū seruorū preces exaudiens. Sed tamen cum solidius se fatuus stare crederet, miserabilius cecidit. Stabat autem omnis fidelium concio in ecclesia, quilibet sancti Hieronymi damans nomē. Clauserat siquidem gloriosus Hieronymus aures: fingens se dormire: orationes supplicantium non intendens: ut mirabilior appareret. At ego totus perfusus lachrymis, stupens & admirans, cur Hieronymus sic abesset: quid deinceps accideret, expectabam. Denicq; cum nil miraculi appareret, sæuire cœpit hæresiarcha canina rabie: ut Syluanus qđ promiserat, iam expleret. Ad locū autē quo decollandus erat Syluan⁹ sanctissim⁹, gaudēs & intrepidus, tancq; ad nuptias ueniens: lachrymātes episcopos & oēs alios catholicos qui ad hæc cōcurrerant, his cōfortabat uerbis: Exultate mecū charissimi: gaudete & nolite contristari: quoniam non derelinquit deus sperantes in se. Si non exaudiar, plus meis iam perpetratis metui peccatis. Post hæc genua flectēs, sancte (inquit) Hieronyme adesto mihi si placet: quancq; hoc & maiori sim dignus supplicio: tamen ne falsitas locum teneat, ueritati succurre. Quod si phas non est ut adiuuer, propicius mihi esto in hora mortis: ut gloriæ finis nesciæ nō sim expers. Hæc dicens, spiculatori collum præbuit: ut feriat, ipsum rogat. Eleuat autem spiculator ensem, antistitis uenerandi caput uno ictu cupiens amputare. Adest subitō Hieronymus gloriosus cunctis cernentibus, manu extensa, tenens ensem, Syluano imperans ut exurgat. Deinde hæresiarcham increpans, scripturas falso compositas innuens, eicq; minans, ab omniū euanuit oculis. Quod huic eiusq; similibus utinam eueniret: confestim ut gloriosus Hieronymus disparuit, hæresiarchæ caput terram petīt a corpore detruncatū: tancq; si ense spiculatoris manus amputasset ictu uno. Quod tam mirabile cuncti uidentes qui aderant: ilico stupefacti, deo gratias egerunt & Hieronymo glorioso: & ad ueritatis tramitem hæresiarchæ discipuli rediere. Ecce quantum uenerabilis antistitis fiducia in domino & beato Hieronymo fuit efficax, qui p ueritate mori minime formidauit. Exemplar certe factus est uenerandus antistes cæteris christianis. Non enim christianus ille est, qui pro ueritate mori timet. Si enim Christus
B pro nobis animam posuit: ut nos ab omni redimeret seruitūte: & nos pro ipso dum tempus est, animas ponere minime timeam⁹: quia nemo nisi legitime certans, potest coronam gloriæ obtinere. Verum quia de Syluano aliquid dictum nosti, aliud quoddam non minus (ut puto) mirabile erga eum factum narro: cuius tot fuerunt testes, q; Nazareth urbs & Bethlehem tenēt, qui propriis oculis hoc uiderunt. Serpens ille antiquus diabolus ob suam deiectus superbiam in inferni profundū, uenerandi antistitis Syluani nimiæ inuidens sanctitati, in eum dolis, ut callidior cunctis animantibus grauiter est commotus. Qui ut uirum dei infamem redderet: quatenus qui suæ sanctitatis exemplo releuabantur ad rectæ conuersationis semitas, suo casu deciderent ad peiora: Nocte quadam formam sancti uiri sumens, cuidam mulieri nobilissimæ iam in stratu quiescenti apparuit: & se ad eam illicite accedere fingens, consensum sui corporis inquirebat. Ad quod perterrita mulier, uiri ignorans speciem: dum se cum homine solam in thalamo cerneret: nec quid faceret sciret: diras cœpit uoces emittere illa: ita ut damorib⁹ assiduis, oēs excitarentur dormientes: & non solum de illa domo, sed etiam conuicini. Qui omnes ad prædictæ mulieris thalamū accurrētes: quid hoc esset, interrogauere pauidam mulierem. Interea callidus serpens sub thoro se ponens, cœpit latere: qui autē accurrerant hæc audiētes: quis hic homo fuerit, ubiq; perquirere inceperunt. Verum illi diu perscrutantes, tandem ad locum uenientes, ubi pestifer latebat anguis, aliena specie occultatum hominem inuenerunt. Qui eundem candelis accensis intuentes, Syluanum archiepiscopum crediderūt. Ad quod omnes qui aderant, stupefacti & uelut amentes effecti: quasi quid agerent, quidue dicerent, ignorabant: scientes eiusdem sanctitatis nomen. Et quia hoc tam detestabile inopinabileq; cernebant, eum interrogauerunt: cur tantas nequitias perpetrasset. At ille: Quid (inquit) mali feci: si mulier hæc me ad huiusmodi negocium inuitauit? Quod mulier audiens, eum fore mendacem lachrymans respondit. Tunc ille ut homines illos erga dei uirum ad maius odium incitaret: quatenus illum citius diffamarent, talia cœpit & tam abhorrenda uerba fari: q; nullus præ turbatione auribus poterat sustinere. Quocirca eum cōtumelijs & opprobrijs exacerbantes, coacte extra domicilium expulerunt. Mane autē facto quæ gesta fuerant enarrātes, Syluanum archiepiscopum hypocritam:

C & dignum incendio acclamabãt. Qua de re quasi tota est Nazareth cõmota aduersus archiepi/
scopum: ita ut audiendo eius nomen, quilibet blasphemaret. Mira huius uiri patientia, & ma-
gnæ sanctitatis indicium. Volat ad innoxij antistitis aures, tanti fama discriminis: os tamẽ non
mouetur ad iniurias. Inter tot aduersa, cor manet immobile: ad nullam se uertens impatiẽtiam:
gratias diuino semper agens nomini: sua hoc confitetur noxa meruisse. Heu quid dicam Au-
gustine? Non solum iniurias & opprobria ut possum, fugio: sed etiam quibusq; uerbulis fran-
gor: præmia opto, nec de laboribus curo: quanq; sciam ad regna cœlorũ nõ aliter quẽpiam, nisi
laborum & afflictionum tramite peruenire. Quid enim aliud debeo iudicare: cum me a sanctis
in moribus & uita, discordem inuenio: nisi & discordem in morte & præmio reperiri? Flebilia &
grauia mihi adsunt, si sanctorum uitam & meam recordor. Miro quippe auditu sanctorum ge
sta reuoluunt homines uti ego: & tamen nil ipsi uolunt peragere. Porro hoc ad meam detegen
dam insipientiam est quod dicam: pluries me ab eiusdem Syluani ore audisse scio: nunq; tantũ
se felicem fuisse, quantum cum se ab hominibus despici & conculcari cernebat. Creuit intantum
eius infamia: quod eius opinio usq; ad Alexandriã, Cyprum, & per ciuitates affines pene ore
oĩm est delata. Atqui limen domus innoxij antistitis, calx alicuí⁹ tangere nõ audebat. Manens
vero in supernis dominus spectator omnium, suos sinit labi sanctos in tribulationum erumnas:
ut tunc fideles, patientia eos reddat: sed eos exigente necessitate in pressuris minime derelinquit.
Reuoluto itaq; anno, quo diaboli astutia talia erga dei hominẽ perpetrauerat, ciuitatem Na-
zareth (ut illarũ gentium aliqualiter scandalum mitigaret) uir dei occulte deserens: ad ecclesiam
in qua glorioſi Hieronymi humatum quiescit corpus, tanq; ad refugij portum ueniens, se in se-
pulturæ loco posuit oraturus. Quo per duarum horarum spacium sic manente, uir quidam ne-
quitiæ spiritu inflammatus, in prædictam ecclesiam intrans: sanctumq; reperiens super sepul-
chrum in oratione positum, ad eum uelut draco cucurrit: ei improperans quod mulierum men-
D tes, ad libidinosas suas uoluptates continue incitaret. Cui agnus innocens Syluanus, se despici
gaudens, humilitate solita, ut ista sæpe ei diceret, blandis colloquijs inuitabat. Quod pessimus
ille latro audiens, gladium ex uagina suo pendentẽ lateri, impudica trahens dextera, ipsum ut
in Syluani antistitis guttur immergeret, eleuauit. Cui cum hoc uerbum, Succurre Hieronyme
glorioſe, uenerandus antistes opponeret, in guttur proprium eleuatum gladium immersit, uiri
illius dextera retrouersa. Et sic (ut decebat) seipsum uir nequissimus interemit: ut in lacum cade-
ret, quem effodit. Admirabile hoc: sed non minus est mirabile id quod restat. Casu itaq; alius
superueniens uir nequissimus: hoc quod ultione diuina perpetratum fuerat ut uidit, protinus
gladium arripiens, a dei uiro hominẽ illum existimans interemptum, Syluanum interficere co-
nabatur. Ne nimia uerba loquar: id quod primo acciderat, huic euenit. Quin nondum uir iste
secundus in terram ceciderat, duo alij uiri ecclesiam intrauere. Qui id uidentes, diuini ignari
iudicij, hoc tantum fuisse peractum scelus a dei homine putauerunt: quorum unus id præ alio
graue ferens, furia uesaniæ undiq; inflammatus: latro cœpit quantum poterat exclamare, usq;
quo tua uiget malicia? Tu mulieres ad tuas libidinosas cogis uoluptates, & homines interficis
in occulto: certe tuæ hodie nequitiæ finis erit. Et subito pro posse cucurrit ut eum extingueret
uibrato & denudato ense. At ubi Syluanus more solito, Succurre glorioſe Hieronyme exclama-
uit: uir ille ut duo primi se manu & ense proprio interfecit. Vir autem alius qui cum ipso uene-
rat, hoc intuens: tremebundus ob uisionem ad ecclesiæ fores cucurrit. Qui id quidem maleficijs
factum putans: quantum poterat, exclamare cœpit: Huc omnes accurrite: ecce maleficus Sylua-
nus archiepiscopus: non solum mulieres uituperat. sed suis etiam incantationibus necat homi-
nes toto pro posse. Fit his auditis nimius uirorum & mulierum cõcursus: uerberant aera uoces:
combustione dignum Syluanum archiepiscopum nequissimum acclamantes. Hæc ad meas so-
nant aures: tristis ego & lachrymans ad tantum pergo monstrum. Stabat agnus inter lupos
atrociſſimos sæuientes ut canes famelici, rabie non minima, mitissimus & lætus tanq; fungens
prosperis: nil dicens aliud: nisi hoc, iuste patior, quia in deum meum peccaui grauiter. Verbe-
ratur uir innocens: capitur ab omnibus: ut ad supplicia tanto lætior, quanto pœna grauior

deducatur.

A deducatur. At dum ego manu silentium populo, eius optans furorem nimium mitigare insi-
nuo, eo amplius iracundia & furore populus inflammatur. Cūq; iam captus Syluanus ex-
tra ecclesiam duceretur: subito glorioſus Hieronymus (ut uisum est) de loco in quo iacebat sur-
gens: tanto circūfusus lumine: qđ radijs in eum intuentium oculi ꝯibrarentur, cunctis apparuit,
suo deuotissimo antistiti auxilia donaturus: qui sua dextera Syluani uenerandi capiens dexterā,
his qui eundem captum retinebant antistitem, uoce terribili, ut eundem dimitterent imperauit.
Tantæ siquidem fuit uirtutis hæc uisio: ut antequā finiretur uox talis: omnes repente tantus ti-
mor inuasit, quod omni uigore corporis destituti, in terram uelut mortui cecidere. Inter hæc mu
lier quædam a nefando spiritu obumbrata, catenis uincta, compedibus, manicisq; ferreis alliga
ta: pluriū hominū manibus liberationis obtinendæ causa ad ecclesiam deportatur. At ubi mu-
lieris pes tāgit limen: ululatus & uoces terribiles, Miserere mei glorioſe Hieronyme, nam per te
crucior ante tempus, diabolus emittere non cessabat. Cui Hieronymus glorioſus: Nefande inqt
spūs ab hac exi famula dei, & tuas detege quas erga Syluanū egisti fallacias: in Syluani forma
omnib⁹ te demōstrās. Tūc diabol⁹ ut glorioſus Hieronym⁹ iusserat, in Syluani forma, ita ut ab
omnib⁹ Syluan⁹ archiepiscop⁹ putaret, apparuit: & rē quā fecerat: ut infamē redderet dei famulū
enarrauit. His dictis diris clamoribus & ululatibus, nefandus spiritus de templo disparuit. Qđ
ubi tā mirabile negociū est peractū: glorioſus Hieronymus antistitis sui dexterā nō relinquēs:
quid optas inquit uoce leni Syluane charissime tibi placitū me facturū? At ille: Mi dñe: ut me
hic amplius nō relinqs. Ad quē glorioſus Hieronymus correspondit: Qđ postulas, ita fiat. Post
me uelociter ergo ueni. Hæc dicēs, cūctorū uisui se negauit. Interuallo aūt horæ unius facto, Syl-
uanus archiepiscop⁹ expirauit. Fit ob hoc cūctis stupor & admiratio inaudita. Vndiq; mulierū
& uirorū necnō & puerorū cōfluit multitudo. Lachrymarū effusione terra madet: uoces, lamēta
tiones, ululat⁹, gemit⁹, & suspiria in Rama sonāt: quilibet se reū, eo qđ in Syluanū cōmisisset,
uenia petens clamabat. Per totā autē sequentē noctē, gentiū multitudo ab ecclesia non recedit.
Itaq; mane facto: clero ad antistitis funus præparato: corp⁹ eiusdē ad Naçareth ecclesiā depor
B tat, tā istius ciuitatis q̄ illius scilicet Bethlehē populi multitudine comitatū. In qua quidē eccle-
sia Naçareth, corp⁹ illud uenerādū humauimus ut decebat. Longa certe adhuc uerba, ac etiā ad
mirāda miracula Syluani uenerādi presulis merita plene ꝓmerēt: sed qa dicēdorū ꝑgrādis area,
eiusdē uenerādi præsulis actus finiā: quædam alia nō minus grandia, breui uerborū schemate
narraturus. Narrandū puto quoddam satis mirabile, qđ partim relatione ueridicorū testiū
didici, partim oculorum uisu. Duo uiri nobilissimi, & rebus transitorijs locupletes: licet catholi-
cæ fidei ueritatis inscij: tamen ut in gentili ritu geniti satis boni: glorioſi Hieronymi mirabilia au
diētes, ex ciuitate Alexādrina, multis adunatis opibus, deuotione eiusdē feruidi, cœperūt iter, ut
eiusdem glorioſi Hieronymi reliquias uisitarent. Cūq; iam incepto itinere quoddam a trami-
te deuij introissent nemus, ubi nulla hominum aut equorum uestigia uidebantur: beati Hiero-
nymi inuocantes nomen: eiusdem se custodiæ tradiderunt. In eodem siquidem nemore: quidā
latronum habens sub se plures quingentis latronibus, habitabat princeps, hos & illos ad ali-
quod prædestinans iter: ut transeuntes interficerent: & ad eundem & cæteros spolia reportarēt.
Is itaq; princeps hos transeūtes intuens: tribus cōuocatis latronibus: ut ad eos interficiendū ac-
cederent, impauit. Qui sui principis implere iussa cupiētes: assumptis armis illorsum qua gradie
bantur Alexandrini cōcito cursu tendūt. Magna siquidē glorioſi Hieronymi merita: magna &
ꝓdigia, forte ut puto, a sāctis modicis nō talia unq̄ uisa. Accelerāt latrones ut trāseūtes mactēt:
sed dum ꝓpe fiunt, qs prius solū duos cernebant: paulominus innumerabiles esse uidēt. Inter
quos uir præibat tanto lumine circūfusus, ut intuēdi in eum aliqualiter fas nō esset. Apprehen-
dit timor, stupor & admiratio hos latrones: quid aliud possint facere nesciunt: nisi ad latrones
alios remeare. At ubi iam forent a longe redeuntes retrouersi, solum duos ut prius homines re-
uiderūt. Mirant' nimis latrones: & se illusos arbitrātes, cœperūt ad trāseūtes homines retrogre-
di. At ubi appropinquarūt, uti prius uiderāt, nunc uiderūt. Magis ac magis stupefacti latrones,
cernentes in uacuum se rediisse: terga uerterunt: & uelociter ad suum quid hi fecissent expectan-

C tem principem deuenerunt. Increpat eos princeps quid tãdiu peregissent. Sed cum rem gestam audisset, eos insipientes & fatuos existimans, duodecim aliis latronibus conuocatis, cum eisdem uersus homines transeuntes meat. Rursum a longe duos cernunt, sed propinqui, uti primi uiderant, sic & isti. Eorundem protinus tremunt bases, trepidat cor, fiunt uelut amentes, omni uigore animi destituti. Tandem in se redeuntes, eos latenter sequuntur, cupientes quid deinceps accidat edoceri. Trepidant uero huius nescij transeuntes hos uidentes homines, & inter se qui hi sint auide percunctantur. Deniq; iam occasu solis inclinata die: cum quid in nocte faciant nesciant: illos duodecim latrones, uiatores existimantes, ad eosdem consulendum statuunt declinare. At ubi ad latrones ueniendi iter carpunt, eosdem ipsi latrones solum duos cernunt. Quo uigorẽ latrones adepti, transeuntibus & ipsi protinus obuiauerunt. Qui omnes inuicem iuncti, se simul salutarunt. Interim interrogant latrones qui sint: unde ueniant: & quo pergant. At illi inquiunt: Sumus de Alexandria, inde uenientes Bethlehem petimus, ut glorioſi Hieronymi reliquias uisitemus. Ad hæc latronum princeps. Qui inquit fuerunt uiri: qui huc usq; uobiscũ tantũmodo ueniebant? Mirantur hos talia fari uiatores: & se postq; nemus intrauerunt, neminẽ nisi ipsos & tres alios uidisse uel audisse dicunt. Quæ gesta fuerant tunc latronũ narrat princeps: illos obsecrãs: ut ipsis ob quã causam hoc acciderit, si noscant debeat indicare. Quibus illi, nõ ob aliã causam, nisi quia glorioſi Hieronymi custodiæ se dederũt, hoc euenisse se nescire dicunt. Ad hoc latrones spiritusancto, qui ubi uult spirat, subito inspirante, omni quam prius habebant ferocitate deposita: in terram eorũ pedibus prouoluti: pro excogitatis flagitijs ueniã postulantes: illos ad latrones alios perduxerunt. Sed quod dico non minus patet ad contuendũ. Hora prima noctis ad latrones expectãtes deueniũt, post hoc quid acciderat declarãt: eosdẽ suppliciter exorãtes: ut his flagitijs solitis iã expulsis: ad glorioſũ uisitãdũ cadauer Hieronymi secum irent. Fit his uerbis cæteris latronibus irrisio. Promittunt si quidem suo principi, & illis alijs necem durissimam, si audeant amplius ista fari. Non cessantibus illis priora iterum loqui uerba: latronũ q̃ plurimi canis rabie furibundi, mox in eos insurgunt ensibus denudatis:
D Potuerunt nempe rompheas eleuare: sed ipsis glorioſi Hieronymi auxilia postulãtibus, enses deponere nullatenus ualuerunt: donec illi qui fuerant occidendi a Hieronymo postularunt. O ineffabilis dæmẽtia saluatoris, quot modis q̃s uult facit ad agnitionẽ sui nominis deuenire? Repente hæc tam insueta omnis illa latronum uidens contio: altis deo & glorioſo Hieronymo uocibus debitas agunt laudes: eiusdem se uouentes reliquias uisitare. Facto igitur mane, plures trecentis hominibus qui tunc tẽporis ibi erant talia perpetrantes: cum eisdem Alexandrinis ex illo exeuntes nemore, ad glorioſi Hieronymi tumulũ deuenerũt: cunctis tam insueta prodigia enarrantes. Baptiçantur itaq; gentiles Alexandrini: & cunctis mundi uanitatibus conculcatis: religioſam in quodam cœnobio uitam ducunt. Latrones autem illi similiter ad lucem ueritatis sanctæq; & laudabilis uitæ: diuina gratia & glorioſi Hieronymi meritis peruenerunt. Sicuti Constantinopolitanis litteris hac de re mihi specialiter directis: transacto non longo dierum spacio intellexi, simile pene miraculum illi quod supra fatus sum, duobus accidit Romanis iuuenibus a Romana urbe Bethlehem uenientibus, pro glorioſi Hieronymi uisitando corpore. Quod tractabo sicuti breuius potero. Cum igitur duo illi iuuenes cuidam appropinquarent ruri, a Constantinopoli per duodecim forte distante miliariorum spacium: anteq; rus a duobus miliaribus introirent: eadem fere hora duos contigerat homines interimi. Quorum mortis rumore prædicto resonante ruri: loci eiusdem uiri congregati circũquaq; quis horum fuerit interfector, cœperũt inqrere uehemẽter. Cũq; diligẽter perqrerẽt usquequaq; adesse cernũt neminem nisi prædictos iuuenes, qui iam prope uenerant reperientes, eosdem protinus tenuerũt: ab eisdem credentes fore homines interfectos. Mirantur itaq; huius ignari iuuenes: & horum se nihil scire, totis nisibus coniurabãt. At illi eorũ pro nihilo cõputantes uerba: captos eosdẽ ad rus conant' ducere festinãter. Post hoc de rure qa ad eosdẽ uiros iusticia nõ spectabat: cũ accusationibus ad Constãtinopolitanũ dominiũ capti iuuenes destinant'. Quin (ne nimis lõgus fiam uerbis) qd' nõ fecerant, tormentorũ rigore iuuenibus iam confessis: adijcit' more solito sententia

decollandi

A decollādi. Heu quale cor audiēdo tot lamēta innocentiū: quos & iuuētutis & pulchritudinis maxima uenuſtas, & ortus nobiliſſimus decorabāt, poſſet ſe a lachrymis cōtinere? Flentes itaq; iuuenes grauib⁹ lachrymis, pallidas facies irrigātes, ululatus, gemituſq; & ſuſpiria promere nō ceſſātes: Glorioſe dicebāt Hieronyme, hoc tale ne eſt premiū qđ obſequētib⁹ tibi præſtas? Eſt tale qđ labore tui meruim⁹ itineris? Heu Romana urbs noſtri præſcia ortus, nō ſic te credebam⁹ neſciā noſtri finis. Ad locū itaq; tāti ſupplicij, ibidē gētiū multitudine maxima expectāte: innoxij iuuenes cōducunt. O ineffabilis miſericordia dei noſtri: qua cœlū redūdat & terra, nec ulli ad ſe currēti obliuiſcit miſereri. Flexis in loco q̄ plectēdi erāt genub⁹, in cœlū uterq; iuuenis manibus eleuatis: Glorioſe magna uoce inq̄t Hieronyme, noſtræ ſalutis & auxilij port⁹: noſtræq; ſpei anchora ſaluberrima & uitalis: hac indina hora noſtris indignis ſupplicatiōib⁹ pias aures tuas: ut ſi hoc q̄ punimur ſcelus nō geſſim⁹: tuas liberatiōis opes pietate ſolita ſentiam⁹. Qđ ſi fecim⁹, exigēte iuſticia condēnemur. Hæc ubi dixerūt: colla extendūt carnificib⁹ feriēda: nil dicētes aliud: cū ſuccurre, ſuccurre Hieronyme glorioſe. Quid mirū ſi tot lachrymis cūctorū ad ſe currētiū miſericors opifer Hieronymus, ſe a miſerēdo nō potuit abſtinere: cū circūſtātiū omniū & carnificum etiā corda ad cōpaſſionē mouerent? Eleuatis ſiquidē enſibus, iuuenū carnifices colla feriunt: ac colla pcuſſionū ſigna uti porphyretici lapides forent, recipiunt. Mirantur carnifices: credentes ſe ictus fefelliſſe: denuo eleuāt, ut plus poſſunt, enſes feriunt, ſed tunc uti prius inſenſibilia iuuenū colla manent. At iterum & iterum feriunt: ſed enſes uti eſſent paleæ, iuuenes nunc̄q; lædunt. Oritur ex hoc inter aſtantes admiratio, & ſtupor uehemētiſſimus omnes capit. Hinc inde gentium ad tam inſuetā uiſionē confluit multitudo. Audit hoc & ipſe ſentētiæ lator, & currit: lubet iterū carnificibus, ut ſe uidēte denuo feriāt: & tñ omnimode illeſa iuuenū colla manēt. Stupens magis ac magis iudex: tantiq; ignarus miraculi: nil ſcit aliud cur hæc fiant c̄q; ueneficia cogitare. Præcepit itaq; miniſtris, omni mora poſtpoſita: nudos tradi arſuros iuuenes rogi flāmis. Circa illos mox copioſus ignis accendit: infundit lignis oleū & pix: ut uita eorū citius deſtruat. Quid mirandū ſi compos protegēdi ab enſibus glorioſus Hieronymus, a flāmis etiā ſuos ſe inuocantes
B ſedulis uocibus iuuenes potuit liberare? Surſum igniū flāmæ in immēſum ſcandūt. At iuuenes ſub alis cōſiſtētes Hieronymi glorioſi, ſalubriter pmanēt: ueluti in amœno ſi quieſcerēt uiridario & iocūdo. Poſt hæc iudex utrū hoc ſit aſſcribēdū miraculis an ueneficijs, certius cupiēs experiri: ut ſi hi diebus octo ſuſpenſi uiuerēt, quo uellent abirent ſoluti & liberi cenſuit. Suſpenſis itaq; illis: mox Hieronymi glorioſi præſentia minime defuit: qui plantas manibus tenēs pedū, illeſos & uiuaces ſtatutis diebus mirabiliter obſeruauit. Currunt igitur octauo die totius ciuitatis & circūadiacentiū uillarum uiri: currit & iudex: cernūt dare glorioſum miraculū: patefacientibus quæ uiderunt, qui ad cuſtodiēdos iuuenes fuerant deputati. Mirant omnes: in uocibus excelſis laudes peragunt creatori & Hieronymo glorioſo. Mox de eculeo innoxij iuuenes deponūtur: & maximis honorū obſequijs ab omni populo uenerant. Verum qui in urbem Conſtantinopolitanā capti, & dolore uehementiſſimo intrauerant: liberi honorifice & cum gaudio ineffabili exierunt. Et tandem annuente deo, a multis Conſtantinopolitani populi comitati, Bethlehē attingentes, ueneratione debita glorioſi Hieronymi reliquias uiſitauerūt. Statimq; depoſita ſæculariū omni cura: cœnobium in quo uixit glorioſus Hieronymus intrauerunt, & uacantes die noctuq; pœnitentiæ & orationibus, celebri uita ſanctitatis perſpicuæ in prædicto cœnobio adhuc manent. Magnæ admirationis gaudij deuotioniſq; cauſa præcedēs iuuenum miraculū extitit, ſed multæ formidinis extat ſequens in ſacris ordinibus maxime conſtitutis. Apud ſuperiorem Thebaidem quoddam dominarum fuiſſe ante duos annos dicitur eximium & diues monaſterium, omni pulchritudine ac excellentia decoratum: in quo pene ducentæ dominæ uita honeſtæ religionis recluſione continua, decoriſq; morib⁹ permanebant. Ad hæc, quib⁹ inſunt figant aures, ne quod una hauſerit auricula fundat altera. Nauis quantūcū q; ſana ſit & integra: modicum imo nihil prodeſt: ſi alta uolens ſecare maria, paruum quod fundo ineſt foramē relinquat, ut dira naufragia nō admittat. Cur hæc ſim fatus, præſentis narrationis hiſtoria referabit. Multis itaq; pollēs prædictū monaſteriū uirtutib⁹: unū peſſimū quo ruit ſimoniæ uitiū retinebat. Nā inſtigāte diabolo in eiſdē dñabus hæc obſeruabat abuſio, ut ſi quā uellēt in

moniale

C monialē recipe:nō tm̄ intuitu charitatis & miſericordiæ recipiēdæq; monialis bonitate:quātū re
cipiebāt reſpectu pecuniæ. Nulla em̄ monaſteriū intrare māſura poterat:niſi certa pecuniæ q̄nti
tas ſecū iret. In hoc ſiqdē erat monaſterio ſctimonialis q̄dā dña,ætate grādeua:quæ ab infantia
ſua ieiunijs & orationib⁹ om̄i terreno reſoluta cœno,deo uixerat:q̄ uitiū illud cū plurimū abhor
rebat. Cui nocte quadā(ut erat ſolita)in oratiōe poſitæ,glorioſus Hieronym⁹ apparēs, locū il
lū immēſo illuſtrās lumie:eidē præcepit, ut ad abbatiſſam cæteraſq; illi⁹ cœnobij moniales ma
ne pgeret:nūcians q̄d'niſi a peccato iam inueterato manū extraherēt,ultionē diuinā ſubito ex
pectarēt. His dictis diſparuit. Perterrita uiſione inſueta ſanctimonialis dña:qs hic fuerit, iubēs
talia nūciari in ſeipſa auide ptractās:totā illā noctē pegit inſomnē. Crepuſculo diei adueniēte:
oēs in capitulo moniales pulſato tintinnabulo cōgregauit. Quibus admirātibus,ad quæ forent
tāta feſtinatione in capitulo cōuocatæ:ſanctimonialis dña ex earū aſſurgēs medio:quæ uiderat
& audierat,omnib⁹ patefecit. Fit ilico ex hoc monialibus cūctis irriſio:hāc exclamāt fatuā:mul
tiſq; garriūt deriſionib⁹ hāc forte illa nimia ebrietate ſomniaſſe. Illa ꝟo accepta cōtumelia,patiē
tiæ ſe ſcuto muniēs:de earū ſiquidē ptinacia nimiū dolēs,ſed de ſua deſpectiōe gaudēs: ad ſoli
tas redijt oratiōes:ſupplicās cōtinuo,ne ſuis monialib⁹ qd' audierat eueniret. Trāſactis igit̄ die
bus decē:nocte media p̄dictæ ſanctimōiali dñæ hac de re deuotis oratiōib⁹ incūbēti:glioſus ite
rū apparuit Hieronym⁹:eidē ut quæ pri⁹nūciauerat monialib⁹denuo intrepide nūciaret,allocu
tione mādauit benigna. Ad quē illa:Quis inqt es dñe talia mihi mādans? Hieronymus inquit
ſum:& ab eiuſdē euanuit oculis. Illa ꝟo ſciens earū duriciē:qd ageret qdue diceret neſciebat. Tñ
malēs a monialib⁹ inſana & ebria reputari q̄ diuinis cōtraire præceptis:cōgregatis iterū monia
lib⁹:quæ uiderat & audierat uoluit intimare. Aſt ut eā aſſurgere moniales peſtiferæ cōſpexerūt:
diuini neſciæ iudicij ſibi de proximo futuri,anteq; uerba incipet,e capitulo cū magnis cachinna
tionib⁹ exierūt. Quin trāſactis inſup diebus trib⁹: dormiēti p̄dictæ ſanctimoniali dñæ,glorio
ſus Hieronym⁹ ineffabili quadā ſocietate uallatus angelorū,nocte apparēs media,eā excitauit:
eiq; iuſſit ptinus,ut de illo exiret monaſterio:nec ſubito futurā ſentētiā expectaret. Cū illa ꝟo
D multis lachrymis ſupplicaret ne hoc fieret:glorioſus inqt Hieronym⁹:ad abbatiſſam & cæteras
pgito om̄i mora poſtpoſita,eiſdē nūcians:q̄d'niſi pœniteāt,hac nocte diuinā ſentiēt ultionē. Si
autē in ſua pmanebūt duricia:ſtatim exiēs,ampli⁹ in monaſterio ne moreris. His finitis abſce
ſit. Hæc igit̄ audiēs ſanctimonialis,anxia,plenaq; triſticijs:capitulū adijt:& cāpanā cœpit uehe
mēter ut ad capitulū accederēt moniales reſonare. Quo Abbatiſſa de ſōno euigilās,cognoſcēſq;
ab hac fore cāpanā pulſatā, cū iracūdia ad capitulū propauit. At ubi illā uidit:diris eā minis ire
pās,nullū uoluit audire uerbū, pmittēs q̄d'niſi ceſſaret hoc agere: ſecū ampli⁹ in monaſterio nō
maneret. Cui ſctimonialis dña:ne tardeſ quæſo agere q̄ pmittis. Profecto me noſcas hoc in loco
ampli⁹ nō māſurā:glorioſus eqdē Hieronym⁹ apparēs mihi tātūmodo,hoc ſtatim monaſterio
futurū iudiciū patefecit. Hæc audiēs Abbatiſſa,deridere cœpit:hāc eſtimās ueſano capite iſta fa
ri. Et oſtiariā cōuocās,iuſſit ut hāc de monaſterio ptin⁹effugaret:mādās eidē, ut aliq̄ hora ſic ex
tra dimiſſā,poſtmodū faceret itroire,ut ſic ab iceptis opib⁹ iā ceſſaret. Hac de re læta ſāctimonia
lis dña,q̄citi⁹ potuit e monaſterio ē egreſſa:lachrymis trāſfuſa,doloribuſq; repleta,p his q̄ mo
naſterio nouerat euenire. Terribilis ſiqdē de⁹fortis atq; potēs:& qs reſiſtet ei? Heu cur hoies eū
nō formidāt,ſciētes ſe nullaten⁹ poſſe ab ei⁹ effugere manib⁹,ut eius eos magnū & inenarrabile
iudiciū nō cōprehēdat:ſaltē his miſeri terreāt exēplis. Audiāt q in ſuis cōfidūt diuitijs: qq; in irā
cōcitant excelſum dñm,ſuæ auariciæ ſiccitate:quale huic monaſterio a deo ꝓpter pecunias faciē
auertēti:de cœlo eſt iudiciū iaculatū. Pene limē oſtij ſanctimonialis dña exceſſerat:& ſubito to
tū corruit monaſteriū,oēs opprimēs moniales,ita ut ex eis uiua aliqua nō remāſit. Sanctimonia
lis ꝟo illa in q̄dā uenerabili dñarū monaſterio q̄d'eſt apud inferiorē Thebaidē,hacten⁹ ſancti
tate præcipua uiua manet. ¶ Dignum cenſui præmiſſis miraculis aliqua alia diuini contra pec
cantes manifeſti iudicij declaratiua iungere:ut ſi forte præ indiciorum multitudine,peccatorum
corda tenacia & plus q̄ lapidea in carnea uerterentur: quatenus cum ſe ob peccata cernerent
fieri beluas:ratione & cognitione ſui conarentur ut fierent homines adipiſci. Abiecta etenim
ratione,qua ſunt homines:infra bruta animalia rediguntur. ¶ Græcorū quidam hæreticus, die

quadam

A quadã cũ ſacerdote quodã in Hieroſolymitana eccleſia publice diſputabat. Cũq; ſacerdos ob ſuæ partis defenſionẽ auctoritatẽ quãdã glorioſi Hieronymi allegaret,ut Græci deſtrueret ra/ tiones:temerario peſtifer græcus ore,glorioſum fuiſſe Hieronymũ totius ueritatis lumẽ menti- tũ nõ erubuit uoce fari. At qa uoce,talẽ neqtiã ꝓpetrauerat: uocẽ deinceps ullatenus nõ forma/ uit. Quidã inſuꝑ alius hæreticus peſtifer Arrianorũ,in quadã ḋiſputatiõe cuidã glorioſi Hie- ronymi auctoritatẽ cõtra eũ inducẽti:ut mẽtiẽ,ſua temeritate reſpõdit.Subito fuit diuina ultio/ ne ꝓcuſſus.Nam nondũ uerbũ uoce finiẽs,clamare per totũ diẽ ſine aliqua ceſſatione nõ deſiit: Miſerere mei Hieronyme glorioſe:qa a te pœnis duriſſimis torqueor.Et hoc per totũ illum diẽ quãtis poterat uocib9 clamãs:hora cõpletoriꝝ miſerabiliter cũctis q ad hæc cõcurrerãt cernẽtib9 expirauit. Hæreticus qdã alius peſtiferæ hæreſis Arrianæ:cui ante meũ obitũ, finẽ pius impo/ nat dñs:in eccleſia Sion glorioſi Hieronymi imaginẽ cernẽs: Vtinã inqt ſic te cum uiuebas meis manib9 tenuiſſem:qa te meo gladio iugulaſſem.Hæc ut ita dixit:gladiũ euaginans,tota ui iꝑm in imaginis illius guttur infixit.Quã magnus iſte Hieronymus,tot faciẽs mirabilia:cui ſcd'm ſua opera ſimilis nõ apparet:potuit equidẽ imbecillis in imaginis gutture gladiũ figere dextera:ſed de imagine gladiũ, & a gladio manũ quouſq; res innotuit,extrahere nullaten9 fuit cõpos.Mox quoq; ex ꝓcuſſionis loco,tanq; ex hois corpore uiui,ſanguinis unda fluxit:quæ uſq; modo pro miraculo declarãdo fluere nunq; ceſſat.Eadẽ inſuꝑ hora,qua res ſic acta eſt: iudici in atrio exi- ſtẽti,idẽ glorioſus Hieronymus cũ gladio gutturi infixo apparẽs,pro offenſiõe huiuſmodi uin/ dictã fieri poſtulauit:narrãs eqdẽ ſibi factũ.Et hæc dicẽs abiit.Stupefact9 itaq; iudex cũ cæteris q aſtabãt ad eccleſiã ꝓperãs,hæreticũ manu gladiũ imaginis gutturi infixũ tenentẽ reꝑpit.Qui ꝓtin9 ut hi uiderũt manũ fuit cõpos a gladio remouẽdi. Captus itaq; hæreticus in ſua ꝓmanẽs duritia:ob aliud ſe nõ dolere,niſi qd' uiuũ nõ teneret Hieronymũ garriẽs,a populi multitudine lapidibus,lignis,enſibus & lanceis iugulat'. Nepos me9 Ioãnes,quẽ agnoſcis,omni fulgẽs pul chritudine:quẽ mihi in locũ filij adoptaui,ut puto tibi pridie qd ei euenerit,enarraui. Sed tñ ut preſtantius memoriæ cõmendet',ſilẽtio non tranſibo. Captus itaq; idem Ioannes ante duos
B annos a Perſis,& Perſarum regis miniſtris uẽditus:propter eminentẽ ſuam pulchritudinẽ ad re/ gis exercenda obſequia deputatur. Cũq; per annum in curia regis, non paruo dolore & tedio permanſiſſet, eodem reuolutionis anni die prandenti regi ſeruiens, præ triſticia ſe a lachrymis non potuit continere. Hoc rex intuens: lachrymarum ab eo auide quærit cauſam . Qua com/ perta,in quodam eum caſtro a quibuſdã præcepit militibus cuſtodiri. Sequẽti nanq; nocte,eo- dem in caſtro exiſtente, diris lachrymis undiq; madefacto : in ſomnis eidem glorioſus Hie- ronymus ueniens, manumq; eius (ut ſibi uidebatur) capiens : ad ciuitatem hieruſalem ſecum duxit.Expergefactus mane:putans ſe in caſtro a militibus retineri:in domo qua maneo ſe inue nit.Qui admiratione uelut amens factus, utrũ in caſtro uel in domicilio meo ſtaret,nullatenus diſcernebat.In ſe poſtremo rediens,emiſſa uoce,dormientẽ familiã excitauit.Currunt igitur ad me famuli:adeſſe Ioannẽ ineffabili gaudio nunciãtes.Quare dubius accurrens: quẽ a Perſis uin ctum putabã,præſentẽ cerno.Quo quidẽ quid ei acciderit enarrante,deo & glorioſo Hierony- mo laudes maxime perſoluuntur. Sanctimonialis quædã dña,omniũ pene pulcherrima fœ minarũ:ætate iuuẽcula,ſed animi ſapientia ualde cana:beati Hieronymi deuotiſſima,in quodã cœnobio dominarũ multa ſanctitate(ut opinor)adhuc uiuit:cui qd' audies dicit' contigiſſe. Sit mulier hæc alijs in exemplũ: quæ huc illucq; ꝑ plateas & uicos diſcurrere nõ ceſſant:ſua ſtultorũ hominũ illaqueantes animas uiſione. Nullo tot diabolus animas reti capit : quot laqueo peſſi mo mulierũ.Sanctimonialis hæc(ut omniũ dñarũ teſtimonio comꝓbat') nunq; niſi eã maxi ma compellat neceſſitas,extra ſuam cellam,gradum figit.Neq; enim aliud agit opus,quin aut orationibus uacat, aut lectionibus & meditationibus implicatur: aut corpus reficit dormien/ do, aut aliqua exercet manibus opera , ſemper tamen dominicam ſcripturam ruminando. His dirus ſerpens antiquus diabolus operibus inuidens:ut eam a ſancto propoſito reuocaret: cuiuſdam nobiliſſimi iuuenis animum in eiuſdem ſanctimonialis intantum incitauit concu/ piſcentiam : quod nil poterat die noctuq; aliud , niſi quomodo poſſet eam attingere cogi/ tare. Circa monaſterium ueri luminis ꝓbcæcatus continue pergens : nullum remedium aliud

reperire

C reperire quibat. Tanta nãq; inſcitiæ nube caligatus extitit, ut multotiens ſe ſuis pernitioſis tur/
batũ affectibus cernẽs, uoluerit ſe aquis tradere ſuffocandũ. Stulti amoris ſtultũ iuuenẽ catena
de die in diem ſtringit. Vt hæc ad ſanctimonialis aures reſonẽt, ob ſuã nõ audet pudicitiã. Qua
de re omni ad hoc auxilio deſtitutus: quẽdã inueniẽs magũ: ueneficia dæmonũ & incantationes
nefandis artib⁹ exercẽtẽ adĳt, & magnã pmittit (ſi qd optat expt⁹ fuerit) pecuniæ quãtitatẽ. Tũc
ueneficiorũ magus, ſuis carminibus cõuocatũ dæmonẽ, decipiẽdi cauſa, nocte media feſtine ad
ſanctã deſtinat monialẽ. Ad cellulã itaq; accedẽs dæmon: tranſire ultra cellulæ Hieronymi ima/
ginis in cella pictæ timore nimio nequit limen. Mira res Auguſtine (ut multiplicib⁹ patet exem/
plis), tãtus glorioſi Hieronymi timor diabolo ineſt, ut etiã ſuæ picturæ nõ audeat apparere. Nã
ſi cui obſeſſo corpori præcioſa demonſtretur imago: ab eodem continuo diabolus effugatur.
Igit cõmiſſum explẽdi opus nequã ſpũs deſperãs, ad mittentẽ reuertit: ſibiq; negari ad monia/
lem introitũ pandit, ob glorioſi Hieronymi imaginẽ in cella pictã: quẽ deridẽs magus dimiſit.
Moxq; cõuocatũ aliũ dæmonẽ, cũ poteſt mittit citius ad huiuſmodi opa finiẽda: fitq; ſecũdo id
qd primo. At ſecũdus p horã forte manẽs: coactus excelſas cœpit uoces emittere: Si me Hiero/
nyme hinc ſinis recedere: huc ulterius nõ reuertar. Ad hæc ſtupefacta mulier, quæ orationibus
in cellula inhærebat: quis iſtas fundat uoces, nimio pauore pcunctat. Non ceſſante diabolo ſic
clamare: excitatæ illi⁹ cœnobĳ moniales: timore pculſæ grãdi: tremulæ ad illã accurrũt cellã cruce
dñi præeunte. At ubi illũ nequã ſpiritũ ſciunt: eundẽ cõiurãt ut debeat qua de cauſa uenerit, inti/
mare. Narrans equidẽ diabolus rei ſeriẽ: ſeq; gemitib⁹ & ululatib⁹ pandẽs catenis igneis uinctũ
a Hieronymo retineri: rogat eas: ut ſuis mereat precibus abeũdi gratiã inuenire. At ubi mo/
niales hæc audiũt: deo & glorioſo Hieronymo laudes reddũt: ſuppliciter poſtulãtes: ut dæmo/
nẽ hunc nullatenus reuerſurũ de eodẽ cœnobio effugaret. Vix orationũ uerbis finitis: diabolus
magnis ſtridoribus ex eodẽ loco recedẽs magũ adĳt: eũq; capiẽs, tantis uerberib⁹ & cruciatibus
flagellauit, ut p multa horarũ ſpacia aliqd uitale ſignũ paulominus appareret, diris clamãs uo/
cibus: Mei cruciatus cauſa fuiſti ad illã me deſtinãs monialẽ. Certe in te eiſdẽ uerberib⁹ uindica/
D bor. Inter hæc autẽ uerbera tam horrẽda: magus cũ ſe pene pniciei ppinquũ cerneret: ſuas uidẽs
artes nullũ ſibi auxiliũ adhibere: ad totius refugĳ portũ Hieronymũ glorioſum iã naufragus ſe
dirigẽs: Glorioſe inqt Hieronyme: huic ad tuã clæmentiã ſubueni miſero accurrẽti: ei ſolita mi/
ſericordiæ dona prægrandia nõ denegãs. Promitto nãq; ſi tuis hac hora adiutus auxilĳs pniciei
tam horribili nõ ſuccũbã, qd deinceps cũctis exutus fallacĳs, a tuis obſequĳs nõ recedã. Nis fi/
nitis: uelut fumus ab eodẽ nequã ſpũs euanuit. Per annũ autẽ idẽ iacuit uerberib⁹ magus intan
tũ ſui corpis impos: qd nõ niſi alieno auxilio potuit ſe mouere. Mox idẽ accepta pœnitẽtia ma/
gus anteq; de lecto ſurgeret, cũctis cõbuſtis codicibus, qbus artes illas neqſſimas exercebat: uen
ditiſq; omnibus quæ habebat & paupibus erogatis: completo anno ſe ob pœnitentiã peragẽ/
dã in quadã ſpelũca claudẽs in eremo: in qua p quadrienniũ glorioſus ſtetit Hieronymus: mul
ta ſanctitate, & uitæ & pœnitẽtiæ aſperitate pollet. Nuc quæſo iuuenes oẽs currãt, & inſani iu/
uenis exẽplo diſcãt: ne qd illi cõtigit, ſibi poſtmodũ doleãt cõtigiſſe. Inſanus itaq; iuuenis tãtis
circũligatus luxuriæ laqueis, uidẽs ſe omnimode ſuæ miſerrimæ uoluptatis deſyderio nefandiſſi
mo defraudari: quadã nocte laqueo ſe ſuſpẽdit. Et ſic ſe infelix tẽporali uita potius & perpetua
priuauit. Ecce quot malorũ cauſam turpiſſimũ luxuriæ uitiũ eſſe liquet. Nil tam ruinæ animæ
pariter & corporis promptũ: quantũ iſtud nequiſſimũ arbitror ſcelus. Ex ipſo nãq; homicidia,
ebrietates, contẽtiones, & pene uniuerſa oriunt mala: ut ueteris & noui teſtamẽti infinitis patet
exẽplis: necnõ & cõtinuis manifeſtiſq; experiẽtĳs declarat. Ad hoc autẽ ut maior iuuenib⁹ detur
aſtutia ſe tuẽdi (Nam ſtatus ullus piculoſior nõ eſt inſipiẽtis iuuẽtutis ſtatu): aliud cẽſui exem/
plum mei nepotis Ruffi, ætate forte annorum decem & octo, quãq; dolore nimio ſubrogare.

Non eſt ambiguũ iſta quæ incipio enarrare magnis tribulationib⁹ meæ memoriæ reuocari:
ſed tñ ut præmiſſum eſt: ut omnib⁹ & maxime iuuenib⁹ ,pueniat in exemplũ: ſilẽtio illa nequeo
præterire. Nepos quidã meus Ruffus noie: utroq; priuatus parente: anniculus ad meas deuenit
manus: qui utinã ex matris uiſceribus nõ exiſſet, ne illi qd ſuſtinet cõtigiſſet. Quẽ tanta diligen/
tia ſuo infortunio enutriui, ut a plurib⁹ a me genitus putaret. Creſcens itaq; in diẽ puer infelix

ætate: ſed non

A ætate;ſed non ſapientia:ingenti pulchritudine corporis,ſed non animæ:decoriſq; & probis moribus,honeſtate,bonitate & multæ ſapientiæ elegantia q̄q; uane decoratus,a cunctis dilectione ſuperflua colebatur. Is nāq; in decimooctauo ætatis ſuæ anno,imbecillis & miſerrimus,expirauit. Propter quē tantus ab omnib⁹ ſonuit luctus,ut uix p̄ menſem finē potuerit inuenire. Sed certe luctus pro eo qđ euenerat nō ſuffecit. Aſt ego eius nimiæ in̄cūbens dilectioni,pluries glorioſum rogaui Hieronymū,ut mihi quid nepoti meo acciderat reuelaret. Igitur meis annuens glorioſus Hieronymus precibus, obtinui qđ gliſcebam. Oranti em̄ mihi die quodā hora nona, tantus euenit fetor, qđ nullatenus naribus poterā tolerare. Hæc dum mecum tacitus reputans: undē hic tātus adeſſet fetor admirarer:ſupra meū uerticem eleuatis oculis, infelicē nepotē meū uidi terribilis uiſionis: ita qđ in eū uiſum imprimere non audebam. Nam catenis igneis circūligatus,fornacis inſtar flāmas fetidiſſimas erūpebat. Ad hanc itaq; uiſionem ſubito me tam uehemens timor arripuit,ut dum pluries loqui uellem,formandi uocem nullatenus compos eram. Poſtremo aliquantulū in me rediens: ſi meus eſſet nepos,uoce cœpi perquirere tremebūda. Ad hæc ille ululatibus & ſuſpiriȷs: Vtinam inquit nō fuiſſem: ne tam diris eſſem cruciatibus deputatus. Nā ſcias me in tartareis manſionibus perpetuis tēporibus permanſurū. Heu quid dicam? His dictis,tātus mihi dolor affuit,ut ſim pluries admiratus:quō e uita ꝓtinus nō diſceſſi. Lōgis aūt expletis colloquiȷs,ab eodē ſciſcitat⁹ fui,cur diuinæ fuiſſet miſericordiæ ſic erpers:cū in mūdo tot uirtutib⁹ polleret. Pro nulla inqt me ſcias cauſa fore damnatū: niſi qa in ludis maxime delectabar. At quia in morte accepta pœnitētia q̄ſi ſtulta ignorātia ut debebā poſtpoſui cōfiteri,diui nā nō merui ueniā adipiſci. Et hæc dicēs,a meis diſparuit oculis. Talis aūt eo abeūte remāſit fetor, ut in locū illū hactenus nullus audeat introire. Ecce quātū turpiſſimū ludi ſcelus diuinæ abhorrēt maieſtatis oculi. Timeamus ergo ne nos bonorū rapiat inermes tam repētinus interitus:ne nō pœnitere nos uitiorū contingat,dum tempus ineſt: quia poſtmodum pœnitentia foret fruſtra. Vt igitur a chriſtianis tātæ ruinæ ludi procul effugiat nefas: imo ut ab omniū memoria deleat,

B exempla alia quædā,q̄q; breuius potero ſubrogabo. ¶ In Samaria quindecim nondū expletis diebus dū miſer quidā ludēs, quaſi omia quæ habere poterat, cōſumpſiſſet,glorioſi cœpit Hieronymi nomen auſu temerario blaſphemare. Quē nefanda blaſphemiæ uix finientē uerba,uidentibus & ſtupētibus cunctis:mox e cœlo fulmē ueniens interemit. ¶ Tribus alīȷs in Tyro ludētibus,hoc accidit qđ enarro. Cum em̄ illi ſuum uellent incipere ludū:ut hi qui ſe hoc ab eiſdē audiſſe,& totam rei ſeriem etiā ſe uidiſſe, fantur & referunt: ſic dixerunt: Quācūq; potes exerce uim Hieronyme:quia te inuito ludum iſtum alacriter finiemus. His itaq; dictis,ſuū inceperunt ludum:quo quidem primordiato,quaſi uno elapſo inſtanti,ſe terra aperiens,illos ſolum abſorbuit:ita ut nil ex eis amplius fuerit uiſum. ¶ Quod uiſu noſcitur,ueriſſimo teſtimonio comprobatur. Idcirco quæ dico q̄q; multis poſſent cōprobari teſtibus:tamen meipſo teſte qui ea uiſione propria didici cōprobabo. Iuxta meā in qua in Hieruſalem habito ædem: nobiliſſimus quidam miles fuit,tranſitoriȷs nimiū locuples: qui unicū habens filiū, eiuſdem ſtultiſſimi amoris cæcitate percuſſus:non ſolum a prauis eum nō corrigere,ſed etiam eum ipſemet praua inſtruere conabatur. Parētes fatui & iſti ſimiles,mentis quæſo oculos huc inclinēt: ut quis finis eueniat, nō ignorent. Multi em̄ homines,magnas animæ & corporis inciderunt ruinas ob prauorū parentum inſipientiā. Creſcens nāq; illius militis filius:cunctis bonis moribus deſtitutus:de die in diem peiorando,totum ſuū tempus amittens,in ludis & blaſphemiȷs cunctiſq; immūditiȷs patre cauſante,annū attigit duodenū. Qui quodā adueſperaſcēte die,ſolitis cum patre ludis inſiſtens,ludū eodē ut gliſcebat nō habēte:primo ꝓrupit in hæc uerba: Si quid ille poteſt Hieronymus q̄ ludos,phibet exerceri, iam exerceat: nam ſe inuito hinc nō niſi uictor exurgam. Verum hæc dūtaxat ipſo proſequēte,nequā ſpiritus teterrimi hominis ſpecie,cunctis uidentibus locum in quo ludebat,ueloci gradu adiens,eundem puerū infelicem rapuit: Sed quo eum detulit:nulli hactenus hominū eſt compertū. Verum ut puto,eum detulit in infernū. Eadem nāq; hora caſu ad quandā meæ domus feneſtrā, quæ in loco in quo ludentes degebant pater & filius ex oppoſito ſita eſt me poſueram:quo me uidere fuit neceſſe ueritate perſpicua ſeriem tam formidandæ rei geſtæ. Diſcant ergo iuuenes in iuuentutis tempore qđ cæteris eſt preſtantius: expetendis

C moribus se fulcire,ne uilibus caducisq; moribus iuuenilis animus informatus, statū in canicie ne queat ꝓmutare. Quod eñ nouæ chartæ inscribitur, de facili nō deleť. Discāt etiā parētes fatui, filios correctionibꝰ & uerberibꝰ erudire:nec uitiorū sināt uepres radices figere,nō faciliter euellē das:ne flēdi & hic & in futuro eis succedat euētus. Nā(nisi fallor) ad æternorū gaudiorū patriā deueniēdi,artissima & sine ambiguitate aliq̄,a paucissimis certe cognita extat uia. Eundi ad perditionē iter latissimū,& multis,imo pene infinitis limitibus plenū fore constat. Quodlibet enim mortaliū peccatorū ad perditionē suā tramitē struit: quorundā hominū nō solū paganorum, sed etiā illorū quos sacri baptismatis unda lauit: nam de paganis nulla oritur quæstio qď non damnenť: maiorē fore liquet numerū multiplicibus insistentiū flagitijs, quorū nulla pene unq̄ cognoscitur emēdatio. Quinimo respectiue quidē dico,pariter bonis & malis hominibus consyderatis:nō est qui faciat bonū,nō est usq; ad unū:sed omnes post suas improbas & pessimas ambulant uoluptates. Consequēter concludi debet,qď ad æternæ beatitudinis gaudia rarissimi gradiantur. Infinitæ, quinimo omnes pene sacræ scripturæ auctoritates hoc testantur: infinita quoq; exempla possemus ꝓspicaciter intueri:ad huiusmodi ueritatē sufficiētius demonstrandā. Hoc ex omnibus unū censeri debet,nec ab hoc discrepari potest,nullū scilicet ad æterna modo aliquo ꝓuenire posse gaudia,nisi omnibus nō particulariter sed totaliter uitijs extirpatis,uirtutum studeat itinere festinare. His iam fine dato,exempla & prodigia quædā iam huius operis fini propinquus breuiter introducā. Et duo præcipue admirāda, quæ a uenerabili uiro Nicolao Cretensis insulæ archiepiscopo,referente didici primo dicam. Venerabilis idem archiepiscopus pridie glorioſi Hieronymi deuotione nimia Bethlehem ueniēs,ut eiusdē cunctis honoribꝰ colendas reliquias uisitaret,& totus charitate feruidus redire noluit,donec me sua gratissima uisitatione eximijs lætitijs adimpleret. Qui uti donorū præcipuus ut gratissima mihi donaria superabūdantissime more solito impertiret,me uisitare minime contētus, mecū dignatus est iam
D diebus pluribus cōmorari:& etiam adhuc manet:qď utinā tēpore longo duret. In Christo nāq; Augustine charissime uenerabilis idem pōtifex te salutat. Quā pluries igitur mihi suorū uerborum auido,uenerabilis idem pontifex enarrauit hoc tale in ciuitate Candia contigisse. Sacerdos quidā suus,suæ maioris ecclesiæ custos,impudicus,luxuriæ & ebrietati deditus, nondū cōpleto anno de hoc sæculo migrauit. Cuius corpore in cæterorum sepulto atrio sacerdotum: ut eius punitio cunctis innotescęret ad exemplum,subsequenti nocte tantus in ecclesia eiusq; cœmiterio fuit strepitus,qď rumore nimio in urbe illa cōmorantes excitati,pauore ingenti uelut amentes ad ecclesiam cucurrerūt. Stant itaq; oēs circa ecclesiam, strepitus uehemētes,campanarūq; sonitus audientes: diuinā quidem exorant clementiā, quatenus cur ista fiant debeat reuelare: sed nullū exauditionis sentiūt adiuuamen. Diluculo hoc cessante, cuncta quæ fuerāt in ecclesia reperiunt reuoluta:& quasi undiq; flāmis igniū uiolata. Ad hæc memoratus pontifex oratiōes indicens populo,quid sequēti eueniat nocte precepit expectari. Ne nimis succumbā uerbis: sequēti nocte duplex strepitus & pauoris tribulatio est secuta. Qua de re repletus populus amaritudine & dolore:cernens nullū sibi a dño adiutoriū euenire:sicut uulnerati,qui in monumentis proiecti dormiūt,existebat. Die autē eluceſcēte,omnibus in ecclesia pro orationibus congregatis,gloriosus Hieronymus subito septies sole splendidior in ecclesiam ueniens, ad altareq; gradiens:cunctis uidentibus & mirantibus,per horam forte sub silentio manens: obstupēti populo, hoc ꝓpter sacerdotis illiꝰ miserrimini cadauer,sacris indigne locis cōditū, ad terrorē peccātiū contigisse intimauit:eidemq; mandans,ut cadauer miserū, tartareis post resurrectionē omniū mansionibus deputandū:dissepultum flāmis traderent protinus concremandū: alioquin incepta pestilētia nō abiret:& sic ab intuentiū oculis est inuisus. Qď ut ordinauerat,lætabūdus populus protinꝰ adimpleuit,deo & beato Hieronymo laudes præcipuas persoluendo:& sic pestis ista cessauit. Qui deinceps beatissimū Hieronymū omnes unanimiter deuotione maxima inceperunt colere. In eadē insuper ciuitate quidā pulcherrimꝰ extitit iuuenis, Titus noie,honestus moribus,ingenio luculētus:carnali nō ignobiliori natus ꝓgenie:prædiues ualde:totā pene deuotionē & fiduciā habens in beato Hieronymo, Hic siquidem iuuenis uirgineo nitens candore:in eiusdē sanctæ uirginitatis propositu usq; ad uicesimū annum probis uitæ moribus ꝓdurauit.

Quo itaq;

A Quo itaq; tẽpore,ſui fratris nefando cõſilio incitatus:ſpretis tam nobiliſſimis uirginitatis gemmis:auri precioſiſſimũ metallũ calcãs,ad carnis ſpurcitias & lutũ ac fetorẽ luxuriæ uehemẽter declinãs: puellã quãdã oĩ pulchritudine corporis renitentẽ,ſibi in matrimoniũ copulauit:in cuiꝰ amoris retibus,ita ſe capiens,qd'aliud præter ipſam poterat minime cogitare,de die in diem cœpit diuina obſequia obliuiſci. At quia miſer dereliqt iuſticiã,& oblitus fuit deũ alentẽ ſe:oblitus fuit ſibi dñs miſereri. Cõpleto nãq; anno,quo cũ puella iuuenis inſenſatus ſteterat:nõ ut in matrimonio,ſed cauſa explẽdæ libidinis copulatꝰ:ſuggerẽte diabolica aſtutia iuuenis frater,puellæ illaqueatus amore:auide diu quærens eius amplexibus frui:tandem qd'optauerat eſt adeptus. Huc accurrant iuuenes & exẽplo iuuenis ſint aſtuti. Fiunt nota iuueni puellæ uiro iam pacta. Tacens idem cogitat auide,quo ualeat modo certitudinẽ reperire. Expectat diebus aliquot ſe ſimulans hoc neſcire. Aſt die quadã ordinat,urbem deſerens,peregre proficiſci: & latens per diẽ in ciuitate:nocte media domũ ueniẽs, reſeratis ſeris a puella ſeruitrice,dã ut priꝰ ſimul ordinauerant,ambo uſq; ad thalamũ in quo eius frater & uxor in lecto ſtabãt procedentes,ſibi poſtulat aperiri. Mirantur illi:& timore perterriti uehemẽti,pulſanti negligũt oſtium reſerare. Tandem confractis ſeris thalami,iuuenis ira & furore nimio,fornacis inſtar ardentis undiq; inflãmatus, uxorem primo euaginato gladio interfecit. Deinde ſub thoro propriũ latitantẽ fratrẽ inueniẽs, interemit. His itaq; geſtis,ex ciuitate exiens,multo tẽpore per mundũ huc illucq; errans,cũ quibuſdã aliꝭ cœpit quoſdam tranſeuntes in itinere depredari,ac etiam iugulare. Permanẽte itaq; eodẽ Tito per decem annos talibus negociꝭs implicato, glorioſiſſimus Hieronymus ſalubre refugiũ & uitale,die quadã iam adueſperaſcẽte luce,in modũ mercatoris ſe mõſtrauit: ne ille ſolũmodo habitæ deuotionis premiꝭs priuaretur. Nam ille cꝫcꝫ tot & tanta uitia abhorrenda continue exerceret:tamen in beato Hieronymo deuotionẽ aliquã retinebat: ita ut eidem quotidie ſe cõmendans,boni aliquid diebus ſingulis ad eius honorem facere, nullatenus poſtponebat.

Cernens itaq; Titus mercatorẽ,nefandis ſociꝭs ad ſolita nequitiæ opera cõuocatis, concito cum
B eiſdem pergens curſu,uibratis lanceis,Hieronymo mercatoris inſtar obuiant uenienti. Moxq; in eum inſurgẽs a ſociꝭs,eundẽ præcepit retineri, donec eius lateri gladius infigatur. Deinde manum eleuat interficiẽdi gladiũ retinentẽ,ut ſcelus tantum ualeat iam explere. Ad hæc Hieronymus glorioſus:Amore inquit Hieronymi quẽ tu diligis: aliqua loquendi breuis licentia mihi detur:poſtmodũ ſi uolueris,facito id qd'optas. Ad hæc Titus:Amore inqt eius quẽ nominaſti, & loquẽdi & uiuendi licentia tibi ut poſtulas concedatur:tm̃ quæ portas mercimonia iam depone. At glorioſus Hieronymus:Ego ipſe ſum Hieronymus,qui huc ꝓpter tuã liberationẽ ueni: ne mihi a te impẽſa obſequia inuanũ præterirẽt. Te tot quæ geſſiſti peccaminũ, iam pœniteat: ad teipſum redeas ne formides:hucuſq; me noueris ꝓpter tuã ſalutẽ, & animæ & corporis, ſupplicẽ apud deũ erga te iratam diuinã iuſticiã extitiſſe:ne in te dignas tibi ſeuitias exerceret. Ad pœnitẽtiæ igit' cꝫcitius perge callem,& peccatorũ onera iam depone,alioquin me tui cuſtodem & ſupplicem non habebis. His dictis Hieronymus glorioſus ab illorũ oculis diſparuit. Ad hæc ſtupefactus Titus,& qui cum illo erant timore & admiratione tam ingenti:ad terram procidẽs per horam non potuit eleuari. Tunc ſubito in Titum & qui cum illo erant, ſpirituſſancti gratia eſt effuſa:& lux eos cœlitus illuſtrauit. Qui protinus in uiros alteros iam mutati,ſpretis cunctis ſpurcitiꝭs uitiorum,ad pœnitentiæ tramitem rediere. Deinde ad eremorũ antra deuia & ignota properantes, magnis ſe corporum aſperitatibus & uitæ ſanctiſſimæ tradiderunt. ¶ Miraculum aliud qd' ueridicorũ teſtimonio ſolidiſſime in ſuperioribus ægypti partibus peractũ intellexi:quatenus hominibus & maxime iuuenibus quantũcũq; caſtis proueniat in exemplũ ad euitandum periculum mulierũ,præcedenti miraculo addere cogito fore ratum. Monachus quidam iuuenis & decorus:honeſtate præcipuus,morum maturus, qui ſenex uirginalis pudicitiæ cuſtos,cũctiſq; illius monaſteriꝭ monachis ſpeculũ ſanctitatis,& glorioſiſſimi Hieronymi amator deuotiſſimus fuit:duodecim degens annis in monaſterio,cõtinue orationibꝰ uacãs,& ſtudio ſcripturarũ. Hic amore caſtitatis timens ne cor aliqualiter uiolaret: mulierum uiſus ineffabiliter abhorrebat: ita ut earum memoriam formidaret. Huic propoſito diabolus antiquus ſerpens & hominum inimicus inuidens: ſuæ nequitiæ inueteratæ contra eum dolos & artes multiplices

C incitauit:cõtinue cogitationũ ſtimulis,iuuenẽ peſſimus tẽtator affligẽs:die noctuq; a tẽtationibus duobus mẽſib9 nõ ceſſauit. Iuuenis uero ,puidus,ſeſe dñi & beati Hieronymi,cuius dilectionis ardore feruebat cõmendãs cuſtodiæ,uictrici dextera,tentamẽta diaboli, ieiunijs & oratiõib9 ſe muniẽs triũphabat. Cõfluãt huc quæſo iuuenes atq; ſenes,& quãti ſit caſus,mulierũ fallax pulchritudo hic doceant̃,maxie p exẽplũ. Cernẽs ſe aſpis pfidus diabolus a iuuene ſupari,tanq; leo rugiẽs,ſubtiliores nocẽdi artes cœpit quærere,ut iuuenẽ deuoraret. Fit itaq; inter eos pugna gra uis. Hinc aſtutijs cõſuetis caſtra aduerſus iuuenẽ ſtruit peſſimus inimicus: hinc iuuenis oratiões & glorioſi Hieronymi protectio,caſtrorũ ſternũt munitiões : & uires eius triũpho nobili uilipẽdũt. Interea genitoris ad mortẽ ægrotãtis uiſitationis cauſa ingruẽte:ex monaſterio in ciuitatẽ ad paternã ædem uenire iuuenis eſt cõpulſus. Nam ſe pater dolore nimio moriturũ: ſi uiſione fruſtraret̃ filij,crebris clamorib9 acclamabat. Ob hoc dolens monachus: timẽs ne mulierũ uiſu, cor mũdũ & uirgineo candore nitidũ uiolaret,potius,niſi fratrũ ſui cœnobij fuiſſet ſupplicationibus inclinat9,erga patrẽ crudelitatẽ uolebat propter dñm exercere, q; eidem infirmãti cõpati a monaſterio recedẽdo. Sciebat em̃ monacho nil tã nocuũ,deteſtabile & mortale,q; uicos & ciuitates,& gẽtiũ multitudinẽ circũire. Nulla certe pmanet in hoie qes mẽtis,q multor uerboſitatib9 & uaniloquijs iplicat̃. Qd̃ aqua piſcib9:monachis idẽ pcipue ſilẽtiũ opat̃. In paterna itaq; manẽs æde monachus dieb9 tribus,tædio tã uehemẽti affectus eſt,qd̃ ſibi potius uidebat̃ tetris ſe fore carcẽrib9 mãcipatũ. Cõpleto die tertio dũ eũ cũ ſorore ſua quadã pulchritudinis inaudi tæ,infirmitatis cauſa patris crura ſimul cõtingeret cõfricare,caſu ſororis dextera eiuſdẽ tangente dexterã:tam diris libidinis & eiuſdẽ ſororis ineptæ & abominabilis cõcupiſcẽtiæ fuit ſubito iaculis cor eiuſdẽ monachi inſtigãte diabolo uulneratũ,qd̃ pene eã ad illicita,& omnino ab hominibus abhorrẽda,niſi extitiſſet timor uerecũdiæ,inuitaſſet. Heu quid dicã? Quæ monachis illis inerit obſeruãtia caſtitatis,q cõtinue mulierũ uiſibus potiunt̃ inſimul colloquẽdo. Sic manet in
D caſtitate homo faciẽ intuẽs aſſidue mulierũ,ſicut manet palea ſtãs in igne. Fallax certe & ruinæ maximæ propinquus caſus, ineuitabileq; piculũ eſt fœminæ pulchritudo. Timor certe monacho euenit,quẽ timebat,& ſibi accidit qd̃ tanto tẽpore uerebat̃, nec ſine exẽplo maximo aliorũ. Nõ in illo iuſſum ẽ parẽtib9 obedire in q̃ anie piculũ formidat̃. A monaſterio inuite monach9 egredit̃,ſed ardore libidinis tam nefandæ cor inflãmãte,nil aliud q; ſororis hoc neſciẽtis ſcelus faciẽ iprobis oculorũ uiſib9 uidere cogitãs:pene nunq; fuiſſe ſe in monaſterio recordat̃. Sanat̃ interim pater. At monachus excuſationib9 adinuẽtis:tardat de die in diẽ ad monaſteriũ remeare. Manẽte aũt eodẽ in paterna domo trib9 mẽſib9:hinc monachos:hinc patrẽ maxia mouit admiratio omnẽq; familiã:cur iſtũ tam uehemẽs irrepſerit mutatio & alteratio inaudita. Ignorãt ſiquidẽ rei cauſam,idcirco effectũ eos cõtigit ignorare. Ad monaſteriũ cũ duob9 ad ſe ex monaſterio deſtinatis monachis tandẽ reuertit̃:illud referẽs tædiũ redeũdo qd̃ prius detulerat exeũdo. Cœpit itaq; in monaſterio corpus degere monachi,cor uero a ſorore aliqualiter nõ recedit. Hoc ſibi fit ſtudiũ ſcripturarũ,ut attingat peſſima quæ affectat. Hæc contemplatio diuinorũ,ut peccatorũ modũ inueniat explendorũ. Percutit̃ alienus ſui,& a ueritatis cognitiõe deuius,cõtinue a diabolo cuius iugo grauiſſimo imbecille collũ ſubmiſit,libidinis nouæ telis. Sicut fumus deficiũt dies eius,cõfringunt̃ ſicut in frixorio oſſa eius:& infirmat̃ doloribus uita eius:irrationabili fit ſimilis animali. Obliuiſcit̃ in toto diuinã clæmẽtiã exorare:tota die cogitãs qs modus appareat habilis,ut poculũ mortis ualeat deguſtare. Heu q; ſunt inopes & miſeri & ab omnibus bonis egentes & exules q a dño ſe elongãt. Tanto fit peior brutis animalib9 uir in peccatis, quibus ab anima deus maiori ſpacio elongat̃ q; id q̃ cœlũ a terra diſtat & oriẽs ab occaſu:quanto eiſdẽ præſtat cũ diuina gratia eſt fulcitus. Cogitãti deniq; monacho ueritatis luminis neſcio,ne fandiſſimæ & auditui horribilis uoluptatis adipiſcẽdæ repire modũ,mali conſilij ſeminator diabolus hoc ſibi tale inſinuat conſiliũ occulto cogitamine uani cordis:ut ſcilicet intẽpeſtæ noctis medio cũctis dormiẽtib9,ueſte depoſita monachali,ſumptoq; habitu laicali ex monaſterio exiens,paternas clã adeat mãſiones:& domũ crepuſculo noctis latẽter intrãs,ſub thoro ſororis lateat donec dormiente ipſa,ad eandẽ accedat ſuæ uoluptatis libidines expleturus. Placet inſanæ mẽtis impitiæ conſiliũ erogatũ,ſtudetq; ipſum toto poſſe q; poteſt breuius effectui mãcipare.

Sequenti

A Sequenti igitur aduenienti noctis medio,sub silentio ad fores cœnobij claues gerens manibus
properat:sed ad ostia ueniens per totam illam noctem huc illucq; discurrens,quo sint in loco
posita non inuenit. Stupore & admiratione perterritus:cur hoc sit nesciens: interim iam matu-
tinali qua ad laudes debitas dominicas monachi excubabant appropinquante hora:cõpellitur
ille ad cellulam retrogredi. Manet in cellula ille admirans per diẽ illũ: proponit sequenti nocte
facere quod non fecit. Audet imbecillis dextera quæ non potest,sperat stultũ pecus contra leo-
nem pugnans triumphi gloriam adipisci. Quid insensate reris? Putas agere uile pecus,quæ leo
fortissimus Hieronymus contradicit? Cessa imagini glorioßissimi Hieronymi genua flectere,
ipsum ulterius non salutes,& tibi potestas protinus cõcedetur, ut cadas in foueam, quam effo-
dis:ut dira naufragia iam admittas. Non possunt impensa glorioßissimo Hieronymo seruitia,
quoquo modo fiant,mercedibus uacuari. Retinebat si quidem in cellula monachus ille deuius
& errans & diabolico dominio mancipatus:imaginẽ glorioßi Hieronymi tabula insignitam:cui
diebus singulis,antiqua cõsuetudine flectẽs genua: se eidem pluries cõmẽdabat. Idcirco ut eius
mira clæmentia,cunctis innotesceret,illum eo die retinebat,ne malum faceret q̃d uolebat. Igno-
rans uero hæc ille monachus:subsequenti nocte ad cœnobij iterum fores pergit. Sed q̃d præce-
denti nocte fecerat:id hac fecit. Ne igitur inhæream uerbis:per unum fere mensem,singulis no-
ctibus cõtinue hoc euenit. Completo itaq; ut puto mẽsis circulo,in somnis beatus Hieronymus
sanctißimo cuidam illius monasterij monacho apparuit,in stratu suo quiescenti nocte:eidem
reuelans quid iste monachus faciebat: mandansq; illi ut debeat eidem monacho sic erranti de-
clarare quomodo ipse eum,ob sibi impensam reuerentiam custodiuit: ut ostia non uideret ad
cogitatum perpetrandum scelus. Et q̃d nisi sibi uelox de inceptis subsequatur emẽdatio, sese de
ipsius custodia remouebit:discessitq; protinus ab eodem. Mane autem facto,quæ uiderat mo-
nachus,alteri monacho enarrauit. At ille se quid hic dicat non intelligere pluribus detestans sa-
cramentis,cœpit dicere propter cerebri uacuitatem hæc somnia euenisse. Tacet monachus & re-
B cedit. Hic gaudens proponit nocte sequenti:nullam amplius exhibens solitam Hieronymo re-
uerẽtiam,ostia monasterij ad nequã opus,quod tam diu affectauerat peragendũ,ad suum libi
tum reserare. Vt breuiter dicam: Quod miser diu hianti animo cogitauerat mala operandi:a
Hieronymo honore solito priuato,sibi tradita potestate,ut uoluit sic effecit: sed tamen in fine
glorioßissimi Hieronymi clæmẽtia non defecit. Recedens itaq; ille de monasterio nocturna ho-
ra:alieno habitu occultatus,patris domum adueniens,per diem illum undiq; circũiuit. Cũ q; no-
ctis crepusculo domum intrasset ad lectum in quo uirgo soror quiescere tunc solebat:clam pro-
cedẽs:tãdiu sub eodem latitauit,q; diu sororem dormire potuit existimare. Tunc idem exiens:
expoliatis uestibus,sororis se dextero lateri applicauit. Ad hæc soror leui somno dormiens ex-
citatur,& uirum iuxta se manu sentiens:admodum expaueßcens:diris emißis clamoribus ad se
omnes pariter euocauit. Currũt ad puellæ thalamũ cuncti cum lumine:& tandem in lecto inue-
nerunt hunc iacentem. Mirantur parentes & stupent:cernunt hæc cuncti qui cucurrerant & cõ-
dolent. Interrogat a filio pater discriminis tanti causam:reatum suum filius silentio confitetur.
Vt em̃ dixi:uoluit glorioßus Hieronymus hanc suam stulticiam experiri:ut in posterum humi-
lior & astutior fieret ad cauendum,& in prælio se tuendum. Et ne amplius exemplo suo,quis de
sanctitate confideret & speraret. Quanto enim maior inest homini sanctitas: dum in mari
mundi huius procelloso,& inimicorum agminibus pleno,imbecilli carnis nauicula nauigat:tan
to maior inest timor & astutia se tuẽdi. Infinitas pessimus ille tentator diabolus nocendi possi-
det artes. Qui incautus pergit,leuißime capitur. Qui in cunctis timet: ab omnibus diabolis hic
timetur. Certe nil plus nocet,q; spreto aliorum consilio,ut propria uoluntas præcipit ambula-
re. Qui suæ tantũ uolũtati credit,in cunctis quæ facit finem odibilem adinueniet. Magnus exẽ-
plo iam finito timor de fragilitate nostra maxima,& de diabolica calliditate & astutia nobis om-
nibus demonstratur:magna & spes ueniæ peccatoribus declaratur. Cernens nãq; se monachus
sic a diabolo deturpatum,delusum,ac etiam in tanta miseria captiuatũ:protinus suffragijs glo-
rioßissimi Hieronymi (cui semper deuotus extiterat) suam miseriam & culpam uehementißi-
mã recognoscens,in seipsum redijt:& de eadẽ paterna exiẽs domo,omni retardatione abiecta,

C lugens & dolens,ad fontem pœnitentiæ properauit. Deinde uero in ſuo monaſterio per annos duos in tanta ſe abſtinentiæ aſperitate afflixit:ut foret cor hominũ inſufficiẽs cogitare:& cõplẽto annorũ duorum ſpacio:ante dies modicos ex hoc ſæculo feliciter expirauit. Venerabilis Damaſi Portuẽſis epiſcopi,pridie receptis litteris:aliqua eis inſcripta corde auido intellexi:quæ ob eius reuerẽtiam nõ dimittam. Romæ cardinalis quidã Cœleſtinus nomine,Hieronymi glorioſi æmulus & detractor:dum die quodã in conuentu exiſtens cardinaliũ;more ſolito ore audaci & temerario,in eundẽ iniuriæ uerba prorũperet: dolore ſubito uiſcerum impellẽte: ad occulta naturæ loca ꝑperãs:uiſcera oĩa ꝓtinus emanauit:& anteq̃ illinc recederet expirauit. Alius quoq; preſbyter cardinalis Andreas nomine: iſti non ſimilis, ſed glorioſiſſimi Hieronymi deuotiſſimus cultor : pridie in eadem Romana urbe, multis circũſtantibus expirauit. Qui cum iam in eccleſia eſſet paratis exequijs quæ ſolent fidelium tumulãdis exhiberi corporibus:aſſiſtẽte ſummo pontifice cum pene toto clero & populo Romanorũ,qui ad eundẽ Andream conuenerant honorandũ:emiſſis ululatibus & crebris gemitibus in feretro,cunctis ſtupentibus & ueluti amentibus effectis:tanq̃ ſi a ſomni dormitione excitaretur: mirabiliter exurrexit. Cũq; a Romano põtifice,remoto de eccleſia maiori beati Petri apoſtoli uniuerſo populo: dauſiſq; foribus interrogaretur:intulit iſta uerba. Dum ſtarẽ diutno examini iudicãdus: & iam per ueſtiũ & ciborũ (quibus hactenus uſus eram)nimiã ſuperfluitatẽ, tartareis cruciatibus condemnarer: ſubito aduenies quidam ſole ſplendidior, niueq; candidior:quẽ fuiſſe glorioſum Hieronymũ ad ſe inuicem referentibus,qui aſtabant intellexi:præſidenti iudici flexis genubus animã meã corpori iungi,porrectis præcibus impetrauit. Quibus finitis uerbis, in ictu oculi inde recedens anima(uti cernitis)corpori eſt cõiuncta. Ad hoc miratur ſummus pontifex & cæteri audientes. Fiunt hæc nota populo extra eccleſiam expectanti:cõfractis eccleſiæ foribus protinus eccleſiam intrant:omnes magnis uocibus deum & glorioſum Hieronymũ collaudantes. Multa nos

D mẽtis afflictio cõmouet & cõtriſtat:intellecto qd̃ q̃plurimi epiſcoporũ deũ & dñm Ieſum Chriſtum (cuius uicem gerunt)abnegantes:terrenorũ (quorũ deus uenter eſt)ueſtigijs inhærẽtes:de ſtipendijs pauperũ & ſanguine Ieſu Chriſti,delicatiſſimis ferculis: cũ hiſtrionibus & cæteris diuitibus,ſuam uentris replent ingluuiem,ad fœditatẽ luxuriæ incitandã: ueſtimentorũq; de die in diem ſuperfluitatibus abutũtur: de pauperibus, quorũ mercedẽ raptam manu latrocinij deuorant,fame morientibus & frigore,nõ curantes. Hi certe non epiſcopi ſed diaboli. Epiſcopus aũt aut ſanctiſſimus eſt aut diabolus. Magni certe meriti ſtatus epiſcopalis, ſed periculi infiniti: leuiſſimũ peccatũ alijs imputandũ: grauiſſimũ epiſcopo imputatur. Pontificis etem̃ uitium in ſubditos diffunditur per exẽplum. Maiora recipienti,ratio maior creſcit. Quot em̃ ouiũ Chriſti uel negligẽtia epiſcopi uel exẽplo in peccata deuiant: de tot tenetur dño reddere rationẽ. Heu quid Auguſtine chariſſime dicã? Graue nobis ineſt pondus,grauis ſarcina. Sed debiles ego habens humeros,quid portabo? Sunt certe anguſtiæ mihi undiq; me torquẽtes. At dum graues mihi promptos caſus intueor:timore maximo ſuccreſcẽte cõtinue affligor & contriſtor. Securius eſt epiſcopalẽ ſtatũ fugere q̃ appetere. Laudo certe epiſcopatũ tanq̃ uicariatũ dñi noſtri Ieſu Chriſti:ſed illos qui in eo uitam agunt militũ terrenorũ:qui mundi gloriam & pompas appetunt,nõ collaudo : imo eis conſulo,ut effugiant quantum poſſunt. Melius certe fuiſſet eis cũ terrenis uitã agere terrenorũ,q̃ in pontificali culmine hoc agẽtes,ad infima & ꝓfundiora inferni loca decidere:tanto præ cæteris cruciandi,quanto præ cæteris plura donaria receperunt. Intelligentes itaq; epiſcoporũ plurimos potius nomen gerere q̃ eſſentiam:potius lupos rapaces fore Chriſti ouium,q̃ paſtores:deſtructores magis eſſe Chriſti eccleſiæ q̃ rectores: qui chriſtianorũ eleemoſynas depredantes,mercedem pauperum,lupinis faucibus in ſuperfluitatibus ciborum & ueſtium deuorant & conſumunt:quod abſurdum eſt, abominabile & deflendum. Hæc idcirco dixerim,ut talis abominatio cunctis gentibus innoteſcat,quatenus ſi deum nõ metuũt: homines uerẽtes,a ſuis aliqualiter abominationibus retardentur. Audiãt quæſo hi tales epiſcopi quæ narranda proponimus:& ſaltem aliorum calamitatibus terreantur. In ſuperioribus ægypti partibus:in deſerto quodam ab hominibus propter uitæ incõmoda inhabitabili,quidã degebat monachus Elias nomine:antiquiſſimus & magnæ uitæ ſanctitate radians: qui in uita

beatiſſimi

A beatiſſimi Hieronymi eidē familiariſſimus ualde fuit: quē idem beatiſſimus Hieronymus, habuiſſe ꝓphetiæ ſpiritū, pluries enarrauit. Hic die quodā (ut pluries mihi teſtificabantur monachi uita uenerabiles fideq; digni: q ſe dixerūt hæc ab eiuſdē ſancti uiri ore, multotiēs ꝓaudiſſe) ſoli/tis incumbēs orationibus, ſomno repētino adueniēte aliquātulū obdormiuit: Et ecce in uiſione, quo quidē modo multotiēs deus omnipotens, grādia & occulta ſuis fidelibus reſerat ſacramēta: in quodā palatio miræ pulchritudinis & ineffabilis: & a mortalib⁹ nunc̄q; uiſæ ut ſibi uidebatur erat. Cū q; per horā per palatiū illud, huc illuc q; gradiēs: eius admiraret̄ pulchritudinē uehemē tem: uidit quoddā præparari tribunal a quibuſdā nimiæ pulchritudinis iuuenibus, ſtratis tapetibus & ueſtibus auro & gemmis: ac multa artificij uarietate decoratis: circū qua q; pariete inuoluto. In quo poſtmodū rex quidā maximus & decorus: cuius aſpectus tantæ erat ſuauitatis, ut nil uellet aliud quis habere: magna uirorum ſole lucidiorum comitatus ſocietate ueniens: ſe poſuit ut iudicia exerceret. Inter hæc cuiuſdā anima, quē fuiſſe Anconitanū præſulem ab aliquibus ibidē conſiſtentibus poſtmodū intellexit, a nequā ſpiritibus, catenis, igneiſq; uinculis uincta, inſtar fornacis flāmas erūpens ſulphureas: deportata maieſtati regiæ præſentat̄. Quæ priuſq; de aliquo interrogaret̄: cœpit diris uocibus ſe infernalibus manſionibus digniſſimā acclamare. Hanc inter cæteras maxime aſſignans principalē cauſam: qm̄ uanis mūdi pōpis intētus, in conuiuijs & ueſtibus & huiuſmodi ſtulticijs delectabat̄. Quibus finitis: lata per iudicē ſententia, ut pœnis infernalibus traderet̄: donec corpori iuncta, duplices pœnas in ꝓpetuū ſuſtineret: mox illā ſecū ferens, omnis illa nequā ſpirituum turba, inde diris clamoribus receſſit. Deinde alterius cuiuſdam anima, quā fuiſſe Theodoſij ſenatoris fratris uenerabilis Damaſi prædicti epiſcopi, Portuēſis ſimiliter intellexit, ante maieſtatē regiam circūſtantibus multis nequā ſpiritibus eum grauiſſimæ accuſantib⁹ præſentat̄. Cū q; a diabolis in longū accuſatio traheretur: & nullus ex aduerſo aliqua reſponderet: uir qdā ſepties ſole ſplendidior: & ut ſibi uidebat̄ pene cæteris aſtātibus eminētior: ad regis ſedens dexterā in pedibus, ſe erexit. Quo quidē ſurgēte: ſilentiū rex manu propria a cunctis fieri impauit. Tunc qui ſteterat, omnibus opponēs accuſantibus: hunc ſuū
B fuiſſe fideliſſimū & deuotū, & ei cōtinue exhibuiſſe reuerentiā ſpecialē: eiſdem mox loquēdi audaciam abſtulit & taciturnitate prænotauit. Poſtmodū uero is flectens ante regem genua: huic ſuo fideliſſimo ueniam & æternam requiē, ſolita pietate & miſericordia infinita clæmentiſſime: ita tamen quod pro commiſſis in mundo flagitijs, in purgatorio purgaretur, ſuis precibus ut uoluit eſt adeptus. Tunc omnis illa nefandorū ſpirituū multitudo gemens & ululans: de illo loco protinus ſe remouit. Interuallo autē facto horæ unius, iuuenis quidā pulcherrimus concito gradu, per palatiū ueniens, ad hunc c̄q; accedēs qui tam eminēs & præclarus in auxiliū exurrexerat Theodoſij ſenatoris: ſe fore dixit a Petro patritio Romanorum eius deuotiſſimo miſſum: quatenus eiuſdē preces exaudiēs, ſibi impetrare a dño filium dignaretur. Ad hæc rex. Quod inquit a filio meo Hieronymo Petrus poſtulat: certe fiat. His omnib⁹ ſic finitis, a ſomno illo mox Elias monachus excitatur: laudes immēſas deo reddēs & Hieronymo glorioſo. Qui diē illū in quo tam mirāda uiderat prænotās, eodē poſtea intellexit die epiſcopū Anconitanū & Theodoſium ſenatorem ex hoc ſæculo migrauiſſe. Quo liquide patet, hæc uana ſomnia non fuiſſe.

¶ Magnā putabas Auguſtine chariſſime aliqbus admirationē inducere, uelut ſi quid nouum & inauditū eis ꝓponeres: dum in tuis priſtinis litteris quas recepi, Ioāni baptiſtæ & cæteris apoſtolis Hieronymū ſanctiſſimū æqualem in ſanctitate & gloria, rationibus ſine dubio efficacib⁹ & uiſionibus mirificis cōprobabas. Certe non eſt aliqualis ambiguitas: ueriſſima & omni fide & deuotione digniſſima iſta fore. Nec puto aliquibus eius, uitam ſanctiſſimā & eius tanta prodigia hominibus inſueta non ignorantibus, admirationis aliquid cuenire. Sed quoniam tales tuæ fuerunt rationes ad ueritatem huiuſmodi declarandā, quod meas leuiſſimas & imperitas nunc illis apponere non deceret: omiſſis omnibus, uiſionem mirabilem quā uenerabilis uir Cyrillus epiſcopus Alexandrinus ſe uidiſſe, ſuis ad me diebus pluribus iam elapſis, deſtinatis litteris affirmabat, breuiter introducā. ¶ Poſt beati Hieronymi obitum glorioſum anno completo, in die natiuitatis glorioſiſſimi Ioannis dñi precurſoris, laudib⁹ expletis matutinis: dum memoratus pontif ex more ſolito in eccleſia ſolus ante altare eiuſdē precurſoris dñi glorioſi flexis genubus

Cipſius gloriã & excellẽtiã,multa ſpũs dulcedine cõtẽplaret:repẽtino ſomno aliquãtulũ ibidẽ obdormiuit.Et ecce in eccleſiã(ut ſibi clariſſime uidebat)binatim q̃rundã ſpecioſiſſimor̃ hominũ ultra humanã æſtimationẽ, cantus alternatim ſuauiſſimos cõcinẽtiũ,turba uehemẽtiſſima miro ordie ueniebat.Deinde binatim oẽs ad altare ꝓcedẽtes:& ibidẽ flectẽtes genua:ad ſedẽdũ ſingu li ſe ponebãt.Cũq; illor̃ hominũ eccl'ia eſſet ualde plena,poſt oẽs duo uiri eminẽtiores cæteris,in toto ſiſes atq; pares,infinito ſole lucidiores:ſtola induti cãdidiſſima:auro & gẽmis undiq; ineffabiliter rutilante ueniẽtes,ad eccleſiã pariter itrauerũt.Ad q̃rũ introitũ,oẽs in eccl'ia reſidẽtes,ꝓtinus flexis genubus eiſdẽ ſummã reuerentiã perſoluerũt.Tunc duo illi uiri ante altare ab eiſdẽ reuerẽtia exhibita: in duabus cathedris aureis,mira lapidũ præcioſorũ uarietate & pulchritudine decoratis,ſibi a quibuſdã pulcherrimis iuuenibus præparatis:ambo pariter conſederũt:& ſic ſilentes aliquãtulũ ꝓmanſerũt.Interim facto inter illos ſilentio:cœpit alter eorũ duorũ alterum impellere ad loquendũ.Cũq; longa adinuicẽ altercatio oriretur,ut quis primo inciperet prædicare:ceperũt ſinguli ut Hieronymus Ioannis(cuius erat in die illa ſolẽnitas)laudes & magnificẽtias explicaret,magnis uocibus acclamare.Quo unus illorũ ſermonẽ mox incipiens:laudes beatiſſimi precurſoris dn̄i,tanta loquelæ dulcedine:tantoq; uerborũ ornatu,necnõ & ſententiæ grauitate contexuit:qd' fas nõ eſſet linguæ hominũ declarare.Finito itaq; ſermone illo:alter(quem Ioannẽ baptiſtã cuncti qui aderãt nominabãt) eidẽ gratias referens multiplices: hæc circũſtantibus ad eius honorẽ & gloriam eſt locutus.Socius iſte meus chariſſimus Hieronymus,æqualis mihi in gloria,æqualis etiã in ſanctitate: ſeriẽ mearũ laudũ eſt hactenus proſecutus: idcirco dignũ eſt ut ei⁹ laudibus nũc inſiſtã. Hic uere lux eſt eccleſiæ,tenebras effugãs errorũ,& cũctos illuminãs hoies ueritatis claritate cæcos.Hic fons eſt aquæ ſapiẽtiæ ſalutaris:ad quẽ ſitiẽtes dum accedũt,largiſſime ſatiant'.Hic arbor altiſſima, cuius cacumẽ cœlũ aſcendit: ſub cuius doctrinæ frondibus,de ſuaui eiuſdẽ oris fructu,aues cœli,ſcilicet homines multũ intelligẽtes: & beſtiæ terræ,ſcilicet hoies parũ intelligẽtes uberrime ſatiant'.Hic mecũ fuit in ſæculo eremita:certe nõ minus me carnẽ abſtinẽtiſs macerauit.Hic mecũ uirgo nitidus atq; purus.Hic mecũ fuit,ꝑphetico ſpũ illuſtrat⁹.Hic mecũ doctor extitit ueritatis.Ego ꝓpter iuſticiã & ueritatẽ,uitã corporeã derelíqui:hic & ſi nõ amiſerit uitã corporalẽ propter iuſticiæ & doctrinæ ſuæ ꝓſpicaciſſimæ ueritatẽ: tempus ſuũ tamen totum geſſit in ſæculo in martyrio, afflictionibus & dolore. Ego chriſtianæ fidei precucurri nũcius & gentiũ inuitator:hic poſtmodũ ueniẽs,eiuſdem extitit ſuſtentator:& ab hæreticis eandẽ lacerãtibus defenſator.Ego ſemel in baptiſmate manibus propr̃js Chriſtũ dn̄m tetigi in Iordane:hic ipſum nõ ſolum manibus propr̃js habuit multotiens in altari,ſed & ore proprio mãducauit.Hic mihi in ſanctitate per omnia fuit æqualis: nunc uero æquali ambo uitæ æternæ premio inſimul cõgaudemus.Hæc & alia multa proſequẽte beato Ioanne:quæ idẽ beatus Cyrillus nõ potuit totaliter memoriæ cõmendare: iam hora diei prima adueniẽte,eccleſiam cuſtos intrãs,epiſcopũ intuitus dormientẽ,eundẽ manibus excitauit. Expergefactus itaq; pontifex,ſtupore & admiratione & gaudio admodũ plenus:quæ uiderat,cuſtodi cũ lachrymis enarrauit.Deinde illo die miſſam ſolẽniſſime celebrans:uiſionem mirabilẽ omni populo declarauit. Sunt infinito plura quæ dici poſſent miracula, ueriſſima & utilia enarrãda,q̃ ea quæ in breui hoc opuſculo ſunt inſcripta.Sed ne ꝓlixitate opis aliqd legentibus tedĳ oriatur,uno ſolo miraculo qd' nondũ expleto mẽſe in Bethlehẽ peractũ eſt ꝓfecto,huic operi finis erit. Die dn̄ico tranſacto poſt octauas pentecoſtes:omnib⁹ meis ſuffraganeis epiſcopis: & multitudine maxima,tam uirorũ q̃ mulierũ in eccleſia in qua ſanctiſſimũ quieſcit Hieronymi cadauer inſimul congregatis,honore debito & ueneratione tã debita q̃ deuota: primo egomet ſacris indutus ueſtibus ad locum foueæ in qua corpus uenerandũ iacet accedẽs,terrã cœpi effodere ſepulturæ: quatenus ſacratiſſimũ illud corpus inde ablatum,in tumulo marmoreo mira pulchritudine undiq; decorato,quod hac de cauſa fuerat fabricatum poſtmodum poneretur. Cũq; iam foueam foret uacua:cunctis cernentibus, corpus beatiſſimum in medio foueæ tanq̃ in aere a nulla parte terram tangens permanebat integrum,nec corruptione aliqua uiolatum.Quod inde eleuantes cum odore tam uehementiſſimo & ſuaui,qd' talem olfactus hominum nunq̃ ſenſit: collocauimus in altari:quatenus a populo reliquiæ ſanctiſſimæ uiderentur.Quot autem illo die me

cunctiſq;

A cunctisq; qui aderant astantib9, sunt peracta miracula glorioſa, explicare ea nullatenus cõpos essem. Cæci sedecim illas reliquias tangentes facie, uisum protinus receperũt. Tres præcipue dæmoniaci catenis uincti, in illam ecclesiam plurimorũ hominũ manibus deportati, sunt protinus liberati. Mulieris cuiusdã uiduæ pauperculæ puerulus, eius unicus filius, in ecclesia fuit præ gentium multitudine suffocatus. Quem mater inueniens, dolens & lugens, mox in ulnis pueruli cadauer ad foueam in qua sepultum fuerat corpus Hieronymi glorioſi deferens, eum in foueam proiecit, hæc dicens uerba: Sancte Hieronyme glorioſe, hinc nõ recedam: donec restituas mihi unicum meum filiũ quẽ amisi. Mirabilis certe deus in sanctis suis, faciẽs prodigia insueta. Statim ut terrã extincti pueruli corpus tetigit, eidem anima est cõiuncta. Quidã uir corpus cuiusdã sui filij de sepultura in qua per triduũ steterat, extractũ mox ad foueam illam detulit: & illud in foueam sic proiecit. Qui iuuenis, fuit ilico uitæ pristinæ restitutus. Innumerabilia pene sunt miracula, quæ peracta sunt a mane, usq; ad uesperas: quo quidem tempore glorioſum Hieronymi corpus dissepultum in altari extitit collocatum. Sed tamen ad huiusmodi miracula ulterius non procedam: unum q̃d nocte sequenti accidit, non silebo. In hora siquidem uespertina corpus illud sacratissimũ in monumẽto quod præparauim9, posuimus. Sed mane monumentũ uacuũ fuit inuentũ: & corpus sanctissimũ foueæ pristinæ inuenimus restitutũ. Q̃d dum ego plurimũ admirarer: nocte sequenti mihi dormienti, beatus Hieronymus apparens in uisione, plurima mihi grandia patefecit. Sed inter cætera, talia mihi uerba dixit: Noueris Cyrille, q; corpus meũ de fouea in qua iacet, nullatenus extrahet̃: quousq; ciuitas Hierusalem ab infidelibus capietur. Quo quidẽ tempore Romã delatũ, ibidẽ multo tẽpore requieſcet. Ad hæc expergefactus, quæ uiderã cunctis episcopis & alijs uiris catholicis enarraui. Quid & quãdo hæc euenient, aliter nõ agnosco. Si quid utile aut bonũ in hac epistola dixi: non meis, sed glorioſissimi Hieronymi meritis imputet̃. Si quid ỹo superfluum, inutile & non bonũ, solum meæ insipiẽtiæ & negligentiæ causa hoc accidisse ab omnib9 iudicet̃: Mei Augustine charissime in tuis orationib9 memor esto.

## CENSVRA HISTORIAE SEQVENTIS.

B Anc historiam parum respondere tanti uiri meritis, indicatum est & ab alijs ante nos. Nec omnino nenias huiusmodi uerius q; libros eramus æditurι, nisi quemadmodum dixi, decretum fuisset, nihil omittere, quod uel eruditus desyderaret lector, uel ineruditus.

## VITA DIVI HIERONYMI INCERTO AVCTORE.

Præroſq; nimirũ illustriũ uirorũ nõ ambigo nosse: q̃ natus, quibusq; doctoribus, quibusue eruditus sit litteris, quo deniq; quieſcat sanctus Hieronymus loco. Verumtamẽ quibus non uacat: uel legere plurima non ualent: hoc si uoluerint opus, cõpendioſa breuitate poterunt scire. Beatus igitur Hieronymus nobili genere ortus: patre ỹo Euſebio nomine, oppido Stridonis: quod a Gothis euersum, Dalmaciæ quondã Pannoniæq; cõfiniũ fuit. Cõgrue scilicet Euſebio generatus est patre. Euſebi9 nanq; Attice, Romane dicitur pius. Hieronymus quoq; Aeolice, latine omnino sacra lex intelligitur. Iure igitur Hieronym9, id est, sacra lex, de pio gignitur patre: ut studioso eius labore ex hebræorũ scriptis absq; scrupuloſitate alma pateret lex: quæ humano generi, sua auſteritate remota, piũ ac sacrũ, misericordẽq; patrẽ nunciaret uenturũ. Qui cũ dudum inter puericiam adoleſcẽtiãq; incederet medius: instinctu tactus cœlesti, affinib9 cunctis, censu q; paterno relictis: ut perfectus euangelij imitator quiuisset exisstere, ingreſſus nauẽ, aura flante secunda, ad limina sublimiũ apl̃orũ Petri & Pauli diuina dispẽsante dæmẽtia, Romanã adijt urbem. In qua uidelicet litteris græcis & latinis diligẽter apprime eruditus, & Christi ueſtem suſcipiẽs, preſbyter q̃q; cardinalis ibidẽ est ordinatus. Nam ut inexpugnabilẽ suæ eccleſiæ dñs murũ cõtra perfidos demẽteſq; hæreticos erigeret, huic uiro in litterarũ studijs plæriq; cathagetæ, id est, præceptores fuere. Donatus nempe artigraphus, Romanis eum imbuẽs elemẽtis: liberaliũq; artiũ sapore sufficiẽter replẽs, magiſter extitit illi: sicut ipe in Cronica sua meminit dicẽs: Victorin9 rhetor, & Donatus grãmaticus, magiſtri & præceptores mei, Romæ insignes habebant̃. Gregoriũ nanq; Nazianzenũ (ut idem in tertio explanationũ Esaiæ refert libro) didaſculũ, id est, magiſtrũ suũ fuiſſe testat̃. Nã cũ in prædicto propheta ad eum ueniſſet locum: in quo de Seraphim quiddam debuiſſet exponere, ita intulit, dicens: De hac uiſione ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli: & apud

C uirũ eloquẽtiſſimũ Gregoriũ Nazianzenũ præceptorẽ meũ,tunc eiuſdẽ urbis epiſcopũ,ſacrarũ ſcripturarũ ſtudijs erudirer:ſcio me breuẽ dictaſſe ſubitũq; tractatũ,ut experimentũ caperẽ ingenioli mei:& amicis iubẽtibꝰ obedirẽ. Quid ꝙo de huiꝰ uiri elegãti induſtria,quã erga latinos, & græcos,hebræos,& arabicos, chaldæoſq; in diſcẽdo elemẽtorũ apices habuit:præſtantius dici põt,cꝫ ipſius ad Pammachiũ & Oceanũ miſſa ꝓfitentẽ uerba dicẽtis? Dũ eſſem(inquit)iuuenis, miro diſcẽdi ferebar ardore:nec iuxta q̃rundã præſumptionẽ ipſe me docui. Apollinariũ audiui Antiochiæ frequẽter,& colui: iam tunc cum me in ſcripturis ſanctis erudiret, canis ſpargebatur caput:& magiſtrũ potius cꝫ diſcipulũ decebat. Perrexi tñ Alexãdriã,audiui Didymũ: in multis ei gratias ago. Qd̃ neſciui,didici:qd̃ ſciebã,illo docẽte nõ perdidi. Putabant me hoies finẽ feciſſe diſcẽdi. Veni rurſum Hieroſolymã & Bethlehem:q̃ precio,q̃ labore Barrabanũ hebræũ noctur num habui præceptorẽ? Timebat eñ iudæos:& mihi alterũ exhibebat Nicodemũ. Hæc itaq; cõtuli:ut qui ſcire cupiũt,noſſe queant ſicut prædixi:q̃ natus loco, quibuſue tantus uir magiſtris fuerit informatus. Cõmorãs itaq; Hieronymꝰ Romæ,mẽtis corporiſq; uirginitatẽ & delictorũ pœnitentiã cuſtodiẽs, fidelibus prædicabat. Multaq; iuxta Septuaginta librorũ uolumina atq; pſalteriũ emendauit,apoſtolicæ ſedi Liberio præſidente pontifice. Ea proculdubio tempeſtate Romanũ populum per Conſtantiũ Auguſtum Arriana hæreſis maculabat. Idcirco ergo prædictus uir,occaſione quam ſemper optauerat accepta(ut ſuperius eſt dictum) relicta domo,parentibus, ſorore,cognatis, & indyta ac glorioſiſſima Petri urbe: corpus & ſola tantũ ferens quæ itineri utilia eſſe ualuere:una cũ bibliotheca quã ſummo ſtudio in præfata confecerat urbe, Hieroſolymã ꝓpter regnũ cœlorũ iuuenis militaturus aduenit. Poſtcꝫ ꝙo omne mundanarũ litterarum ſtudiũ adeptus eſt: probatiſſimorũ quoq; monachorũ habitũ,factũq; imitatus eſt. Cupiditatẽ ſiquidẽ animi iugi ſyncritate calcans, uoluptatẽq; corporis perenni frangens ieiunio, plærosq; bonorũ religioſorũ,meliores fore ſuo docuit inſtituto. Quodam igitur tẽpore,cum ex more idem Hieronymus,diuina ad legendũ panderet uolumina:& immortalẽ bibliothecæ ſuæ

D auctorẽ recordaret Tullium: mox cœlitus natales q̃nq; reuolueret libros, ſalutifero caſtigatus eſt uerbere. Ita eñ ipſe de ſe ad Euſtochiũ ſcribẽs aſſerit: Cũ añ annos plurimos,domo,parentibus,ſorore,cognatis: & qd̃ his difficilius eſt,cõſuetudine lautioris cibi ꝓpter cœlorũ me regna caſtraſſem:& Hieroſolymã militaturus pergerẽ:bibliotheca quã mihi Romæ ſummo ſtudio ac labore cõfecerã,carere nõ poterã. Itaq; miſer ego lecturus Tullium ieiunabam. Poſt noctiũ crebras uigilias, poſt lachrymas, quas mihi præteritorũ recordatio peccatorum ex imis uiſceribus eruebat, Plautus ſumebatur in manus. Si q̃n in memet reuerſus prophetas legere cœpiſſem,ſermo horrebat incultus. Et quia lumẽ cæcis oculis nõ uidebam:nõ oculorũ putabam culpam eſſe, ſed ſolis. Dum ita me antiquus ſerpens illuderet,in media ferme quadrageſima,medullis infuſa febris,corpus inuaſit exhauſtum:& ſine ulla requie,quod dictu quoq; incredibile eſt:ſic infelicia membra depaſta eſt,ut oſſibus uix hærerem. Interim parabant exequiæ:& uitalis animæ calor, toto frigeſcẽte iam corpore,in ſolo tm̃ tepente pectuſculo palpitabat:cum ſubito raptus in ſpiritu, ad tribunal iudicis pertrahor:ubi tantũ luminis & tantum erat ex circumſtantium claritate fulgoris:ut proiectus in terram,ſurſum aſpicere non auderem. Interrogatus de conditione,chriſtianum me eſſe reſpondi. Et ille qui præſidebat,mentiris ait: Ciceronianus es,non chriſtianus. Vbi enim theſaurus tuus,ibi & cor tuum. Illico obmutui: & inter uerbera (nam me cedi iuſſerat)conſcientiæ magis igne torquebar:illum mecũ uerſiculũ reputans: In inferno autẽ quis confitebitur tibi? Clamare autem cœpi,& eiulans dicere: Miſerere mei dñe,miſerere mei. Hæc uox inter flagella reſonabat. Tandẽ ad præſidẽtis genua prouoluti qui aſtiterant, precabant ut ueniam tribueret adoleſcẽtiæ:& errori locum pœnitentiæ cõmodaret:exacturus deinde cruciatũ,ſi gentiliũ litterarũ libros aliquando legiſſem. Ego qui in tanto conſtrictus articulo,uellem etiam maiora promittere,deierare cœpi:& nomẽ eius obteſtans dicere: Dñe,ſi uncꝫ habuero codices ſæculares:ſi legero,te negaui. In hæc ſacramenti uerba dimiſſus,reuertor ad ſuperos:& mirantibus cunctis,oculos aperui:tanto lachrymarum imbre perfuſos, ut etiam incredulis fidem facerem ex dolore. Nec uero ſopor ille fuerat,aut uana ſomnia, quibus ſæpe deludimur. Teſtis eſt tribunal illud ante quod iacui. Teſtis triſte iudiciũ, quod timui. Ita mihi nuncꝫ cõtingat talem

incidere

A incidere quæstionē. Liuoribus habuisse me plenas scapulas, plagas sensisse per somniū: & tanto dehinc studio diuina legisse, quanto mortalia ante perlegeram. Idem igitur Hieronymus quod prætermiseram⁹, dum in Romana adhuc esset urbe, os Damasi papæ, & sacræ bibliothecæ scrutator, diuinorū dissertor uoluminū: dum per triennium cōtinuum, charus, acceptusq; populari-bus ueneraret, omniumq; iudicio pontificatu dignus decerneret: ordinatusq; a præfato papa presbyter cardinalis (ut superius scriptum est) fuisset: quidam ex clericorū, monachorūq; ordinibus, pro petulantia, ingluuieq; discursantes, ad effugandum de urbe eundem Hieronymū: qui utrorūq; eorū scribens uitia, eos reprehenderat, insidias parauerunt. Verū enimuero hunc ego felicē dixerim: huius fugæ euentū, corrigentis Christi iudicio potius dispensatū, cq; prauorū hominum persecutionibus paratū fore existimo: scilicet in Romana ecclesia Petri instituta regimine, omniū ueteris testamenti librorū Christo deo uolente, & Hieronymo spirituali studio desudante, Hebraicā quoq; haberet ueritatē: & Græcorū quorundam leuitas: quæ sibi a deo omnes scripturas diuinitus inspiratas accepisse plaudebat, eos habere: qđ ipsa nō habet, recognoscat. Igitur Hieronymus (ut iam dictum est) Roma egressus, ad orientem tendens, profectus est ad Gregoriū Nazianzenū Constantinopolitanæ urbis episcopū: ubi ita proficere studuit, ut sanctarum scripturarū studijs erudiret: & supplex, docilisq; discipulus, adijt præceptorē: eumq; in Constantinopolitana urbe obseruabat. Hoc discipulatu Hieronymus peracto, in Syriam perrexit: & dum in possessione Euagrij presbyteri moraret, Malchum monachum aliqñ captiuum repperit: percunctatusq; eum, omnē eius captiuitatis didicit historiam, quam postea ædidit: scriptamq; Romanis fidelib⁹ misit: hæc in istius historiæ inserens prologo: Scribere (inquit) disposui: si tamē deus uitam dederit: & si uituperatores mei saltem fugientē me, & clausum persequi desierint. Ad deserta deinde loca, ad quæ olim ob agēdam inibi pœnitentiā, pperare cupiebat: ita lætus accinctusq; accessit: ut uolasse eum magis, cq; measse crederes. Quō ꝥo per quadriennīū continue Christi potius auxilio pœnituerit, idem Hieronymus quæ sponte pertulerit, ipsius dei gratiā affuisse, huiusmodi uerbis indicauit: Quotiēs in eremo cōstitutus, in illa uasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus, horridū monachis præstabat habitaculum: putaui me (inquit) Ro-
B manis interesse delitijs. Sedebam solus: quia amaritudine repletus eram: horrebant sacco membra deformia, & squalida cutis situm æthiopicæ carnis obduxerat: quotidie lachrymæ, quotidie gemitus: & si quando repugnantē, somnus imminēs oppressisset, nuda humo uix ossa hærentia collidebam. De cibis ꝥo & potu taceo: cū etiā languētes monachi aqua frigida utant: & coctū aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego qui ob gehennæ metū, tali me carcere ipse damnaueram, scorpionū tm̄ socius & ferarū, sæpe choris intererā puellarū: pallebant ora ieiunijs, & mens desyderijs æstuabat. In frigido corpore & ante hominē suū iam carne præmortua, sola libidinū incendia bulliebant. Itaq; omni auxilio destitutus, ad Iesu iacebam pedes: rigabam lachrymis: crine tergebam: & repugnantē carnē, hebdomadarū inedia subiugabā. Nō depudesco infelicitatis meæ, quin potius plango nō esse qđ fuerim. Memini me damantē diem crebro iunxisse cū nocte: nec prius a pectoris cessasse uerberib⁹, cq; dño increpāte rediret tranquillitas. Ipsam q̄q; cellulā meā, quasi cogitationū mearū cōsciam pertimescebam: & mihimet iratus & rigidus, solus deserta penetrabam. Sicubi concaua uallium, aspera montiū, uel rupiū prærupta cernebam: ibi meæ orationis locus, illud miserrimæ carnis ergastulū: & (ut mihi ipse testis est dñs) post multas lachrymas, post cœlo oculos inhærētes, nōnunq; uidebar mihi interesse agminib⁹ angelorū: & lætus, gaudēsq; cantabam: Post te in odorē unguētorū tuorū curremꝰ. Quadriennio itaq; dedicatæ pœnitētiæ exacto, ad Bethlehē oppidum idem Hieronymus remeauit: ubi quasi prudens animal, ad præsepe dñi sese cōtulit: qđ ab Hierosolymis sex milib⁹ separat cōtra meridianā plagam: accedensq; ad eiusdem urbis pontificē Cyrillum nomine: petijt ut parrochiæ, quæ Bethlehem fuerat sita, locum sibi habitandi tribueret. Cui nimirū mox qđ deuotione popposcit, digne concessit. Digni etenim habitaculi Bethlehem adiuuantibus uiris uicinis, catholicis construxit monasteriū. In quo statuta ab apostolis regula degens, cœpit, quod olim multum cupierat, cum fratribus habitare, & cum Eusebio Cremonēsi nobili uiro: cuius postulatione ex Græco sermone, quandā epistolā transtulit in latinū. In q̄ uere sciendū, hanc matutinā psalmodiæ quæ nunc

obseruatur

C obſeruat in occiduis maxime regionib⁹,canonicã functionẽ monaſterio primitus inſtitutã:ubi
p̃dict⁹ uir,ocioſus nõ fuiſſe credendus eſt:q tantũ nobis in trãſlatiõe diuinæ ſcripturæ præſtitit,
ut ad Hebræorũ fontẽ pene nõ egeam⁹ accedere: qm̃ nos facũdiæ ſuæ,mꝝta cognoſcẽ ubertate
ſatiaſſe:plurimis libris, copioſis epiſtolis fecit eſſe btõs:qb⁹ ſcribere dño præſtante dignatus eſt.
Inter cætera profecto ſtudiorũ ſuorũ opuſcula,a beato Petro ſumens exordium,uſq; ad ſemet/
ipſum de uiris illuſtrib⁹ ſcripſit:imitatus Tranquillũ, Græcũq; Appolloniũ:ubi de ſe ita refert:
Poſt catalogũ plurimorũ, me quoq; in calce uoluminis quaſi abortiuũ & minimũ omniũ chri-
ſtianorũ poſui:quo mihi neceſſe fuit uſq; ad quartũdecimũ annũ Theodoſij principis, quæ ſcri
pſerim,breuiter annotare.Innumeris præterea iſte libris,apꝝlorũ,ꝓphetarũq; conſtructionibus
æditis,immobilem catholicæ turrim eccleſiæ,cõtra perfidorũ iacula cõſummauit.Omnes ueteris
teſtamẽti libros,ex Hebræorũ codicib⁹ in Latinũ cõuertit.Danielem quoq; ꝓphetã Chaldaico
ſtilo prolocutũ:& Iob iuſtum Arabico, in Romanã linguã,utrũq; auctorẽ perfecta interpreta-
tione mutauit.Matthæum nihilomin⁹ ex Hebræo fecit eſſe Romanũ: epiſtolam quidẽ ſuã ad
Paulinũ ex ſenatore preſbyterũ mirificã deſtinauit:docẽs quẽadmodũ ſcripturas diuinas adhi
bita cura perlegeret: ubi breuiter uirtutẽ uniuſcuiuſq; libri, ueteris & noui teſtamẽti mirabiliter
indicauit:mirabiliter plan⁹,honeſte doctus,ac dulcis,parata copia ſermonũ ad quãcunq; partẽ
uertit ingeniũ:ut undecũq; interrogatus fuiſſet,paratũ haberet & cõpetens ſine aliqua dilatione
reſpõſum.Modo humilib⁹ ſuauiter blandit:modo ſuperborũ colla cõfringit:modo derogatori
bus ſuis ,uicem neceſſaria mordacitate reſtituens:modo uirginitatẽ prædicans:modo matrimo
nia caſta defendens : modo uirtutũ certamina glorioſa collaudans:modo lapſus in dericis atq;
monachis prauitatis accuſans.Sed tñ ubicunq; locus ſe attulit,gentiliũ exẽpla dulciſſima uarie-
tate permiſcuit.Sed nõ erat hoc ſuæ uoluntatis,ſed(ut ita dicam)grauiſſimæ neceſſitatis:ut pro/
baret ea quæ a ſanctis ꝓphetis ante ſæcula prædicta ſunt , tam Græcorũ,q̃ Latinorũ,& aliarũ
gentiũ litteris cõtineri:uere totũ explicans,totũ exornans, & ꝑ diuerſa diſputationis genera di-
D ſertus ſemꝑ & æqualis incedens. Tanta nanq; utriuſq; linguæ peritia fungebatur : ut quoſcũq;
libros Aeolicos in manibus acciperet,latine ſine offenſione tranſcurreret:iterũq; latinos Attico
ſermone relegeret:ut crederes hic eſſe ſcriptũ,quod os eius inoffenſa uelocitate fundebat . Vere
dixerim catholicam iſtius hominis prudentiã,ſanamq; doctrinã, quocunq; conuerſatus fuiſſet
loco,ſtabilis perſtitit fidei firmitate.Nam certiſſime ignorantiæ inuidiæq; morbo languẽtes de-
ſipiunt:qui eum deuiaſſe a catholicæ eccleſiæ,id eſt beati Petri fide,uel hæreticũ fuiſſe arbitran-
tur:qd Euſtochio mandauerit:Caue quæſo:ne quando & de te dicat deus : Virgo Iſrael cecidit:
nõ eſt qui ſuſcitet eam. Vbi ad terrendos,lubricos atq; incautos,quia deus iuſtus ſit iudex: ſub/
dens iſta,dixerit doctor:audenter loquor,cum omnia poſſit deus: ſuſcitare uirginem nõ poteſt
poſt ruinam. Valet quidem liberare de pœna,ſed non ualet reformare corruptam.Hoc procul-
dubio ita dicendo: non omnipotentiam abſtulit deo:ſed iuſtum iudicem manifeſtans aſſeruit.
Nam(niſi fallor) qualia ſanctus Hieronymus Euſtochio mandauit, talia ad Domicillam nep-
tem imperatoris Domitiani admonitionis legim⁹ uerba.Sed & ipſa uerba qua de cauſa ſint illi
prolata,audire gratum puto. Hæc omnino uirgo Nereum & Achilleum eunuchos cubicularios
habuit:quos beatiſſimus apoſtolus Petrus,lucratus fuerat Chriſto .Iſti dum uiderent dominã
ſuam gemmis ornari:& purpureis ueſtibus,atq; auro textis indui, dixerunt ei : Quanto ſtudio
ornaris in corpe:ut filiũ cõſulis Aurelianũ hominẽ mortalẽ accipias maritũ: ſi tãto ſtudio in aio
ornareris,regẽ immortalẽ dei filiũ adipiſci poteras ſponſum. Qui etiã teipſam æternã faceret:&
nunq; tibi neq; ornamẽtis tuis,neq; gaudijs finem permitteret aut terminũ euenire.Reſpondit
eis Domicilla,& ait:Quæ põt eſſe melior charitas,q̃ habere uirũ:ſuſcipere filios,per q̃s poſteri-
tas dulciſſima poſſit ꝓpagari:& tam generis dignitas,q̃ memoria nois non deleri? Cui Nereus
rñdit:Melior eſt uirginitas:quæ qñ de matris tuæ utero exiſti,tecũ nata, tecũ lactata, tecũ ſemꝑ
fuit a carnis corruptione aliena:quæ eſt deo amabilis,eiuſq; angelis chara:quã ꝓfecto cũ quæli/
bet perdiderit uirgo,hui⁹ reatũ ꝑ pœnitẽtiã euadere põt:ipſam ỹo integritatẽ adipiſci nequaq;
ualet . Omñis nãq; ſanctitas dum ꝑ aliquã uoluptatẽ aut neceſſitatẽ uiolata aut amiſſa fuerit,uel
quæq; perdita uirtus:ad ſtatum ſuũ uel integritatẽ, ſeu ad ſuã gloriã per pœnitentiæ lachrymas

recuperari

A recuperari & reuocari poteſt. Sola uirginitas ſi ſemel perierit, ad priſtinæ integritatis ſtabilitatē pertingere minime ualet. Cunq; Nereus & Achilleus hæc, laudando uirginitatē, & alia proferendo, diſſererēt plurima, quib⁹ æternā mererent actib⁹ uitā, Domicilla prudentiſſima uirgo dixit: Vtinā ad me olim iſta dei ſententia peruenifſet: & nunq; ego nomē ſpōſæ ſuſcepiſſem, nec hois mortalis ſpōſionē. Nunc ꝙo quia uobis deus aperuit os ad lucrandū animā meā: quicquid me facere uultis, accelerate quantotius. Quid multa? A ſancto Clemente papa conſecrata, Aureliano ſponſo cōtempto, ob hoc in Pontiana exiliata eſt inſula. Inde Tarracinā adducta, nolenſq; idolis ſacrificare: cū Euphroſina & Theodora ſpōſis Sulpitij & Seruiliani, a Luxurio fratre Aureliani igne crematæ, palmam ſuſcepere martyrij: quas ſanctus Cæſarius diaconus, qui etiam poſtea & ipſe a prædicto Luxurio eſt martyrizatus, in ſarcophago nouo ſimul condens ſepeliuit. Hæc ideo licet non fuerat hic tm̄ neceſſe loqui: addidimus tamen, quia pene qd' Nereus prudentiſſimæ uirgini Domicillæ dixerat, uirginitatē perditam de reatu poſſe per pœnitētiam ueniam conſequi: nequaq; tamē ualeret fieri uirgo, ſicut fuerat prius. Hoc ſanctus Hieronymus Euſtochio ad meliora ſtuduit hortando mandare: cum omnia poſſit deus, ſuſcitare uirginē nō pōt poſt ruinā. Quid em̄ eſt hic aliud nō poſſe, cū nō uelle? qd' nōnullis alijs dici poterat uerbis: Per quendā nanq; ſapientē dicitur deo: Tu autē dominator uirtutū, cū tranquillitate iudicas: & cum magna reuerētia diſponis. Subeſt enim tibi cum uolueris, poſſe: ergo ubi non eſt uelle dei, deeſt poſſe. Deus quippe ut immutabilis eſt naturæ, ita immutabilis eſt uoluntatis. Et uticq; cum ſit uerax & iuſtus, non illum mendacium, neq; iniuſticia decet: quia ſicut non ualet mentiri, qui eſt ueritas: ita iniuſtus eſſe non poteſt, hoc eſt, nolens iniuſte facere quicq;. Nam omnia (teſte propheta) quæcunq; uoluit dominus, fecit in cœlo & in terra: omniaq; eius iudicia iuſta. Dum igitur niteremur oſtendere quid uolente deo fieri poſſit: quid ꝙo illo nolente, fieri non ualeret: & ut ueridico eximioq; doctori: cui quoad uiueret, in omni ſciētia ſe cōparare nemo audebat: non uſurparet uaniloquus detrahere quiſpiam, cœpto ab ordine longius ſumus digreſſi. Veruntm̄ qualis, quantuſue uir iſte fuerit: ſolius ſancti Auguſtini teſtimonio qui uelit plenius cognoſcere, ualet. Nam cum in libro primo quem contra errorē Iuliani Manichæi ſcripſerat: qui
B nuptias ſine dubitatione dicebat damnari: quod ꝙo ex eis naſceretur, ab omni eſſet liberū obligatione peccati: plurimos contra huiuſmodi peſtiferum dogma, catholicos introduxiſſet teſtes, ita intulit dicens: Nec ſanctū Hieronymū qui preſbyter fuit, contemnendū arbitreris, qui græco & latino inſuper & hebræo eruditus eloquio, ex occidentali ad orientalem tranſiens eccleſiam, in locis ſanctis, atq; in litteris ſacris uſq; ad decrepitam uixit ætatē: cuius nobis eloquiū ab oriente in occidentē inſtar ſolis lampadis reſplenduit. Omnes denicq; uel pene omnes qui ante illum aliquid ex utraq; orbis parte de doctrina eccleſiaſtica ſcripſerant, legit: nec aliam de hac re cq; prædixi, tenuit, prompſitq; ſententiam. Qui cum exponeret Ionam prophetā, apertiſſime dixit: q; etiam paruuli peccato offenſionis Adæ tenerent obnoxij. Hæc Auguſtin⁹ in prædicto libro. Idem itaq; Hieronymus contra Celſum, Porphyrium, & Iulianū Auguſtum, rabidos aduerſus Chriſtum canes: & cōtra inſectatores eccleſiæ, uel eorū qui putant eccleſiam nullos philoſophos & eloquentes habuiſſe doctores, magno deſudauit ingenio: ut ſciant quales & quanti uiri eam fundauerint, extruxerint, atq; ornauerint: & deſinant fidem noſtrā ruſticæ ſimplicitatis arguere: ſuamq; potius imperitiā recognoſcere. Innumeris præterea libris apl'orū ꝓphetarūq; cōſtructionib⁹. Et poſt pauca: Nunc (inquit) myſterium iniquitatis operat: & garrit unuſquiſq; qd' ſentit: ego ſolus ſum qui cunctorum gloria mordear. Pluribus quippe ait, qui me dicunt hoc op⁹ inflammatū inuidiæ facib⁹ ſcribere: breuiter reſpōdebo, nunc̄ me hæreticis peperciſſe, ſed omni egiſſe ſtudio ut hoſtes eccleſiæ, mei q̄q; hoſtes fierēt. Impoſſibile eſt omnino & longū de iſto uiro, eiuſq; diſtricta uita, & illi⁹ morib⁹ retexere om̄ia. Vnius em̄ miraculi hui⁹ monaſterij q̄ddā priſcorū ſimile, qd' p ſuccedētiū relationē memoriæ nōdū obliuio abſtulit: & a religioſis uiris, qui cœleſtis patriæ amore Bethlehē fuere huc eſt delatū, huic cōpendioſo necto ſermoni. Quadā nanq; die adueſperaſcēte, cū beatus Hieronym⁹ una cū fratrib⁹ (ut monachis mos eſt) ad ſacram lectionē audiendam ſediſſet, & præcepta diuina declararet: ſubito tribus claudicans, quarto ſuſpenſus pede, ingens leo cœnobij clauſtra ingreſſus eſt. Quo uticq; uiſo fratres perterriti,

C territi, nonnulli in fugam ſunt (ut eſt metus fragilitatis humanæ) cõuerſi. Sanctus vero Hieronymus ueluti aduẽtanti hoſpiti, intrepidus leonis aduẽtui obuiauit. Qui uidelicet dum ſibi pariter ꝓpinquaſſent: & quia loqui leo (ut ſuæ naturæ eſt) minime poterat, utcũq; ualuit, ꝑdicto patri, læſi quẽ habebat pedis obtulit plantã: uocatis tunc fratribus præcepit, ut diligẽter læſum abluerent pedem, inquirẽtes cur ita leo daudicans iret. Quod dum factũ ſtudioſe fuiſſent intuiti, uulneratã a ſentib⁹ inuenerũt plantã leonis. Ei igitur cum alimento diligenter adhibita cura, de læſionis ictu, ilico cõualuit. Omni ergo beluinæ feritatis depoſita rabie, cœpit inter eos ultro citroq; quaſi domeſticũ & tranquillũ animal pariter cõmorari. Hoc etem̃ btũs Hieronym⁹ cognito, ſic fratrib⁹ ait: Eia fratres, ſtudioſe adinuicẽ rogo perpẽdite: quid huic leoni operis cõgrui, noſtræ utilitatis addam⁹, quatenus ab eo leuiter perfici, & efficaciter fieri poſſit: quia certe credo, ꝙ nõ tm̃ ꝓ ſui pedis ſalute huc illũ miſerit deus, qui ei mederi ſine nobis potuerat: cũtum ut nobis ſuæ uiſitationis demõſtraret indicio, ꝙ hunc noſtræ neceſſitati, mirabiliter ſe uelle præbere iuuamen. Tunc prædicti fratres, tale concorditer humiliterq; patri reſponſum dedere, dicentes: Tu pater bene noſti, ꝙ aſinus qui a ſaltu uſui noſtro ligna deferre ſolitus eſt, cuſtodis ſollicitudine indiget: & ne a qualibet improba beſtia deuoret, ſatis ueremur. Idcirco ergo ſi tibi placet, & rectum uidet, huic leoni aſelli noſtri iniungat ſolertia, ut eum ſubſequens ducat ad paſtum: reducatq; remeans domũ. Ita & factũ eſt: nã iniuncta leoni cura aſini, more paſtoris induſtrij eundo ad paſtũ ſocius inceſſanter itineris, rure paſcẽdo ubicũq; defenſor tutiſſim⁹ erat. Verũtñ ut ſe cibaret: & aſin⁹ ſolitũ perficeret opus, cõſuetis ſemꝑ horis cũ eo domũ redibat. Interea dum hæc dilato tẽpore gererent: educto quadã die ad loca paſcuæ aſino, graui leo ultra modũ ſomno oppreſſus obdormiuit. Leone nanq; tunc grauiter ſoporato, cõtigit ut ꝑ eandẽ uiam negociatores gradiẽtes, olei emẽdi cauſa pergerẽt in ægyptũ. Qui ipſum ſæpe uidẽtes aſinũ paſcẽtẽ: dum neminem uidiſſent adeſſe cuſtodẽ, iniqua ſurripiẽte cupiditate, rapiẽtes ſecũ duxerũt. Expergiſcẽs itaq; leo quid ſibi damni accidiſſet, neſciẽs: ut requireret tm̃ paſcentẽ quem cõmiſſum habuit, ire
D cœpit. Qui cũ ſolito nõ appareret in loco paſcẽdi, cõſtrict⁹ de diſcrimine leo, mœſticia anxi⁹, rugiendo aliq; ꝑte diei, huc illucq; ibat quærẽs quẽ perdiderat. Sed cũ iam oĩs reperiendi aſini ſpes fuiſſet ablata, ad monaſterij ianuã ueniẽs perſtitit. Cõſcius em̃ culpæ nõ auſus eſt ingredi ꝙ pri⁹ cũ aſello ſolebat. Quẽ btũs Hieronym⁹ una cũ fratrib⁹ abſq; aſino uidẽs ad cellæ fores morari: & quia non ſolita hora fuerat reuerſus, inſtigante famis neceſſitate cõpulſum, putauerũt eũ occidiſſe animal ſuũ: nolenteſq; ei tribuere annonã cõſuetã, dicebant: Vade, & reliquũ aſelli qd̃ tibi remãſit, mande: tuãq; ingluuiẽ reple. Et licet hæc illi dicerẽt: erãt tm̃ incerti utrũ hoc mali, an nõ is perpetraſſet. Quapropter exeũtes fratres ad loci paſcua, q̃ iam præfatũ animal deducere leo ſolitus erat: longe lateq; peragrantes, ut q̃ddã mortis indiciũ poſſent inuenire. Qui nullum interemptionis ei⁹ ſignũ reperiẽtes, redeũtes ſtuduerũt hoc btõ Hieronymo nunciare. Quo audito, ait fratrib⁹: Obſecro uos fratres quanq; ſuſtineatis aſini damnum: hunc tm̃ ne exaſperetis, neq; abijciatis leonẽ: ſed eum ut dudũ gubernãtes, præbẽteſq; alimẽta nutrite: incidẽteſq; in nemore ligna, ut ea uice aſini nobis huc trahens deferre ualeat, moderate nectentes ligate. Ita & factũ eſt. Cũq; ſibi opus tunc nexũ crebrius gereret: & iã redeundi tẽpus negociatorũ adeſſet, expleto die q̃dã opere, cũuis animal brutũ, diuinitus tm̃ ut puto admonitũ, exiẽs iuit ad agrũ: huc illucq; diſcurrẽs gyrando, noſſe pleni⁹ cupiẽs quid fuiſſet de ſocio ſuo factũ. Qui fatigatus iam nimiũ, qñq; ad publici itineris locũ deuenit ſublimem: q̃ dum anxius ut poterat, circũſpiciẽdo proſpiceret: cernebat procul ueniẽtes cõtra ſe hoies cũ onuſtis camelis, quos præcedens aſin⁹ ueniebat: ſed quia ualde procul erat, hunc cognoſcere minime potuit: tm̃ pedetentim ſe illis obuiã obtulit. Mos quippe illi dicit̃ eſſe regioni: ut q̃tiens cũ camelis longi⁹ ꝓficiſcunt̃, totiẽs antecedẽte aſino funẽ camelorũ geſtante collo, ſubſequant̃ cameli. Nam dũ prædicti itinerãtes, id eſt negociatores appropinquaſſent leoni: ille cognito aſino, ſæuum rugiens, cum ingenti ſtrepitu irruit in eos: neminẽ nempe lædens eorũ. Qui omnib⁹ ſtatim relictis, demẽteſq; ut dignum fuerat effecti, in fugam cõuerſi ſunt. Quibus uidelicet fugientibus, terribiliter rugiens leo percutiebat cauda fortiter terram: perterritoſq; camelos, ſicut erant onuſti, ante ſe ad cellam ire coegit. Inſolitam ergo rem fratres uidentes, ꝙ præcedens aſinus ſarcinatiq; in medio cameli: & ſubſequens eorũ terga

leo pariter

A leo pariter ueniret,mox exeuntes modeſte,curauerũt beato nunciare Hieronymo.Quo audito foras egrediens,ianuas monaſterij patefieri iuſſit benigne:ſummũq; ſilentiũ imperauit dicens: Hoſpitibus noſtris, id eſt camelis & aſino auferentes ſarcinas eos leuiate, pedeſq; abluite,eſcas præbete,expectantes quid in hoc facto,ſuis uoluerit dñs ſeruis demonſtrare.Omnibus deniq; quæ erga camelos fuerant iuſſa peractis , cœpit leo ut dudum hucatq; illuc gratulabundus per dauſtra monaſterij ire,ſingulorũ ſe fratrũ ueſtigijs ſternens:& quaſi de perpetrata,quã nõ fecerat culpa,alludens cauda ueniam poſtulabat.Quo uiſo,fratres pœnitentiã agentes,q; ei crudelitatis intuliſſent crimẽ,dicebant:Ecce paſtorẽ noſtrũ,quẽ pauloante ut uoratorẽ crudeliter dãnabamus: cum quanto eum præconij miraculo,ut huic crimẽ auferret,ad nos dignatus eſt mittere dñs.Beatus ergo Hieronymus futurorũ præſcius,ſic fratrib⁹ ait:Parati eſtote fratres in his quæ uſui refectionis ſunt neceſſaria:ut hi qui nobis ſunt futuri,abſq; moleſtia ut dignũ eſt,hoſpites ſuſcipiant̃.Mox utiq; imperata ſubſecuti,ueloci quæq; obedientia ſunt expleta.Peractis quoq; iuſſis,ſermocinantibuſq; cum beato Hieronymo fratrib⁹ , ſubito uenit nuncius,qui diceret ante monaſterij fores hoſpites adeſſe,qui cœnobij patrẽ uellẽt uidere.Hoc ſæpe dictus pater audito, portas cellæ patefieri,eoſq; ad ſe ingredi iuſſit. Qui q̃uis uocati,erubeſcendo tamẽ introeũtes: uiſoq; beato Hieronymo, eius ſe proſtrauere ueſtigijs,p culpa ueniam poſtulantes. Quos ipſe clæmẽter eleuans,admonuit,ut ſuis cum gratiarũ actione utentes rebus,alienas tangere nõ uſurparent:ac deinde ſub dei præſentia caute uiuerent ſemper.Qua nimirum prædicatione expleta, præcepit ut reficerent̃,receptiſq; camelis abirent.Tunc illi una uoce pariter dixerũt: Obſecram⁹ pater,ut ad eccleſiæ luminaria,neceſſitatẽq; fratrũ,dimidiũ liquoris olei quod attulerunt cameli, ſuſcipi iubeas:quia ſcimus & certi ſumus, q; plus ꝓpter ueſtrã q̃ ꝓ noſtra utilitate ut negociaremur perrexim⁹ in Aegyptũ. Quib⁹ beatus Hieronym⁹ ait:Non recte proculdubio poſtulatis: quia ualde durum uidet̃:ut nos qui alijs compati,aliorũq; neceſſitatẽ ſubleuare dando debem⁹, uos grauem⁹:ueſtra quib⁹ nõ indigem⁹ tollentes.Tunc illi:neq; (inquiunt) hic cibum,neq; quæ noſtra ſunt,accipiem⁹:niſi q̃d̃ popoſcim⁹,prius iuſſeris fieri.Itaq; ut prædiximus, nũc dimidiũ quod attulerunt cameli olei liquorẽ ſuſcipiatis : & deinceps pollicemur nos noſtroſq; hæredes,
B uobis ueſtriſq; ſucceſſoribus omni anno olei menſurã hin eſſe daturos.Sicq; conſtrictus beatus Hieronymus, coactuſq; eorum precibus uiolentis,quæ rogauerant, impleri præcepit.Sumpto quoq; cibo, ac benedictiõe cũ camelis accepta,exultãtes gratulanteſq; ad ꝓpria remearũt.Hæc autẽ Bethlehẽ acta,& ab incolis loci illius hactenus aſſerẽdo ita fuiſſe narrant̃.Bethlehẽ ꝙo locus ſplendidus,ciuitas fuit Dauid in tribu Iuda:ubi quondã dñs & ſaluator, ut impleret̃ ꝓphetia: Veritas de terra orta eſt,in præſepio intra ſpeluncã,ex uirgine naſci dignatus eſt:& paruulus uagijt.Qd̃ præſepe auro argẽtoq; ornatũ (ſicut ſanctus refert Antonius)inceſſanter in eo luminaria ardent: plurimiſq; ſeruorũ dei habitaculis undiq; circundat̃. Os em̃ ſpeluncæ ad ingrediendũ omnino anguſtũ eſt.In cuius itaq; ore,id eſt in ipſo præſepij ingreſſu,beatus Hieronymus ſaxum ſcalpẽdo,monumentũ ſibi fieri iuſſit.Tanta ꝙo idem corporis laſſitudine fatigatus eſt:ut etiã in ſtratu ſuo iacens,funiculo ad trabem ſuſpẽſo,ſupiniſq; manib⁹ apprehenſo erigeretur:ut ſcilicet officiũ monaſterij prout poterat,exhiberet : tranſeunteſq; in ſqualore corporis, uociſq; tenuitate dies plurimi fluerẽt.Dehinc ipſe uir beatus in librorũ abundãtia fultus, dictis ſuis ſanctoſpiritu dedicatis,im̃obilẽ catholicæ turrim eccleſiæ, cõtra perfidorũ iacula cõſummauit.Pergunt itaq; ad uiſitandũ cõſolandũq; Hieronymũ,dum in labore eſſet itidem catholici ſeniores:ad beatũq; Auguſtinũ epiſcopũ,ſecum quidẽ animo eccleſiæ catholicæ cooperantẽ:corpore autẽ in Africa ſcribentẽ,ſic inter cætera ſcripſit:Noſtra habuim⁹ tẽpora: & cucurrim⁹ quantũ potuim⁹:nunc te currẽte,& longa ſpacia tranſmittẽte,nobis debet̃ ociũ.Igit̃ idem beatiſſim⁹, dieb⁹ uitæ ſuæ in ſpirituali opere irreprehẽſibiliter cõſummatis,nonageſimooctauo ætatis ſuæ anno in dño requieuit. Bethlehẽ eum alma tenet iterũ uenturo dño offerendũ . Dormiuit autẽ beatus Hieronym⁹ anno imperij Theodoſij iunioris duodecimo:imperante utiq; illo,cui⁹anni nec inchoantur,nec finientur : Qui uiuit & regnat per immortalia ſæcula ſæculorũ.Amen.

TERTIAE SERIEI SECVNDI TOMI FINIS.